BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE ROMA
8
44 - F
15
Sc.a 2.da Ord. II. n.o 3
XLVI. p. 3.

8.44.F.15

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS,

Tomus Primus.

DOCT. HENRICO HENRIQVEZ
Societatis IESV Authore,
IN ACADEMIA SALMANTICENSI
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORE.

In quo, non Sacramentorum ſolum, tàm in generali, quàm in particulari, ſed Indulgentiarum etiam, Cenſurarum Eccleſiaſticarum, Excommunicationis, Suſpenſionis, Interdicti, & Irregularitatis, Finiſq; Hominis doctrina omnis, non erudita minus, quàm Methodica breuitate dilucidè explicantur.

Cum quadruplici Indice, Capitum, Authorum, Sacræ paginæ, Rerumque notatu digniſſimarum locupletiſſimo.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



OPP. PRAED.

VENETIIS, M D XCVI.
APVD IVNTAS.

8.44.F.15

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS,

Tomus Primus.

DOCT. HENRICO HENRIQVEZ
Societatis IESV. Authore,
IN ACADEMIA SALMANTICENSI
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORE.

In quo, non Sacramentorum ſolum, tàm in generali, quàm in particulari, ſed Indulgentiarum etiam, Cenſurarum Eccleſiaſticarum, Excommunicationis, Suſpenſionis, Interdicti, & Irregularitatis, Finisq; Hominis doctrina omnis, non erudita minus, quàm Methodica breuitate dilucidè explicantur.

Cum quadruplici Indice, Capitum, Authorum, Sacræ paginæ, Rerumque notatu digniſſimarum locupletiſſimo.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS, M D XCVI.
APVD IVNTAS.



D. PETRO A CASTRO ET QVIÑONES ILLVSTRISS. ARCHIEPISCOPO GRANATENSI,

Henricus Henriquez è Societate Iesv, S. P. D.

TRigeſimvs hic iam annus agitur, ex quo decurſo Sacræ Theologiæ curriculo, vt illis obedirem, quibus meæ vitæ rationes ſponte commiſeram, illam publicè cœpi profiteri. Quumque in exponendis abſtruſis & reconditis B. Thomæ quęſtionibus per annos viginti Salmanticæ, & alijs celebribus locis operam & induſtriam collocauerim: quumque de moribus multa quotidie inciderent explicanda, multaque rogarentur, quæ negotium poſſent faceſcere: in eam curam diligenter incubui, vt doctiſſimos quoſque conſulerem, quæſtionumque difficillimarum cauſas & rationes indagarem. Quum autem viderem, quàm diffusè, quàm non ſuis locis, & ſine ordine ab ijs, qui Summas, vt vocant, de rebus ad mores pertinentes conſcripſerunt, hæc tractarentur: conſtitui tandem, idque matura iam ætate, vt commodis ſtudentium aptius & cum meliori commodo conſulerem, hæc omnia breui ſumma & veluti compendio ordine faciliori complecti. Illa verò, quæ potius ad ſpeculationem, quam ad inſtituendam vitam pertinere videbantur, diſcipulorum noſtrorum diſputationibus relinquenda cenſuimus, quorum multa iam doctiſſimorum calculo comprobata in lucem edita conſpiciuntur. Tam multis verò iam quotidie amicorum literis, hortatuque ad res morales fuſius copioſiuſque tractandas, ſum impulſus, vt alijs, atque alijs additis, ſuperuenientibuſque quæſtionibus, volumen excreſcens, pro temporum ac noſtrarum Prouinciarum ratione accommodatis, vno iam partu ingens fœtus edi non poſſit. Huc accedit, quod ſcripta noſtra, quæ olim auditoribus noſtris dictabamus, ita librariorum aut tranſcribentium ſiue incuria, ſiue negligentia inuenimus deprauata, vt interdum verſus integri deſiderarentur, interdum vero multa contra ſententiam noſtram ſcripta reperiantur. Quapropter non iam voluntatis, ſed neceſſitatis fuit, opus à mendis repurgare, parum claris lucem dare, & tandem Zoilorum latratibus ſatisfacere. Sed quum hoc de moribus opus multitudine ſingulorum dubiorum penè infinitum, grauitate ac pondere immenſum, ac denique meis viribus negotium impar videretur: angebar, ac animo perterrebar, nec de tanto molimine in lucem edendo, mearum virium bene conſcius, cogitabam. Incitantibus tamen Prælatis, quibus neceſſario fuit parendum, rem tantam, tamque difficilem, obſequendi magis alacritate, quam abſoluendi facultate

ſuſcepimus. Tu etiam Præſul ampliſſime, & me ſæpius inſtimulaſti verentem, & erexiſti cadentem, & ad benè de noſtris vigilijs ſperandum vehementer incendiſti. Cuius patrocinio, & bonis ſuffultus auſpicijs, non dubitaui de retundendis obtrectatorum dentibus benè ſperare, atque de meorum laborum fructu percipiendo in ſpem adduci, quum tuo limatiſſimo iudicio ſubijciatur. Nec enim vereor, ne tuus iſte, qui cæteros obtenebrare ſolet ſplendor, meam aciem perſtringat: aut tua ſumma vtriuſque iuris prudentia, quæ in te mirificè ſplendet, impediat, quominus hanc omnẽm de moribus Analyſin cenſendam permittam. Imo his ego rationibus magis adducor, quo te magis non ſtudio ſolum, ſed longi temporis experientia præſtantem video. Intelliges enim quæ in ſupremo vtriuſque Regiæ Cancellariæ prætorio Præſes digniſſimus ſolitus es cauſarum vtriuſque iuris inuolucra diſſoluere, ita noſtris ſcriptis illuſtrari, vt vel tibi ipſi arrideas, qui quod ex obſcuriſſimis librorum tenebris ſummo tuo labore decerpſeras, Theologorum doctrinæ, quam olim à nobis ſucceſſiuis temporibus audire dignatus es, ſimillimum eſſe reperies: nec diuina iura, ab humanis & pijs legibus, quas ſibi rerum publicarum Gubernatores proponunt, diſcrepare. Suſcipe igitur Præſul humaniſſime, hunc primum fœtum, quem quaſi primogenitum carius diligimus, de fine & præſtantiſſimis medijs humanæ ſalutis: & tua benignitate atque præſidio ſuſtenta: vt qui ſingulari quadam prudentia & integritate, ſeruare hominum ſocietatem in pace & tranquillitate, qui incorruptum & inexorabilem te impijs, manſuetum & facilem tenuioribus præſtare conſueueris, dum regendi & moderandi populi poteſtatem, quaſi quaſdam habenas maxima Philippi Regis Catholici autoritate geſtares. Nunc ad gubernandos ouium greges, paſtoriciumque munus obeundum, à Chriſto Domino tibi commiſſum vocatus, eum te præbes, vt quicquid ad id ſtudij expedire poſſit, quicquid ad tantum prouinciæ onus ſuſtinendum iuuare, pro viribus fouere, & tueri non deſinis. Ac boni conſule, quòd tibi Patrono, cuius eximia merita ac beneficia noſtræ Societatis Religio experta eſt, lucubrationes has noſtras, & primam hanc grandioris operis partem, ſed exiguum noſtri in te animi & obſeruantiæ ſpecimen dedicare audeamus. Ita enim tua de me iudicia, & mea ſumma in te pietas exigebant. Quam rem ſi tibi non ingratam intellexero, ad complendum opus, & maiora in dies ſcribenda ac premenda incitabor. Precor Deum immortalem, vt amplitudinem tuam in ſui nominis gloriam & Catholicæ Eccleſiæ ſplendorem quàm diutiſſimè tueatur incolumem.

Ex Collegio Societatis Ieſu Salmanticenſi.

PROOEMIVM
DE THEOLOGIAE MORALIS
DIGNITATE, VTILITATE,
ET DIFFICVLTATE:
ET QVO PROBATIONVM
GENERE VTATVR.

DOCTRINA Theologia qua de moribus & conſcientia caſibus agit, neceſſaria eſt non ſolum animarum Paſtoribus, & Theologis, ſed ipſis etiam iuriſperitis. Huius tanta eſt dignitas, vt ad animarum ſalutem Doctor illius factus ſit Filius Dei incarnatus: qui docuit in qua re beatus finis hominis conſiſtat: & ad illius conſecutionem eximia ſacramentorum media instituit: explicuit qua ſint pracepta natura & gratia, & ad illorum obſeruationem incitauit propoſitis & pramijs & ſupplicijs.

Vtile eſt breui methodo doctrina inſtructum eſſe Theologum, qui de penè infinitis hominum caſibus & negotijs conſulendus ſit: vt ex generalibus principijs & ex deciſione ſimilium concluſionum ſciat decidere caſus. Quod opus doctè & copiosè quidam, quos Summiſtas vocant, ad memoriam & facilem inuentionem redegerunt in ſummam, per verba varia Alphabetico ordine digeſta. Sed niſi quis totum opus relegerit, cum tadio reperiens eadem in alio atque alio verbo repetita, non ſatis euadet inſtructus: & hi ſine ordine doctrina coguntur contra artis pracepta in varios locos diſtrahere, qua ad vnam ſingularem materiam pertinent. Quo in genere excelluit Caietan. Card. in erudita ſummella, quam in publica pralectione caſuum conſcientia, quidam cum laude explicare ſolent. Hanc ille ſenior digeſſit ad praxim cum inſigni reſolutione, poſt eximias lucubrationes in Philoſophiam, ac in totam pene Theologiam: in qua, & in rebus gerendis, fælicius deſudauit, quàm in acutis commentarijs ad Sacram ſcripturam. Hac tamen ſumma adeò breuis eſt, & in ſingularibus robus conciſa, & abſque iuris aut Doctorum autoritate, vel probatione efficaci munita, vt multa ſint qua in ea deſiderentur.

Alij longam diſputationem texunt, referentes varias Doctorum opiniones: nec tam breues ſummas, quam ampliſſima volumina ſcribunt: quibus contineri aiunt analyſim ſeu reſolutionem omnium penè dubiorum, qua ad mores pertinent. & opere pretium facere putant, ſi allato vno opinionis aſſertore, aut ratione probabili, dicant vtriuſque contraria partis ſententiam videri in praxi probabilem & tutam. quo conſilio iubent aduocatum, iudicem aut confeſſarium in vtramuis aurem ſecurè dormire: praſertim in occulto cónſcientia foro, quem Theologus amplum & varium putat: atque ita licere aduocatis aut iudicibus in gratiam amici, aut pretio corruptis, quod maluerint, eligere conſilium & ſententiam.

Laudandus eſt horum improbus labor, quamuis minus vtilis, & quibuſdam fortaſſe nociuus ſit: nec enim contraria ſententia ſunt paſſim cenſenda in praxi tuta: ſed cum diligenti ſtudio vir doctus & expertus, inter varias & diſcrepantes ſententias longa iurium aut Doctorum citatione, & argumentorum numero confirmatas, harere non debet quaſi in biuio aut triuio ſit conſtitutus, deſperans de certa veritatis inuentione, qua in vna & ſimplici cognitione poſita, demerſa iacet in profundo puteo, vt dixit Democritus. Nec glorioſum eſt in cauſa non dubia, dubia cumulare, & pragrauatas aliorum ſententias: dum ignorat in quem ſe portum & aſylum recipiat. Alioquin qui dubia illuſtrare debet, & tanquam Nauclerus ad vnum tutum portum deducere, perſpicuis rebus offundet tenebras ſcrupulorum, & in ſcopulos impinget. Ergo ſyncerè vna veritas, aut quod veroſimilius apparet, rebus bene perpenſis, à morali Theologo amandum eſt, qui in Philoſophia, iure Canonico ac ciuili, & proprijs cuiuſq; regni legibus verſatus eſſe debet: à quibus ſcientijs veritas practica docetur. Nec probandus eſt Theologus iuris imperitus, qui omnes Leges ac Canones ad ſtrepitum fori contentioſi referendos putat, & ampla quadam conſcientia facile in omnibus pronunciat. Nec nimis ſcrupuloſus iurium peritus, qui dura cenſura vnius textus, conſcientias premere contendit: cum pleraque

In iure ſint ad bonam Reipub. gubernationem pro foro tantum externo conſtituta. Vtrumq́ extremum temperandum eſt, ab experto conſcientia iudice, iuxta receptam conſuetudinem, qua ſolet eſſe optima legum interpres.

Non ſola ratione, quam Dialecticus facile in vtramque partem inueniet, nitendum eſt. Sed cum ſcientia iuuat experimentum prudentiæ plenum in matura ætate: vt perpendas rei de qua agitur circunſtantias. Iuuat & virtus paſſionibus defæcatis: præſertim vt humilis cum ſapientibus agat, & illorum autoritati multum tribuat, ne veritas patrocinio deſtituta contemnatur. Multum valuit apud Pythagoricos præiudicata Magiſtri opinio: nihil enim eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius à ſapiente. Commendantur Pythagoras, Plato, & nobiles Philoſophi, qui auiditate diſcendi peragrarunt varias Orbis regiones, vt à peritioribus quos conſulebant, ſemper diſcerent. nec culpa eſt mutare & in melius remutare ſententiam, dum occurrit melior ratio, & ſapientis autoritas: nec errare cum Platone aut inſigni Theologo, dum latet ignota veritas ſpeculatiua, nocet in praxi. in quo Theologus differt à corporali medico, qui ſi morbi vim quamuis ſine culpa ignoret, necis occaſio eſſe ſolet. ſed qui ſapientum & prudentum ſententia probabili acquieſcit, nullum patitur periculum conſcientia. Deus enim ita nobis ignorantibus indulget, vt eam ſententiam confirmet ad ſalutem, & per medicum ſpiritualem ſanet etiam vulnera, quæ inculpabili ignorantia ignota ſunt.

Difficile opus fuit Ariſtoteli ex varijs Philoſophorum ſectis vnam colligere ſcientiam Philoſophiæ ex proprijs principijs deductam. D. Baſilius Græcus doctor morales regulas religioſæ diſciplinæ à ſe fusè diſputatas in breuiorem contraxit. Difficilius vnus Diuus Thomas Latinæ eccleſiæ Quintus Doctor, ac totius Orbis lumen, ſacram Theologiam apud Patres diſperſam, & ab ipſo in quæſtionibus longe diſputatis poſitam, redegit in vnam breuem ſummam Theologiæ verè Angelicam, & miro ac ſcientifico ordine diſpoſitam. Sed moralem Theologiæ partem ad caſus ſingulares deductam, qui ſæpe ad prudentis viri arbitrium ſunt referendi, vix eſt qui cum breui methodo doctrinæ pro dignitate tractauerit. cum alienum videatur à ſcientia, aut impoſſibile, vniuerſali regula comprehendere ſingulares caſus in praxi difficiles, qui propter infinitam ferè eorum multitudinem, varietatemq́ circunſtantiarum, vna via. & certa ratione decidi non poſſunt: ita omnia in ſingulari videntur iudici & prudenti homini arbitraria, præter pauca quæ iure diuino & humano, aut certa ratione ſunt definita..

De moralibus rebus cum quadam methodo longum tractatum inſtituimus: ſed breuem in ſingulis materijs: quod ita expediat ob vitæ breuitatem, & frequentes hominum occupationes. Nec tamen Laconicam obſcuritatem affectamus: aut acutam ſpeculationem quæ prolixior eſt: nec cuncta complecti animus eſt, ſed ſobriæ ſapientiæ ſtudio contenti tractamus, quæ videntur magis vtilia, & tempori ac regioni noſtræ accommodata: ſine profana eruditione, aut verborum compoſitione, & ornatu :ornari res ipſa negat contenta doceri. Quædam parcius perſtringimus ad vnius loci aut capitis pleniorem doctrinam, quæ alio loco fuſius à nobis ponuntur. Nec refugimus modeſtiæ cauſa cum ſub dubitationis nota interdum proferre ſententiam: interdum rebus ferè æqualibus liberum iudicium lectori relinquimus, vt perpenſis circunſtantijs rei, ſequatur in praxi quod cauſæ magis arrideat. Interdum doctores, qui verbis inter ſe pugnare videntur, aut à ſe ipſis diſsidere, reducimus ad concordiam, cum res ipſa ſub varijs circunſtantijs conſideratur. & iuriſperitos in propria iuris materia noſtris Theologis præferre non erubeſcimus. Si quando recentiorum opinio ſit deſerenda, non eſt animus quenquam laceſcendi, ſed defendendi antiquiores, quando pro illorum digna autoritate probationes vrgent: à quibus patronis noſtra ſcripta defendi glorioſum putamus.

In ſingulis ſacramentis hoc fere ordine procedimus. 1. declaratur vox & deſcriptio ſacramenti: à quo & quando ſit inſtitutum, interdum fit diuiſio. 2. vtrum ſit vnum ex medijs neceſſarijs ad finem ſalutis: & quando obliget præceptum illius. 3. quid ſit in particulari quantum ad eſſentiam: & de propria materia, forma, & partibus illius: aut de ſenſu verborum formæ. 4. de ritibus, qui pertinent ad accidentalem ornatum ſacramenti. 5. de effectibus proprijs cuiuſq́ ſacramenti. Interdum etiam vt lib. 1. de excellenti modo & virtute quæ producit effectus. 6. de ſuſcipiente ſacramenta: de illius intentione, & diſpoſitione, vt cum fructu particeps fiat. Tandem de miniſtro proprio ſacramenti: & qua præparatione digne miniſtrabit.

INDEX CAPITVM QVAE IN HOC TOMO CONTINENTVR.

LIBER DE FINE HOMINIS.

De quo poſtremo loco.

Cap. 1. *De duplici Theologiæ parte, ſpeculatiua & practica: & de duplici fine hominis naturali & ſupernaturali.* pag. 1

2 *De fine hominis naturali, & medijs quæ eſſent inſtituta ad illius conſecutionem.* 3

3 *Quæ naturali luce poſſint de Deo demonſtrari.* 5

4 *De futuris conditionatis, an poſſint certo præſciri in concurrentia cauſarum.* 10

5 *Singula bona ẽt libera eſſe prouiſa ſpecialiter à Deo.* 15

6 *Cum efficaci prædefinitione boni, aut præſcientia mali, ſtare vſum libertatis.* 19

7 *De actu potentiæ executiua in Deo, & quibus medijs homo conſequeretur fœlicitatem naturalem.* 25

8 *Ideas quomodo vere Plato. poſuit in Dei mente.* 27

9 *Cognitio ſui & rerum naturalium quomodo conducat ad fœlicitatem.* 30

10 *De cã formali ĩ qua cõſiſtit beatitudo ſupernaturalis.* 34

11 *De cauſa prima effectiua ſalutis quæ eſt p̃deſtinatio.* 42

12 *Soluũtur obiectiones Catharini contra p̃deſtinationẽ.* 48

13 *An detur cauſa reprobationis.* 51

14 *De cauſa ſalutis in executione.* 56

15 *Quomodo Chriſtus vt homo in primo & ſecundo aduentu ſit cauſa ſalutis.* 60

16 *De medijs adulto neceſſarijs ad ſalutem viæ.* 66

17 *De quibuſdam medijs in ſpeciali.* 67

18 *Ad ſalutem in via differt neceſſitas medij, ab alijs præceptis.* 70

19 *De medijs neceſſarijs etiam iuſto ad ſalutem vltimam gloriæ.* 72

20 *De medijs neceſſarijs ad maiorem gradum gloriæ in anima.* 79

21 *De medijs ante reſurrectionẽ & gloriam corporum.* 82

22 *De tempore Antichriſti: quod medium præcedet reſurrectionem.* 90

23 *Quis & qualis erit Antichriſtus.* 92

24 *De purgatione mundi per ignem.* 103

25 *De iudicio particulari & vniuerſali.* 108

26 *Reſurget quis & quantus homo.* 113

27 *De qualitatibus, ſeu dotibus corporis.* 114

Lib. I. De Sacramentis in genere.

Cap. 1. *De intentione & partitione huius libri.* pag. 1

2 *De ſacramenti voce, definitione & vnitate.* 3

3 *Solus Chriſtus Eccleſiæ caput inſtituit ſacramenta.* 7

4 *De neceſſitate & ſacramentorum dignitate.* 8

5 *In ſtatu innocẽtiæ nõ fuiſſe ſacram. ſed poſt peccatũ.* 10

6 *De circuncisionis ſacram. de eius ritu & præcepto ad tempus.* 13

7 *De numero ſacramentorũ ſeptennario, & quid pertinet ad illorum eſſentiã, & in quo hæc excellant vetera.* 15

8 *De materia vnius ſpeciei in vno quoque ſcramento: & de forma verborum determinata.* 18

9 *De mutatione in verborum forma, & coniunctione formæ cum materia.* 21

10 *Sine vera miniſtri intẽtione non fieri ſacramentum.* 24

11 *De pijs ritibus in ſacramentorum adminiſtratione.* 26

12 *De tribus effectibus ſacram. primo gratia iuſtificante. ſecundo charactere aut alio ſimili, qui dicitur res & ſacramentum ſimul. tertio de gratia ſacramẽtali.* 29

13 *Characterem in tribus ſacramentis impreſſum eſſe potentiam in ſecunda ſpecie qualitatis.* 32

14 *Effectus quartus, quod ſacramentum recipiẽti melius diſpoſito plus confert. de quorundam peculiari effectu, vt quod baptiſmus tollit totã pœnam, & quaſdam irreg. & de obligatione cõtracta ex ſacramẽti receptione.* 35

15 *Modus quo ſacram. eſt inſtrumẽtalis cauſa gratię.* 38

16 *Vt Chriſti humanitas, ita ſacramentum eſt ipſius gratiæ cauſa moralis & effectiua.* 41

17 *Sacramenta comproducunt ipſam qualitatem gratiæ, quæ non concreatur.* 43

18 *Verba in euchariſtia eſſe inſtrumentum conuerſionis. ſacramento, in quo ſunt duæ actiones, addi formaliter virtutem ſpiritualem.* 45

19 *Sacramentum cauſat effectum vno inſtanti, licet videtur res ſucceſſiua.* 47

20 *Vetera fuerunt ſacramenta: non ita ſacramentalia.* 48

21 *Subiectum ſacramenti eſt ſolus homo viuens.* 50

22 *In ſubiecto qualis intentio & diſpoſitio requiratur, ne indigne ſumat ſacramentum.* 51

23 *De peccato adminiſtrantis indigne, dum iacet in peccato aut cenſura.* 53

24 *De fictionis gradibus in receptione ſacramenti.* 53

25 *Sacramentum obice ſublato cauſat gratiam vt inſtrumentum phyſicum.* 54

26 *Miniſter ſacramenti eſt homo: & hic ſacerdos aut epiſcopus; communiter autem non eſt angelus.* 56

27 *Miniſtro quæ præcepta ſint impoſita.* 58

28 *In miniſtro ordinato vt actiue & valide cõferat ſacramentũ & gratiã, non requiri bonitatem aut fidem.* 60

29 *De miniſtri intentione: & quando tenetur eſſe in gratia, vt miniſtret.* 61

30 *A miniſtro peccatore quando liceat petere ſacramenta, aut ea miniſtrare peccatoribus.* 62

Lib. II. De Baptiſmo.

Cap. 1. *De voce, diuiſione & diffinitione baptiſmi.* 66

2 *Quando cœpit inſtitutio & obligatio baptiſmi.* 68

3 *Baptiſmus eſt ad finem ſalutis neceſſarius neceſſitate medij & præcepti diuini.* 72

4 *Quo tempore præceptum baptiſmi obliget adultos, aut paruulorum parentes.* 74

5 *Ante Chriſti mortem quoſdam fuiſſe baptizatos abſque præcepto.* 76

6 *De materia remota baptiſmi.* 77

7 Ablutio quæ eſt materia propinqua, fit tribus modis. 78
8 De forma baptiſmi cum expreſſione trium perſonarũ, ſub proprijs nominibus relatiuis. 79
9 De varia mutatione in verbis formæ. 81
10 De baptiſmo in nomine Chriſti. 82
11 Non valet hic baptiſmus: in nomine Trinitatis: aut Dei: aut expreſſa vna tantum perſona. 83
12 Forma & intentio quando multi baptizant vnum, aut vnus multos. 84
13 De ritibus qui cum baptiſ. & ante, aut poſt illum adduntur. 85
14 De ritu Patrini, &c. 87
15 De ritu pro adultis: de miniſtro rituum: de myſterio rituum. 87
16 De virtute & effectibus baptiſmi. 88
17 De effectu quarto; qui dicitur character. 90
18 De effectibus ſecundarijs. 91
19 De effectu obligationis. 92
20 De baptiſm. flaminis & in voto. 92
21 De ſubiecto baptiſmi. 93
22 Nulla oblatio, aut baptiſmus in voto parentum prodeſt infanti: contra Caietanum, ſed baptiſm. aquæ aut ſanguinis. 94
23 Pro baptiſmo recipiendo quando liceat data pecunia redimere vexationem. 96
24 De diſpoſitione, & intentione recipientis. 97
25 Paruulos quando liceat inuitis parẽtibus baptizare. 98
26 Qualis diſpoſitio exigatur in adultis ante baptiſ. 100
27 Fictio & indiſpoſitio, quæ impedit effectum baptiſmi, quo modo tollatur, vt baptiſmus reuiuiſcat. 101
28 Quis ſit ſufficiens miniſter baptiſmi. 102
29 De obligationibus miniſtrantis baptiſmum. 104
30 Vnus alium, aut multos ſimul baptizat: aut multi vnum. 105
31 De rebaptizantis pœna, & quando liceat ſub conditione rebaptizare. 105
32 B. Ioannis baptiſmus in quibus conuenit, aut differt à baptiſmo Chriſti Domini: nec erat ſacramentũ. 106
33 Licet illorum baptiſmi in forma aliquo modo conueniſſent: in multis differunt, & cur Chriſtus dignatus eſt baptizari. 108
34 De baptiſmo ſanguinis, ſeu martyrio. 110
35 Quæ opera miſericordiæ dicuntur eſſe remedium contra peccata. 111
36 Qualis diſpoſitio requiratꝰ ad fructuoſũ martyriũ. 112
37 Martyrium includit obedientiam præceptorum, & requirit cauſam ex parte recipientis & inferentis. 113
38 Infantibus prodeſt martyrium, etiam nondũ natis. 113
39 Quo temporis inſtanti confert gratiam, & quomodo differt à baptiſmo. 114

Lib. III. De ſacrament. Confirmationis & extremæ vnctionis.

Cap. 1. De ſacramento confirmationis. 115
2 De materia & forma. 118
3 Ritus circa confirmationem, & in confectione chriſmatis. 120
4 Effectus confirmationis. 121
5 De ſubiecto & illius diſpoſitione. 122
6 De miniſtro. 123

De extremæ vnctionis ſacramento.

7 Hoc ſacramentum fuiſſe à Chriſto inſtitutum. 127
8 Definitio, materia & forma. 129
9 Effectus huius ſacramenti. 130
10 Vtile eſſe, ſed non præceptum. 131
11 Subiectum eſt homo adultus, qui laborat morbo periculoſo. 132
12 Quæ partes ſint vngendæ, vt detur effectus, & de ritu. 136
13 De intentione & diſpoſitione recipientis: & de miniſtro. 137

De Pœnitentia Libri tres.

Lib. IIII. De pœnitentiæ ſacramento & virtute, & de contritione, quæ eſt prima pars materiæ.

Cap. 1. De dignitate ſacramenti pœnitentiæ. 141
2 De ſacramento hoc eſſe præceptum tale, vt ſimul ſit medium ſaluti neceſſarium: idq; magis quam de eucharistia. 143
3 Præceptum diuinum, quæ peccata obliget confiteri. & colligi ex Ioan. 20. 146
4 Eccleſiæ præceptum impletur in quouis die anni eccleſiaſtici, præſertim ad finem illius, ſi habet conſcientiam peccati mortal. vel ſi dubitat eſſe mortale. 148
5 Satisfieri præcepto per confeſſionem informem. 152
6 Præceptum pœnitentiæ, ſeu contritionis quomodo differt à præcepto reſtitutionis. 153
7 Modus & quantitas pœnitentiæ eſt quadruplex. ſatis eſt dolorem eſſe maximum appretiatiue. 156
8 De ſatisfactione eſt præceptum, quando confeſſarius iniũgit: ex fine eſt neceſſaria ad cõſecutionẽ glorię. 157
9 Materia remota ſacramenti eſt peccatum actuale: ſed mortalia ſunt materia neceſſaria. 158
10 Materiæ proximæ eſſe tres partes in communi: quæ omnes aliquo modo præcedunt formam. 160
11 De forma verborum quæ eſt pars ſacramenti: & tamẽ ſacramentum ſupponit pro materia. 161
12 Senſum formæ tripliciter eſſe verum, quia ſacerdos vice Dei vere ſoluit à vinculo peccati mortal. & pœnæ æternæ. 163
13 De effectibus eximijs quibus compenſatur difficultas cõfeſſionis. 165
14 Effectus ſecundus, vt pœnam æternam commutet in temporalem, interdũ delet totã tẽporalem ſenſus. 169
15 Venialia licet non ſint materia neceſſaria, remittuntur per abſolutionem, & per alia ſacramenta quæ tamen per ſe non ordinantur contra venialia. 170
16 Effectus ſecundarius eſt tollere obicem, & reuiuiſcit ſacramẽti opus ſatisfactio Miſſæ, & indulgentia quia eſt opus Chriſti. 174
17 Contritio habet quoſdam ex prædictis effectibus. 175
18 Effectus, vt confeſſarius ſecundario actu liget pœnitentem. 176
19 De prima parte materiæ, quæ eſt contritio, vt pertinet ad ſpecialem virtutem. quædam virtutes verſantur immediate circa malum arduum. 177
20 Peccatum cur dicitur materia remota ſacramenti. 181
21 Qui actus præcedant communiter contritionem, & de obiecto materiali. 183
22 Pœnitentiæ virtutem eſſe per ſe infuſam, colligitur ex obiecto formali, & ſpeciali actu eius. 185
23 Qualis actus voluntatis ſit contritio: an ſit intentio, vel electio. 187

Qua-

24 *Quadruplex propoſitum includi in contritione.* 189

25 *Attritio in quibus conuenit cum contritione.* 191

26 *Ex tribus attritionis gradibus, quis ſufficiat cum ſacramento.* 193

27 *De quadruplici quantitate contritionis.* 195

28 *Quantitas ex parte obiecti vt ſit vniuerſalis dolor de ſingulis peccatis, ſed non requiruntur ſingulæ attritiones.* 198

29 *Impedimenta pœnitentiæ ſunt hypocriſis, conſuetudo, &c.* 200

30 *Remiſſio fit gratis. An intelligi poſſit ſine infuſione habitualis gratiæ.* 201

31 *Remiſſio culpæ etiam vt eſt offenſa Dei, fit gratis: & non propter opera iuſtitiæ, ſecundum iuſtam ſatisfactionem.* 203

32 *Patres ex Matth. 18. colligunt remiſſa peccata redire ob circunſtantiam ingratitudinis, per culpam quandam, & per effectum pœnæ.* 204

33 *Viua opera iuſti peccato mortificata reuiuiſcunt omnia per pœnitentiam.* 207

34 *Omnia merita reuiuiſcere, nec tamen homo recuperat ſemper priſtinum ſtatum gratiæ.* 210

35 *De ſubiecto, ſeu de ſuſcipientibus ſacramentum, vel habitũ pœnitentiæ. habuit habitũ B. virgo, & Adã.* 211

36 *De intentione recipientis hoc ſacramentum.* 213

Lib. V. Seu de pœnitentiæ ſacramento, Lib. II.

Cap. 1. *Ex nomine confeſſionis vocari totum ſacramentum.* 215

2 *Non fuiſſe hoc ſacramentum in ſtatu legis naturæ vel veteris.* 217

3 *Conditiones 16. bonæ confeſſionis explicantur.* 221

4 *Has 16. conditiones reduci ad tres, 1. vt ſit vera, 2. integra, 3. dolens.* 223

5 *Examen conſcientiæ obligat ratione integritatis, vt declaretur ſpecies, numerus, & circunſtantiæ.* 225

6 *Circunſtantia peccati quid ſit.* 228

7 *Circunſtantiæ quæ mutant ſpeciem moralem ſunt neceſſario confitendæ.* 231

8 *Circunſtantia reincidentiæ frequentis, de inceſtu primi gradus quando caute confitendus.* 233

9 *De complicis circunſtantia caute confitenda.* 234

10 *An liceat interdum manifeſtare complicem confeſſario.* 238

11 *Confeſſio in duplici caſu informis, eſt integra & verum ſacramentum.* 241

12 *Quæ cauſæ ab integritate confeſſionis excuſent.* 242

13 *Quando ſit iteranda confeſſio ob defectum ex parte pœnitentis, vt ſi deſit dolor, aut maneat in ſtatu peccati.* 244

14 *Quando ſit iteranda ob defectum ex parte confeſſarij: ſi caruit poteſtate ordinis vel iuriſdictionis.* 246

15 *Per confeſſionem informem ſatisfit præcepto, ſed non fini præcepti: idem cum alia ſacramenta recipit in peccato.* 247

16 *Qui ſpõte fecit generalem confeſſionem, an teneatur ad integram omnium? expedit aliquando confeſſio generalis totius vitæ.* 248

17 *Poteſt in religione fieri ſtatutum repetendi confeſſiones Prælato.* 250

18 *De tertia parte materiæ, quæ eſt ſatisfactio de nomine: & quomodo hæc differt à reſtitutione, eſſe medium neceſſarium ad conſequendam ſalutem.* 251

19 *Per quæ opera fiat ſatisfactio.* 253

20 *Præceptũ ſatisfactionis colligi ẽt ratione naturali.* 255

21 *In praxi prudenter imponenda eſt pœnitentia, & interdum ſub conditione, & de voto pœnali.* 257

22 *Aequalis confeſſarius cur poſſit impoſitam ab alio commutare.* 259

Lib. VI. De clauibus eccleſiæ pro foro pœnitentiæ, ſeu de miniſtro. Qui eſt de Pœnitentia Lib. III.

Cap. 1. *De clauium poteſtate ad abſoluendum in foro pœnitentiæ.* 262

2 *Quis ſit clauium capax.* 264

3 *Quale oſtium regni cælorum aperiatur per claues.* 266

4 *Claues late extendi ad iuriſdictionem, ſed differre ab illa.* 267

5 *Quo iure epiſcopis, aut parochis conferatur iuriſdictio.* 269

6 *Quis ſit & reputetur idoneus confeſſarius, iuxta Conc. Triden. ſeſſ. 23. refor. cap. 15.* 273

7 *Quis dicatur Ordinarius. & in cap. omnis proprius ſacerdos.* 277

8 *Caſus in quibus omnes ſacerdotes abſoluere: aut quidã homines eligere poſſunt confeſſarium.* 278

9 *In mortis articulo aut periculo quis abſoluat à peccatis & cenſuris.* 280

10 *Impeditum adire Papam, abſolui poſſe ab epiſcopo: & quid fiet in articulo mortis.* 282

11 *In mortis articulo, aut periculo iure eccleſiaſtico abſoluit omnis ſacerdos.* 285

12 *In articulo mortis ſi expediat nõ confiteri epiſcopo, vel parocho præſenti, poteſt negata etiam licentia, confiteri non expoſito.* 287

13 *Quis eligere poſſit confeſſarium, & qualem.* 289

14 *Quis poteſt caſus reſeruare, & à reſeruatis directè abſoluere:* 293

15 *Quando liceat inferiori abſoluere indirectè à reſeruatis.* 296

16 *Quomodo à caſibus Papæ abſolutio fiat per epiſcopũ, & per Bullam cruciatæ, aut iubilæum.* 298

17 *De miniſtri qualitate, ſeu bonitate.* 302

18 *In quibus debeat confeſſarius iuuare pœnitentem.* 304

19 *De ſigilli obligatione.* 305

20 *Qui teneantur ad ſigillum.* 308

21 *Quæ non cadant ſub ſigillo.* 310

22 *De prudenti cautione confeſſarij.* 312

23 *An liceat vti notitia per confeſſiones habita.* 313

24 *Vti ſcientia ſuperioris ordinis, quando non ſit contra præceptum.* 315

25 *Licet ſigillum extendatur ad aliena peccata: non tamen inquirendum eſt de perſona complicis.* 316

26 *De qualitate 3. confeſſarij quæ eſt ſcientia.* 318

27 *De qualitate 4. Prudentiæ.* 320

28 *Quomodo ſapiens & prudens confeſſarius docebit ignorantes.* 321

29 *Breue interrogatorium cum præambulis: & præcepta reduci ad octo capita.* 322

30 *Appendix interrogatorij pro ſtatibus circa præceptum 3. 5. & 7.* 323

31 *Finito examine, quid præſtabit confeſſarius.* 324

32 *Epiſcopus et examinator, quomodo approbare debeant confeſſarios.* 325

Lib.

Lib. VII. De clauibus pro indulgentijs.

Cap. 1. *Quid ſit indulgentia, & in quo differt ab alijs remiſſionibus.* 327
2 *De materia theſauri.* 329
3 *Quo iure ſunt claues pro indulgentia datæ.* 330
4 *Indulgentiã eſſe gratuitã donationẽ ex theſauro: deinde iuſtã ſimul ſatisfactionẽ, & abſolutionẽ pro viuis.* 332
5 *Quo modo ſanctorum ſatisfactio concurrat.* 333
6 *De varia forma concedendi indulgentias.* 334
7 *Quomodo conferatur pro defunctis.* 335
8 *An qui indulgẽtiã cõſequitur poſſit alteri applicare.* 336
9 *Quem effectum habeat indulgentia, & cui proſit.* 338
10 *Stationes indulgent. quid includant, & de operibus quę præſcribuntur in iubileo.* 340
11 *Declarantur quędam pertinentia ad iubilæum.* 341
12 *De confeſſione quę ſolet in iubilęis exprimi, & de electione confeſſarij.* 342
13 *De varijs priuilegijs Bullæ cruciatæ.* 344
14 *De cauſa concedentis indulgentiam.* 351
15 *Quantum valet, & quid ſignificat annus, aut quadragena, &c. & de anno iubilæi.* 353
16 *De diſpoſitione conſequentis indulgentiam, & quot annis detineatur anima in purgatorio.* 355
17 *De abſolutione ab iniunctis.* 356
18 *Quis poteſt recipere indulgentias.* 357
19 *De regularium indulgentijs.* 358
20 *De reuocatione indulgentiæ, & publicatione bullæ, & quibus proſit.* 360
21 *Quando expiret bulla, aut gratia conceſſa: & quomodo confirmet alia priuilegia:* 362
22 *An bulla reuocet priuilegia religionis.* 364
23 *Summa eorum quæ ex priuilegio conceduntur regularibus, aut per bullam.* 367
24 *De exemptione regularium in generali.* 368
25 *Quos effectus vtiles operetur hæc exemptio regularium.* 371
26 *De exemptione à quibuſdam rebus.* 376
27 *Exemptio à ſolutione decimarum, & ſubſidij.* 378
28 *Prælati regulares, & confeſſarij regulares ab his expoſiti, quid poſſint.* 381
29 *Quomodo publicanda, & interpretanda ſint indulgentia & priuilegia.* 384
30 *In quibus amplianda & reſtringenda ſint priuilegia etiam bullæ.* 385
31 *De ſubiecto harum clauium, ſeu miniſtro conferente indulgentias.* 388
32 *Quas indulgentias, & quibus concedat Epiſcopus, Archiepiſcopus, &c. & an excommunicatus poſſit eas concedere.* 390
33 *De cõpoſitione bonorũ incertorũ per bullam Cruc.* 391
34 *De quibus bonis, & quibus hominibus proſit compoſitio, & pro quo foro.* 393
35 *De varijs caſibus cõpoſitionis circa iniuſtę quæſita.* 395
36 *Et circa bona beneficijs annexa: & de monſtrenco.* 398
37 *Et circa legata in teſtamento.* 399

De Euchariſtia Libri duo.

Lib. VIII. De Euchariſtiæ ſacramento.

Cap. 1. *De nomine & figuris Euchariſtiæ.* 405
2 *De inſtitutione, quã decẽter facta ſit, aut fieri potuit.* 406
3 *Communionem Euchariſtiæ eſſe neceſſariam neceſſitate finis & præcepti.* 409
4 *Quando obligat præceptum diuinum.* 412
5 *De pręcepto eccleſiæ, quę tempus determinat.* 413
6 *In quo conſiſtat eſſentia Euchar. ſeu cauſa formalis, & de illius definitione.* 414
7 *Pro quo ſupponat: & in quo differt à ratione ſacrificij, & ab alijs ſacramentis.* 415
8 *Eſſe vnum ſacramentum ſub vtraque ſpecie, & verum ſub altera: differt ab vnitate aliarum rerum.* 417
9 *Euchariſtiæ materiã remotã eſſe panem & vinũ.* 418
10 *Qualitas materię eſt panis azymus.* 420
11 *Quo die Chriſtus confecit & crucifixus eſt.* 423
12 *Quale vinum ſit materia, & de mixtione aquę.* 427
13 *An Papa diſpenſet, vt conficiatur in altera ſpecie.* 429
14 *De præſentia & quantitate materiæ, ac intentione conſecrantis.* 430
15 *De defectibus circa hæc occurrentibus.* 431
16 *De forma ſacri Euchariſtię, & cõſecrationis panis.* 432
17 *Quibus verbis cõſtet formę, qua vinũ conſecratur.* 435
18 *Verba quomodo efficiant conſecrationem.* 437
19 *Explicantur verba formæ.* 438
20 *De effectu verborum, id eſt, præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in hoc ſacramento.* 440
21 *Quibus verbis Patres explicent hunc effectum: nec adeſſe Chriſtum in figura tantum.* 442
22 *Præmittitur aliquid pro declaratione tranſſubſtantiationis.* 444
23 *Referuntur quorundã ſniæ de termino cõuerſionis.* 447
24 *An ſit ſacramentalis vnio inter corpus Chriſti & ſpecies.* 450
25 *Explicatur mirabilis actio conuerſionis. quid fiat circa panem & ſpecies remanentes.* 453
26 *Sub altera ſpecie & illius particulis contineri totum corpus Chriſti.* 456
27 *Quæ adſint per concomitantiam.* 458
28 *Quando incipiat aut deſinat adeſſe corpus Chriſti ſub ſpeciebus.* 462
29 *Manet antè & poſt vſum ſacramenti ſub ſpeciebus corpus Chriſti.* 463
30 *Manent accidentia per ſe abſque ſubiecto.* 464
31 *Ex quantitate quomodo fiat generatio & nutritio.* 465
32 *De adoratione exhibenda ſacramento euchariſtiæ.* 466
33 *An interdum ſit addenda conditio adorationi.* 470
34 *De effectibus euchariſtiæ.* 471
35 *De proprio effectu gratiæ ſacramentalis.* 473
36 *An fiat quædam vnio Chriſti cum iuſto cõicante.* 474
37 *Explicantur Patres.* 475
38 *Non eſſe imitandam locutionem quorundam.* 476
39 *An euchariſtia in ſacrario habeat aliquem effectũ.* 476
40 *De ſuſcipientibus euchariſtiam & vſu illius.* 477
41 *Quis dicatur manducare ſacramentaliter.* 478
42 *De antiqua infantium communione.* 478
43 *Quo in inſtãti Euchariſtiæ ſumptio cõferat gratiã.* 479
44 *Non licet laicis communicare ſub vtraque ſpecie.* 481
45 *De recipientis intentione & diſpoſitione.* 483
46 *Quæ neceßitas deficiente confeſſario excuſet à præmittenda confeſſione ante communionem.* 484
47 *Quaſdam alias cauſas non eſſe ſatis, vt liceat communicare abſque confeſſione.* 486
48 *Quæ alia pręparatio præmittatur ad fructum ſacramenti, præter gratiam & confeſſionem. An deuotio, de qua etiam cap. 52.* 487
49 *De munditia corporali per ieiunium.* 487
50 *Quando non ieiunis liceat ſumere Euchariſt.* 488
51 *De munditia ſine pollutione corporis:* 489
52 *De deuotione mentis, & ſupra cap. 48* 490

Frequen-

53 *Frequentatio communionis quæ expediat laicis.* 491
54 *Miniſter quis ſit. laico non licet tangere eucbariſt. aut vaſa ſacra.* 493
55 *Vt digne miniſtret, requiritur licentia Paſtoris, & qua lis præparatio. Quando phreneticis & infirmis mini-ſtrari debeat.* 495
56 *Peccatori publico neganda eſt communio. non eſt confe renda ad probationem innocentiæ.* 495
57 *Peccatori cuius crimen eſt occultum, permittet paro-chus accipere communionem.* 497
58 *Chriſtus etiam Iudæ dedit ſacramentum eucbariſtiæ & ordinis.* 497
59 *Occultum crimen babenti, ſi occulte petat communio-nem, quando neganda ſit.* 498
60 *Excommunicatus quando poſſit miniſtrare, aut reci-pere euchar.* 499

Lib. IX. De ſacrificio Miſſæ.

Cap. 1. *De ſacrificij antiquitate: & quib. partib. cõſtet.* 501
2 *Varie diuiditur. quædam vetera cruenta fuiſſe figuram incruenti ſacrificij.* 503
3 *Definitur ſacrificium. vnicum eſt in eccleſia: quod differt à ſacrificio cruento crucis, & à morte martyrum.* 505
4 *Apud veteres fuit verum ſacrif. & templum, ſed ceſſa-uit per Chriſti mortem & reſurrectionem.* 507
5 *Ante legem in ſtatu naturæ erat ſacrif. cum partibus neceſſarijs, & ritibus.* 508
6 *An eccleſia de ſe poſſet inſtituere ſacrifi. De facto ſolus Chriſtus inſtituit: & eccleſia adiecit pios ritus.* 509
7 *Sacrificij ratio in eucbariſtia differt, & dignior eſt quã ratio ſacramenti.* 510
8 *Referuntur ſententiæ quod in vna actione ſit eſſentia no ſtri ſacrificij.* 511
9 *Ad ſacrificij ſubſtantiam & fructũ pertinent hæ 3. par tes: conſecratio materiæ, oblatio & conſumptio: & quæ ſit potior. Alia quæ concurrunt, non pertinent ad eſſentiam.* 513
10 *De varijs nominibus: & cur dicitur Miſſa. De figuris & probatur hoc ſacrif. ex vtroque teſtamento.* 517
11 *De veteri ſacrificio an fuit præceptum. Quomodo pla-cuit Deo.* 521
12 *Effectus Miſſæ in generali. Non derogat vtrique ſacri ficio quod Chriſtus obtulit. Superat effectus veterum ſacrificiorum.* 522
13 *Effectus per ſe ſacrificij in ſpeciali eſt expiatio pœnæ. Offertur etiã pro culpis: & ad augmentũ gratiæ.* 524

Pro quibus offeratur Miſſa.

14 *Refutatur duplex ſententia, 1. quod miſſa offeratur pro ſanctis: explicatur, 2. quod peccatori cum attritione conferat primam gratiam.* 526
15 *Quomodo proſit peccatori fideli, & excommunicato cõ trito. An hæreticis, & cathecumenis, ac paganis.* 527
16 *Defunctorũ animæ quæ ſunt in purgatorio iuuantur miſ ſis. Quid de anima Traiani liberata dicãt Doct.* 529

De quadruplici offerente.

17 *Per 4. offerentes creſcit valor & effectus finitus vnius miſſæ, 1. per eccleſiam, quæ iuxta inſtitutionem Pon-tificum eſt offerens.* 531
18 *De miniſtro per ſe offerente, & diſtribuente tres por-tiones. Ex bonitate iſtius augeri quendam valorem miſſæ. non ita prodeſt miſſa ſacerdotis excommunica-ti, aut hæretici.* 534
19 *Ex Chriſto, vt eſt præcipuus offerens, aut miſſa habeat valorem & virtutem infinitam.* 537
20 *Ex laicorum deuotione, dum ſunt ſimul offerentes per ſacerdotem, tanquam per cauſam vniuerſalem, auge-ri valorem miſſæ.* 540
21 *Vna miſſa plus prodeſt homini, ſi ſacerdos ſpecialiter applicet. Et quomodo eccleſia, aut Prælatus alijs ap-plicat fructum miſſæ.* 541
22 *Pitantiam ſeu ſtipem pro vna miſſa quantum poſſit acci pere ſacerdos et diues, et regularis, aut parochus.* 544
23 *Obligatio miniſtri vt aliquoties celebret, ſe præparet: ſeruetq; onera impoſita, & regulas miſſalis.* 548
24 *Ritus Pios in miſſa eſſe obſeruandos. i. de tempore: qui-bus anni diebus liceat, eſſe frequentandam. Qua diei hora, & poſt matutinas.* 549
25 *De miſſa audienda præcepto: & cauſis excuſantib.* 552
26 *Miſſarum ritus à Chriſto et Apoſtolis fluxit. De varijs illarum officijs. De regulis miſſalis.* 558
27 *De ritu loci ſacri. Quando dicatur pollui: & à quo re-concilietur eccleſia violata.* 559
28 *De ara, vaſe ſeu calice, cuſtodia: de corporalib. &c.* 561
29 *De veſtibus ſacris celebrantis: de libro miſſali, & lemi-ue cera.* 563
30 *Priuata miſſa licet, in qua vnus miniſtrat ſacerdoti. Quo caſu liceat interrumpere ſacrificium: aut bis in die celebrare.* 565
31 *Partes miſſæ diſtinguuntur. quædam dici ſubmiſſe ne au diantur. non eſt dicenda vulgari lingua.* 568
32 *Declaratur 1. pars à principio miſſæ vſque ad offerto-rium.* 572
33 *Declaratur offertorium, & ſacer Canon miſſæ.* 578
34 *Declaratio à verbis conſecratorijs, vſque ad finem miſ-ſæ.* 580
35 *De ritibus & cęremonijs, quæ in geſtu & actione con-ſiſtunt.* 583
36 *Regulæ generales, vt occurratur defectibus, ſi inter ce-lebrandum contingant.* 584
37 *Peculiare remedium pro his defectibus.* 585
38 *Si miraculũ circa ſpecies contingat, quid agẽdum.* 586
39 *De defectu incidente circa formam, aut intentionem du biam.* 587
40 *Si ſacerdos facta conſecratione deficiat, quomodo ſit oc currendum.* 587

Lib. X. De Ordinis ſacramento.

Cap. 1. *Nomen, ordo, & definitio explicantur.* 591
2 *De numero ſeptenario ordinum, & quomodo diſtinguan tur.* 592
3 *Inſtituti ſunt à ſolo Chriſto: & iuſtos late dici ſacerdo-tes.* 594
4 *Ordines 7. ſunt vnum ſacramentum, & ex fine eſt ne-ceſſarium communitati.* 595
5 *De forma & materia ordinum in communi.* 596
6 *De materia & forma in particulari ſingulorum ordi-num. De manus impoſitione, cum qua Ioan. 20. col-lata fuit poteſtas abſoluendi.* 596
7 *Epiſcopo per manus & libri impoſitionem confertur noua poteſtas & gratia. nec eſt 8. ordo. In quo excel-lat poteſtas Papæ. Conſecratio Abbatis vel Virginis non eſt ſacramentum.* 597
8 *In quo actu Diacono, & Subdiacono imprimatur cha-racter.* 599

9 *In quo actu 4. minorum & tonſuræ, fiat conſecratio perſonæ.* 599
10 *An oportet vt qui ordinatur tangat vaſa, & quando ſupplendus ſit defectus.* 600
11 *De ritu veſtis clericalis, tonſuræ, de vnctione, & de circunſtantia loci.* 601
12 *De circunſtantia temporis, in quo ordines conferendi ſunt.* 602
13 *De officio Diaconi, Subdiaconi, & aliorum ord. Quando Subdiaconus peccator, aut epiſcopus miniſtrans in officio non peccat mort.* 603
14 *De effectu gratiæ, & characteris. De intentione recipientis adulti. Quid ſi infans ordinetur. Initiatos ſacris obligari continentiæ voto.* 605
15 *De effectu, quod eſt priuilegium immunitatis. Quando tonſuratus gaudeat priuilegio fori.* 608
16 *De ſuſcipientibus ordines. Quis incapax aut irregularis. Minorem ſcientiam ſatis eſſe dum regularis ordinatur.* 611
17 *Scrutinium pręmitti ante ordinationẽ, de ętate, de moribus, ſcientia. Si abſque titulo beneficij, ſeu patrimonij ſacris initiet epiſcopus, debet illum ſuſtentare.* 612
18 *Notorie dignus non eſt examinandus, niſi vt fiat epiſcopus. Qui interrogetur de crimine aut vitio corporis, & an ſit ſeruus, aut illegitimus, aut ratiocinijs obligatus quid reſpondebit.* 613
19 *De ætate ad ſingulos ordines.* 614
20 *De obligatione epiſcopi. Quid proſit generalis abſolutio ante ordinationem.* 614
21 *De excellenti poteſtate epiſcopi. A quo petere ordines non liceat.* 615
22 *Quis concedat Reuerendas. Non expirant morte concedentis.* 616
23 *Papa delegat ſacerdoti quadã, quæ ordinarie pertinent ad poteſtatem epi. De chorepiſcopo. Quis ordinet regulares aut ordinatum à Papa. Quis conſecret ep̃m. Electus epiſcopus ne differat conſecrationem.* 617
24 *Epiſcopus conſecratur à tribus epiſcopis. Papa à quo maluerit. De chorepiſcopi officio. Quis conſecret virgines, calices, & veſtes. Et quis committat alteri.* 619
25 *De ordine hierarchico in genere.* 619
26 *De dignitate eccleſiaſtica, & an liceat eã appetere.* 620
27 *De Cardinalium dignitate, officio, & priuilegijs.* 621
28 *De Legatorum triplici genere.* 623
29 *De Patriarcha, & de eius inſignibus. Nullũ Rom. Patriarcham dum viueret, dãnatum fuiſſe de hæreſi.* 624
30 *De Archiepiſcopo, ſeu Metropolitano. Quid poſſit circa ſuffraganeos epiſcopos, & eorum ſubditos.* 625
31 *De Metropolitani obligatione: & in quibus differat ab epiſcopo. De modo quo olim eligebatur.* 626
32 *De voce epiſcopus: & de illius qualitatibus. De epiſcopo regulari, aut habente votum religionis.* 626
33 *De qualitate ſcientiæ vt Theologiæ, ſeu Canonũ. De formula ſcrutinij. De regulari in epiſcopum electo.* 628
34 *Quid electus habeat ante conſecrationem, confirmatus ante poſſeſſionem, Archiepiſcopus ante habitum pallium. Quid habeat poſt conſecrationem.* 629
35 *De triplici officio Apoſtolico, quod habet Papa aut epiſcopus.* 631

Lib. XI. De Matrimonij Sacramento.

Cap. 1. *De voce, definitione, licitum eſſe ſtatum matrimonij: & de illo in republica eſſe præceptum in communi.* pag. 634
2 *Eſt ſacramentum legis Euang. etiam dum ſit per procuratorem. Non licet vni habere ſimul plures vxores. Quæ ſit materia aut forma vel miniſter.* 638
3 *Explicatur decretum Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. irritum eſſe clandeſtinum, niſi adſint parochus & teſtes, vel delegatus ab eo. Quomodo reualidetur matrimonium præſumptum.* 643
4 *In contrahentibus, intentio impeditur per conditionem contra ſubſtantiam, aut finem matrim. vel per defectũ libertatis in furioſo. Sed ſuperueniens amentia, aut maleficium non ſoluit ratum.* 648
5 *De varijs gradibus clandeſtini, & pœnis ſic contrahentium. & quis diſpenſet in denunciationibus.* 649
6 *De matrimonio filiæ ſub poteſtate patris conſtitutæ. De damno ſi contra leges contrahat clam, inuitis parentibus.* 653
7 *Quid præſtandum ne matrimonium ſit clandeſtinum, & explicatur decretum Trid.* 655
8 *De effectibus, vt gratia & vinculo. Declaratur definitio & proprietas vinculi. Solui profeſſione, &c. Diſpenſat epiſcopus.* 656
9 *De cauſa matrimonij, vt vinculum eſt. Qualis conſenſus requiritur, vt præſtetur liberè abſque metu.* 665
10 *De conſenſu voluntario, ideſt, ſine errore perſonæ, aut conditionis ſeruilis: de impotentia quadam ſenis vel ſpadonis, & debilium.* 667
11 *De conſenſu ficto deceptoris, aut dubio. De hæretico errante circa ſubſtantiam matrimonij. Quæ verba futuri habeant ſenſum de præſenti, & è contrario.* 670
12 *Oportet conſenſum de præſenti eſſe abſolutum, ſine conditione ſuſpendente.* 672

De ſponſalibus.

13 *De nomine, definitione, materia, forma, effectu. De impedimentis ritu ſponſalium & nuptiarum. De ætate quam malitia ſupplet.* 674
14 *Quibus modis ſoluantur ſponſalia.* 678
15 *Bonis tribus excuſari ſtatum matrim. ſed actus excuſatur duplici bono. Quando dicatur conſumatum. De primo bono ſacramenti.* 681
16 *De vſu clandeſtini validi. De circunſtantijs loci ſacri, & temporis feſti. De modo inordinato copulæ.* 686
17 *De 2. bono fidei, quod violatur per adulterium aut inceſtum. De cauſa diuortij, vt adulterio hæreſi.* 688
18 *De ſecundarijs obligationibus mariti & vxoris ex bono fidei.* 691
19 *De bono tertio prolis. De obligatione parentum educatione, inſtitutione, & collocatione in ſtatu.* 692
20 *Illegitimus quomodo legitimetur. Quo remedio filius ſacerdotis ad bona patris admittetur.* 694
21 *De natis ex adulterio, inceſtu, &c. De filio naturali.* 698

Lib. XII. De impedimentis matrimonij.

Cap. 1. *Impedimẽta quo iure & poteſtate ſint inducta.* 700
2 *De his quæ impediunt matrim. & non dirimunt.* 703
3 *Irritantis impedimenti diſpenſatio reſeruatur Papæ. Quando poſſit Epiſcopus, aut Legatus. De cauſa diſpenſationis: & an ſit explicanda in impetratione.* 707
4 *Ordo impedimentorum, quæ immediate inhabilitant perſonas.* 711
5 *De profeſſione & ſtatu religioſo in Societate Ieſu. De ordine ſacro.* 712

Liga-

6 *Ligamen alterius coniugis viuentis, ſeu Poligamia. Sed ſi probetur abſens obiiſſe, licebit tranſire ad ſecundas nuptias.* 717
7 *De impotentia ratione ætatis in puero vel ſene. De frigidit. vel nimia caliditate.* 723
8 *Spado contrahere non poteſt. De maleficiato: & de impotentia reſpectiua inter duos.* 726
9 *De impedimentis reſpectiuis, & primo de conſanguinitate.* 728
10 *De affinitate triplici. De impedimento publicæ honeſtatis ex ſponſalibus.* 732
11 *De cognatione ſpirituali.* 733
12 *De cognatione legali.* 735
13 *De diſparitate cultus.* 736
14 *De impedimento triplici criminis.* 737

Lib. XIII. De excommunic. cenſura.

Cap. 1. *De voce, definitione, & fine excõmunicationis.* 740
2 *Triplex eſt cenſura. Excommunic. differt ab aliis.* 741
3 *De minori excommunic.* 743
4 *De triplici cõicatione: & de effectib. maioris in cõi.* 744
5 *Quis excommun. vitandus poſt Conc. Conſtan.* 746
6 *Quæ ſcientia de excommun. requiratur, vt denunciatus ſit vitandus.* 748
7 *Explicatur ex verſ. Os orare, Vale.* 749
8 *Participans in humanis quando peccet mort.* 753
9 *De participante in crimine criminoſo.* 754
10 *Sacramentum etiã pœnitentiæ an proſit excõicato.* 755
11 *Excommunicatus ſtrictius prohibetur participare cum alijs.* 756
12 *Qua abſolutione & ſuffragijs priuetur excõmun.* 757
13 *Beneficij aut penſionis collatio & acceptatio, an proſit excommunicato.* 760
14 *Quomodo fiet reualidatio tituli inutilis i beneficio.* 762
15 *De excommunicatione iniuſta defectu cauſæ.* 763
16 *De excommunicatione nulla.* 765
17 *De cauſa diſpenſatiua, ſeu materiali excom.* 766
18 *De excommun. à iudice quæ dicuntur Paulinæ.* 770
19 *De excommun. lata per Cameram Apoſtolicam.* 773
20 *De intentione ligandi, & ſolemni excommun.* 775
21 *De cauſis quæ excuſant ab excommun.* 776
22 *Excuſatur à participatione cum denunciato, verſ. vtile, lex, humile.* 778
23 *De ignorantia, & de neceſſitate excuſante.* 779
24 *Quis poteſt excommunicare.* 781
25 *Quis poſſit excommunicari.* 783
26 *Epiſcopi excommunicatio non extenditur ad ſuos extra territorium, ſed intra illud comprehendit etiam alienigenas.* 784
27 *Quis poteſt abſoluere ab excommunicatione.* 785
28 *Abſoluens ſeruare debet formam ſub qua ſibi delegatur facultas.* 787
29 *Abſolutio fit etiam abſentis & inuiti, per verba aut per factum Papæ.* 790
30 *Quis abſolui debeat. Et de abſolutione per metum, aut ſubreptionem impetrata.* 792

De ſuſpenſionis cenſura.

31 *Cenſura ſuſpenſionis definitur, & diuiditur.* 793
32 *Effectus ſuſpenſiõis non eſſe connexos, & ſtricte interpretandos.* 794
33 *Quale peccatum ſit violare ſuſpenſionem, & de participante cum denunciato.* 796
34 *De cauſa diſpoſitiua, ſubiecto, forma: & cauſis quæ excuſant.* 796
35 *De miniſtro, qui poteſt ſuſpendere, aut abſoluere.* 797
36 *vſque ad 39. Quibus caſibus ipſo iure imponatur ſuſpenſio.* 799
40 *Regulares quando fiant ſuſpenſi.* 804

De Interdicto.

41 *De voce, definitione, inſtitutione, fine, & diuiſione.* 806
42 *De interdicto loci aut populi in communi.* 807
f ſecrat aut conſecratur. [f] hæc ſacra-
g menta inter ſe paria non ſunt. [g] Et
h ſunt multo meliora veteribus, [h] &
ipſa circunciſione: vtpote vtilitate
maiora, virtute efficaciora, actu fa-
i ciliora, & numero pauciora. [i] Eſt
enim baptiſmus in communi ma-
teria facilior obſeruatione, quam
circunciſio: & vtilior ſalubriorq́;
propter effectus quos habet. ſigni-
ficatione & efficaci virtute præſtat,
quia non promittit futuram gratiā,
ſed omnia Chriſti ſacramenta ſta-
tim gratiam conferunt diſpoſito,
k [k] & cum perfecta amicitia quæ in
gloriam, aperta iam ianua cœli ſta-
tim iuſtorum animas introducit:
l [l] niſi temporalis ſatisfactio in pur-
gatorio debeatur. Habet lex euan-
gelica duo tantum iure diuino præ-
cepta, nempe de fide explicita, &
m de quibuſdam ſacramentis: [m] Sed
lex vetus habebat pluſquam ſexcen-
n ta præcepta de iure diuino, [n] indi-
ſpenſabilia, & obligantia, ſub graui
pœna: ideoque dicitur Act. cap. 15.
importabile iugum.

2 Vetera quæ erant omnibus cō-
munia ſacramenta, & multa nume-
o ro reducuntur ad tria: [o] primum
erat circunciſio, Geneſ. 17. in qua
ſola conferebatur ſtatim paruulis
aut adultis attritis gratia ad mo-
p dum operis operati. [p] 2. eſus agni
Exodi 12. & quædam oblatio vi-
ctimarum, ſeu ſacrificium pro pec-
q cati expiatione. [q] 3. Purificatio ab
immunditiis. Quæ vero ad mini-
ſtros cultus diuini pertinebant,
ſunt plura: ut ordo leuitarum cum
quadam cōſecratione ſacerdotum
r & Pontificum. [r] Exodi 28. De ra-
ſura pilorum, de variis baptiſmati-
bus ſeu ablutionibus lege determi-
ſ nans, [ſ] quibus vetus populus, ut
propriam infirmitatem agnoſceret,
t oneratus exercebatur. [t]

3 Illa erant figura noſtrorum ſa-
cramentorum: ut circunciſio ba-
u ptiſmi, [u] eſus agni paſchalis figu-
rat Euchariſtiam, & panes propo-
x ſitionis. [x] 1. Regum, 21. quod &
agnum edere non licebat niſi fide-
y libus, & mundis, [y] ipſis etiam fœ-
minis quæ tamen non circuncide-
bantur. tunc in leuitis erat figu-
ralis ordo ſacerdotum & Pontifi-
cum. Matrimonii contractus non
habebat proprie rationem ſacramē-
z ti, [z] ſed tamen erat ſacrum ſignum
coniunctionis Chriſti cum eccle-
ſia. Confirmationi, in qua da-
tur plenitudo gratiæ; & extremæ
vnctioni, quæ mundat à reliquiis
peccati ad introitum gloriæ, nul-
lum reſpondet ſacramentum in le-
a ge: [a] quia nihil ad perfectum ad-
duxit lex, Hebræor. 7. 19. Pœni-
tentiæ opera cum quibus adiun-
b gebatur oratio ſacerdotis, [b] uel
ſacrificium pro peccato, pertine-

Hypocr. in ætate hominis & morbis, ſeptimus dies duplicati, aut triplicati habere vim quandam. Bellarm. lib. 2. de ſacram. cap. 26.

[b] Doctor. cum Magiſt. d. 2. vbi Durand. q. 2. & omnes. Alex. 4. p. quæſt. 8. m. 7. art. 2. D. Thom. 4. cont. Gent. cap. 58. & 3. p. quæſt. 65. 1. Sot. d. 1. quæſt. 6. ar. 1. Ledeſm. q. 6. Conc. Conſtantien. ſeſſ. 15. art. 8. Florent. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. Bellarm. lib. 2. cap. 25.

[c] Infra lib. de bapt. capit. 1. & 36. quia martyrium nō eſt gratiæ cauſa inſtrumētalis, nec actio martyrij eſt cæremonia religionis ex lege ordinaria, ſed paſſio ex priuilegio Dei id habet, quia eſt exterior actus præſtātiſſimus caritatis. 2. Sacrificium miſſæ non ponit in numerū cum euchariſtia, nec eſt cauſa effectiua, ut alterum attritū pro quo offertur iuſtificet, ſed impetrat donum cōtritionis. Tridēt. ſeſſ. 22. c. 2. & infra lib. de miſſ. conſecratio vero & ſumptio euchariſtiæ non eſt ſacramētum: & vtraque ſpecies ſunt vnum integrum ſacram. vt ex matrimonio duorum contrahentium fit vnum: & ex 7. ordinibus, qui ordinātur ad vnum finem proximū epiſcopatus cōfert gratiam, ſed pertinet ad ordinem ſacerdotalem cuius characterem perficit.

[d] infra capit. 10. & lib. 1. de pœnitentia.

[e] Vt refert Bellarm. lib. 2. cap. 23. quod Luther. aliquādo ponit vnum tantum ſacramentum baptiſmum deinde adiecit euchariſtiam: & nunc Lutherani addunt 3. pœnitentiam. Zuing. 4. matrimonium. Caluin. ordinē: ſed præter baptiſm. euchariſt. & ordinem, reijcit alia. Guillel. ponit 6. vt refert Lindan. in tab. ſed tanta inconſtantia inter viros vnius ſectæ Luther. durare non poteſt, vt de Arrianis dixit Hilar. lib. 7. Trinit. nec obſtat quod Ioan. 19. exiuit ſanguis, & aqua in figuram euchariſt. & baptiſmi, ut dictum eſt. cap 2. §. 7. quia ſub principiis & fine includuntur reliqua.

[f] D. Thom. quæſt. 65. 1. ad 3. Sot. quæſt. 6. 1. Ledeſm. quæſt. 6. Bellarm. lib. 2. cap. 26. ad fi. quia matrim. ante Trident. priuatim à ſolis contrahentibus fiebat, abſolutio vero, & extrema vnctio priuatim datur à ſacerdot. & Dionyſ. epiſt. ad Demophil. non meminit ſacram. pœnitent. quod ſi quidam Patres interdum duo numerant, non excludunt reliqua, quæ alibi exprimunt, vt bene probat Bellarm. lib. 2. c. 4. & 27. & dicetur in ſingulis ſacram.

[g] Conc. Trident. ſeſſ. 7. can. 4. & citatum eſt cap. 4. §. 1. Trid.

[h] ſeſſ. 7. can. 1. Bellarm. lib. 2. c. 12. & can. 15. ad fi. ex Aug. & citatum eſt. cap. 6 §. 15. quomodo excellunt etiam circunciſionem, infra ca. 15.

[i] Aug. Pſalm. 73. noſtra ſacram. eſſe faciliora, pauciora, ſalubriora, feliciora. & 19. contra Fauſt cap. 13. eſſe virtute maiora, vtilitate meliora. epiſt. 118. nūo pauciſſimo ſignificat præſtantiſſima, obſeruatione faciliima: ut bapt. & euchariſt.

[k] Trident. ſeſſ 7. can. 7. quia ſacramentum de ſe eſt æqualiter efficax: & tamen adultis ſecundum meliorem diſpoſitionem confert maiorem gratiam. ſeſſ 6 cap. 7.

[l] quia per paſſionem Chriſti ex qua ſacramenta habent vim, aperta eſt ianua cœli. D. Thom. 3. p quæſt. 49. 5. atque ita anima plene purgata ſtatim intrat habitationem nō manu factam in cœlis. 2. Corinth. 5. D. Thom. 1. 2. quæſt. 4. ar. 5. & quomodo quidā ex patribus Græcis ſint interpretādi, Caſtro Beatitudo, hær 6. Cano lib. 6. cap. 8. ad 1. lib. 12. cap. 7. præcept. 3. Veg. lib. 15. Trid. cap. 14. Hoſius inſtit. cap. 58. Martin. 2. Hypot. cap. 2. Sot d. 45. quæſtio. 1. 3. Ledeſ. 2. par. q 71. 1. Sixtus. 5. Biblior. cap. 64. & lib. 6. c. 169. & vide 163. 264. 345. Bellarm. lib. 1. de beatit. ſanctor. à c. 1. vnde bapt. quia remittit totam pœnam cum culpa aperit per ſe ianuā cœli. D. Thom q. 69. ar. 7 per accidēs vero nō aperiebat baptiſm. quē Apoſt. ante Chriſti paſſionem miniſtrabant.

[m] D. Thom. 1. 2. q. 108. 1. & 2. vbi fr. Med. Sot. lib. 2. inſt. quæſt. 9. ar. 1. Couarr. 2. par. ſponſal. cap. 6. §. 10. num. 1. tangit, lib. 3. Var. cap. 1. num. 5. Aug. epiſt. 119. cap. 19. & mox citandus.

[n] Oleaſter in Pentateuch. ait vetera præcepta fuiſſe 613. & ita Act. 15. dicitur iugū quod portari non poteſt, & Galat. 5. & multo grauius quam lex euāgelica. D. Tho. 1. 2. quæſt. 107. 4. Soto lib. 2. iuſt. q. 8. artic. 2. Frat. Med.

[o] Caniſ. tit. de ſacrament. cap. 6. Bellarm. 2. de ſacram. cap. 15. de illorum multitudine. Aug. Pſalm. 73. lib. 19. cont. Fauſt. cap. 13. lib. 3. doctr. cap. 9. epiſt. 118. c. 1. de vera relig. cap. 17. D. Tho. q. 65. 1. ad 4. 1. 2. q. 101. ar 5. Sot. lib. 2. iuſt. q. 5. ar. 1.

[p] Vt citatum eſt c. 6. §. 2. Sebaſt. 3. p. quæſt. 62.

[q] Agnus Exodi 12. fuit præcipua figura euchariſt. D. Tho. 3. p. quæſt. 73. 6. Soto d. 8. q. 1. 6. infra lib. de miſſ. cap. 10.

[r] Hinc Hebræi omnes ſacramentum vocant conſecrationem. dicitur vero ordo ſacerdotalis cœpiſſe ab Aron, ait Anaclet. epiſt. 2. quia prius non erat ſacerdotium cum conſecrationis ritu, & vnctione ac præcepto. vide Suar. 3. p. quæſt. 22. ar. 6. dub. 46. §. 3. in quo fuit figura noſtri ſacerdotij, & retinuit eccleſia ritum vnctionis in conſecrat. ſacerdotis & epiſcopi, ut ait Dionyſ. ca. 4. eccleſ. Hier. Cypr. ſer. de Chriſma. Euſeb. 10. Hiſt. c. 4 Bellarm. lib. de ordine. cap. 12.

[ſ] De his Sebaſt. q. 62. qui ritus habentur Leuit. 14. Num. 6. de quibus mentionē fecit Apoſtolus Hebr. 9. in variis baptiſmatibus, & Act. 21. totondit ſe cum aliis. in clericis vero decenter retinet eccleſia raſuram capillorum, de qua Bellarm. lib. de cler.

[t] Auguſt. tot. lib. de ſpiritu & lit. & lib. 1. de peccat. mer. cap. 11. lib. 2. de gratia Chriſti. c. 25. D. Thom. 1. 2. q. 98. 6. & 3. p. q. 1. ar. 5. Soto lib 2. iuſt. q. 1. 3.

[u] Coloſſ. 2. in quo circunciſi eſtis conſepulti in baptiſmo, Rom. 15. Chriſtum miniſtrū fuiſſe circunc. Philip. 3. nos non ſumus circunciſio. Deuter. 30. circuncidet Dominus cor tuum. Aug. 6. contr. Fauſt. cap. 3. Dam. lib. 4. c. 26. D. Tho. q 70. 1. ad 1. q. 62. 6. ad 1. Sot. d. 1. q. 1. ar. 1.

[x] c. quod autē, de conſec. d. 4. c. maiores, de bapt. [x] D. Tho. q. 73. 6. Rich. d. 1. ar. 3. q. 1.

[y] Auguſt. lib. 1. ſent. 21.

[z] Sup. cit. c. 2. §. 1. Q.

[a] Sebaſt. cum D. Tho. q. 65. 1. ad 4. Sot. d. 1. q. 6. 1. ad 4. Led. q. 6.

[b] Leuit. 4. ſacerdos cum ſacramēto addebat orationem. & Nu. 6. Deut. 26. etiam populus orabat, quę tamē verba non erant tā expreſſa,

bant ad virtutem pœnitētiæ: quod ſi à quibuſdam [c] vocetur ſacramentum, nempe late & inchoatiue, certè in illo ex operato non conferebatur gratia iuſtificans.

4 Chriſtus ſolus immediatè per ſe ipſum inſtituit ſeptem ſacramen[illegible] eccleſia Romana. Nec Apoſtolis commiſit inſtitutionem vllius materiæ, uel formæ etiam ad tempus, ut poſtea dicetur. Numerus ſeptē ſacramentorum ex analogia ad vitam corporalem, [d] hoc ordine ſumitur ex propriis effectibus illorū. 1. eſt baptiſmus quo neceſſario remedio regeneratur homo, ut dictū eſt. capit. 4. confert enim primum eſſe ſupernaturale, & eſt ianua aliorum ſacramentorum. 2 Confirmatio, quæ dicitur baptiſmi complementum, non tam aſſimilatur augmento, quod ad certum tempus comitatur nutritionem: quàm nutritioni & corroborationi intrinſecæ membrorum, qua vires generatione acceptæ in ſe ipſis confirmantur, & conſolidantur meliori quadam diſpoſitione: quāuis nulla eſſet ratio nutritionis & augmenti. Id robur quaſi ab intrinſeco per ſimplicem emanationem generans tribuit proli, quaſi complementum generationis, ut proles ſit perfecta. Sic in Conciliis, & à Patribus, [e] ſecundo loco numeratur confirmatio, prius quam Euchariſtia: priuſque communiter dabatur confirmatio, quam communio. [f] Non tantum adultis, ſed & pueris olim, dum alicubi communicabantur. [g]

5 Deinde. 3. Euchariſtiæ cibus ſequitur confirmationem, [h] quatenus conſeruat illius gratiam, nutrit & auget ſumpto extrinſeco alimento, cum vitali operatione, dignitate tamen euchariſtia eſt primum ſacramentorum, & alicubi adultis conferebatur poſt baptiſmum, & ante confirmationem, [i] ſi deeſſet epiſcop. confirmans. 4. Sequitur ſacramentum pœnitentiæ, quo tanquam laborioſo ſecundo baptiſmo, & ſecūda tabula poſt naufragium, ut capit. 4. dictum eſt, qui mortuus fuerat amiſſa baptiſmali gratia, reſtituitur in vitam. 5. Extrema vnctio, qua armatur ad luctā mortis contra mentis infirmitatem ſeu tædium, & alias reliquias relictas ex peccato, & morbo de ſe lethali, ut ſuo loco dicetur. 6. Ordo in quo homini datur honorificus ſtatus, & poteſtas, deputāturque miniſtri ad ſolemniorem celebrationem ſacrificii miſſæ. 7. Matrimonium ordinatur, vt licitè cōſeruetur & multiplicetur genus humanum.

6 Hoc ordine de ſacram. agunt Patres, & Doct. quamuis quidam primo loco, aut ſecūdo de Euchar. ut dictum eſt. Alii baptiſmum coniungunt cum ſacramēto pœnitētię, cum vtrūque ſit per ſe ordinatum contra peccatum: & quia ſacramētum confeſſionis ex diuino præcepto præmittēdum eſt cōmunioni. [k] Sed id per accidēs eſt, nec vniuerſale, ſed in eo qui habet, & confeſſarii copiam & conſcientiā peccati mortalis facti poſt baptiſmum.

7 In rebus poſitiuis quæ diuina aut humana voluntate inſtituūtur, ut ſacram. vel ſacrificiū miſſæ, aut ſacramētalium natura & ieiunium eccleſiaſticum: author ſua inſtitutione dicitur tribuere eſſētialia ipſius rei, [l] ſine quibus res ſic inſtituta cōſiſtere, aut intelligi non poteſt. Sic Chriſtus ſua īſtitutione voluit tria [m] eſſe de eſſentia cuiuſq; ſacramenti: materiam ſenſibilem, formā, quę in omni ſacramento, præter matrimoniū, eſt determinatis verbis neceſſario enuncianda; Et intentionē miniſtri, [n] non quatenus eſt cauſa extrinſeca effectiua; ſed per quam ſenſus formæ intelligitur propriè. præter materiā & formam quæ in ſacram. ſucceſſiuis ſunt partes cōponentes, ut ſtatim dicetur, concurrit neceſſarius miniſter (nec enim prolatio verb. in euchar. pœnit. & vnctione, eſt vera forma, niſi à ſacerdote proferatur) deinde ſubiectū capax, & in adulto intentio recipiendi ſacram. ſic ad validitatē teſtamēti, ut ſit efficax, in foro etiam exteriori, concurrunt quædam ex legibus neceſſaria, quæ tamen non ſunt de eſſentia teſtamenti.

8 In euchar. pręter verba, Verbū corporatū, ſeu corpus Chriſti pertinet eſſentialiter ad quandā rationē formæ [o] in facto eſſe: Saltem ſicut

preſſa, vt nunc forma ſacramenti. D. Tho. q. 60. 6. ad 3. Soto d. 1. q. 1. 6. imo non pertinebant ad formam, ſed ad ſolemnitatem, & bene precandum. Sebaſt. q. 60. §. 21. ſi. Hugo. lib. 1. p. 11. cap. 10. Durand. diſt. 1. q. 3. [c] Sic legis pœnitentiam vocat ſacramentum Auguſt. q. 35. Num. D. Tho. 3. par. q. 86. 6. ad vlt. & ſe refert ad quæſtionem 84. 7. ad 2. & d. 22. q. 2. 3. 2. Palud. d. 1. q. 5. ar. 5. concluſ. 1. ad ſi. d. 16. quæſt. 4. Capr. d. 16. q. 2. ad 5. Vuilel. de Rubion. d. 14. Vuald. tomo 2. de ſacram. capit. 136. Raulin ſerm. de ſacram. ſignificat Caiet. Legit 4. ſed interpretandi ſunt late & inchoatiue, de quo dicetur lib. de pœnitentia. Soto d. 2. quæſt. 2. 2. dicit errorem fuiſſe ſacramentum cum claue ſpirituali abſoluendi, & diſt. 18. q. 1. 2. D. Tho. addit. quæſt. 19. 1. Palac. d. 18. q. 1. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. [d] Vt in vita corporali eſt 1. generatio. 2. nutritio. 3. augmentatio. 4. curatio à morbo. 5. perfecta virium recuperatio poſt morbū. 6. pro conſeruatione reipubl. propagatio filiorum. 7. gubernatio illorum in ſpiritualibus in ſtatu honorifico, ex quibus illuſtratur hierarchia eccleſiaſtica. D. Thomas. quæſt. 65. 1. Soto quæſt. 6. Ledeſm q. 6. Bellarm. lib. 2. ſacrament. cap. 24. 26. [e] Concil. Florent. Trident. ſeſſ. 7. & 13. Dionyſ. cap. 3. eccleſ. hier. qui tamen cap. 4. nō agit de confirmatione, ſed de confectione chriſmatis. D. Tho. quæſt 65. 2. ad 3. Bergom. concord. §. 174. Bellarm. lib. 2. c. 28. ſi. [f] Dion. cap. 2. p. 2. Armac. lib. 1. cap. 4. Vuald. to. 2. c. 140. Ambr. Cyrill. Doct. cum Magiſt. diſt. 7. & ſic D. Tho. poſt bapt. agit de confirmat. quæſt. 72. Bellarm. lib. de confirmatio. capitu. 7. fin. Amphiloch. in vita Baſil. Bellarm. 2. ſacrament. capit 27. colum. 6. Quamuis interdum prius daretur communio quam confirmatio ſi abeſſet epiſcop. confirmans, quod tantum ſignificat Cyprian. ſerm. 5. de lapſis. D. Thom. diſtinct. 2. quæſt 1. 3. ad 6. [g] Trident. ſeſſ 21. capit. 2. & can. 2. de quo dicetur lib. de Euchariſt. [h] ſic Euchariſt. 3. loco numerant Doctor. & agunt diſtinct. 8. cum Magiſt. Ambr. 3. ſacrament. cap. 1. de iis qui myſter. init. capit. 7. Cyrill. catech. vt dictum eſt, [i] confirmat. aſſimilatur corroborationi, qua vires & membra accepta per generationem conſolidātur intrinſece meliori diſpoſit. quæ tribuitur generanti: ſed Euchariſtiæ cibus, ut proles iam perfecta nutrit & auget ſe, ſumpto extrinſeco cibo. D. Thom. quæſt. 79. 1. ad primum, & tamen quidam, ut Vualdenſ. de ſacrament. capit. 13. vſque ad 96. 1. loco agit de Euchariſt. & Alan. & frat. Tapia poſt lib. de incarnat. & Ioan. 19. prius ponitur ſanguis exiſſe qui fuit figura Euchariſt. quam aqua in figura baptiſmi, ut citatum eſt cap. 2 §. 7. P. quia Euchar. eſt ſacramentorū, & vitæ Chriſtianæ finis, ut dictum eſt cap. 4 §. 5. Dionyſ eccleſiaſt. Hier capit. 3. prius egit de euchariſtia, quam de confirmatione, vt aduertunt in illum D. Thom. Albert. Carthuſia. & D. Thom. 4. 65. 2. ad tertium. d. 2. quæſtio. 1. 3. ad 6. [k] Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. canone vlt. ſed Concil Colonien. prius egit de pœnitentia, quam de euchariſtia. [l] Sic iuriſperiti aiūt quandam ſolemnitatem præſcribi legibus pro forma neceſſaria contractus aut teſtamenti. Couarr. cap. cum eſſes, de teſtam. [m] Conc. Florent. facit Trid. ſeſſ. 13. cap. 4. ſeſſ. 14. cap. 3. D. Tho. quæſt. 60. art. 4. de materia, art. 6. cap. ad 2. & artic. 7. de verbo forma. q. 64. 8. de intentione. Doctor. diſt. 1. vbi D. Thom. quæſt. 1. 3. ad 2. Palud. q. 4. Soto queſt. 1. ar. 6. Ledeſm. Alexand. 4. par. quæſtio. 1. memb. 4. quæſt. 8. memb. 3. artic. 1. & ſequent. Scot. diſtinctio. 3. quæſt. 1. §. partim. Marſil. quæſtio. prima, artic 1. ſic de baptiſ. Matth. 28. baptizantes eos, hæc eſt materia: in nomine Patris, hæc forma Epheſ. 5. mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ. per quod verbum exponunt formam verborum, ibi Chryſoſt. Theodor. Theophyl. & Latini Ambroſ. Anſelm. D. Thom. Auguſt. tractat. 80. in Ioan. accedit verbum ad elementum. Bellarmin. lib. 1. ſacrament. capit. 19. quamuis ibi Hieronym. exponit per tropum de doctrina quæ mundat. De euchariſtia, Matth. 26. accepit Ieſus panem, & dixit: Hoc & cæt. vbi ponitur materia & forma. infra capitu. 8. §. primo. [n] De intentione dicetur infra capitulo 10. & 29. [o] Poſito Chriſti corpore ſub ſpeciebus, quamuis ſine verbis Chriſtus conſecraſſet, vt quidam falſo dixerunt, eſſet ſacramentum Euchariſtiæ, vniuoce cum noſtro abſque verborum forma: & tamen ſi tantum ad-

eſſet vt in ſigno vt adeſt in bapiſmo, non eſſet idem ſpecie ſacramentum cum eo quod nunc habemus. quare verborum prolatio eſt forma efficiens tantum. at ſi Apoſtolis dedit Chriſtus effectum confirmationis & ordinis Pontificalis abſque ſigno conſtante ex mat. & forma verborum, non fuiſſet ſacram. eſſentialiter ſed effectus illius.

prototypū dicitur forma extrinſeca imaginis, & obiectū dicitur forma potentiæ, & ipſius actus, quia ſpecificatur ex intrinſeco ordine ad prototypum, vel obiectum: ita ſpecies panis, in ratione ſacramenti, habent poſita verborum prolatione complementum formæ & ſignificationis, ex ordine ad Verbi incarnati corpus, quod cū præſentia ſubſtantiali ſub ſe continent.

CAPVT VIII.

De materia vnius ſpeciei in vnoquoque ſacramento, & de forma verborum determinata.

§. 1. *Quæ ſit materia remota.*
2 *Quæ propinqua, & hanc eſſe accidens.*
3 *De qualitate materiæ, vt benedictione, & de eius quantitate.*
5. *De forma verbali, non ita olim in lege.*
6 *De forma in Euchariſtia.*
7 *Forma eſt pars intrinſeca, & explicat actum miniſtri.*
8 *Quo iure fiebat determinatio ſacramenti in ſtatu naturæ.*
9 *Materia vnius ſacramenti eſt vna in ſpecie morali.*
10 *Eccleſia non mutat ſubſtantialia ſacramenti.*

SIngula Chriſti ſacramenta conſtituunt in eſſe reali ſeu artificia
a li vnum per ſe ex multis, [a] cum ordine actus & potentiæ, quia conſtant rebus ſeu elemento vt materia, nempe remota: & perficiuntur communiter verbis tanquam for-
b ma: [b] & neceſſaria eſt perſona miniſtri, cum debita intentione conficiendi ſacramentum. Hæc materia non vno modo reperitur in ſingulis: vt in bapriſmo aqua, per quā
c quidam definiunt baptiſmum, [c] in confeſſione peccata, in Euchariſtia
d panis & vinum [d] aqua mixtum; in confirmatione chriſma cōpoſitum ex varijs rebus, nempe oleo & balſamo & benedictione conſecratū: in extrema vnctione oleum benedictum: in ordine ſacerdotali porrectus calix cum vino, & patena cum hoſtia: & quædam manuum impoſitio cum datur poteſtas abſoluendi: in matrimonio perſonæ habiles contrahentes ſunt materia remota, cui per Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. additur ſolennitas iam neceſſaria (qualis in quibuſdam contractibus dicitur addi pro forma) nempe vt ſit præſens parochus, aut eius vicem tenens, cum duobus ſaltem teſtibus.

2 Propinqua materia, pro qua ſupponit aliquod ſacramentum ex
e ſex eſt actio ſeu paſſio, [e] vt ablutio in baptiſmo: quæ non tam ſignificat gratiam vt permanētem, quam iuſtificationem & regenerari ho-
f minem. [f] confirmationis & extremæ vnctionis materia eſt vnctio in certa corporis parte, aut partibus: in ordine ſacerdotali porrectio calicis cum hoſtia, & vino: vnctio vero quæ fit in baptiſmo aut ordinatione pertinet ad ritum tantum: in Euchariſtia ſpecies ſacramentales
g panis & vini. [g] in ſacramento pœnitentiæ & matrimonii quaſi ma-
h teria [h] proxima eſt, actus humanus exterior, puta confeſſio quæ eſt ſignum expreſſiuum peccati facti, accuſationis & doloris: in matrimonio expreſſus cōſenſus primi proferentis habet rationem materiæ, quia inchoat traditionem & contractum adhuc informem & imperfectum, quamuis fiat verbis expreſſis & determinatis: completur vero per alterius conſenſum cum
i mutua acceptatione: [i] In his duobus vice prolationis verborū quæ eſt ſonus, ſatis eſt aliud ſignum nutus aut ſcripturæ quo exprimatur peccatum aut conſenſus. non oportet materiam propinquam eſſe ſub
k ſtantiam ſenſibilem, [k] ſed actionē aut paſſionem, aut aliud accidens ſenſibile, vt ſpecies panis.

3 In materia remota requiritur primum certa qualitas, aut differē-
l tia rei: [l] vt ad Baptiſmum id quod dicitur aqua ſimpliciter, qualis nō eſt roſacea. Ad Euchariſtiam panis coctus aquaque naturali ſubactus, & qui dicatur ſimpliciter panis humano vſui accōmodatus: nec enim ſufficit maſſa. vel quod dicitur & eſt ſimpliciter vinum: non autem aqua admixta ſi nondum in vinū conuerſa eſt, licet communiter vi-
m deatur vinum: [m] nec ſat eſt humor intra vuas latēs. Materia Baptiſmi

CAP. VIII.

a SVp. [a] capit. 2. [b]
b Conc. Flor. colligitur ex Trid. ſeſſ. 14. de pœnitentia. c. 2. & 3. Aug. tract. 80. in Ioan. accedit ver. ad elementum & Doct. cit. c. 7. §. 6. quamuis Dur. d. 1. q. 3. Adria. de bap. quæſt. a fin. negant id eſſe vniuerſale: quia matrimonium putant non habere propriam materiā, ſicut in eo non requiritur forma verborum. & Augu. de ſolo baptiſmo loquitur, ſed reuera habet vt ſtatim dicetur, & probat Soto d. 1. q. 1. art. 6. d.
c 26. q. 2. art. 1. [c] Sic quidam aiunt baptiſmū ſupponere pro aqua & per eam definit Hugo. lib. 1. p. 9. c. 2. lib. 2. p. 6. c. 2. Mar. d. 3. Bonauen. Alex. 4. p. q. 11. m. 3. a. 1. & probabile dicit Altiſ. libro 4. tract. 3. c. 2. D. Tho. olim, 4. d. 27. q. 1. 2. 3. Aug. tract. 80. accedit ver. ad elemē tum. c. detrahe. 1. q. 1. & in aqua ponit ſancti virtutem regeneratiuam, vt & in chriſmate, per epiſcopum conſecrato, pro confirmatione, D. Thom. d. 3. io lit. hinc glo. d. c. detrahe. ait, quod aſinus poteſt bibere baptiſmum quā tamen glo. vocat aſininam Scot. d. 6. q. 3. idē ſignificat Soto d. 1. q. 1. a. 5. ablutio eſt applicatio ſacramenti, vt eſus in Euchariſt. Victor. § 12. Ledeſ. q. 1. ar. 1. fin. ſacramē tum non eſt terminus, quia nō ſignificat immediate, ſed media operatione ſua: vt aqua mediante ablutione. Hæc ſententia exponenda eſt cauſaliter, aqua eſt baptiſmus, id eſt materiale principium & cauſa baptiſmi, Mag. diſt. 3. D. Thom. q. 60. 6. ad 2. fin. quæſt. 66. 1. ad tertium, & ad ſecundum dicit, in hoc non oportet tenere cum Hu
d gone. [d] Concil Floren. Triden. Seſſ. 13. cap. 1. & 6. ſyn. can. 32. ci-
e tat Chryſoſt. D. Thō q. 74. [e] eſt communis contra Hugon. ſententiam ſic Græc. baptiſmus eſt tinctio, & chriſma vnctio: quæ nomina ſignificant actionem, ſic loquitur Conc. Floren. Trident. Seſ. 7. & 14. de baptiſ. confirm. & vnctione, & ſeſſ. 23. c. 3. de ordinatione quæ eſt actio Mag diſt. 3. Alber. Richar. Tarant. Scot. Dur. Palud. Gabr. Heru. q. 1. Carth. q. 1. Capr. Soto d. 3. q. 1. 1. d. 8 q. vnic. ar. 1. fin. alibi vero exponendus eſt. D. Tho. q 66. 1. cap. & ad 2. Alex. 4. p. q. 11. m. 3. ar. 2. id tandem tenet Taper art. 1. Ledeſ. quæſt. 7. ar. 1. & ſummiſ. ver. baptiſ. & vnctio Angu. tract. 15. in Ioan. colligit ex Eph. 5. lauacro aquæ & trac. 80. baptiſmus eſt tinctio. & inf. mundatio tributum fluxo elemē to. 1 ablutioni. & 19. cont. Fauſt. cap. 16. ſacramenta eſſe quaſi verba viſibilia quæ ſonant & tranſeunt, ſic ſacramenti circunciſionis non erat culter ſed actio. Bellarm. 1. de ſacram c. 11. & de bapt. cap. 2. de confir. cap. 8. de vnctione c. 7. & lib. 4. de Euchar. capit. 3.
f [f] Soto & addit cum Richar. Scot. idem Taper. a. 1. baptiſmum conſiſtere in paſſiua receptione ablutionis qua datur gratia recipien-
g ti. [g] colligitur ex Trid. ſeſſ. 13. c. 3. D. Tho. q. 73. 1. ad 3. Bellar li. 4. c. 1. 3. & 6. quod probat ex conc. & Patribus.
h [h] ita loquitur Concil. Flor. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. Dur. d. 1. q. 3. quia actus humanus quo pœnitens confitetur, non tam eſt res quam ſignū peccati & doloris: nec habet materiā extrinſecam, vt eſt aqua in baptiſmo.
i [i] Soto cit. B. quod ſi fingatur caſus, vt vterque cōtrahens ſimul, ſe tradat & acceptet, aut ſi fiat per verba Parochi in quem ambo referant ſuos cōſenſus, traditio habet rationem materiæ, acceptatio vero rationem formæ.
k [k] Vt probant Doctor. citati E. imo omne ſacramētum eſt accidens, & dicitur ſignum vt diſtinguitur, contra rem, id eſt, ſubſtantiam, vt in proſa Miſſæ, ſignis tantum & non rebus. Bellarm. 2. de Euchar. c. 9. lib. 3. c. 23. ad 4. ſic accidens non eſt ens, id eſt, ſubſtantia, ſed ſignum ſubſtantiæ, quamuis Hugo dicat baptiſmum eſſe ſubſtantiam a-
l quæ. ſup. [l] vt explicabitur in ſingulis ſacramentis. [m] D. Thom q.
m 74. ar. 8. Sot. d 9. q. 1. Led. q. 15. Alex. q. 32. mem. 5. & ſequent. Palud. d. 11. q. 1. Gab. lect. 35. can. Scot. Tabien. Euchar. 1 §. 22. Syluest. Euchariſt. 1. §. 3. Pau. c. pernicioſus. de celebr. miſſ glo. c. 1. de conſ. d. 2. Petr. Soto lect. 14. de Euchariſt. At Palud. & Tabien. referunt quoſdam propter morem Græcorum & Armen. aquam non miſcentium, niſi poſt conſecrationem, dicere quod aqua admixta

mixta nunquam sit vinum, ac ſubinde non conuerti in ſanguinẽ, & ideo Concil Florent & Trident Seſſ. 18 cap. 3. & 4. tantum dicunt, vinum conuerti in ſanguinem. at illi errant in philoſophia & contra receptam ſententiam. [n] D. Tho q. 66 a. 4. Soto 1. d. eſſ. [o] Doct. d. 3. [o] affirmant omnes Theolo. & colligitur ex Concil. Florent. & Triden. [p] Seſſ 7. & 14. [p] dicetur lib. de confir. [q] & vnctione [q] dicetur inf. c. 18. §. 3. ſic Auguſt & Bed. tribuunt aquis uim, ſcilicet, inchoatiue ex deputatione [r] Dei. [r] D. Thom. q. 74. a. 8. Soto diſt 9. [ſ] quæſt. 1. a. 2. [ſ] inf de baptiſ. cap. 7. nec tamen oportet mergi aqua D. Tho. q. 66. [t] 7. [t] inf. lib. 2. de pœnitentia. c. 3 & ſeq. [u] [u] inf. capit. 11. §. 7. [x] [x] de qua definitione ſup. c. 2. § 4. fin. [y] Triden. inf. [y] Trid. [z] Seſſio. 13. c. 3. [z] D. Tho. q. 73. 1. ad tertium. [a] [a] ſup. c. 2. §. 4. fin. contra Vuald. [b] [b] Concil. Florent. Trid. Seſſio. 7. can. 10. D. Thom. q. 60. art. 6. Soto diſtin. 1. q. 1. 6. Catechi. Pij V. & Canſij. tit. de ſacram. § 4 Coechus. lib. 5. inſtit. Maior. cap. 1. num. [c] 17. [c] bene Caiet. q. 60 art. 5. [d] [d] Augu. 6. de baptiſm. contra Donat. c. 25. Didymus lib. 2 de Spiritu ſancto Ambr. de his qui myſt. c. 4. c. detrahe. Augu. tract. 80. Ioan. vos mũdi eſtis propter ſermonem, dicit accedit uerbũ ad elementum: ſed addit uerbũ mundat, non quia dicitur ſed quia creditur, quod ſtatim explicat: non quia ſumus tráſiẽs, ſed ex uirtute diuinæ inſtitutionis quam credimus ineſſe ſacramentu D. Thom. q. 60 6. & 7. Sot. queſt. 1. Conc. Lateranen. Floren. Trident. de baptiſ. can. 4. facit Seſſio. 14. can 2. Patres in id Epheſ. 5. mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: vbi Chryſoſt. Theod. Theoph. Ambr. Anſelm. D. Tho. Bellarm. 1. de ſacram. cap. 18. & ſequent. [e] Ratio Auguſt. 2. doctri. cap. 3. quia uerba inter homines habent principatum ſignificandi D. Thom. quæſt. 60. 6. [f] Hug. lib. 1. p. 11. c. 10. Duran. d. 1. quæſt. 3. Bellarm. 1. ſacram. cap. 18. prop. 1. Sebaſt. quæſt. 60. §. at fin. vt patet Leuit 4. & tamen D. Tho. quæſt. 60. 6. ad 3. & Soto. d. 1. ſignificant fuiſſe uerba de præcepto; ſed non tam expreſſa. [g] Bellarm. lib. 1. de baptiſm. cap 19. quia formæ ſacramentorum non proponũtur vt ſermo exhortatorius. quamuis pro adultis Matth. vltim. iubet prius docere quam baptizare vt aduertit ibi Hiero. & tamen utrumque officium diſtinguitur. 1. Corint. 1. non miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. Beauxam, in in harmo. Euang. ſic Dionyſ. capit. ultim. eccle. hier. verba ſacramentorum uocat conſecratoria. Baſil. de Spiritu ſancto, capit. 15.

Cyril. catech. 3. Athan ſerm. 3. contra Arian. Nyſſen. lib. de bap. Cypr. ſerm. de bapt. Chriſti, Ambr. 2. ſacram. cap. 5. lib. 4. capit. 4. Auguſt. 3. de baptiſ. contra Donat. cap. 18. & lib. 5. cap. 20. [h] D. Thom. quæſt. 60. 5. & de Euchariſt. quæſt. 75. 2. & ad 2. Scot. d. 8. quæſt. 2. §. hic tria uidenda. At falſo Caiet. ar. 5. Capre. d. 1. q. 1 ad 1. Scot. contra quintam concl. negant has partiales ſignificationes: ſed in toto eſſe unã indiuiſibilem, vt eſt in una propoſitione. verum eſt tamẽ quod neutra pars ſignificat & cauſat gratiam complete, [i] ſed totum. [i] conceditur ab omnibus. [k] [k] eſt communis cõſenſus Theolog. & [l] Scolaſt. citat. D. [l] nẽpe quia Aug. 2. doctrinæ. capitu. 3. dicit omnia, ſigna quibus aliquid ſignificamus, dici uerba ut ſcripturam & nutus. Palud. d. 3. q. 1. Petr. Soto titu. de confeſſ. lect. 11. Nauar. cap 21. nume. 36. F. Mantius in prælect. aiunt ualere abſolutionẽ peccatorum, per ſcriptum vel nutus: ſicut ualet ſententia iudicialis. addit Palud. quæſt. 2. art. 3. ſimiliter ualere formam baptiſmi per nutum, aut ſcriptũ, abſque prolatione verborum. quæ ſententia eſt periculo plena, quia forma baptiſmi & pœnitentiæ ex ſcriptura Matt. 28. Ioan. 20. colligitur à Conc. Florent. Triden. ſeſ. 7. can. 4. ſeſſio. 14. cap. 3. can. 9. & traditio probat Chriſtũ inſtituiſſe in uocali oratione, Sot. d. 4. quæſt. vn. art. 4. col. 10. & Recent. dicunt oppoſitũ eſſe hæreticum contra communẽ conſenſum eccleſiæ, & concil. excepto ſolo matrimonio: propter quod Dur. d. 1. quæſt. 3. Adri. q. 2. de bap. negat omnia ſacramenta conſtare uerbis vt forma. alias ſimiliter ſine uerbis conſecraretur Euch. contra Triden. ſeſſio. 13. capitu. 1. & 4. & ordinaretur ſacerdos contra Triden. ſeſſ. 23. cap. 3. [m] Sot. diſt. 1. quæſt. 1. ar. 6. d 26. quæſt. 2. 1. ad 1. Dur. Adr. ſup. & communis Theol. quare Florent. in ſolo matrim. non aſſignat materiam & formam. ſed falſũ Cano 1. relect. de ſacram. & lib. 8. de loc. capit. 5. ad 3. ait uerba ſacerdotis benedicentis inter præſentes eſſe formam, & falſius negat inter abſentes fieri ſacramentum ſed contractum: quod ſimiliter tenet Alborn. de contract. F. Bart. de Led. ſumm. titu. de matrimo. Fr. Peña. cum Caiet. opuſ. de qua ſententia Soto. negat habere aſſertorem ſed diſputatorem, & putat eſſe temerariam. & Bell. lib. de matrim. cap. 6. & 8. cont. Can. [n] D. Tho. add. q. 45. 2. D D d. 27. Palud. q. 1. 2. Scot. q. vni. Dur. q. 1. Rich. a. 3. q. 1. Soto. q. 1. 2. 2. Lapus alleg. 57. Perez. l. tt. 7. lib. 5. ord. par. 208. Couar. 2. par. de ſponſ. c. 4. Vual. to. 2. de ſacram.

& Euchariſtię ſatis cenſetur benedicta, quia illa vſus eſt Chriſtus: [n] & tamen ex ritu eccleſiæ in baptiſmo & matrimonio benedictio materiæ pertinet ad ſolennitatem tantum: [o] ſed in confirmatione & extrema vnctione benedictio per Epiſcopum, aut ſecundum quoſdam ex commiſſione Papæ per ſacerdotem, eſt de neceſſitate ſacramenti. [p] quia abſque ea benedictione materia nondum eſt apta: ſicut res quæ olim aut nunc offerri debet in ſacrificium, nondũ eſt proxime aptata, quouſque ritu aliquo ſit ſanctificata aut conſecrata: vt dicetur lib. de ſacriſ. in chriſmate cõſecrato ſeu vnctione illius, ineſt virtus diuina, vt in aqua ſeu ablutione baptiſmi. [q] 2. requiritur debita quantitas, & quæ ſit ſenſibilis, & idonea ad effectum: vt in euchariſtia vnus non cõſecrat ingentem quantitatem, cuius bona pars ſibi præſens nõ dicitur. [r] In baptiſmo ſi quis guttula aquæ vix aſpergatur, dubius eſſet baptiſmus, quaſi non ſit ablutio. [ſ] In pœnitẽtia, vt confeſſio ſit per ſe integra omniũ mortalium [t] manus impoſitio aliquando habuit vicẽ materiæ: [u] ſed communiter pertinet ad pium ritum quorundam ſacramentorum.

4 Forma interdum ſumitur pro toto ſacramento, vt in illa definitione, eſt inuiſibilis gratiæ forma viſibilis: [x] quæ definitio ex D. Augu. collecta per Mag. & Doct. conuenit etiam ſacramento Euchariſtiæ vt docet Concil. Trid. cum ſupponat pro ſpeciebus ſenſibilibus quæ ſunt cauſa gratiæ: [y] corpus vero Chriſti ſub ſpeciebus inuiſibiliter contentum non eſt ſacramentum tantum, ſed res & ſacramentum ſimul. [z] nec eſt inuertenda hæc definitio, quaſi Euchariſtia ſit inuiſibilis gratia ſub forma viſibili. [a] ſed in præſenti, forma ſumitur pro parte formali: [b] qua perficitur, limitatur & completur ſignificatio materiæ: & ſic forma actuat materiam, non phyſicè, ſed moraliter vnitam: [c] ad ſignificandum. Forma in omni Chriſti ſacramento communiter enunciatur verbis [d] a Chriſto determinatis, vt ſignificatio ſit expreſſior & certior, [e] in veteri ſacramẽto vt circumciſione Genẽ. 17. agno paſchali. Exod. 12. & ordinatione ſacerdotis Leuit. 8. non leguntur verba addita. Si quando proferebat ſacerdos vel populus verba, nõ erant de neceſſitate formæ, [f] ſed ad ſolennitatẽ quandam ſacramenti, vel ſacrificii, & ad bene precandum: nec verba erant tam expreſſa, & certa aut determinata, ſed arbitrio ſacerdotis relicta, multo minus determinatæ erãt res pro ſacr. quod erat in lege naturæ, vt ſtatim dicetur.

5 At in lege Chriſti verba pro forma ſacramenti ſunt à Chriſto determinata, vt in baptiſmo verba non quidem concionatoria [g] quibus explicatur catechiſmus & doctrina fidei: ſed verba conſecratoria, ego te baptizo, &c. ſunt forma, quæ clare, & determinate ſignificãt partialiter [h] eundem totum effectum, quem ablutio confuſe & indeterminate ſignificabat. ſic enim Chriſtus inſtituit, vt totum ſacramentum plenè, & clare ſignificet effectum ſacramentalem, & illum ſignificando cauſet: idque ita eſſentiale eſſe, vt neutra pars, nec ablutio cum parte quadam verborum ſufficiat: [i] in ſacramento pœnitentiæ formam & ſententiã quæ complet iudicium, oportet proferre vocali uerbo oris. [k] nec ualet abſolutio per ſcripta uerba, vt quidam putant, [l] cum tamen ſic naleat abſolutio excommunicationis, & ſententia ſcripta fori externi. In ſolo matrimonio nutus ſupplet uicem verbi: [m] quia noluit Chriſtus mutos, vel abſentes excludere à cõtractu ſacramẽtoque matrimonii, vt omnibus poſſit eſſe in bonũ ſpeciei, & in remediũ concupiſcentię: in valentibus loqui conſenſus per uerba exprimi iubetur quodam præcepto eccleſiæ: [n] ſed pro verbis

cram.c.132.Syl.matr.2.§.7.Canoniſt.cum Innoc.in c.tuæ frater-nitati, de ſpóſal. Imo Caiet.opuſc. de matr. Scot. ſignificat verba eſſe omnino neceſſaria ex d.cap.tuæ. Adrian.quæſt.3. de bapt.p.2. ad 5. D. Thom. d. 1.q.1.3. arg.5. cum ſolut. quos exponit Cano ſup. requiri verba ſacerdotis, vt ſit ſacramentũ, non tamẽ vt ſit contractus at re vera verba ſolũ ſunt de quodam præcepto. poſſet quidem eccleſia ſtatuere irritum eſſe matrimonium, niſi verbis cõtrahatur. ſed falſo glo. d.c.tuæ. ait ita de facto ſtatuiſſe. [o]

[p] at per conc. Trid. ſeſſ.24.c.1. id ablatum eſt, quia non adeſt Parochus cũ teſtibus, vt ſciant eos accedere affectu vxorio. Nauar. c.22.in vlt.edit.nu. 28.cap.27.nu.142. Conar. 1.p.ſponſal. c.4.§.1.facit. 2.par. cap.3.§.7.at ſi præſumptum fuit matrimonium coram teſtibus & parocho & allata diſpenſatione occulti impedimenti explicent conſenſus ant ratificent aliquo ſigno, puta prædicta copula, fit matrimoniũ de quo Nau. c.22. nu.70. ex declaratione Pij V. [q] Bellar. lib.1. ſacram.c. 19. lib.4. de Euch. c.3.fi. & ita loquitur conc.Flor.Sco. Gabr. Cathar. inf. [r] D. Thom. q.73. 2.ad 3.Bellar.lib.4. de Eucha. c.5. Sot. diſt.8.quidam conſecrationem panis & vini vocant ſacramentum, ſed ſumunt pro re conſecrata: alij falſo aiunt verba in Euchar. eſſe viã & conditionem tantum requiſitam ad ſacramentum. de quo ſup. cap.4.§.3.& inf.lib.de Euchar. [ſ] Soto putat eſſe rem certam, quia conc.Flor.ait, omnia ſacramenta conſtare verbis tanquam forma. Soto diſt.8.q.1.2.fi d.11.quæſt.1.artic.1.communis Scholaſt.d.8. D.Thom.q.78.1.& ſic loquitur concil.Trident. ſeſſ.13.c.3.Ledeſ. 1.p.q.30.1.Recent.Vict.Mant.Peña. [t] D.Thom.2.2.q.4.articu.3. quia fides per ſe pẽdet ex pia affectione voluntatis, ergo, vt ſit perfecta & virtus requirit voluntatem perfici caritate. & dicitur forma virtutum.2.2.quæſt.23.artic.8. [u] D. Thom. 1.2.q.1. articu.3. [x] Recent.Tho.& colligunt de baptiſmo ex Soto d.3.q.1.1. & de pœnitentia. d.14.q.1.1. & tamen de Euchariſt.d.8.q.1.1. fin.bene negat formam verborum eſſe partem ſacramenti Ledeſ. 1.parte, quæſt.7.artic.1.dub.2.& 3.Victor.Mant.& Soto, aiunt forte quæſtionem eſſe de nomine: & tamen hi autores magis propendent, verba eſſe quidem de eſſentia intrinſeca ſacramenti, non tamen vt partem componentem phyſice, quod ſentit D Thom. quæſt.66. prima diſtin. 1.quæſt.1.1.5.Palud.d. 1.quæſt.5. num. 15.16. diſt.3. quæſt.1.num.3.Rich.d.3.ar.1.quæſt. 1. vt forma domus & figura quæ eſt de eſſentia imaginis cum ſit qualitas, non videtur componere, vt pars cum ſubſtantia. D.Thom.2.2.quæſt.96. 2.ad ſecundum. cæterum cum verba ſint de eſſentia intrinſeca, & non tota eſſentia, ergo ſunt pars eſſentiæ. in Chriſto tamen verbum componit cum humanitate, nec tamen dicitur pars: vt vitemus vocem imperfectionis. D.Tho.3.par.quæſt.2.artic.4. [y] in ſacramento pœnitentiæ & matrimonij poteſt confeſſio aut conſenſus prioris præcedere longo tempore ante formam: & tamen hic actus humanus ſatis eſt moraliter præſens, dum confeſſarius peccatorum memor abſoluit pœnitentem præſentem, quem prius audierat. at in euchar. manet ſacramentum, quamuis verba prius prolata non dicantur nunc præſentia, ſatis enim eſt manere in virtute, & ſignificatione ratione effectus & corporis Chriſti [z] Diuus Thom.2.2.quæſt.96.2 ad 2.quia ſubſtantia & qualitas pertinent ad diuerſa prædicamenta, & conſtituunt vnum per accidens.

ſatis ſunt literæ, nutus: olim vero ſatis erat copula affectu maritali ſuperueniens ſponſalibus, [o] aut ſolita in domum traductio. [p]

6 In Euchariſtia verba dicuntur quidem forma non tantum conſecrationis, [q] quæ non eſt ſacramentum, [r] ſed forma ſacramenti Euchariſtiæ: [ſ] non quod intrinſece componant cum materia, quia toto ſacramento permanente, verborum ſucceſſiua prolatio non manet: ſed cauſaliter, quaſi forma extrinſeca efficiens, ſumpta cauſa pro effectu, vt cap. 7. in fine dictum eſt: quia ex verbis complete prolatis relinquitur in ſpeciebus conſecratis habitudo completæ ſignificationis. Species enim non eſſent hoc ſacramentum (id eſt non ita plane ſignificarent Chriſtum ſub illis præſentem & contentum, & vt per ſpecies eſt cauſa gratiæ & refectionis ſpiritualis) niſi vt ſubſiſtant verbis præcedentibus, quæ contulerunt ſibi formam id eſt complementum ſignificationis. ad eum modum caritas dicitur forma fidei, [t] & virtutum: quia tribuit illis vigorem intrinſecum: & actio calefactiua vel moralis ſpecificatur à principio agendi, vel ab obiecto cognito, [u] tanquam à forma extrinſeca: intrinſece vero, ex ordine ad obiectum.

7 In alijs ſacramentis quæ conſiſtunt in fieri, forma fluida & prolatio verborum eſt non tantum de intrinſeca eſſentia & definitione ſacramenti, ſed pars phyſica intrinſeca illius: [x] quia vtraque concurrit eodem morali tempore [y] ad completam & expreſſiorem rationem ſigni vnius, & ad effectum ſacramenti. at res artificialis, vt domus non componitur ex forma ſeu figura, & materia tanquam vnum ex partibus: [z] nec ſupponit pro vtraque parte, ſed pro materia, [a] vt connotat talem formam ſeu figuram: aurea enim ſtatua dicitur aurum, ſicut nomen connotatiuum, vt album, dicitur corpus, pro quo ſupponit. In omni forma ſacramenti: præter Euchariſtiam, quæ non includit vſum in ſua ratione, oportet exprimi actum miniſtri circa vſum & effectum ſacramenti. [b]

8 In ſtatu legis naturæ non erant in particulari determinatæ res iure diuino: [c] ſed fides in Chriſtum proteſtata ſecundum varias cæremonias, ex inſtinctu Dei in cõmuni inſpiratas, erat ſacramentũ: [d] in quo etiam adultus attritus iuſtificabatur: [e] at in ſua lege Chriſtus inſtituit certas quaſdam res immutabiliter eſſe aſſumendas pro neceſſaria materia permanſura: [f] & verba inſtitutione diuina determinauit, [g] tãquam eſſentialia, [h] de neceſſitate formæ, nec omnia ſunt expreſſa in euangelio. Sed habentur ſecundũ fidem ex traditione Chriſti, [i] in eccleſia Romana, apud quam eſt vera doctrina de ſacramentis. [k] nec enim ſigna practica quæ infallibiliter oſtendant gratiam præſentem, & eam tanquam phyſicum inſtrumentum cauſent, poteſt inſtituere, niſi Chriſtus: [l] qui ita libere & decenter ea voluit determinare: tum ex parte Dei vt his ſignis ſanctifi-

[a] Ariſto.5. metaph. vbi D. Tho. lect.4. [b] dicetur lib.de baptiſ.c.8 §.1. [c] autores inf.contra Hug. & Scot.diſt 1.quæſtio.3.& 7. [d] D.Th. quæſtio 60.5.ad 3. cum Aug.19. cont. Fauſt.c.11. & ſic in lege vet. non erat ſignum determinatũ pro offerendis Deo ſemellis. Hug. Alexan. 4.p.quæſtio.3. m. 3. Dur. diſtin.1. quæſt. 8. ſignificat Soto d. 1.q.2.art. 3. fin.d.2.quæſt.1.art. 4.concl.4 Bellarm. lib.1. de ſacram.ca. 21. lib.2. c.14. lib. de bap.cap.4. [e] ſup. cap.7.cõt. Alexan. Bellarm. Duran. & Franc.Turrian.conſultum, qui negant ſacramentum naturæ contuliſſe gratiam adultis, ſed impetraſſe contritionem qua iuſtificarẽtur: paruulis vero impetraſſe gratiam ex merito eccleſiæ iuſtæ. [f] D.Tho. q. 60.ar.5.& Trid.ſeſ. 7. can.1. dicit omnia ſacramenta à Chriſto fuiſſe inſtituta. quód ſi in cõfirmatione & ordinatione diaconi materia ad tẽpus fuit ſola impoſitio manus: vel ſi bap. forma ante paſſionem Chriſti fuit in nomine Chriſti, id certe ſimiliter inſtitutum fuit à Chriſto ex diſpenſatione ad tempus. [g] D.Tho. quæſt.60.art.7. Soto d.1.q.1.Led.q. 1.art.7.conc.Flor.in ſingulis ſacramentis ponit verba determinata. Quare error eſſet id negare. de tribus ſacramentis neceſſarijs expreſſa eſt forma in euang.de bap. Matth. vlt.baptizantes eos in nomine, &c. Epheſ.5.lauacrum aquę in verbo vitæ. de Euchar.Matth.26.Marc.Luc.& 1.Cor.11.de pœnitentia. Ioan.20. quorũ remiſ.2.Cor.5. Deus dedit nobis miniſterium reconciliationis. ſic vocat concil. Trid. ſeſ.7. can.12.& ſeſ.21.c.2. ſubſtantiam ſacramenti. [h] DD.d.1.quia inſtitutio dat eſſentiam rei poſitiuæ. ſup.c.7.§.7. Aug.3.de bap.c.15.lib.7. c.47. epiſto.23. Baſil.de Spiritu ſancto.c.10.15.Tertul.de bapt.cap.1. [i] Vt probat Ayal.de tradit.Caſtro de hære.Bellar.lib.2.ſacram. c.24.ex Dionyſ.c.2.& 3.eccl.hier.& dicetur in ſingulis ſacram. de extrema vnctione à Chriſto inſtituta & à Iacobo promulgata, definit Trid. ſeſſ.14.c.1.can.1.ſed de confirmatione non expreſſit ſeſſ.7.de confirm.quia ſatis fuit eadem ſeſſ. de ſacram.can.1. id generaliter dixiſſe: & videtur cum manus impoſitione ſemper fuiſſe coniuncta vnctio chriſmatis, cum ſigno crucis in fronte: cuius meminit Dionyſ.eccl.hier.c.2.& 4.Tert.de reſurr.carn.& de præſcript. & lib.de bapt.Cypr.lib.1.epiſt.12.lib.2.epiſt.1.Auguſt.2. contra lit. Petil. cap.104. [k] Trid.ſeſſ.7.de bapt.can.3.cap.ad abolendam, de hæret. Caſtro lib.1.de iuſt. hęr.pun.c.5. Cano lib.4. de loc.c.4. con 2. ex Matth.16.portę inferi non prȩualebunt. [l] D.Tho.quęſt.64.art.1. & 2. Doct.d.2.quare Soto qui non audet erroris damnare ſed temeritatis. d.1.quęſtio.5.art.2.& 4.poſtea diſt 7.de confirm. art.1. corrigens damnat hęreſis: quia colligitur ex perpetua traditione. & de extrema vnctione negare eſt hæreticũ, vt dicit Ledeſm. 2.p. quęſtio.31. 3.Couar. cap.alma, 2.par. §.2.num.7.Recent. & ſup.

m ſup.c.3.& 7. [m] communis cum Mag. diſt.1. Hug.lib.1.p.9.cap.3. D.Tho.4.cont.gent.c.56. Alan.de ſacram.cap.24 Bellar. 1.ſacram. c.22. [n] D.Tho.quæſt.60.artic.5.vbi bene Caiet. Soto.q.1.artic.5. Ledeſm.& dicetur.lib.de euchar.c.9 §.1. [o] Colligitur ex dictis & Concil. Triden.ſeſſ.21.cap.2.ut ſalua ſacramentorum ſubſtantia. Caſtro verb.vnctio Couar.lib.1.variar. ca.10 nu.7. Nauar. de pœnitentia. d.5. in princ. nu. 15. & 31.facit Iacobat.de concil. lib.5.ar.13. 15. Auguſt. de Ancon.de poteſta.Papæ. quæſt.10.articu.8. [p] D. Thom. 2.2.q.97.4. ad 3.& quodl.4.art.13. Couar. 2.p. ſponſ. c.6. §.9.no.2. & 4. Nauar. prælud. 9. nu. 13.per.c.ſunt quidam.c.contra ſtatuta Patrum.25.q.1. quod ſi in uoto ét profeſſi diſpenſat, ideo eſt, quia partim pédet à voluntate humana voué tis ſine præiudicio tertij. D.Tho. 2.2. q.88.ar.10.ad 2. & 4.d 38. quæſt. 1. 4. 1.Ferrar.4. cont.g. cap 60.Med. C.de confeſſ.quæſtio. de diſpenſ. ſuper reuelan.confeſſ. Caiet. d.q.88 articu.10.& 12. Syueſt. vot.4. §.4.Tabien.diſpéſ. §.8. Couar. in c.2. de teſta.num.12.& communis in ca.1. de vot. Felin. c.fin. de maior. & obed. Sot. lib 7. inſt.q.4. artic.1. lib.10. q.3. artic.4.ad med.Victo.rel.4 de poteſt. Papæ, & concil. q. 1.ad tertium. [q] Adria.4. de confirm. articu.3. §.ad rationem.D.Thom.addi.q. 54. 4. ad 2. Couar. 2.p. ſponſ. c.6. §.10. nu.17. & c.quamuis pactum. 2.p §.4. num.6.ſed idem Adr. de matrim. fol.3. Palud. d.26.quæſt.4. art. 3. aiūt impediri actionem ſacramenti: quia non ſit debita materiæ applicatio & coniunctio ad formā:ſed prior ratio eſt aptior,Soto,d.4.artic.5.Tabper.ar.10. [r] ſic bene Palud.ſupra & Adr. de matrim.vt ſi Parochus ſit nominatim denūciatus, habet quidem materiam, ideſt oues, ſed quia vſus iuriſdictionis impeditur, non abſoluit: quia non ſit applicatio materiæ debita ad formam. [ſ] qui ordinatus eſt cum eſſet fidelis, ſi fiat hereticus nō amittit characterem ordinis. Auguſt.2.contra Parmen.c.13.Torrenſ.3.confeſ.c.1.§.10. Trid.ſeſſ.23.c.4.can.4 vt ſi matrimonio ſuperueniat hæreſis, vel amputatio virilium non ſoluitur. Trid.ſeſſ.24.can.5.item ſi ab epiſcopo hæretico & vir hæreticus ordinetur, recipit verum ordinē & vere conſecrare poteſt Euchariſtiam, vt contra Mag.diſt.in 13. affirmant D.Thom.3.p.q.82.7.addit.q.38. 2. Alexand.3.p. q.35. mem.9.Doct.d.13. Alber articu.32. Scotu q.1.ar.8.Gab. lectio.2. & 5.5.Caſtro.2.de iuſta hæret. pu.c.21. Lozzes de matrim.Reg.Ang. dub.7. nume. 36.Nauar.c.1.§.laboret.c.placuit,nu. 24.44 de pœnitentia. diſt.6. Couar. 1.var.c.11.nu.8.

caret homines: tum ex parte hominis, vt ex his ſacramentis notis nota eſſet Chriſtianorum vna religio, [m] & vera eccleſia per orbem diffuſa: & ſicut eſt vna fides, ita ſit vnum baptiſma, per quod oſtium intrant oues Chriſti paſtoris in caulam eccleſiæ, & vnus eſſet neceſſarius cibus Euchariſtiæ, &c.

9 Materia vnius ſacramenti eſt vna ſpecie morali, [n] vt pro Euchariſtia panes & vina, licet ſint diuerſarum qualitatum: in pœnitentia peccata licet diuerſarum ſpecierum quatenus offenſa Dei, item dolor attritionis vel contritionis qui tamen differunt ſpecie phyſica & obiecto. in partibus ſacramenti ordinis differunt ſpecie materię & formæ, & tamen dicuntur vnum, quia vnius ſacramenti materiæ in vnum finem proximum ordinantur.

10 Eccleſia non poteſt ſubſtantiā ſacramentorum mutare circa materiam vel formam, [o] vt nec diſpenſare poteſt in iis quæ omnino ſunt de iure diuino, [p] dum vero decreto irritāte facit perſonas matrimonio inhabiles, vel irritat contractum, non mutat ſacramenti materiam: ſed circa præambula impedit viam perueniendi ad ſacramentum. [q] vt dum de vino fit acetum ineptum euchariſtiæ, non mutatur materia ſacramenti formaliter, ſed res quæ erat materia deſinit eſſe talis. in ſacramento pœnitentiæ poteſt ablata iuriſdictione impedire ne ſacramētum ualeat: quia impeditur debita materiæ applicatio; & coniunctio ad formam. [r] in aliis ſacramentis licet ſacerdotem & epiſcopū etiam degradatum prohibeat, non poteſt impedire quin det uerū ſacramentum, [ſ] ſi adhibita ſolita materia & forma, conficere intendat: quia miniſter agit uirtute Chriſti.

CAPVT IX.

De mutatione in verborū forma, & coniunctione formæ cum materia.

§.1. *Mutatio accidentalis in materia & forma non vitiat ſacramentum, ſed mutatio ſenſus.*
2 *Qua forma fiat per indicatiuum, imperatiuum, vel optatiuum, mutatio in verbum ſynonymum.* & §.4. *ſic Græcus mutat.*
3 *Forma ſignificat effectum.*
6 *De corruptione vocis, vt baptiſmo in nomine Patrias.*
7 *De balbo.*
8 *Tranſpoſitio vel interpellatio.*
9 *Vnus proferre debet totam formam, præterquam in vnctione.*
10 *De coniunctione morali formæ cum materia.*
11 *De contractu in ordine.*
12 *Additio aut ſubtractio.*
13 *De inducente nouum ritum.*
15 *Quale peccatum ſit mutare verba.*

CIrca verborum formam, & ſenſum fieri poteſt mutatio ſubſtantialis vel accidentalis tantum, vt in materia mutatio ſubſtantialis fit, ſi uinum fiat acetum, [a] uel panis crémetur, & fiat carbo, in quo fieri non poteſt conſecratio: at ualet, ſi accidentaliter materia mutetur, ut quia parum aceſcit uinum, uel fermento corrupta eſt partim maſſa: uel ſi materia pœnitentiæ, uel matrimonij ex uerbis mutetur in nutus & ſigna. ſimiliter accidentalis mutatio formæ in eodem idiomate fit in uerbum ſynonymum: ſi fiat cum eadem proprietate, & æque diſtinctè, [b] uel in uerbum alterius linguæ admixtum, & non tollat ſenſum & ueritatem formæ, ualet ſacramentum. [c] Nam aliàs in ſolo Syriaco, uel Hebraico ſermone ualeret ſacramentum, in quo Chriſtus inſtituendo formam locutus eſt. at ſi mutatio uariet ſenſum, mutatur forma: ac ſubinde mutatur ſubſtantia ſacramenti: ut non tantum Theologi, ſed Iuris periti, [d] probant, dū agunt de ſolennitate quæ in contractu, aut in teſtamento inſtituitur in lege pro forma.

2 Oportet ut uerba in quę fit mutatio ſignificent ex communi uſu & impoſitione: [e] quia in communi ſignificatione fundatur ſignum ſacramentale: ut ſi dicat abluo te, remitto tibi, iſtud eſt corpus. nec uerò in ea mutatione peccat mortaliter, ſecluſo ſcandalo: [f] ruſticaque fœmina quæ male profert Latine, baptizaret in neceſſitate uernacula lingua: [g] ſeruandus tamen eſt communiter uſus eccleſiæ Latinæ, [h] etiam in iis quæ ſunt extra eſſentiam quidem ſed de præcepto & quadam integritate formę ac ma

CAP. IX.

3 Alii admittunt quidem gratiam quandam quantum ad [l] effectus priuatiuos fuiſſe datam in circunciſione ſola: quia remittebat Deus perſonæ culpam, aut pœnam quandam ſenſus, qua patres in limbo potiri carebant: negant vero dediſſe effectum poſitiuum gratiæ, Sed interpretandi ſunt, quod ea gratia tanquam infirma non tam plene erat munita aliis auxiliis, nec ita reprimebat fomitem, vt nunc: nec dicebatur facere perfecte filium, amicum & heredem Dei, quia non erat ſatis efficax, vt introduceret in gloriam, in qua eſt perfecta cum Deo amicitia: [m] nec enim in illam perduceret, niſi Deus eſſet incarnatus & mortuus pro peccato naturæ: [n] quaſi id naturæ peccatum ſecundum effectum priuandi gloria in patribus maneret, [o] poſt remiſſum peccatum perſonæ tam actuale quam originale. At reſerata per paſſionem Chriſti ianua cœli, prædicatum eſt in lege euangel. appropinquaſſe regnum cœlorum, [p] in quod per ſacram. Chriſti eſt liber aditus, ſi nil purgandum habeant anima iuſta.

4 Ea gratia in circunciſione, aut ſacramento legis naturę dicitur collata ad modum operis operati. [q] Nam ſine paruuli vllo actu, & in adulto diſpoſito ſine ipſius merito, imo & ſine parentum, & conferentium dignitate merito aut impetratione efficacis orationis, dabatur gratis ea gratia à Deo propter meritum Chriſti præuiſum. Adultis in ea circunciſione ſemel tãtum in vita, ut dictum eſt, cap. 6. ſi modo eſſent cum debita attritione diſpoſiti, conferebatur remiſſio peccati originalis, & mort. ſi quæ tunc haberent. nam & Abraham adultus accepit circunciſionem in ſignum iuſtitiæ & gratiæ ex operato ſibi collatæ: & vernaculi multi quos circuncidit erant adulti: & quos finita deſerti peregrinatione compulit Ioſue. cap. 5. circuncidi: quibus cum attritione diſpoſitis videtur data prima gratia.

5 Ad eundem modum in ſacramento legis naturæ ſemel tantum, tam pueris quam adultis gẽtilibus bene diſpoſitis dabatur gratia cum remiſſione peccati. Sic nunc per baptiſmum contra peccatum originale per ſe inſtitutum, non niſi ſemel confertur gratia: ſed copioſior, & omnibus tam viris quam fœminis cuiuſcunque ætatis; & quæ efficax eſt ſtatim introducere in gloriam. nullum vero tunc erat ſacramentum reſpondens noſtro ſacramento pœnitentiæ, quod iteratum, faceret pro peccatis actualibus de attrito cõtritum, ut dictum eſt, cap. 7. porro Chriſtus ex ſacramento circunciſionis quod Luc. 2. accepit, nullum gratiæ incrementum recepit. Sed ſponte factus eſt ſub lege Galat. 4. non quia debitor & ſubiectus [r] legi: ſed quia pondus legis ſuſtinuit, ut nos redimeret.

6 In reliquis ſacramentis legis veteris aut naturę pręter vnum ſemel ſuſceptum, non conferebatur ex operato ſtatim gratia aut gratiæ augmentum. nec tamen erant ſolum onera, [ſ] ſed iuſtis erat meritorium ex opere operantis recipere ea legis ſacramẽta. nec verò ſacerdos, vt ea miniſtraret egebat gratia, cum non contrectaret rem ſacrantem. quidam [t] in omni ſacramento veteri putãt collatam gratiam ex operato, alii ſaltem in cõſecratione ſacerdotis, ſed vtrumque falſum eſt. [u] & tamen erat ſignum rei ſacræ practicum: dum quaſi pignus promiſſionis ſignificabant gratiam ex pacto Dei conferendam infallibiliter futuro tempore, per Chriſti paſſionẽ & merita: atque ita ab Apoſtolo Galat. 4. hęc dicuntur elementa infirma & egena. [x] quod & de circũciſione dici poteſt, vt ſtatim dicetur. differt tamen baptiſmus non

[i] noſtra eſſe virtute maiora, & ſalubriora, infra capit. 16. [i] D. Thom. 1. 2. quæſtio. 103. 2. Abulenſ. Leuit. 1. quæſtio. 19. Bellarmin. capit. 17. argumen. 2. infra. lib. de Miſſa. capitu. 11. & 14. [k] Infra de Miſſ. capit. 11. ſic Hieronym. exponit id Galat. 4. infirma & egena. poſtquam morte Chriſti ſunt abrogata: quia cap. 5. ſubdit: nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri; quia ſi circuncidimini, Chriſtus vobis nihil proderit. & Philippen. 3. dicuntur ſtercora, vt exponit ibi Chryſoſto hom. 11. Theophyl. Oecum. & alij: Direct. Inquiſit. 2. part. q. 6. num. 8. Turrecrem. in cap fin. 24. quæſtio. 3. verbo Chriſtiani. Ant. 4. part. tit. 11. ca. 7. Caſtro, verb. circunciſio. [l] Magiſt. diſt. 1. cap. 2. vbi olim D Thom. addit Scot. diſtin. 1. quæſt. vlt. poſſibile erat tolli peccatum origin. quod conſiſtit in priuatione iuſtitiæ origin. debitæ naturæ: & reduci hominem ad ſtatũ pure naturalem, ſine infuſione gratiæ. ſic quidam Patres ſignificãt olim remiſſum peccatũ per non imputationem, ut in id Rom. 4. cui non imputauit. Ambroſ. Hieron. Anſel. Theophyl. & tenet gloſſ. cap. quod autem. de conſec. d. 1. videntur Hieron. in Galat. 3. fi. Ambr. 1. de Abr. cap. 4. ad fi. epiſt. 72. 77. Cyrill. de differentia leg. & gratię lib. 1. in Ioã. cap. 21. lib. 10. contra Iulia. ad fi. Chryſoſt. in Geneſ. hom. 27. 29. & 40. Cypr. lib. 1. ad Quirin. ca. 8. libro 3. Epiſto. 8. alias 59. At bene reijcit D. Thom. q. 62. 6. ad 3. [m] Iob. cap. 14. & 17. contra hanc explicationem non procedit impugnatio D. Th. quæſtio. 62. 6. ad 3. ſic Rom. 8. quod impoſſibile erat legi, Deus mittens filiũ. Hebr. 10. nihil ad perfectum adduxit lex. Galat. 2. ſi ex lege iuſtitia, ſcilicet perfecta, gratis Chriſtus mortuus eſt: quia ſubdit, cap. 3. ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione: ut citat Concil. 2. Arauſic. can. 16. 21. Auguſt. de natura & grat. ca. 2. & 8. [n] Quia Chriſti incarnatio & mors inſtituta eſt, ut medium ita neceſſarium ad conſecutionem gloriæ D. Thom. 3. p. quæſt. 49. art. 5. vt ſi non fuiſſet, nunquam Patres quantumuis iuſti liberarentur à limbo: ut ſine prædeſtinatione fide & habitu gratiæ nemo intrabit gloriam. At ſacramentum baptiſmi, vel pœnitentiæ in re non tam arcte inſtituitur, ut medium neceſſarium, ſed ijs qui poſſunt ante mortem recipere: alias ſatis eſt contritio cum ſacramenti voto. [o] D. Tho. q. 70. ar. 4. Soto, d. 2. q. 1. art. 4. ad fi. Aug. & Conc. Arauſic. per loca Pauli citata. [p] Matth. 3. & 10. quare in leg. vet. non legitur hæc vox regnum cœlorum. & raro promittebatur, niſi ſub typo rerum temporalium D. Tho. in Matth. 3. & ſignifica. 1. 2. q. 107. 3. ad 2. Sot. li. 2. iuſt. q. 8. 1. ad fi. ſentit Aug. 4. cont. Fauſt. ca. 2. lib. 18. ciuit. c. 11. Hier. 1. contra Pelag. & epiſto. ad Dardan. Chryſ. ho. 4. Marc. Theoph. in Luc. 18. 17. & in Io. 3. Mart. lib. 8. Hypot. c. 6. at reperitur interdum vt Eſa. 56. Sap. 2. iuſti autem in perpetuũ viuent. Aug. 19. cõt. Fauſt. c. 2. Mart. ſup. & c. 3. Aug. toto lib. de ſpiritu, & litera. & in Pſal. 72. lib. cont. Adimant. c. 3. fi. Quare plene purgatus ſtatim intrat cœlũ. 2 Cor. 5. ſcimus quod ſi terrena Rom. 8. Eph. 5. [q] Doct. cit. [q] Alex. 4. par. q. 7. m. 7. art. 4. Bon. d. 1. refert Bellarm. c. 13. idẽ plane Ledeſ. Capr. D. Tho. q. 62. 6. ad 3. q. 70. 4. ad 5. Soto, d. 2. q. 1. art. 4. circa arg. 5. Scot. d. 6. q. 9. ad 1. quẽ refert Bellarm. cap. 19. ad fin. Gab. d. 1. q. 3 Recẽt. quod ſine cauſa negant. Can. relect. de ſacram. p. 6. [r] Vt in Gala 4. Hier. Amb. Aug. Anſel. D. Th. ibi & 3. p. q. 37. 1. & ſeq. q 40. 4. Soto, d. 2. q. 1. 3. fi. Xuar. 3. p. q. 20. dubio 43. § 2. Vict. & recẽt. [ſ] Sup. c. 7. § 3. Bellarm. 2. ſacram. c 13. cõmunis Theolog. d. 1. colligitur Rom. 2. factores legis iuſtific. Iacob. 2. Abra. nonne ex operibus iuſtificatus eſt. Contra Magiſt. d. 1. [t] Hugo lib. 1. p. 11. c. 1. ſed Durand. d. 1. q. 4. ad vlt. & q. 5. ait in circunciſione, & conſecratione ſacerdotis datam gratiam, ut innuitur Leuit. 8. fauet D. Tho. 1. 2. q. 102. 5. ad 3. & 8. & Auguſt. 19. contra Fauſt. c. 16. generaliter dicit ſacramenta eſſe dona externa quæ ſignificant donũ internum. [u] D. Tho. d. 1. q. 1. 5. 1. & cõis videtur Aug. q. 84. Leuit. Moſes ſacerdotes ſuos viſibili tãtum ſacro ſanctificabat: ſed Dñs inuiſibili etiã gratia per Spiritum ſanctũ, & in Pſal. 72. qđ bene probat Bellar. à c. 14. vſque 17. ex ſcripturis, & Patribus. [x] Id Galat. 4. quidã exponunt 1. de alijs ſacris pręter circunciſionem. ſ. de illis q̃ inſtituta ſunt in lege Moſi. Chryſ. & D. Th. DD. cit. ſup. lit. F 2. & de circunciſione, ſed poſtq̃ expirauit p mortẽ Chriſti. 3. Aug. i expoſitione lit. ad Gal. 4. exponit de idolis gentiũ dici egena elemẽta. 4. Mag. d. 1. vbi D. Th. q. 2. 5. 3. Alex. q. 7. Cano, & quidã Rec. 4. licet in circũciſione daretur grã, ſed parua,

ſolum quia eſt alius & facilior ritus à Chriſto autore inſtitutus, & promulgatus: ſed quia durabit in finem mundi, cum circunciſio fuerit ad tempus data, ut vmbra & figura, ut dicetur capit. 16. & quia confert gratiam copioſam & efficacem, tanquam inſtrumentum externum quod gratiam continet in virtute.

7 Quidam Patres videntur negare gratiam veterum iuſtorum denominaſſe, ſimpliciter filios Dei & hæredes regni cœlorum: quaſi id nomen dignitatis reſeruetur Chriſto, qui Ioan. 1. iis qui eum receperunt dedit poteſtatem filios Dei fieri. [y] & 1. Ioan. 3. dedit dignitatem ut filii Dei nominemur & ſimus, qui Rom. 8. non accepimus ſpiritum ſeruitutis, ſed filiorum quo clamamus, Abba pater: ita ut quia filii hæredes ſimus. ſic enim bapt. regeneramur in filios Dei, & euchariſtia quæ eſt cibus regius filiorum ſuſtentamur. [z] qui communicat nobis diuinas proprietates, & eccleſia in Miſſa ante Pater noſter, ait nunc audemus dicere Pater noſter, quia Chriſtus primogenitus [a] nobis tanquam fratribus communicauit, non ſolum ut eius B. Mater Ioan. 19. ſed ut eius pater dicatur pater noſter Ioan. 20.

8 Filii nomen quod per adoptionem & ſimilitudinem communicatur, [b] competit omnibus iuſtis vniuoce ante uel poſt aduentum Chriſti ſed tractatione exteriori probatur filiatio apud homines, ſi dominatus & educatus eſt tanquam filius: & ita tractatur & nominatur à Patre cum honore, & communis fama & opinio ita vocat. [c] qua ratione in lege euangelica iuſti pluribus titulis dicuntur filii: & Deus præcipit vt eum vocemus Patrem [d] cum filiali ſpiritu: cum tamen veteres iuſtos exteriori tractatione [e] Deus poſuerit cum ſpiritu ſeruitutis ſub pædagogo legis de quibus Galat. 4. hæres paruulus nihil differt à ſeruo: nam ſeruo Dominus imperat opera ſeruilia corporis. ſed quia veteres patres ſecundum ſpiritum & interiorem hominem pertinebant ad legē euangelicam Chriſti, [f] cum fide & ſpe viua æternæ hereditatis erāt vniuoce nobiſcum filii per adoptionem gratiæ [g] ex merito Chriſti præuiſo, qui dicitur agnus occiſus ab origine mundi, Apoc. 13. quare Patres nomen & religionē hominis Chriſtiani aiunt omnium eſſe antiquiſſimam, [h] & eccleſiam Chriſti cœpiſſe à iuſto Abel, vſque ad vltimum fidelem.

9 Gratia olim data iuſtis vniuoce, ut nunc, adoptabat in filios Dei, & illis ob adoptionem & opera meritoria promittebatur gloria. Sed illa nondum erat efficax homines etiam plene in perſona purgatos introducere in gloriam. parua tunc gratia dabatur, quæ parum efficaciter fomitem reprimeret: ideoque pro puero iuſtificato offerebatur quadrageſimo die ſacrificium: [i] quaſi non ſatis purgatus in circunciſione, amplius purificaretur; & adultus haberet auxilia contra impetum fomitis: quæ gratia ob Chriſti futuri merita præuiſa dabatur ad modum cauſæ finalis: [k] ſed humanitas Chriſti: cum nōdum eſſet, non erat inſtrumentum phyſicum efficiendi gratiam: [l] nec fides in Chriſtum proteſtata cōcurrebat effectiue [m] ad productionem gratiæ, ſed diſpoſitiue. [n]

infirma & egena. Apoſt. enim ibi comparat infirmæ virtuti pueri. Sic qui vix habet neceſſaria victui, dicitur egenus: quia reſpectu diuitum id paruum pro nihilo reputatur. at de ſacram. Chriſti dicitur, Rom. 5. Titum 3. conferre abundantem gratiam. & Ioan. 10. Veni, ut vitam habeant & abundantius habeant. Epheſ. 2. diues in miſericordia, & 2. Corinth. 8. vt nos diuites eſſemus. At quia gratia etiā minima eſt res pretioſa, qua poteſt homo vincere omnem tētationem. 1. Ioan. 3. ideo hanc ſententiam reiicit D. Th. quæſtio. 62. 6. ad 3. [y] q. 70. 4. [y] in Ioan. 1. Chryſoſto. hom. 3. Theoph. idē Chryſoſtom. ſerm. 14. in Rom. 8. vbi Theophyl. Oecum. Soto, d. 2. q. 1. ar. 4. prope [z] fin. & excellent. 6. [z] propter baptiſmum & euchariſtiam, ita aiunt Athan. lib. 1. de regeneratione baptiſm. Leo Pap. ſer. 6. in natiu. Domini. Cyril. Catech. 4. ob euchariſtiā dicit homines factos concorporales, & conſanguineos Chriſti. Sapient. 16. ſubſtantia (ſcilicet, data in euchariſtia, cuius figura fuit manna) dulcedinem tuā quam in filios habes oſtendebat. [a] [a] notant Hieronym. Primaſ. in Roma. 8. vt ſit ipſe primogenitus in multis frat. Heb. 2. non confunditur eos vocare fratres. Ioā. 20. dic ad fratres meos. [b] [b] filiatio & paternitas habet gradus. Auguſt. contra Adimant. ca. 5. D. Tho. 1. p. quæſtio. 33. 3 & 4. diſt. 41. ar. 3. Pagnin. lib. 3. Iſago. ca. 25. & à Deo Patre Epheſ. 3. nominatur omnis paternitas. D. Thom. 1. p. quæſt. 45. 5. ad 1. ſic & præſcitus dum iuſtus eſt, dicitur verè filius adoptiuus Dei. Conc. Conſtant. ſeſſ. 8. & 15. Vualden. to. 1. lib. 1. ca. 8. & 9. Bellarm. 3. de eccleſ. cap. 2. & 7. Auguſt. tract. 45. in Ioan. [c] contra Ioan. Hus, & Gabr. 4. d. 10. [c] Couar. 2. p. ſponſ. ca. 8. §. 3. Tiraq. 1. retract. §. 1. gl. 16. Mencha. lib. 2. illuſtr. controuerſ. c. 89. Ant. Gabr. tom. 1. commun. lib. 6. verb. filius. & tom. 2. tit. de præ- [d] ſumpt. concl. 14. num. 15. [d] ſic eccleſia, præceptis ſalutaribus moniti audemus dicere, Pater noſter. ſic Cypr. in orat. dominic. orat. 6. Auguſt. lib. 2. de ſerm. Domini in mon. ca. 8. lib. 3. con. duas epiſ. [e] Pelag. c. 4. Cyril. & Chryſoſt. infra. [e] Sic Paul. diſtinguit hominem exteriorem & veterem; Rom. 6. Coloſſ. 3. contra hominem interiorem & nouum Epheſ. 2. & 2. Corinth. 4. Leo Caſtri in id [f] Eſa. 1. filios enutriui. [f] Patres veteres iuſtos pertinuiſſe ſpiritu ad legem euang. dicit D. Thom. 1. 2. quæſtio. 107. 1. ad 2. & 3. & 3. p. q. 8. 3. ad 3. cum Auguſt. lib. 4. contra Fauſt. c. 2. & ſeq. lib. 2. de pecc. orig. contra Pelag. cap. 25. Hieron. in id Eſai. 1. filios enutriui. & in Eſa. 63. tu Pater noſter es. Soto, d. 2. q. 1. art. 4. Petrus [g] Sot. de inſtit. ſacerd. tit. de cultu religio. 1. p. lect. 5. [g] fatentur omnes Catholici. Theodoret. & Cyril. in Eſai. 36. Pater noſter es. Deuter. 32. nonne ipſe eſt pater tuus Rom. 9. quorum adoptio eſt filiorum & teſtamentum, & promiſſiones. vbi Chryſoſt. hom. 14. Eph. 1. de omnibus prædeſtinatis, prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Chriſtum. Cyprian. in orat. dominic. Athan.

orat. 2. cont. Arrian. Cyril. lib. 1. in Ioan. c. 14. Chryſoſt. hom. 13. in Ioan. Abulen. Matth. 21. q. 164. Oſorius lib. 2. de nobilit. Chri- [h] ſtia. §. 5. vterque Soto, Aug. 3. contra duas epiſt. Pelag. c. 4. [h] Euſeb. 1. hiſt. c. 1. lib. 1. demonſt. c. 5. lib. 4. cap. 15. Niceph. 1. hiſt. c. 5. Epiphan. 1. contra hæret. in princ. Tertul. lib. contra Iudæ. Nyſſen. lib. de Chriſtiani hominis perfe- [i] ctione. [i] Caiet. cum D. Thom. 3. p. q. 33. art. 3. colligitur ex Auguſt. idem Beda. & vtraque gloſſ. in Luc. 2. de obla- [k] tione Chriſti. [k] D. Thom. quæſt. 62. 6. & hoc ſignificat Cōcil. Florent. & Patres Auguſt. in pſal. 73. & epiſt. 19. ad Hieron. dum aiunt vetera ſignificaſſe gratiam & figuraſſe, vt erat per Chriſti paſſionem conferenda, ſic enim cauſa finalis agit, vt eſt prior in intentio- [l] ne & conceptu. [l] D. Thom. quæſt. 62. 6. verit. quæſtio. 29. 4. ad 9. 11. & 12. Bonauent. 3. diſtin. 19. quæſt. 2. Caiet. illo. ar. 6. Vega lib. 7. in Trident. c. 18. Soto, diſt. 1. quæſt. 2. ar. 3. ad 1. Recent. nec oppoſiti diſunt DD. [m] mox citandi. [m] D. Thom. Caiet. Vega ſupra. At Soto diſt. 1. quæſt. 2. ar. 3. ad 1. & in fin. totius quarti ait fidem internam circunciſione approximatam fuiſſe phyſicum inſtrumentum gratiæ. & Capr. diſt. 13. ad argum. Durand. contra 1. con. 2. modo explicatam: ſignificat Hug. quem ſequitur Alex. 4. par. quæſt. 1. mem. 7. ad 2. quæſt. 6. m. 3. ar. 4. & innuit D. Thom. diſtinct. 1. quæſt. 2. 6. 1. ad ſecundum, & quæſt. 3. efficacia gratiæ ex operato non erat ex ſigno exteriori, ſed ex fide. Palud. diſt. 1. quæſtio. 5. art. 4. dicit probabile circunciſionem, id eſt, fidem in ea proteſtatam contuliſſe phyſice gratiam. At falſum eſt, quia ſolis ſacramentis ſuis Chriſtus hanc vim & dignitatem dedit. infra cap. 18. ſed hi DD. negant in ſacram. legis naturæ per fidem, vt per inſtrumentum ſic datam gratiam: ut Palud. Durand. diſt. 1. quæſtio. 8. Bonauent. artic. 2. quæſtio. 1. & 2. Richard. artic. 5. quæſtio. 1. 2. & 3. ſignificat Soto, diſtinct. 1. quæſtio. 2. art. 3. fin. diſt. 2. quæſtio. 1. art. 4. concl. 4. vnde Auguſt. epiſt. 23. tunc paruulos per caritatem eccleſiæ fuiſſe adiunctos communioni fidelium idem Franc. Turrian. conſultus. & hi DD. aiunt ex merito eccleſiæ de congruo, & priuilegio Dei ſine pacto iuſtitiæ, datam fuiſſe pueris gratiam in ſacramento legis naturæ: vt in martyrio datur ex priuilegio. Sed Alexand. quæſtio. 7. mem. 7. art. 4 §. 1. negat tunc gratiam datam fuiſſe ex operato. & quæſtio. 3. m. 3. cum Hugon. at probabilius eſt datam ex operato ex pacto Dei, & lege ordinaria ſemel tantum, in remedium peccati originalis, [n] & non propter meritum eccleſiæ, ut dictum eſt. cap. 6. [n] in adulto non ſola fides intellectus, ſed ſimul quædam pœnitentia voluntatis, ut attritio concurrebat in genere cauſæ diſpoſitiuæ. Bellarmin. lib. de baptiſm. capit. 6. fin. vt nunc concurrit in adulto, qui baptizatur attritus.

CAPVT XVI.

Vt Chriſti humanitas, ita ſacramentum eſt ipſius gratiæ cauſa moralis & effectiua.

§. 1. Chriſti humanitas etiam è cœlo diſtans, eſt cauſa effectiua gratiæ.
2 *Apte dici conferre gratiam ex opere operato. Chriſtus etiam antiquis Patribus meruit gratiam.*
3 *Satis ſaluatur excellentia ſacramẽti Chriſti præ veteribus, licet tantum dicerentur moralis cauſa.*
4 *Sunt inſuper cauſa phyſica inſtrumẽtales.*
5 *Sententia dicens efficere hominẽ gratum vniendo gratiam animæ præuia diſpoſitione.*
7 *Atque ita eleuant diſpoſitionem noſtram.*

CHriſti humanitas miracula operabatur non tantum impetratoriè, ut moralis cauſa (quod qui-
a dam tantum admittunt) [a] ſed vt inſtrumẽtum Verbo coniunctum,
b dum erat in via, [b] quia per modũ imperii interdum abſque oratione ſanabat, & virtus de illo exibat,
c quæ ſanabat: [c] ideoque per viuificæ carnis aut ſaluæ contactum
d interdum fecit miracula. [d] fuit deinde inſtrumentum ad productionem gratiæ, & aliorum dono-
e rum. [e] quia gratia & veritas per Chriſtum facta eſt Ioan. cap. 1. de quo ut homo eſt ſubdit, hic eſt
f qui baptizat in Spiritu ſancto. [f] &
g tamen Patres [g] vim conferendi ſalutem corpori aut animæ tribuunt Diuinæ perſonæ: quia ex illius coniunctione humanitas vim hãc participat. 3. & nunc in cœlo re-
h tinet vſum eiuſdem poteſtatis. [h] & è cœlo diſtans cauſat iuſtifica-
i tiones in hominibus terræ, [i] quia
k ſolo imperio [k] id poteſt agere perſona Chriſti præſens per inſtrumentum cohiunctum, quod contactu virtutis attingit homi-
l nes. [l]

2 Omnia ſacramenta Chriſti cõ-
m tinent gratiam [m] quam ſignificant & eam conferunt ſemper omnibus
n quantum eſt ex parte Dei. [n] ſi modo quis ea ritè ſuſcipiat nec ponat obicem, de quo infra cap. 24. rectè que dicuntur à Theologis confer-
a re illam ex opere operato. [a] nec enim curandum eſt de vocum e-
b legantia, [b] vt explicetur eam gratiam non reſpondere merito miniſtri operantis, etiam de con-
c gruo, [c] aut ſoli diſpoſitioni reci-
d pientis. [d] Quare B. Auguſt. lib. 4. de baptiſm. contra Don. cap. 24. ait ſacramentum per ſe ipſum mul-
e tum valere. [e] id aliquo modo conueniebat fidei per ſacramentum circunciſionis, aut legis naturalis pro-
f teſtatæ. [f] erat enim non tantum conditio & ſignum practicum, ſed

h Damaſc. lib. quod ad imaginem Dei facti ſumus. [h] Matth. vlt. data eſt mihi omnis poteſtas, nempe quo ad vſum, ex quo declaratur: & beatis per Chriſtum infunditur lumen gloriæ, Caiet. cum D. Thom. ſignificat. 3. p. quæſt. 52. 2. & per illum fiet reſurrectio, Ioan. 5. D. Thom. quæſt. 54. 59. & addit. quæſtio. 76. ſignificat. Auguſt. tract.
i 18. & 26. in Ioan. [i] Caietan. 3. p. q. 13. 2. & cum D. Thom. quæſtio. 56. 1. ad 3. Veg. lib. 7. in Trid. cap. 14. Peſt. & Recent. innuit Grego. homil. 28. in euang.
k [k] D. Thom. 2. 2. q. 178. 1. expreſſe quã uis Caiet. ibi ad 1. negat. ſic abſolutio datur pœnitenti diſtanti quando eſt in ſectua peſte, ſed præſenti: matrimon. fit inter abſentes. ſic ignis inferni cruciat dæmones, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ quamuis diſtẽt in terra. D. Th.
l addi. q. 97. ar. 5. [l] ſic anima quæ ſimul eſt in capite & pede, per imperiũ cogitatiuæ & capitis, mouet pedem à capite diſtantem. Angelus alloquitur, & illuminat contactu virtutis alium Angelũ ſiu diſtantem.
m 1. p. q. 107. art. 4. [m] Triden. ſeſſ. 7. can. 6. Flor. colligitur ex ſymb. Nicen. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Conc. Mileuit. c. 2. Arauſ. 2. ca. 25. Senon. decret. 10. de bapt. non continet actu gratiam, ſed incomplete in virtute: quia bapt. vt ait Trid. ſeſſ. 6 c. 7. eſt cauſa inſtrument. gratiæ, D. Tho. q. 62. 3. Lede. 1. p. q. 3. & 19. Sot. q. 3. ar. 3 Hoſ. inſtit. c. 32. Cano rel. de ſacr. p. 4. Tilman. in Trid. c. 1. Alex. 4. p. q. 8. nu. 3. ar. 5.
n Tutt ecr. c. detrahe. 1. q 1. nu. 5. [n] Trid. ſeſſ. 7 can. 7. [a] Trid. can. 8.
a hanc vocem ex opere operato, vt barbaram & portentoſam ridere hæreticos refert Bellarm. 2. ſacram. c. 1. verſ. 3. not. ſed licuit eccleſiæ vocem operato ſumere paſſiue (vt Hebr. 13. promeretur. & Auguſt. Pſal. 138. maluit dicere õſum ob claritatem) qua vtuntur Hug. Alex. & poſteriores Theologi. D. Tho. q. 62. ar. 1. Roffen. & Tap. ar. 1. Gab d. 1. q. 3. Sot. & Led. q. 3. at. 1. Vict. §. 6. Caſtr. ver. ſacram. catech. Pij V. Vuald. de ſacram. c. 97. Ant. 3. p. tit. 14. c. 11. ad fi. c per aquã de conſ. d. 4. Nau. c. 22. nu. 2. Gropper. in Conc. Colon. Marſil. q. 2. ar. 2. Palud. q. 1. con. 4. Meſinger in Ioan. 6. Bellar.
b c. 3. & de bapt. c. 6. lib. 2. de miſſa. c. 4. [b] ſic licet principi eccl. impo-
c nere nomina, aut ſuis reb. appropriare, ut dictum eſt. c. 2. [c] Trid. ſeſſ. 7. can. 12. quia miniſter non poteſt mereri. 1. gratiã alteri tanſũ
d attrito. 1. 2 q. vlt. ar. 6. [d] ſic exponunt Bellar. 2. ſacram. c. 1. Caſtr. Gropper. Meſinger. Gab. d. 1. q 4. q magis explicat. d. 4. q. 2. cõc. 4. ad 1. Palud. d. 1. q. 1. con. 4. prob. 2. & explicat. d. 4. q. 2. Marſil. ſup. & colligitur ex Trid. can. 8. dũ impius p contritionem iuſtificatur, quo melior fuerit diſpoſitio contritionis, datur maior gr̃a abſque merito: ſi vero iuſtus abſoluatur, cõtritio vi duo eleuatur, vt ſit di-
e ſpoſitio ad gr̃am vt quatuor ex opere operato. [e] ſic Auguſt. in pſal. 73. 77. epiſt. 19. ad Hieron. & epiſt. 118. c. 1. lib. 3. doct. c. 9. lib. 19. contra Fauſt. c. 11. 13. ait noſtra ſacra eſſe ſalubriora & virtute, ac vtilitate maiora quam vetera, de vera relig. c. 17 Conc. Flor. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. Catech. Pij V. D. Tho. q. 62. 1. & 6. Sot. d. 1. q. 3. ar. 6. Hoſius inſtit. cap. 32. Sonnius catech. cap. 3. Cucchius lib. 5. ma-
f iorum inſtit tit. 2. num. 25. Bellarm. 2. ſacram. cap. 12. fi. [f] vt ex quibuſdam Doctor. citatum eſt. cap. 15. lit M. quia Rom. 3. dicitur per fidẽ aut ex fide & ſæpe quæ particula denotat cauſam, non quidẽ diſpoſitiuam cũ ſit aliena fides: ergo videtur inſtrumẽtalis.

CAPVT XVI.

a DVr. [a] 3. d. 14. q. 5. ad 2. Palac. q. 3. Richard. diſt. 13. ar. 2. q. 3. Gab. dub. 3. Bonau. d. 19. q. 1. & alij in 4. diſt. 1. vbi Dur. q. 4. Scot. q. 1. ad fi. & tangit. q. 4. & 5. Bonau. Richard. Gabriel. & alij Nomina. & ante hos Alex. 3. p. q. 13. m. 3. a. 3. Alui. 3. p. tract. 1. c. 4. q. 2. Caiet. 2. 2. q. 178. 1. ad 2. quia & Aug. 22. ciuit. c. 9. 10. dubitat an ſancti aliter quã per impetrationem
b fecerint miracula. [b] ſup. c. 3. §. 1. D. Bellarm. lib. 2. de Chriſto. ca. 8. §. potentia. & fi. D. Thom. 3. p. q. 13. 2. q. 48. 6. c. ad 2. q. 43. & 44. ſignific. 1. p. q. 110. ar. 4. ad 1. de potentia. q. 6. ar. 4. & 1. 2. q. 112. art. 1. Caietan. 3. p. q. 13. art. 2. idem q. 52. 1. q. 56. 5. q. 62. 1. Caniſ. lib. 5. Marial. c. 18. col. 4. Sot. d. 1. q. 2. ar. 3. & q. 3. a. 5. Vega lib. 7. c. 10. 11. & oẽs Recent. Thomiſtæ. Capr. 4. d. 1. ad argu. cont. 4. conc. & 3. d. 15. ad argu. cont. 1. con. Pal. 4. d. 1. q. 1. à nu. 51. Ferrar. 3. cont. gent.
c c. 56. [c] Vt Luc. 5. volo, mundare. Matth. 8. imperauit ventis. ca. 9. vbi Chryſoſt. hom. 26. glorificaue runt Deum qui dedit poteſtatem talẽ hoĩbus, ideo Chriſtus dicitur brachiũ Domini, Iſa. 51. & ſæpe quia per illum Pater fecit potentiam & miracula. vid. Mart. lib. 2. hypot. c. 3. lib. 10. reg. 11. Dried. de capt. & redempt. tract. 2. c. 2. p. 3. ar. 6. Luc. 6. virtus de illo exibat. c. 8. noui virtutem exijſſe à me. Chryſoſt. hom. 31. in Ioan. Nyſſen. orat. in Gregor. Thaumaturg. Ambr. ſerm. 90. 91. quod ſat indicat Auguſt. in pſal. 76.
d mirabilia. Greg. 2. Dial. cap. 30. [d] Hinc Sancti colligunt Chriſti carnem fuiſſe inſtrumentum phyſicum miraculorum, Caniſ. lib. 5. de Maria Deipara. c. 18. col. 4. Athan. ſerm. 4. & 5. contra Arrian. Auguſt. tract. 24. in Ioan. Chryſoſt. hom. 26. 27. in Matth. Cyril. 6. in Ioan. c. 14. 15. 23. lib. 2. c. 5. lib. 4. c. 14. Conc. Epheſ. can. 11. & in epiſt. eius ad Neſtor. definit carnem Chriſti ex verbo eſſe viuificatricem. & eodem Conc. tit. 1. cap. 2. & 17. ex Cyril. 6. ſynod. act. 11. in epiſt. Sophronij, operationes Chriſti vocat Theãdricas. ideſt, Dei viriles, quod & in Dionyſ. epiſt. 4. ad Gaium. exponit Bellarm. lib. 5. de Chriſto. c. 7. D. Tho. ſup. q. 19. ar. 1. Dam. lib. 3. cap. 18. 19. quare Cyril. ſup. humanitatem vocat organum, id eſt, inſtrumentum diuinitatis. & Euſeb. 4. demonſt. c. 13. & Theodor.
e dial. immutabil. [e] D. Thom. 3. p. q. 43. 44. 48. ar. 6. q. 56. 1. ad 2. & 3. ar. 2. vbi Caiet. Capr. Sot. Veg. ſupra Ioan. 1. gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Matth. 9. vt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata. cap. vlt. data eſt mihi omnis poteſtas. Epheſ. 2. ipſius ſumus factura creati in Chriſto.
f Coloſſ. 1. ex quo totum corpus [f] Ioan. 1. Luc. 3. dicitur Chriſtus baptizare in SS. ſed Ioan. in aqua tantum. & Act. 19. quia vitante Chriſti in baptiſmo cum gratia datur perſona Spiritus ſancti. Ioan. 3. renatus ex aqua & Spiritu ſancto. quem loc. de bapt. in aqua vera intelligunt ibi. Origen. Chryſoſt. Auguſt. Cyril. Beda. Theoph. Euthym. Ianſen. Beaux. Bellarm. 2. ſacram. cap. 3. citat Iuſtin. apol. 2. Tertul. de baptiſm. Baſil. Nazianz. & Nyſſen. ſer. de baptiſm. Cypr. lib. 3. ad Quirin. cap. 25. Ambr 3. de SS. c. 11. Hieronym. in Ezech. 16. & Ioan. 9. tactu ſanauit cæcum, in figu-
g ram baptiſmi dicunt. Auguſt. tract. 44. Ambr. epiſt. 75. [g] Athan. ſerm. 4. contra Arrian. Sophr. in 6. ſyn. Acto. 11. Leo epiſtol. 10.

aliquo modo cauſa moralis, [g] quia tunc circuncisione quaſi Chirographo applicabatur pretium per modum ſinis, meritumque Christi futuri. Sed cum nondum Chriſtus voluntate humana aut ſua fideiuſſione petiſſet (tunc enim verbum nondum erat homo, nec habebat meritum) circuncisio non dicebatur inſtrumentum Christi, [h] nec moralis cauſa meritoria vice Christi: fuit tamen Christus per meritum & paſſionem ſuam cauſa ſalutis, & remiſſionis etiam illis qui ex Iudæis [i] & Gentilibus [k] præceſſerunt aduentum eius.

3 At Chirographum cum hypotheca reali fundata in bonis quæ debitor poſſidet, quaſi pretium pecuniæ creditæ eſt moralis cauſa, ut merces ſtatim tradantur emptori: in illo enim tanquam in ſigno practico & morali inſtrumento vicario debitoris continetur & ſumma pecuniæ, & cui accuius nomine campſor viſis literis cōpellitur ſoluere. Sic noſtra ſacramenta quæ continent pretium ſanguinis Christi in paſſione iam exhibitum, dicuntur magis proprie cauſa moralis, [l] quæ per modum obiecti & meriti, ſicut & ipſe Christus, mouet quodammodo diuinam voluntatem ad cauſandam gratiam, qua peccatum remittitur. Sic & ſacrificium miſſæ, ut cauſa moralis impetrat donum contritionis & alios effectus ex opere operato: [m] quia continet corpus Christi & merita eius actu applicata. Sic crumena cuius pecunia iam ſoluta applicatur ad redemptionem captiui, continet gratiam redemptionis, & eſt cauſa illius: & chirographum pro laboribus ab operario iam exhibitis meretur ſtatim recipere mercedem. falſo autem hinc hæretici docent ſacramenta ſolum eſſe ſigna externa, ut obiectiue excitent aut nutriant fidem, [n] qua ſola excitata per ſacramentum aut per prædicationem, [o] dicunt fieri iuſtificationem: & praua interpretatione ſcripturarum, & locorum quorundam B. Auguſt. Nam propter baptiſmum digne receptum, debetur gratia ex iuſtitia meritorum Christi. [p] Sed in ſacramento legis naturæ ſine expreſſo pacto aut promiſſione Dei dabatur ex miſericordia, [q] quam infallibiliter Deus omnibus offerebat: in circuncisione tamē ſimul erat expreſſum pactum & promiſſio Dei [r] Gen. 17.

4 Ad dignitatem ſacramētorum Christi præter rationem cauſæ moralis ſimul pertinet, vt ob meritum eius infinitum ex ſupernaturali virtute ſint cauſa etiam physica inſtrumentalis gratiæ, [ſ] & ſic dicuntur gratiam continere, non quidem actu, ſed in virtute effectiua, quomodo & ſancti interdum per gratiam gratis datam, & Christus virtute de ſe exeunte faciebant actiue, vt dictum eſt miracula. Hunc modū quo inſtrumentum corporale agit in animam ſpiritualē, quamuis præ ruditate noſtra ignoremus, aut non ſatis valeremus argumēta ſoluere, confiteri debemus: [t] cum plane illum ſignificent Patres [u] &

[g] At ſatis eſt, ut ſit applicatio Christi aut cauſa impetratoria. [g] ſic vocat Scot. Cano, relect. de ſacram. & alij, qui ſacramenta noſtra non putant habere aliam virtutem quàm moralem. [h] Quidam tamen putant fidem circuncisione proteſtatam fuiſſe inſtrumentum Christi. ſup. F. [i] Vt conuincitur Rom. 3. quē propoſuit propitiatorem per fidē in ſanguine ad remiſſionem præcedētium delictorum. Hebr. 9. in redemptionem præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento. 1. Cor. 10. Patres ſub nube fuerūt baptizati in mari: bibebant de petra, petra autē erat Christus. 1. Ioan. 2. eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & totius mundi. 1. Timoth. 2. vnus mediator. quæ ſere citat Aug. epiſt. 57. ad Optatū. vide epiſt. 79. Caſtr. peccatum. hær. 2. Natal. Beda contra Fabriū in Rom. 4. propo. 22. quod eſt contra Armenos dicentes omnes qui mortui ſunt ante Christi incarnationem, damnatos eſſe peccato Adę Nuar. 3. p. quæſt. 19. 4. dub 41. §. 1. [k] Clem. Alex. Strom. lib. 2. 5. & 6. errat, dicens animā Christi dum deſcendit ad Inferos liberaſſe animas gentilium, qui bene vixerant. quod damnat D. Thom. 3. p. q. 52. art. 6. Caſtro infer. hær. 2. Vega. lib. 2. Trid. c. 9. Sixtus lib. 6. Biblioth c. 51. 52. ſi tamen gentiles cū fide implicita Christi deceſſerant in gratia vt Iob, redempti ſunt per Christum cum effectu & liberati à limbo. [l] quidam contendunt ſatis eſſe ſacramentis Christi tribuere hanc rationem cauſæ moralis proprie. Cano, relect. de ſacrament. p. 4. Ledeſm. 1. p. quæſt. 3. ar. 1. ad fin. Taper. ar. 3. Veg. lib. 7. à cap. 15. maxime 18. & plane ſentit Scot. d. 1. q. 5. ad 1. q. & Gabriel. q. 1. ar. 2. concluſ. 6. & 7. qui dum aiunt dici cauſam per ſe, & inſtrumentum gratiæ. Bonau. d. 1. p. 2. q. 4. & dicit eſſe magnorum. & in 3. d. vlt. in fi. fauet D. Tho. verit. q. 27. ar. 4. Bellarm. 2. ſacram. cap. 11. col. 6. qui ſacramentorum ſimiliter eſt ſignum gloriæ & virtutis actiuæ, & cauſat gratiam ſacramentalem diuinæ aſſiſtentiæ: ſed iterum non vt inſtrumentum phyſicum. & dum ſacramentum remoto obice ſortitur effectum, non videtur cauſa phyſica: ſed moralis, de quo infra cap. 25. ſic ſacrificium miſſæ moraliter cauſat ex operato, & tamen multum differt ab exteriori circuncisione, vt dictum eſt. c. 15. §. 6. hæc tamē ſententia eſt inſufficiens, quia non tribuit ſacram. maiorem rationem cauſæ quam ſigni: & parum differt à veteri circuncisione: cū tamen Sancti & Concilia, vt ait D. Thom. q. 62. ar. 1. ſacramenta dicant eſſe non tantum ſignum, ſed cauſam, & Trid. ſeſſ. 7. aliter loquitur de ſacramentis quam de ſacrific. quod ſeſſ. 22. c. 2. dicit impetrare contritionem: & offertur licite pro impio, nec baptiſ. habet in ſe formaliter meritum, ut dicatur cauſa moralis: Christi vero humanitas ob meritum formale & morale dici poteſt cauſa ſimpliciter, & per ſe. Trident. ſeſſ. 6. ca 7. D. Thom. quæſtio. 48. art. 1. quamuis non eſſet efficiens phyſica virtute reſpectu gratiæ. [m] Trident. ſeſſio. 22. cap. 2. Bellarmin. lib. 2. de miſſ. cap. 4. [n] Trident. ſeſſio. 7. can. 15. nam præter fidei proteſtationem quæ fit in ſacramento, aut ſacrificio, numerat Ekius homil. 2. de ſacramentis alias ſex cauſas ſeu effectus, & D. Tho. quæſt. 61. ar. 2.

Soto, quæſt. 2. ar. 1. Ledeſm. Victor. § 7. Catech. Pij V. referunt quatuor cauſas. & contra hæret. Bellarmin. 2. ſacrament. cap. 1. 2. 9. 10 ex Auguſt. & alijs Patribus. [o] Aiunt enim in ſacramento operari ſermonem concionatorium, non conſecratorium. & citant Roman. 1. virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti. Ioan. 13. mundi eſtis propter ſermonem. contra quos Bellarmin. cap. 9. & 10. exponit Auguſt. epiſtol. 23. & quæſtion. veteris, & noui teſtament. quæſtio. 59. in Leuit. q. 84. & alibi. [p] Sic ſenſ ētia ponentium cauſas tantum morales defendi poteſt: non quod ablatio baptiſmi ſic meritum, ſed quia applicat meritum, & efficaciam mortis Christi. Clem. vni. de ſumm. Trinit. D. Thom. verit. q. 27. art. 4. Cano, & alij cit. L. [q] Palud. d. 1. quæſt. 5. ar. 4. & qui dicunt ſacramētum leg. nat. non ex operato: ſed ex merito eccleſiæ, & priuilegio miſericordiæ dediſſe gratiam. Alex. Hugo Durand. Bonauent. Franc. Turr. ſignificat Sot. diſt. 1. quæſt. 2. ar. 3. fi. d. 2. quæſt. 1. art. 4. concluſ. 4. de quibus ſupra. ſed videtur non minus fuiſſe implicitum pactum Dei, vt infallibiliter daret gratiam in eo ſacramento gentilibus, ſicut dabat Iudæis in circuncisione. [r] Geneſ. 17. vbi Chryſoſt. hom. 39. promiſſio dedit ſignum hoc loco pignoris. Auguſt. 2. contra Creſcon. c. 31. & ſæpe. Bellarm. 1. ſacram. cap. 17. Rom. 4. ſignaculum iuſtitię fidei. c. 15. propter promiſſiones patrum. ſed falſo Cano rele. de ſacram. p. 5. id negat fuiſſe ex pacto, ſed ex ſola miſericordia. [ſ] Trid. ſeſſ. 6. c. 7. Vega. lib. 7. c. 2. dat rationem cur in ſolo bapt. expreſſerit eſſe cauſam inſtrumentalem. vt citatum eſt. §. 2. lit. X. Bellarm. 2. ſacram. c. 8. probat pertinere ad dignitatem. [t] Sic modum quo traducitur originale Auguſt. fatetur interdum ſe ignorare, & tamen credendum omnino eſſe quod traducatur Aug. epiſt. 19. ad Hier. lib. 3. de peccat. merit. Bellarm. 2. ſacram. c. 11. col. 6. [u] ex Patribus probant Bellarm. cap. 6. & 7. Caniſ. de ſacram. c. 6. Beauxam. tom. 1. Harmon. p. 191. Vega lib. 7. c. 2. 12. 15. 29. Hoſius inſtitut. cap. 32. Tilman. in Trident. cap. 1. Taper. art. 1. p. 16. Soto. diſt. 1. q. 3. artic. 1. & alij Recent. ſic Patres Græci, Clemens Alex. 1. pędag. ca. 6. Orig. homel. 14. Luc. Cyril. catech. 3. Alter Cyril. 2. in Ioan c. 42. Baſil. de Spiritu ſancto. c. 15. Nazianz. orat. 40. in S. lauacr. Nyſſen. in Maio. catech c. 33. ſeu lib. de bapt. Chryſoſt. hom. 39. Gen. & in Ioan. hom. 24. 25. 35. & to. 5. hom. ad Neophy. numerat. 10. effectus bap. & ho. ad baptizatos. Theodor. in Heb. 10. vbi Oecum. Theoph. in Ioan. 3. & 5. Damaſc. lib. 4. c. 10. Iuſtin. q. 56. ad orthodox. Niceph. 7. hiſt. ca. 33. ex Syl. PP. ex Latinis Tertul. de bap. Cypr. lib. 2. epi. 2. lib. 3. epi. 8 lib. 4. epi. 7. Gaudent. tracta. 2. de Exod. ad fin. habetur to. 7. Biblioth. ſanct. Lactan. lib. 7. c. 5. Amb. 1. ſacra c. 4. & 5. lib. 2. ca. 1 & 5. lib. 3. c. 1. de Spiritu ſancto. c. 11. & alibi Hiero. epiſt. 83. ad Ocean. Dial. cont. Lucif. lib. 3. contra Pelag. Optat. lib. 5. contra Parmen. ſæpe Aug. vt in Pſal. 73. princ. & 19. contra Fauſt. c. 11. 13 lib. 3. doctr. cap. 9. epiſt. 118. c. 1. lib. 4 de bapt. c. 22. 24. Leo ſer. 4 de Natiuit. Domini ad med. & ſer. 5. Euſeb. Emiſ. hom. de corpore Domini. Greg. lib. 9. epi. 39.

Ber.

x concilia: [x] & non eſt res tam difficilis intellectu & creditu: id quod
a nobiliores ſcholaſtici [a] bene colli-
b gunt ex ſacris literis [b] vt baptiſmus vere dicatur, & ſit inſtrumentalis cauſa gratiæ, quod varijs modis à Doctoribus explicatur.

5 Quidam aiunt ſacramentũ cauſare hominem gratum, quia immediate efficit aut eleuat præuiam diſpoſitionem. quod ita explicant: Vt in naturali aut artificiali inſtrumento autor naturæ aut artifex adhibet accommodatam actionibus qualitatem, & pro varijs effectibus determinantur varia inſtrumenta: ita ſupra naturam diuina miſericordia determinat baptiſmum, vt tanquam inſtrumentum artificiale excitet in adulto præuiam diſpoſitio-
c nem. [c] poteſt enim excitare deuotionem obiectiuè, aut aſſumi à Deo vt inclinet volũtatem ad actum pœnitentiæ: vt Chriſtus per humanitatem obiectiue illuminat Ange-
d los, [d] & inflammat illorum voluntates, tanquam per inſtrumentum Verbo coniunctum, & intellectus noſter agens per corporale phantaſma excitat determinatque intellectum paſſibilem vt habeat ſpeciem
e intelligibilem [e] & intelligat.

6 Deinde baptiſmus mediãte hac diſpoſitione præparat animam vt ei digne uniatur gratia à Deo ſolo infuſa: & ob id dicitur baptiſmus vt inſtrumentum phyſicum producere hominem gratum, quia vnit hominem cum gratia: ſicut homo ge-
f nerat hominem [f] vnitque materiã digne animę à Deo ſolo creatę: quia cauſat diſpoſitionem qua poſita ex pacto & lege naturæ debetur corpori diſpoſito ea anima rationalis.

7 Id vero præſtant ſacramenta, tum quia propria actione agunt in hominem aſſimilando illum Chriſto, & hac ſimilitudine quaſi alterũ Iacob ornant veſte primogeniti, vt
g dignus fiat benedictione patris: [g] tum eleuãdo diſpoſitionem quæ eſt res & ſacramentum ſimul, vt in baptiſmo ablutio & merſio lauat ſordes totius hominis, & vt dicitur Rom. 6. ſepelit ſimilem Chriſto ſepulto: & diſponit quia intus cauſat ornatum quendam animę, puta tria imprimunt characterem aliquo modo diſponentem ad gratię receptionem, vt dictum eſt c. 12. In alijs non oportet fingere ornatum habitualem, ſed ornant, qui eleuant dignitatem diſpoſitionis noſtræ, puta attritionem de ſe inſufficientem, quæ adiuncta calori ſacramenti reputatur contritio, id eſt, ſufficiens diſpoſitio gratię: & ambę diſpoſitiones, nempe ſimilitudo exterior, & interior attritio eleuata ornãt animam
h ne ſit indigna gratia [h] per ſacramẽtum conferenda. Ab hac attritionis diſpoſitione & ab influxu ſacramenti, gratia pendet in fieri, vt homo à patre generante: ſed conſeruatur actione Dei & cauſarum vniuerſalium.

CAPVT XVII.

Sacramenta comproducunt ipſam qualitatem gratiæ quæ non concreatur.

§. 1. *& 2. comproducit gratiam quia intimat imperium Dei.*
3 *Gratia proprie non concreatur: & ad illam, vt educitur de potentia obediẽtiali animæ, attingit baptiſmus.*
4 *Id non eſſe impoſſibile.*
5 *Simul eleuat diſpoſitionem, & quomodo infantes in baptiſmo dicuntur credere.*
7 *Creatura eſſe non poteſt inſtrumentum creandi ſubſtantiam.*

VEra aliorum ſententia amplius tribuit virtuti ſacramenti: vt comproducat ipſam qualitatẽ quæ eſt gratia. multum differt inſtrumẽtum hominis, quod ei non ſubſeruit, niſi in ſe habeat aptam virtutẽ ab inſtrumẽto quod Deus omnipo-
a tẽs dum aſſumit, facit aptũ. [a] quod ita declaratur: omnis creatura habet ſecũdum obedientialẽ potentiã vt aſſumatur ab infinita virtute Dei tanquam inſtrumẽtum ad omnem effectum qui contradictionem nõ implicat, quamuis ad illum efficiendum ipſa de ſe videatur inepta: quia huic inſtrumẽto vicem Dei tenenti & denuntianti imperium efficax Dei, obedit ſubiecta creatura, vt tranſmutetur: vt proregi obediunt ciues, tanquam ipſi regi: nec ex hoc additur inſtrumẽto noua qualitas, ſed ſatis eſt Deum ſubſtãtia & qualitate inſtrumenti ita vti: vt poten-
b tia paſſiua [b] obedientiali nudæ creaturæ Deus uti ſolet, vt recipiat gratiam, beatitudinem, & perſonam diuinam ſibi hypoſtaticè vnitam, abſque hoc, vt capax fiat per nouam qualitatem, præter ipſam gratiam, aut lumen gloriæ, aut perſonam.

2 Inter homines imperium Domini ad ſeruum eſt ineſſicax, cum ſit tantum cauſa moralis cui ſeruus reſiſtere poteſt: ſed imperium Dei quod per ſeipſum aut per inſtrumẽtum aſſumptum innuat, eſt ſimul
c cauſa phyſica [c] & efficax: omnis enim creatura etiam inanimata cenſetur audire, & ſentire imperium,
d [d] Dei, vt eidem ad nutum obe-

x Ber. ſer. in cœna. Fulbert. epiſt. 1. ad Adeodat. [x] Bellarm. 5. conc. Senonen. decre. 10. de fide Magunt. c. 10. & Colonien. par. 7. c. 1. bene Triden ſeſſ. 6. c. 7. baptiſmus eſt cauſa inſtrum. ſeſſ. 7. can. 6. 7. 8. Nicen. ex Græco poſt can. 7. & in ſymbo. Nicen. confiteor unum bapt. in remiſſ. Mileu. c. 2. Arauſic. can. 25. Lateran. & Florent. baptiſmus efficit remiſſionem peccatorum: nempe quia efficit gratiam re-
a miſſiuam. [a] D. Th. q. 62. articu. 1. ad 2. articu. 3. & 4. q. 64. 1. q. 83. 3. ad 3. & 1. 2. quęſtio. 112. 1. ad 2. Sot. d. 1. q. 3. arti. 1. col. 7. & art. 3. & ad fin. retracta. Ledeſ. 1. par. q. 3. & 19. Cano relect. de ſacram. par. 4 Sebaſt. q. 62. § 17. Alexan. 4. p. quæſt. 8. m. 3. art. 5. Anto. 3. par. tit. 14. cap. 11. §. 1. Turrec. 1. quæſt. 1. e. detrahe. nume. 5.
b [b] Bellar. 2. ſacram. c. 3. 4. & 24. de bapti. Tit. 3. per lauacrum. Ioan. 3. renatus ex aqua & Spiritu ſancto: vbi ly per, & ex, denotant cauſam. & Chriſtus dicitur baptizare in Spiritu ſancto. Io. 1. Math. 3. non ſic Ioan. qui in aqua tantum, Luc. 3. Actu. 19. De confirm. Act. 8. videmus quod per manus impoſitionem daretur Spiritusſanctus. & cap. 10. De euchar. Ioan. 6. ſi quis manduc. 1. Corinth. 10. vnũ corpus ſumus, qui Græc. habetur quia, vt ſit cauſalis, vt aduertit Theophil. Bellarm. ca. 3. De pœnitentia. Io. 20. quorum remiſerit. De extrema vnctione Iac. 5. ſi in peccatis fuerit, dimittentur. De ordine. 2. Timo. 1. reſuſcites gratiã, quę eſt in te per impoſitionem manuum. & 1. Timoth. 4. De matrimonio pręter traditionem, colligunt Patres Epheſ. 5. ſacramẽtum hoc. vt citatum eſt. ca. 2.
c §. 1. [c] D. Thom. q. 49. 1. ad 5. quæſtio. 69. 4. ad 2. quæſtio. 79. 1 ad 3. Caieta. Soto. imo Palud. ait in attrito, dum iuſtificatur per ſacramentum, mutari obiectum actus formaliter, & fieri contritionem: quia per infuſam gratiã hic doles propter
d Deum quem habitu ſummè diligit [d] Caiet. cum D. Tho. 3. par.
e quæſt. 8. 1. ad 1. vide. articu. 4. ad 3. [e] hoc exemplo utitur Caieta.
f ſup. [f] hoc exemplo vtitur Soto. diſtin. 1. quæſtio. 3. articu. 1. col. 19. quæſt. 5. art. 3. col. 3. & artic. 4. dicens producere hominem gratum non ipſam gratiam. & in fine retract. Sebaſt. Ledeſm. quęſt. 3. articu. 1. dicit eſſe opinionẽ valde probabilem. Franciſ. à Chriſto. 3. par. lib. 4. quęſt. 3. ſignificat Cano li. 12. de loc. c. 13. ad 7. & plane Caieta. q. 62. 1. Hi ſumunt ab Heruæ. d. 1. q. 1. artic. 1. Sic ſacramentum attingit diſpoſitionẽ attritionis quam eleuat, & ita unionem animæ cũ gratia: imo etiam diſpoſitiue vnionem quandam cum Spiritu ſancto qui datur iuſtis. Acto 8. per impoſitionem manus, id eſt confirmationem dabatur Spiritusſanctus. At ſimpliciter negatur hominem dare Spiritumſanctum. Auguſt. 6. Trinit. c. 26. Hierony. in Iſai. 4. D. Thom. 1. par. q. 43. articu. 8. Bellar.
g 2. ſacram. ca. 10. argu. 4. [g] Sot. lib. 2. de nat. & grat. c. 3. Scot. & quidam Re-
h cent. [h] Sic D. Tho. 1. 2. q. 114. ad ſecundum.

CAP. XVII.

a BEllarm. [a] lib. 2. ſacramen. c. 11. col. 7 Caieta. q. 13. artic. 2. & quęſtio.
b 62. 1. [b] ſed differt: quia facilius aptari poteſt à Deo potentia actiua. nam materiali aqua, vel ſpeciebus ſacramẽtalibus vtitur Deus ad producendã gratiam ſpiritualem, & actũ vitalem deuotionis: & tamen ipſa gratia, aut actus vitalis non poteſt recipi formaliter in lapide, ſed in paſſiua potẽtia proportionata, & in anima: vt ſcientia non poteſt recipi in bruto, ſed in intellectu. cum tamẽ lapis & cadauer ſine apta vnione hypo-
c ſtat. [c] ſic i prima rerũ creatione Deus per imperiũ & fiat Gen. 1. & 2. produxit res Pſal. 32. dixit & facta ſunt.
d [d] Vt ex illo Math. 8. imperauit ventis,

diat, & recipiat, aut agat ſicut Deus ea creatura vti voluerit.

3 Hæc ablutio baptiſmi tangendo totum hominem attingit effectiuè illam diuinam qualitatem gratiæ: [e] quæ quamuis conferat primũ eſſe ſupernaturale, & fundamentum viui ædificii, non creatur propriè, ſed educitur de potentia obedientiali naturæ: [f] & ſicut hæc qualitas naturaliter pendet in eſſe & fieri ab anima, tanquam à cauſa materiali, cum accidens ſine ſubiecto naturaliter eſſe non poſſit: ita pendere poteſt in fieri à baptiſmo tanquã ab inſtrumento effectiuo, & ab imperio Dei per baptiſmum animato, vt homo de impio tranſmutetur in pium & gratum, nam generaliter eadem actio quæ formam corruptibilem diſpoſitiue vnit materiæ aut ſubiecto, eſt comproductiua formę pendentis à ſubiecto: [g] vtrunque enim & vnio & comproductio fit per modum vnius. Atque ita baptiſmum agere ſeu comproducere gratiam, nihil aliud videtur, quàm gratiam educi de potentia hominis obedientis imperio baptiſmi, & gratiam vniri animæ. in quo baptiſmus agit quidem vltra obiectum proprium & connaturale, [h] ſed nõ vltra obiectum in quod ſecundum potentiam obedientialem poteſt virtute Dei eleuari. Vt intellectus noſter finitus à Deo eleuatur ad clare videndam infiniti Dei eſſentiam, quod eſt ſupra totum obiectum connaturale & proportionatum virtuti naturali noſtri intellectus.

4 Hanc dignitatem ſtatuit Deus ita conferre baptiſmo & cæteris ſacramentis in honorem Chriſti, vt nolit conferre regenerationis gratiam ſine inſtrumentali influxu baptiſmi: qui ſicut attingit diſpoſitionem quam eleuat in adulto, & vnionem gratiæ cum ſubiecto, quæ eſt res ſupernaturalis: ita eodem influxu, & imperio attingere poteſt gratiam [i] cuius eſſe eſt in eſſe & vniri ſubiecto, à quo naturaliter pendet in fieri, & conſeruari. Maior enim eſt dignitas, vt ſol ab autore naturæ habeat virtutem illuminandi orbem, [k] anima calore naturali eleuato producat viuam carnem per nutritionem, muſicus & cytharedus voce & fidibus excitet voluptatẽ occulta vi & energia: quamuis ſolus Deus hæc officia pręſtaret ad pręſentiam iſtarum cauſarum. Nec eſt ratio cur omnipotens non poſſit per inſtrumentum baptiſmi ſanctificare homines comproducendo gratiam. nam concilia & Patres [l] plane affirmant ſacramenta eſſe cauſam ipſius gratiæ: cum tamen homo nunquam dicatur cauſa animæ. [m]

5 Vt principale agens quod comproducit formam, inducit præuiam diſpoſitionem, quæ dicitur inchoatio quædam formæ. [n] ita Deus dum adultum iuſtificat, mouet ſuo auxilio ad diſpoſitionem proportionatam. [o] in adulto baptiſmus qui dicitur ſacramentum fidei, [p] requirit præter actum voluntatis & pœnitentię fieri à Deo præuiam diſpoſitionem fidei vt iuſtificet: [q] ideo recte Apoſtolus Petrus 1. Canonica, ca. 3. negat [r] baptiſmum eſſe ſolam externam ablutionem, quia fit carnis depoſitio ſordium, vt Patres explicant: ſed interrogatio, id eſt reſponſio bonæ conſcientiæ. ſic enim catechumenus, vel ſuſceptor interrogatur an credat, & velit baptiſmum, vt mundetur. [s] hæc diſpoſitio ſuppletur in infante per actum Chriſti capitis, & ſimilitudinem externam baptiſmi cum Chriſto, infans vero in fide matris eccleſiæ dicitur credere [t] ſine proprio actu dum baptizatur, vt dicit Diuus Auguſtinus, tracta. 80. in Ioan. citans eum Petri locum, & ait aqua baptiſmi mundat cor, non quia dicitur, ſed quia creditur. per quod non negat baptiſmũ infanti prodeſſe ſine proprio fidei actu. [u] ita exponendus eſt, vt baptiſmus & forma verborum ſanet, non propter ſonum vocis tranſeuntis, [x] ſed poſita inſtitutione Chriſti propter myſterium fidei, & obiectum quod baptiſmus continet. [y] quem Petri locum ſimiliter intelligunt alii Pa-

tis, & mari, probat Hiero: Beda. Luc. 8. & 17. Beauxam. to. 1. harmon p. 244. Orig hom. 4. in Ezech. hom. 6. in diuerſos. Chryſoſt. hom. 29. Matth. Cyril. 12. Theſauri. cap. 14. citat Matth. 8. de quo Sixtus V. Biblioth. c. 242. Martin. lib. 10. hypoty. reg. 7. cum Chryſoſt. homil. 25. in Ioan. 2. Theoph. in Abac. 2. Hieron. Eſai. 1. audite cœli. Theodor. in Ioel. 1. Nazianze. lib. 4. Theolog. Euthym. pſal. 49. & 102. per metonymiam, de qua Ariſtot. lib. 3. rheto. Quintil. Nebriſſ. ſic forte poſſent exponi quidam Docto. dum aiunt ſtellas tanquam animatas obedire voci Dei, vt Orig. & eum imitatus Hieron. Eccleſ. 1. Eph. 2. quem tamen reprobat D. Thom. prima par. quæſtio. 70. articu. 3. Sixtus, lib. 5. cap. 118. 212, lib. 6. ca. 292. [e] Sic ſaluatur quomodo inſtrumentum propria vi habet effectum præuium, & eleuatur ad effectũ principalis agentis. [f] Heruæ. diſtinc. 1. quæſtio. 1. articu. 4. D. Thom. plane. 1. 2. quæſt. 113. artic. 9. 3. par. quæſt. 62. articu. 2. & clarius de virtut. quæſt. 1. art. 10. ad 13. de verit. quæſt. 8. art. 14. ad 11. in ſimili Caieta. 3. par. quæſt. 8. articu. 8. Ferrar. 3. contra gent. c. 101. & multi Recent. Mant. Deza. At anima rationalis licet corpori mota non ſubſiſtat, eſt tamen apta & ſufficiens ſubſiſtere, ſi ſeparetur, & apud Ariſto. non congeneratur anima, ſed nec creatur propriè, qui lib. 2. de generat. animal. cap. 3. ait intellectus deforis venit: dicitur vero concreari à ſolo Deo Ferrar. 2. contra gent. cap. 15. & 81. Palac. 2. diſt. 1. quæſt. 2. ſic forma vel materia cœli cõcreatur, & materia vermis qui fit ex ſpeciebus euchariſtiæ [g] quæ ratio recepta eſt apud philoſophos. & dum ſubiectum priuatur forma corruptibili vt lumine, aut potentia viſiua aut gratia, non dicitur forma annihilari: quia manet in potentia ſubiecti priuati. D. Thom. 1. par quæſt. 104. articu. 4. negat illam rem annihilari à creatura: quamuis id concedat Bon. 2. d. 26. quæſtio. 4. c. & ad vltim. Vega, lib. 7. ca. 13. & vlt. [h] Sic Theologi ſoluunt argumen. [i] Per hoc excluditur ſententia Soti. d. 1. quæſt. 3. art. 1. Cano, Led. q. 16. artic. 4. Victor. & aliorum, qui negant ſacramentum eſſe cauſam gratiæ, ſed hominis grati. [k] vt affirmant philoſophi contra quoſdam Nominal. [l] ſupra c. 16. §. 4. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. ſeſſ. 7. can. 6. & ſeq. [m] anima terminus extrinſecus generationis humanæ vocatur à Caiet. 1. par. q. 76. quia oportet ut dum homo generatur, autor naturæ ſimul infundat animam, & uterque concurrat ad vnionem cum materia: quia Deus & homo generant hominem. in quo differt à reſurrectione, in qua ſolus Deus animam præexiſtentem reunit corpori. [n] Diuus Thom. 1. par. quæſt. 115. 2. cap. & ad 4. Alber. Sot. lib. 2. phyſ. [o] D. Thomam. 1. 2. quæſtio. 112. 2. ad 3. [p] Trident. ſeſſ. ſexta. cap. 7. Repert. Inquiſit. verb. fides. [q] Heruæ. diſtio. 1. quæſtio. 1. artic. 4. D. Thom. 1. 2. q. 112. 1. ad 2. quare Deus per bapt. educit gratiam de obedientiali potentia diſpoſita. [r] de quo loco 1. Pet. 3. allatæ ſunt expoſitiones Patrum, c. 2. §. 9. intelligitur. 1. baptiſm. non ſiſtit in corpore quod mundat, ſed abluit & ſaluat conſcientiã. Baſil. de Spiritu ſancto. c. 15. quod planius explicat gloſ. ordi. Gagnæus. Caieta. ibi & Auguſt. quæſtio. 59 noui & veteri. teſtam. & de verb. domini, ſerm. 30. ait baptiſm. per fidem viuam quã cauſat, mundat. 1. formaliter iuſtificat. [s] ut patet ex ritu qui præmittitur ante baptiſm. ſic Act. 8. Rogatur eunuchus ante baptiſmum, ut credat in Chriſtum huc alludit 1. Pet. 3. de bapt. interrogatio conſcientiæ in Deum. [t] Auguſt. epi. 23. 107. lib. 1. de pec. merit. cap. 25. de uera & falſa pœnitentia. cap. 7. Baſil lib. 3. contra Eunom. & de Spiritu ſancto. cap. 12. Tertul. de bapt. dum baptiſmum vocat obſignationem fidei. ſed clarius Auguſt. & Iuſtin. quæſtio 56. ad orthodox. Trident. ſeſſ. 7. can. 13. fin. de baptiſ. c. Maiores. de bapt. Soto diſtin. 5. artic. 7. col. 3. Bellarm. 2. ſacram. ca. 10. & refert ſe ad lib. 1. cap. 17. & eſt commune axioma paruulos credere & ſaluari in fide parentum ſeu eccleſiæ, vt ſtatim declarabitur. [u] qui Aug alibi vt epiſ. 23. 107 & ſæpe, fatetur paruulos ſaluari ſine actu proprio fidei. & Tridẽt. ſeſſ. 7. de bapt. can. 13. Roffen. & Taper. a. 1. Vega lib. 7. c. 39. D. Tho 1. 2. q. 113. a. 3. ad 1. 3. p. q. 68. 9. Soto. d. 5. ar 9. col. penul. & 2. de nat. & gratia. c. 10. Caſtro, bap. hær. 5. Ayala de tradit. 3. p. Vuald. c. 96. Exiius to. 4. ho. 11. de ſacram. Catechiſ. Pii V. & c paruuli. c. quæris. c. eccleſia. de conſ. d. 4. [x] ita ſtatim explicat Aug. d. tract. 80. in Io. [y] ſic plane ſentit Augu. tract. 80. in Io. quod baptiſmus ſanat propter myſterium fidei quod obiectiue cõtinet, i. quia rite applicatus fertur in Deum & Chriſtum, tanquam in obiectum. At ſi id obiectum quod baptizans credit applicaret, idolo, quod reputat Deum: nihil prodeſſet baptiſmus, quia deeſt obiectum materiale: vt ſi in baptiſmo forma ſit falſa, ita commune dictum de paruulis, quod ſal-

uentur

z tres: [z] non quod ſola fides, quam
dicatur ſignificare vel nutrire bap-
a ptiſmus, [a] iuſtificet: [b] vel quòd ba-
b ptizatus ſit ſolius fidei debitor.
c [c] dicuntur item infantes credere,
non tantum recepto habitu fidei,
d [d] qui ſimul cum gratia per baptiſ-
e mum infunditur: [e] ſed opere ip-
ſo dum baptiſmum, qui eſt pro-
feſſio fidei & legis Chriſtianæ ſu-
ſcipit.

6 Dicuntur tandem infantes ba-
ptizati credere in fide parentum aut
eccleſiæ, quæ per miniſtrum & pa-
trinum, tanquam per os alienum
vice pueri profitetur ſe credere.
f [f] quem ritum ex præcepto ſeruan-
dum inſtituit eccleſia, quæ ſemper
permanebit in mundo, ut tánquam
mater repræſentet ſe ſupplere id
g quod deeſt infanti [g] qui per ſeip-
ſum nondum poteſt habere actum
fidei. ſed hic ritus non pertinet ad
neceſſitatem ſacramenti quod effi-
cax eſt in puero, quamuis miniſter
Paganus aut hæreticus crederet ba
ptiſmum eſſe inutilem: & tamen
vult facere quod ſolet eccleſia, &
Chriſtiani, aut quod Chriſtus in-
ſtituit. nec puero neceſſarius eſt ri
tus eccleſiæ: nam ille bapt. prodeſ-
ſet à Pagano, quamuis per impoſ-
ſibile nulla eſſet in mundo eccleſia.
ſatis enim eſt fidem obiectiuam ap-
plicari puero ut dictum eſt; in quo
baptiſmus excellit ſacramentum le-
gis naturæ & ueterem circuncisio-
nem, quæ non proderat infanti-
h bus ſine fide miniſtri [h] illo ſigno
proteſtata.

7 Sic ergo baptiſmus efficit non
tantum diſpoſitionem gratiæ, ſed
præmiſſa diſpoſitione qua adultus
aut infans dicitur credere, baptiſ-
mus vt Dei inſtrumentum attingit
ipſam gratiam. quod ſi quis con-
i tendat gratiam concreari: [i] poteſt
inſtrumentũ creatum ad iſtius qua-
litatis concreationem, quæ pendet
à ſubiecto, aſſumi ut inſtrumẽtum
Dei. Ad creandam uero rem ſub-
ſiſtentem de nihilo, creatura aſſu-
k mi non poteſt, [k] ſaltem de lege ut
l quidam [l] limitant. quia habere nõ
poteſt proportionatam præuiam a-
ctionem propriam, qua tanquam
inſtrumentum diſponat, aut ſua uo
ce & ſignificatione intimet impe-
rium circa ipſum nihil: certum e-
nim eſt Deum de facto non creaſſe
Angelos, animas, vel cœlos, per uir
tutem, actionem, & imperium alte
m rius creaturæ, etiam Angelicæ, [m]
ſed ſe ſolo: nec anima rationalis
n eſt ex traduce, [n] ſeu congenita per
hominis generationem: in quo gra
ues viri ſunt hallucinati.

CAPVT XVIII.

Verba in Euchariſtia eſſe inſtrumentum conuerſionis. ſacramento, in quo ſunt duæ actiones, addi formaliter virtutem ſpiritualem.

§. 1. *Quomodo verba euch. ſint inſtrumentum conuerſionis.*
2 *Explicatur Ambr.*
3 *Virtus ſacramento addita non differre à motione paſſiua.*
4 *In inſtrumento diſtingui formaliter duas actiones: & virtus ſacramenti cur dicitur ſpiritualis.*
5 *Materia ſacramenta. ſimul concurrit cum forma.*

SImiliter in euchariſtia uerba iun
cta characteri ſacerdotis habent
ex opere operato inſtrumentalem
uim effectricem conuerſionis pa-
a nis [a] in corpus Chriſti: quia Patres
aſſerunt per uerba fieri eam con-
b uerſionem. [b] Attingunt etiam im-
mediatione virtutis ad corpus Chri
ſti in cœlo diſtans, ut fiat ſimul ſub
ſtantialiter præſens hic, & ſacra-
mentaliter uniatur ſeu colligetur

---

uentur in fide eccleſiæ, intelligitur de fide obiectiua, vt ait D. Thom. diſt. 1. q. 2. 6. 1. ad 2. & q. 60. artic. 7. Palud. d. 1. quæſt. 5. artic. 5. Bellarm. 2. ſacramen. c. 10. Auguſt. ſupra tract. 80. citans id 1. Pet. 3. [z] Patres cit. lit. H. [a] Trident. ſeſſ. 7. de ſacramen. cano. 5. [b] Triden. ſeſſ. 7. ſacram. can. 4. & 8. Bellarm. 2. ſacram. cap. 10. contra hæt. citatos c. 1. de quibus Lindan. 4. Panop. cap. 16. & in ſi. tabul. 1. de hære. [c] Trident. de bapt. can. 7. Bellarm. de bapt. ca. 14. 15. 16. & dictum eſt. c. 12. [d] Innoc. cap. Maiores. de baptiſ. & ideo infantes ratione fidei numerantur inter fideles: Auguſt. 1. pecca. mer. c. 33. Trin. de bapt. cano. 13. ratione habitus; nec enim habent actum liberũ fidei, vt dictum eſt. [e] Augu. 1. pec. mer. c. 27. & epiſt. 23. Bellarm. de bapt. c. 11. propo. 4. [f] & ſic plane ſæpe Auguſtin. vt lib. 3. de lib. arb. cap. 23. & dicit hanc eſſe ſententiã totius eccleſiæ. & ſer. 10. de verb. Apoſtol. dicit: Infanti accommodat eccleſia pedes, vt ueniat (quia eſt cauſa applicans cum intentione: quod pertinet ad neceſſitatẽ ſacramenti) accommodat cor alterius, vt credat: linguam alterius, vt confiteatur fidem. hæc duo pertinent ad ritum tantum & ſerm. 14. Bellarm. 2. ſact. c. 11. con 5. § dices, ſic ipſum Augu. explicat Bon. diſtin. 3. par. 1. q. 3. dum ait tract. 80. aqua mundat, non quia dicitur, ſed quia creditur, ideſt ob præuiam diſpoſitionem fidei in miniſtro. Hugo. Alex. Rich. Dur. nam quia infans alieno actu, ideſt voluntate Adæ, contraxit peccatum: inſtituit Chriſtus, vt eccleſia alieno etiam actu ei ſubueniret. [h] quod ſignificant Hugo Alexand. 4. par. quæſt. 1. mem. 7. ad 2. q. 6. m. 3. articu. 4. Richard. Bona. Durand. Palud. d. 1. quæſt. 5. Soto. q. 2. artic. 3. ad 1. Capr. d. 13. ad argumenta. vnde infert Cano, rel. de ſacram. p. 5. quod ſi miniſter ille olim careret fide, ſacramentũ nihil proficeret infanti: & prob. quia dum Ægyptij & aliæ gentes ad imitationem Hebræorum, utebantur circuncifione (vt de illis refert Orig. 2. in Rom. ad c. 3. fin. & lib. 5. contra Celſ. poſt med. Epiph. hæt. 30. Ambr. epiſt. 77.) non uidentur recepiſſe gratiam ex operato: quia ſine fide vtebantur circunciſione: quod autem Aug. 1. contra Creſcon. c. 31. ait in circunciſione ſat fuiſſe fidem eccleſiæ applicari per miniſtrum & infidelem intelligitur de proſelyto credente. Nam Deus non niſi per fidem circunciſione proteſtatam applicabat remedium. idem colligitur ex DD. qui aiunt ſacramentum in ſtatu naturæ profuiſſe ex merito tantum eccleſiæ. [i] Sic gratiam concreari dicunt DD. cit. qui negant ſacramentum attingere ipſam gratiam. Quod innuit D. Thom. 1. 2. q. 110. 2. ad 3. Caiet. Vict. Cano, Soto, d. 1. q. 3. art. 1. Ledeſ. 1. p. q. 16. ar. 4. Bon. 2. d. 26. quæſt. 4. Vega. lib. 7. c. 13. & vlt. [k] D. Thom. 1. p. q. 45. ar. 5. vbi omnes Recent. Thomiſt. Caiet. Bañes. Zumel. q. 65. 3. dub. 5. con. 4. & Docto. 2. d. 1. Capr. Hiſpal. q. 3. Richar. Tarant. Bonau. articu. 1. Heruæ. q. 2. & quodl. 8. q. 2. Alex. Albert. de 4. coæq. artic. 3. q. 1. Ferrar. 2. cont. gen. c. 21. vid. li. 1. c. 43. Scot. 4. d. 1. q. 1. licet ſoluat arg. D. Thom. & Marſil. 4. q. 1. vbi Ocam. & in 2. diſt. 1. & quodl. 5. fi. Med. 3. p. q. 48. 6. & plane Aug. 12. ciuit. c. 25. & 3. Trinit. c. 8. 9. li. 9. gent. c. 26. Damaſc. li. 2. c. 3. 11. Hug. de ſacra. p. 5. ca. vlt. quia inſtrumentum habere debet præuiã actionem, vt ait D. Th. quamuis id fundamentũ negat Caiet. 3. p. q. 9. artic. 2. Scot. & alij in Z. citandi. [l] quos ſequitur Xuar. 3. p. quæſtio. 13. dub. 31. § 8. idem tenet Magiſt. 2. diſt. 1. vbi olim D. Thom. q. 1. 3. & in 4. d. 5. Durand. Gabr. Aliac. Palac. 2. diſtin. 1. q. 4. Maior. & Gab. 4. d. 1. Henr. quodl. 5. q. 23. Vega. lib. 7. in Trid. ca. 13. & phi. Arabes, vt Auicen. Algazel. quod vna intelligẽtia genuit aliam. & quidam Hebræi id Gen. 1. creauit dij: exponunt, Angeli, vt Philo. li. de profugis. lib. de opiſ. mundi. Cicer. li. de vniuerſ. [m] Auguſt. & Dam. ſup. Hugo. quod eſſe de fide ait Palac. 2. d. 1. q. 3. ad fin. D. Thom. 1. p. q. 90. 3. Sixtus. li. 5. Biblio. ca. 27. 95. Caſtro, anima. hæt. 5. Zumel. 1. p. q. 65. 3. dub. 5. con. 5. Cyril. 2. cont. Iulian. & c. firmiter. de ſumma Trin. vt Theol. explicant. [n] D. Tho. 2. cont. gen. c. 86. dicit oppoſitum eſſe errorem. de pot. q. 3. art. 9. hunc errorem tribuit Cyril. Tertul. Apollinar. & 1. p. q. 118. 2. damnat hæreſ. Aug. de hæreſ. c. 86. de eccl. dogm. c. 14. 18. apud Torren. 2. conf. c. 9. quamuis alibi & 1. retract. c. 1. dicat ſe neſcire animarum originem. Caſtro, anima. hæt. 5 Simanc. de cathol. inſt. c. 37. 6. Cord. li. 1. q. 17. q. 45. ad 2. Tolet. 3. de anima. q. 17. & in proœ. q. 5. communis cum Mag. 2. d. 18. Hieron. tandem epiſ. ad Auguſt.

CAPVT XVIII.

a DIuus [a] Thom. quæſt. 78. artic. 4. vbi bene Caiet. Soto. diſtinc. 11. quæſt. 1. artic. 4. Ledeſm. quæſt. 16. ar. 4. conuerſio autem eſt mutatio, qua ſubſtantia panis expulſa, & proprijs accidentibus priuata deſinit eſſe. Atque ita imperium Dei per uerba intimatur pani, vt tranſmutetur. [b] Cyrillus. lib. 4. in Ioannem cap. 18. lib. 7. contra Iulian. ad fin. alter Cyril. præfat. Catech. & catec. 3. & 4. Iuſtin. Dialog. cum Triphon. p. 32. & apolo. 2. pro Chriſtianis. Nyſſen. lib. de baptiſmo in princ. Chryſoſtomus homilia de proditione Iudæ Iſich. in Leuitic. c. 22. Diuus Thom. ſup. Soto, Ledeſ. Alex. 4. par. q. 10. mem. 4. art. 2. §. 6. Alb. diſt. 8. art. 6. Richard. artic.

cum ſpeciebus [e] & ſub illis contineatur, obediente Deo voci hominis. vt enim Chriſtus voce ſuſcitans Lazarum adduxit animam loco diſtantem, vt adeſſet præſens corpori: ſic per inſtrumentum coniunctum humanitatis poteſt ſe facere præſentem ſpeciebus, aut per inſtrumentum ſeparatum, ideſt per verba ſacerdotis. Deinde verba introducto Chriſti corpore expellunt ſubſtantiam panis à propriis accidentibus, [d] ſimulque cauſant modum quendam exiſtendi quo accidentia illa per ſe exiſtunt abſque inhærentia: [e] atque ita verba ſunt cauſa vt ſubſtantia panis deſinat eſſe per conuerſionem in corpus Chriſti, quod ſuccedit in ſubſtantiali officio panis, conſeruando immediate accidentia illa abſque inhærentia: vt infra explicandum eſt.

2 Nec iſta verborum aut ſacramenti virtus eſt res diſtincta & ſuperaddita qualitas ſpiritualis, [f] ſed ipſa verborum entitas & motio vt aſſumitur à Deo tanquam inſtrumentum. Quidam [g] tamen propter maiora myſteria euchariſtiæ, contenti ſunt verbis tribuere vt ſint moralis cauſa cõuerſionis: quia D. Ambro. eam conuerſionem ita tribuit ſermoni operatorio Chriſti, nempe vt Deus eſt: ſicut & quod de nihilo ſolus creet. & quidam Patres, [h] qui aiunt prece & inuocatione ſacerdotis conuerti panem: non intendunt his precibus, quæ ante aut poſt verba conſecratoria dicuntur, fieri conſecrationem. [i]

3 Virtus quæ baptiſmo ineſt, nõ eſt formaliter aqua aut nuda ablutio, vt quidam Recent. putant. [k] quaſi ex deputatione Dei iam aqua aut chriſma habeat permanentem & habitualem vim actiuã obedientialem: vt nuda natura aquæ habet obedientialem vim paſſiuam; qua vniri poteſt Deo hypoſtatice: ſed ablutioni quæ habet eſſe ſucceſſiuũ & incompletum, ex coniunctione ad Deum illa utentem, additur quędam ratio formalis diſtincta ſecundum rationem ab actione propria, & naturali rei illius, quæ eſt inſtrumentum. ſic baptiſmus gratiam attingit hoc vigore ſeu virtute diuinitus addita, quæ virtus cum ſit incompleta & per modum tranſeuntis, non niſi reductiue ponitur in ſecunda ſpecie qualitatis. porro ratio virtutis & noui vigoris interdum acquiritur per additionẽ gradus in eadem entitate: interdum abſque hac additione, ex unione quadam ad agens potentius: [l] quomodo humanitas ex vnione ad Verbum habet melius eſſe, & vim qua melius operatur vt verbi inſtrumentum. ſic ſacramentis, dum coniunguntur Deo illis utenti, Patres [m] tribuunt vim & vigorem: & aiunt quod Chriſtus [n] vim regeneratiuã contulit aquis, aut chriſmati per epiſcopum conſecrato. reuera tamẽ ea virtus formaliter non ineſt, niſi dum fit ſucceſſiua unctio, aut ablutio: [o] deputatione vero ante uſum denominatio tantum extrinſeca tribuitur. In ſpeciebus euchariſtiæ vt in inſtrumento permanente & aliquo modo coniũcto, dicitur ineſſe virtus ad modum habitus, [p] cum efficacia viuificandi digne manducantem. [q]

4 Quidam Theol. bene diſtinguunt in inſtrumento ſeu ſacramento duas rationes actionis: [r] alteram miniſtri & ſacramenti quæ circa corporalem hominem eſt: alteram qua eleuatur ad effectum principalis agentis. per propriam actionem non agit niſi diſpoſitiue reſpectu effectus ſpiritualis, quẽ Deus ut principalis agens efficit propria virtute, atque ita Auguſtinus, quæſt. 84. in Leuit. ait, homo præbet viſibile ſacramentum, Deus autem inuiſibilem gratiam, [ſ] magis vero negat hominem dare Spiritum ſan-

c artic. 3. q. 3. Bellarm. lib. 4. de Euchariſt. cap. 12. & 13. [c] Vt dicetur lib. de Euchariſtia, nec mirum quod ſicut generans unit corpus cũ anima: ita baptiſmus diſpoſitiue animam per gratiam uniat cum Spirituſancto. ſupra cap. 16. §. 6. & verba conſecratoria habeant eã vim à Deo, vt expulſo pane vniant ſacramentaliter corpus Chriſti cum ſpeciebus. [d] Palud. d. 11. Capr. d. 1. & 11. quæſt. 1. ad argu. falſo putãt verba ſolum attingere ad expulſionẽ ſubſtantiæ panis: ſicut ſacramentum dicunt non attingere gratiam, ſed præuiã diſpoſitionem. [e] verba ſunt cauſa in fieri, vt accidentia exiſtant per ſe abſque inhærentia. D. Th. quæſt. 77. 1. Doctores cum Mag. diſt. 12. Sot. d. 10. q. 2. Alan. lib. 1. de euchar. ca. 37. Triden. ſeſſ. 13. can. 2. & 3. Conſtantien. ſeſſ. 8. Taper. art. 14. Pet. Sot. de euchar. lect. 6 Turrian. tract. 1. de euchar. ca. 4. & 14. ad 9. & id reperies in Auguſt. apud Proſper. lib. ſenten. Cypria. Cyr. catech 4. Machar. Aegyp. ho. 27. Claud. de euch. repet. 8. c. 1. Augu. c. nos in ſpecie. Ambro. c. forte. de conſecra. d. 2. cæterum corpus Chriſti præſens conſeruat actiue ea accidẽtia: quo cõcurſu ſublato nõ conſeruarentur ſolo influxu cauſarũ vniuerſalium [f] inf. §. 4. Caiet. cum D. Thom. q. 78. 4 d. 8. quæſt. 2. 3. ad 4. videtur Aug. 9. Gen. c. 12. Vigue. cap. 16. §. 3. verſ. 3. Rayner. verb. euch. §. 35. Tabie. euchar. 1. §. 32. [g] Bon. d. 10. artic. 2. q. 3 Gab. d. 13. art. 3. dub. 4. & lect. 37. ſic dicerent dd. ſup. cita. qui negant ſacram. producere ipſam gratiam, vt Sot. Cano. Ledeſ. & quidam Recent. [h] quod ponderat Bon. & ex Græcis in ſuis liturg. Iacob. Baſil. Chryſ. item Iuſtin. apol. 2. ad Anto. Dam. lib. 4. c. 14. Cyril. catec. 1. & 3. Theodo. dial. 2. qui dicitur inconfuſus. Ex Latin. Hiero. epiſt. 85. ad Euagr. Auguſt. 4. Trin. cap. 4. [i] Hos patres interpretatur Bellarm. lib. 4. de euch. [k] Quod innuit Caiet. 3. p. q. 78. 4. & Alexand. 4. par. quæſt. 10. memb. 4. art. 2. §. 6. Xuar. 3 p. q. 13. dub. 31. §. 8. & tamen creaturam non exercere actu vim inſtrumentalem, niſi dum aſſumitur à Deo, ad quem ſic aſſumpta dicit realem relationem & generaliter aiunt omnem creaturam, ſi comparetur ſecundum potentiam obedientialem ad Deum habere re ipſa virtutem actiuam inſtrumentalem ad omnia, quæ non implicant contradictionem: nec deeſſe ei niſi ſolum vſum, vt agat. hinc admittunt creaturam poſſe fieri inſtrumentum creandi, abſque præuia actione. [l] Ferrar. 4. con. gen. c. 56. ad fi. bene Richar. 3. d. 14. articu. 2. quæſt. 1. & ſæpe. D. Tho. cum Ariſt. vt cœlum ex motione, & in virtute intelligentiæ vnitæ in ratione motoria producit viuentia. D. Thom. 1. q. 70. 3. ad 3. q. 105. 1. ad 1. & ſæpe. Carthu. 2. d. 15. quæſt. 1. Pala. q. vn. Iauel. 12. meta. q. 16. At Dur. d. 15. & Heruæ. cęlum cauſat in virtute primæ intelligentiæ, ideſt Dei. [m] Diuus Tho. quæſt. 62. 4. c. & ad 1. & 3. Amb. lib. de his qui myſte. ini. c. 3. 9. lib. 3. de ſacrament. c. 1. lib. 1. c. 1. li. 4. c. 4. epiſto. 84. ad med. Auguſt. tract. 80. in Ioan. vnde tanta virtus aquæ, & tracta. 26. aliud eſt ſacram. aliud virtus ſacram. Syl. PP. apud Niceph. 7. hiſt. c. 33. Leo epiſt. 4. c. 1. 6. bapt. dari virtutem renouandi. Iuſti. d. apo. 2. Nyſſ. lib. de bap. Cyr. 2. in Ioan. c. 42. Cyp. li. 2 epi. 2. id dicit de bap. & ſer. in cœna. de euchar. habet efficientiam viuificationis Baſ. de SS. cap. 13. Chryſ. hom. 35. in Ioan. 5. quod virtus deſcendebat in aquã ibi Cyr Theoph. quem lor. ſimiliter affert Tertul. lib de Bapt. Ambr. de SS. c. 7. Bellar 2. ſacr. ca. 4. ved. ca 6. & 7. [n] Bed. in Luc. & alij cit. c. 8. §. 1. fi. [o] virtus incompleta ineſt ſacram. vt ablutioni. i. unctioni tanquam ſubiecto. D. Thom. q. 62. 4. ad 1. & 3. & alij infra ſed character ſacerdotis eſt ipſa virtus incompleta, D. Thom. q. 63. 5. ad 1. & d. eiſ c. 13. § 9. [p] Corpus Chriſti ſub ſpeciebus, dicitur virtus ſacramenti. q. 73. 1. ad 2. q. 79. 2. quia ex quadam unione tribuit vim ut reficiat hominem in corp & anima actio refectiua. ideſt vitalis deglutio diſpoſitiue attingit refectionẽ ſpiritualem [q] Cypr. ſup. ſerm. in cœna. vt multi Patres. [r] D. Thom. 3. p. q. 19. a. 1. & q. 62. 1. vbi Caiet. & Recent. Ferrar. 4. contra gen. c. 56. Scot. & alij. 3. diſt. 17. vbi Palac. q. 2. ad 6. Frãciſ. à Chriſto. in 3. p. lib. 1. q. 8. con. 1. ſed falſo Ferrar. 2. cont. gent. c. 21. dicit has duas actiones diſtingui re. dicuntur tamen duæ actiones: vt Paternitas & ſpiratio ſunt duæ relationes, quia reſpiciunt diſtinctos terminos: & tamen ſunt vna res. [ſ] Bellarm. 2. ſacram. c. 11. & Patres aiunt, ſacramenta efficere id quod ſenſibile eſt (nempe diſpoſitiue & propria virtute, vt ſolet inſtrumentum) ſolum autem Deum interius operari: nempe quia eſt principalis autor gratiæ, & quia dat Spiritum ſanctum. Cypr. ſer. de bapt. Baſil. de Spirituſancto. c. 13. Hiero. Matt. 16 & in Eſa. 4 ad med. Aug. epiſt. 23. & lib. 15. Trin. c. 26. Ambr. 1. ſacr. c. 5. Theoph. Io. 8. Bell. 2. ſacr. c. 10. de quo inf. c. 28. fi. ſic interpretandi eſſent qui videntur negare ſacerdotem per claues eccleſiæ dum abſoluit remittere peccata, vt Mag. 4. d. 18. Hugo lib. 1. p. 9. c. 3. Scot. 4. diſt. 1. Rich Dur. Nominal. Occam. Gab. Aliaco. Maior. Marſi. Ferus in Mat. 9. & 16. & ſic exponit Magiſt. D. Tho. add. q. 18. 1. ad 1. quod abſolutio ſacerdotis ſecundum ſe non cauſat gratiam. Alij exponunt vt Mag. ſacr. putet tantum eſſe ſignum infallibile gratiæ, quã ſolus Deus ad præſentiam illius infundat: vt olim præſente circumciſione. At errat ſi neget per abſolutionem ſacerdotis, ut aſſumptam à Deo, concedi remiſſionem peccati & gratiam: conc.

Con-

Conſtant. Later. c. omnis vtriuſque ſexus. Floren. de ſacram. pœnit. Trid. ſeſ. 14. c. 6. can. 9. ſeſ. 23. c. 1. 4. can. 1. 2. de ref. c. 15. Vega li. 13. in Tri. c. 32. Vuald. c. 142. Tape. a. 5. Caſt. abſolutio. hær. 2. verbo ſacerdotũ. hær. 1. Sixt. lib. 6. Bibli. c. 45. 71. 172. 175. D. Tho. 3. p. q. 84. 3. Sot. d. 14. q. 1. 3. [t] licet Act. 8. & 19. per manus impoſitionẽ dicatur paſſiue dari SS. ſed propriè homo, & miniſter nõ denominatur dare Spiritũ S. D. Th. 1. p. q. 43. 8. cum Augu. 15. Trin. c. 26. & li. 3. Trin. Hier. Iſa. 4. dicit homo aquã præbet Deus autẽ Spiritũſanctum Bellar. 2. ſacr. c. 10. cõis cum Mag. 1. diſ. 14. Alber. Bon. Petr. de Tarãt. Rich. Aegid. Dur. q. 4. Carth. q. ult. & tamen Aug. enchy. c. 33. nos per Chriſtũ recipimus SS. nẽpe per meritũ Chriſti. Bellar. 5. de Chriſto. c. 8. dũ vero SS. Iſa. 48. 61. dr mittere filiũ, intelligitur. 1. de Patre, qui eſſentialiter dicitur ſpiritus, vt exponit Athan. ſer. 3. in conc. Nice. Baſil. de SS. 2. de filio incarnato Hiero. in Iſa. 61. Ambr. 3. de SS. c. 1. Aug. 3. Tri. c. 15. cõis. 1. diſt. 15. vbi D. Tho. q. 3. 1. Dur. q. 3. Scot. d. 14. q. vni. & probat Bellar. 2. de Chro. c. 22. quia Luc. 4. ſpiritus Dñi ſuper me, eo q vnx. me, quãuis Mag. d. 15. D. Th. 1. p. ſupra Bon. Capr. Aegi. Heru. Fer. 4. cont. gẽ. c. 23. exponant ſimul de Filio [u] vt Deus eſt. [u] Aug. ſæpe & li. 4. de bap. c. 22. nemò debet cõtemnere miniſteria ſacrorum. Baſil. ſup. ſi qua eſt gra in aqua, non eſt ex ipſius aquæ natura, ſed ex præſentia Spiritusſancti Amb. 1. ſacr. 1. & epi. 84. ad med. aqua ex ſe nõ ſanat: ſed quia in illam deſcendit SS. alludit ad Ioan. 5. de aqua piſcinæ. vbi Chryſoſt. Cyril. Theoph. & idem Ambr. de Spiritusſancto. c. 7. Test. de bapt. vt citatũ eſt. c. 16. x § 4. [x] Doct. d. 1. vbi Palud. q. 1. Soto. q. 3. ar. 4. Ledeſ. q. 3. ar. 4. Caiet. & Recen. q. 62. 4. & plane D. Tho. ibi ad 1. & ar. 2. ad 2. q. 74. 4. ſed clarius veri. q. 27. 4. ad 4. cæterũm qui ſacramenta putant eſſe tantum cauſas morales, & ſignum practicum, aiunt hanc uirtutem diuinitus datam diſtingui re à ſacramento: quia nihil aliud eſt quam diuina virtus, quæ ſola efficit gratiam præſente ſacramẽto, quod innuunt quidã ex Patribus. ſic Cano & Antiſio. li. 4. tract. 3. in procem. dicit: ſacramentum dicitur vas gratiæ, non quia continet gratiam materialiter, ſed uirtutẽ ſanctificatiuam: vt uas continet medicinam, & crumena pecuniam, qua ſit curatio infirmi, & redemptio captiui: ad quem tamen effectum vas nihil operatur. & ita interpretantur conc. Flor. & Trid. ſeſſ. 7. can. 6. & D. Th. q. 62. 3. ſic ſacramentum definit Hugo. lib. 1. p. 9. c. 2. & addit. c. 3. in ſacramẽto vt in vaſe conuineri donum gratiæ, & inuiſibile antidotum.

ctum. [t] fatentur tamen Deum in eâ iuſtificatione & regeneratione hominis vti aqua ſeu ablutione baptiſmi & miniſtri opera tanquã apto inſtrumento: [u] licet. n. aqua ex ſua natura non ſanet animam, ſanat tamẽ ex præſentia Spiritusſancti vtentis eo inſtrumẽto & actione illius præuia: actio vero. 2. qua baptiſmus eleuatur, vt non differt re à productione paſſiua gratiæ, ita cẽſetur una cũ actione principalis agentis, propter vnum effectum: atque ita virtus regeneratiua re ipſa nihil aliud eſt q̃ corporalis motio, [x] ideſt ablutio aut prolatio uerborum non ſecundum propriam naturam ſonus, [y] & vim naturalem, ſed vt ſubordinatur omnipotenti Deo mouenti aquam tãquam inſtrumentum ſuum, ex lege gratiæ ordinarium, ad efficiendam gratiam: dicitur tamen à Patribus virtus eſſe ſpiritualis, [z] ab effectu: quia cauſat effectum gratiæ ſpiritualem ex uirtute & motione Dei. Sic corpus beatorum. 1. Cor. 15: ſurget ſpirituale, quia obedit ſpiritui ad effectus etiã ſpirituales. Ad has duas actiones & duos effectus nõ requiritur duplex virtus in inſtro, quia ordine quodam ſubordinantur: ſed vna quæ vigore & eleuatione perficitur ex coniunctione ad Deum utentem eo inſtrumento: vt vnus character ſacerdotis additio uigore extenditur ad alium actum ſubordinatum abſoluendi.

5 Quando contritio ſeu attritio coniungitur moraliter abſolutioni præſenti, habet ab illã vim vt ſimul concurrat actiue, [a] cũ ſit actu pars ſacramenti: & generaliter materia ſimul concurrit cũ forma ſacramenti: [b] ſed virtus principalius eſt à forma, [c] vt aqua baptiſmi mũdat Eph. 5. ſed in verbo uitæ. Quare D. Ambro. [d] aquam comparat utero matris eccleſiæ: in naturalibus vero mater a viri uirtute habet, vt concurrat ad generationem prolis.

6 Ex dictis colligitur ſacramentũ Chriſti dum præſens operatur, excellere veteribus in modo, quo gratiam continet: non quòd eã contineat formaliter, ſed in virtute inſtrumẽtali. 1. quia vt morale inſtrumentũ Dei continet pretiũ actu ex hibitum, quod eſt ſimpliciter moralis cauſa & meritoria gratiæ perfectæ: vtpote ſufficiens introducere in gloriam cum plena remiſſionẽ peccati naturæ & perſonæ. 2. quia eſt inſtrumentum phyſicum, quod eleuando imperfectam hominis diſpoſitionem, dicitur producere hominẽ gratum: vt homo generat hominem. 3. efficit ipſam qualitatem, quæ eſt gratia & diuina quædã forma dans eſſe ſupernaturale. nã Dei imperio per ſacrum denunciato, ſubiecta anima, ex qua pendet qualitas hæc, obedit vt tranſmutetur de impia in eſſe gratum: & verbis conſecratoris ſacerdotis obedit panis præſens, vt tranſmutetur in corpus Chriſti. tandem ſacramentum non ſolum dum præſens eſt, ſed etiam dum remoto obice reuiuiſcit, agit vt inſtrumentum morale & phyſicum: vt dicetur, c. 25.

At renera vas apud Hebr. Cheli ſumitur pro inſtrumento, vt Pſ. 7. Ezech. 9. vbi Vatabl. Pagnin. & pſal. 70. quare 70. Interpret. in Ezech. 9. pro vaſe interfectionis, vertit ſecurim, ut ait Hier. ibi, & y in Iſa. 32. D. Tho. q. 62. 3. ad 1. Martin. lib. 10. hypot. reg. 45. [y] Sic Aug. tract. 80. Io. negat aquam bap. mundare propter ſonum uerborum, nẽpe ſecundum naturam ſuam & Patres ſup. citati. [z] Patres multi excitatus: Præſertim dũ aiũt ſolũ Deum interius operari, nẽpe, vt cauſam principalẽ. Ale. 4. p. q. 8. m. 3. art. 5. §. 6 & D. Th. q. 62. 4. ad 1. & 3. propter quẽ locũ Capr. d. 1. q. 1. ad ar. contra. 4. conc. Fer. 4. cont. gen. c. 56. putãt ſacto ineſſe qualitatẽ ſpiritualẽ per modum trãſeuntis: & per eã fieri characterẽ uel ornatũ ſpiritualẽ, quem dicũt eſſe diſpoſitionẽ ad gratiam. Sed interpretandi ſunt ab effectu. quia cauſat ſpiritualẽ gratiã ita ſignificat D. Th. q. 62. 4. ad 1. q. 78. 4. d. 1. q. 1. 4. 2. verit. q. 27. a. 4. ad 4. vt ſonũ vocis quatenus hẽt vim excitandi intellectũ, vocat ſpiritualẽ. Palũ. d. 1. q. 1. Sot. q. 5. art. 4. Ledeſ. & Recẽ. quare D. Th. q. 62. 1. eap. ad 1. ait cauſa inſtrumẽtalis non agit per virtutẽ ſuæ formæ, ſed per motum quo mouetur à principali agẽte, idem clarius D. Thom. 4. d. 8. q. 2. 3. ad 4. Caie. q. 78. 4. & melius q. 13. a. 2. Alex. q. 34. m. 1. ar. 2. ad 2. Bon. d. 10. q. 2. ad 2. num. 47. Rayner. verb. euch. §. 35. videtur plane Augu. 9. in Geneſ. ad lit. c. 17. in euch. præter corpus Chriſti non additur alia virtus ſpiritualis, quę inſit ſpeciebus.

CAPVT XIX.

Sacramentum cauſat effectum vno inſtãti, licet videatur res ſucceſſiua.

§. 1. *Dari vltimum inſtans in quo adeſt vox & pars ſacramenti.*
2 *Caſus de puero deſinente ſimul cum baptiſmo.*
3 *Et ſeq. An inſimnis verbis poſſit differri effectus.*
4 *De verbis calicis: & de multis cum epiſcopo ordinante conſecrantibus.*

SAcramentum videtur res ſucceſſiua, vt tempus: q nullam partẽ ſui in inſtanti habere poteſt. Baptiſmus tamen ſicut & alia ſacramẽta habent realem ablutionẽ refrigerationemque & formam uerborum: qui ſonus & qualitas permanet finita etiam prolatione. Atque ita in eo inſtanti poſitiuo & vltimo intrinſeco [a] in quo primum finita prola-

a [a] D. Tho. q. 84. Sot. d. 14. q. 1. quia ſacramentum pœnitentiæ non eſt ſola abſolutio, quæ eſt forma: & per totum ſacramentum ſit gratia, cont. Sco. d. 14. quem uidetur ſequi Bellar. 1. ſacra. c. 9. d. ſacram. pœnitentiæ conſiſtere eſſentialiter in ſolis uerbis. at ſanè non excludit confeſſionem, de qua meminit li. 2. ſacram. c. 1. b col. 6. c. 11. col. 8. [b] quia ſacramentum componitur ex materia & c forma ſup. c. 8. [c] colligitur ex D. Tho. q. 84. 3. catech. Pij V. ti. de ſacram. Aug. tract. 80. Io. 15. vos mund. propter ſerm. Bed. in Epheſ. 5. in verbo vitæ, ibi Chryſoſt. Theodor. Theoph. Oecum. Anſel. d D. Thom. Bellar. 1. ſacram. c. 19. 20. [d] Ambr. 2. ſacram. cap. 6. Leo ſerm. 4. de Natiuit. Domini.

CAPVT XIX.

a CApr. [a] d. 1. q. 1. ad 1. & 3. Scot. contra 3. com. fin. & affert loca Diui Tho. Soto, diſtin. 1. quæſt. 3. art. 1. col. 21. & diſt. 9. q. 2. artic. 7. ad primum, refert ſe id olim legiſſe in ſcholis. Vega lib. 7. in

tio generat perfectum ſenſum in animo auditoris, manet pars ſacra vt ablutio & uox, quæ res in uirtute præcedentium partium, ut ſignificat plene, ita cauſat realem effectum. Quod ſi aliquanto prius finiuentur uerba, manet realis ablutio, quę cauſare poteſt gratiam ut inſtrumentum Dei. Sic & D. Tho. admittit ultimum inſtans prolationis in forma euchar. [b] in quo qualitas quæ eſt ſonus uerborum, efficit conuerſionem panis in corpus Chriſti.

2 Si puer, qui morti proximus baptizatur, in eo ultimo inſtanti baptiſmi, deſinat per primum ſui non eſſe: qui putat baptiſmum cum ſit ens ſucceſſiuum, agere cū primum non eſt, [c] ſignificant, [d] iuſtificari animam illius ſeparatam, uirtute bapt. qui tempore immediato præceſſit integer in homine uiatore. At ſane non iuſtificabitur: [e] quia deeſt ſubiectum, quod eſt homo viator, in quod tunc ſacramentū agat. idem eſt ſi adultus attritus deſinat eo inſtanti quo primum finitur abſolutio, aut alterius ſacramenti receptio: ne alioquin ſequatur inconueniens, vt homo toto vitæ tempore fuerit in peccato, & cum primum non eſt homo, fiat iuſtus aut etiam beatus. Nec martyrium confert primam gratiam in termino vitæ cum primum non eſt homo, [f] ſed cum adhuc viuus recipit vulnus lethale pro Chriſto. [g] Si tamen moroſus ſcrupulo preſſus differat vltimæ ſyllabæ prolationem, non ſuſpendit effectum ſacramenti: [h] quod facta debita applicatione ſtatim operatur ad modum cauſæ naturalis.

3 Si baptiſmus fiat ſub trina merſione, vt olim, & tamen prolatio formæ cum prima merſione finiatur, ſtatim regenerat, [i] nec differtur ad finem vltimæ merſionis. Eucha riſtia cum primum facta ſumptione dicitur applicata, ideſt cum homo deglutiit primam hoſtiæ partem, ſtatim reficit & replet gratia, intrante toto Chriſto in hoſpitiū & tectum corporis noſtri: [k] nec ampliorem effectum ex operato confert pars hoſtiæ, aut aliæ formulæ aut ſpecies ſanguinis, quæ poſtea paulatim deglutiuntur in eo conuiuio, quod eſt vnicum moraliter: quia non intrat nouus hoſpes vt ſuo loco dicetur.

4 In conſecratione vini, ſi forte quædam poſteriora verba non pertinerent ad eſſentiam ſed ad ſubſtantialem integritatem formæ vt quidam dicunt: conſecratio tamen de facto non fit vſque ad finem vltimi verbi, vt dicetur li. de Euchar. c. 17. quia ex intentione eccleſiæ vt in miſſali omnia ſcribuntur vt forma, ita omnia proferri debent vt pars formæ. Sic Græci patres in conſecratione panis & vini plura verba addunt: quæ licet neceſſaria non ſint, pertinent ad quandam integritatem: [l] vt apud eos fermentum pertinet ad integritatē panis conſecrandi: cum tamen neutrum ſit præceptū, ſed prohibitum in eccleſia Latina. In forma pœnitentiæ ſine dictione ego & a peccans: dicens abſoluo te, poſſet perficere ſacramentum: & tamen de facto omnia verba concurrunt. In ſacramento ordinis qui ſacerdotio initiati proferunt verba conſecratoria cum epiſcopo: ſi cum eo ſimul finiant, conſecrant. [m] Si tamen epiſcopus qui principaliter miſſam celebrat, prius alius verba finiat, ſolus conſecrat: [n] nec enim habere debet intentionem ſuſpenſam pro certo inſtanti, quo cæteri omnes verba finierint: ut dicetur lib. de euchar. c. 18.

in Trident. ca. 18. Ferrar. ſignificat. 4. contra gentes. cap. 56. D. Thom. quæſtio 62. 4. ad 4. & locis ſtatim citand. Bellarmin. 2. ſacramen. ca. 11. fin. ad tertium. [b] Plane D. Thom. quæſtio. 78. 4. ad 3. ar. 5. c. & ad tertium. quæſt. 75. 3. & articu. 7. ad primum & tertium Soto. diſt. 11. q. 1. 4. ad fin. & ar. 3. ad 3. et c. 4. diſt. 13. q. 1. art. 2. Ledeſm. 1. p. quæſt. 16. art. 7. dub. 2. Capr. Ferrar. Veg. ſupra [c] Soto. diſt. 1. & 9. citata. Ledeſm. q. 3. artic. 1. [d] ſignificat Soto, diſtin. 9. quæſtio. 2. articu. 7. ad fin. & tenet Maior. 4. diſtinct. 16. [e] Adria. de confeſſ. quæſtio. 4. ſed oppoſitum eſt probabilius. Recen. & colligitur ex cita. A. [f] ſignificat Caieta. 2. 2. q. 124. ar. 2. ad 2. [g] Idem Caiet. 3. par. quæſt. 87. 1. ad 2. inf. lib. de bap. c. 39. Veg. li. 9. c. 43. & lib. 6. in Triden. ca. 37. fin. Recent. cum D. Tho. 2. 2. q. 124. 4. ad 4. ſignificat Sot. diſt. 3. quæſtio. vni. articu. 11. ad 2. & d. 15. quæſtio. 1. 2. quæſt. 2. 12 quando voluntas in ipſo opere eſt efficax quod dicit Alexan. 4. par. quæſtio. 22. m. 5. Bon. diſt. 3. articu. 1. q. 1. ſic enim fit martyrium in viatore actus caritatis perfectæ, ſine qua nihil prodeſt. 1. Corint. 13. D. Thom. quæſtio. 66. 12. ad 2. & quodl. 4. articu. 19. Vual. de ſacram. c. 105. cum Cypr. in oratione Dominica, petitione penult. Aug. 2. contra Creſcon. c. 12. [h] Alias eſſet i libertate ſcrupuloſi quod poſita materia & integra prolatione formæ cum intentione, ſuſpēderetur effectus ſacramenti & conſecrationis, & colligitur ex Trident. ſeſſ. 7. cano. 6. & 7. quia vt ſtatim ſignificat, ita ſtatim cauſat, niſi adſit obex. [i] Recent. quidā falſo putarunt trinam merſionem pertinere ad ſubſtantiam bap. inf. lib. de bap. c. 6. [k] hæc eſt ratio ob quā utraque ſpecies non plus gratię conferi, quam altera. inf. lib. de euch. c. 44. [l] Sot. d. 11. q. 1. art. 4 ſentiunt Patres Græci. vt in ſuis liturg. [m] D. Tho. q. 82. a. 2. [n] ita expedit, ut ſaltem epiſcopus qui principaliter celebrat, conſecret. at ſi alter ex ordinatis, prius finiat verba cū intentione independente, hic ſolus cōſec. inf. c. 27.

CAPVT XX.

Vetera fuerunt ſacramenta: non ita ſacramentalia.

§. 1. *Vetera ſunt noſtris inferiora in multis, & erant plura.*

3 *Sacramentalia vt aqua benedicta nō ſunt ſacramēta: & quomodo mundant a venialibus.*

4 *De cineribus, exorciſmo, ſigno crucis, conſecratione templi.*

5 *De lotione pedum. Ioan. 13. de concione, & imaginibus.*

IN hac inſtrumentali ui ſacramenta Chriſti quę ſunt perpetua, excellunt uetera olim ad tempus data, ut dictum eſt c. 15. 1. Baptiſmus exterior efficacior eſt: quia etiam ab infideli putante eſſe inutilem datus, ſanctificat, ut Dei inſtrumentum ſine fide miniſtri, ſatis n. eſt myſterii obiecti pertinere ad fidem. [a] Circuncifio uero exterior nihil per ſe ualebat ſine fide miniſtri: [b] erat enim ſignum fidei per miniſtrū proteſtatæ, ad cuius pręſentiam ſolus Deus gratiam cauſabat. 2. ueterum gratia non introducebat, ut nunc baptiſmus introducit in gloriā: [c] cum nondum paſſus eſſet Chriſtus, qui ianuā cœli aperuit. & in nullo, niſi in circunciſione dabatur ſtatim gratia ad modum operis operati. [d] imo multa ex illis immediate ordinabantur ad iuſtitiam carnis. [e] ideſt ad corporalem & legalem purificationem: & tamen rationem ſacramenti non haberent, niſi eſſent ſignum practicū gratiæ in futurum conferendæ per Chriſtum, ſup. c. 2. ſic ergo nullum ex operibus illius legis externis, nec etiam ſacrūm externum iuſtificabat hominē, ſed ex fide in Chriſtum proteſtata in circūciſione iuſtificabatur diſpoſitiue. ſup. c. 6. & 16. ſed oīa externa Chriſti ſacramenta habent uim iuſtificandi. 3. nullum legis ſacramentum impreſſit characterem animæ: ut ordo non dabat poteſtatem ad effectum ſupernaturalem, ſup. c. 13. circuncifio non in anima ſed in carnē ſignum impreſſit populo carnali. 4. Vetera erāt multo plura & difficilia ſup. c. 7. ut lex uetus dicitur Act. 15. importabile iugum, propter plurima præcepta iuris diuini indiſpenſabilia: ſed lex Chriſti, Matth. 11. habet onus leue & iugum ſuaue, cum paucis præceptis iuris diuini: & cū ſacramentis, quæ omnia gratiam conferunt.

2 Quædam ſacramentalia interdum à Patribus dicuntur late ſacramentum uel myſterium, ut ſtatim oſtendetur: puta aqua benedicta: [f] quia quamuis non dent gratiam, quia tamen eccleſia inſtituit hæc, non autoritate humana ſed diuinitus data, [g] habent uim quandam

CAP. XX.

[a] SVpra c. [a b] 17. §. 5. & 6. D. Tho. quæſt. 64. 9. [c d] ſup. ca. 15. §. 3. 6. & 9. [e] colligitur ad Heb. c. 4. 5. 9. dicti eſt. c. 6 §. 13 quare quod Auguſt. ca. ex quo de conſecr. d. 4. dicit habuiſſe uim iuſtificandi. corrigit Gregor. xiij. vim ſignificandi. [f] Sic Alex. Pap. 1. aquam benedictam uocat ſacram. inf. Q. cit. [g] Sic poteſtas excōmunicandi & abſoluendi à cenſuris & cōcedendi indulgētias de theſauro datur

tur eccleſiæ iure diuino, & quidã aiunt Chriſtum vſum fuiſſe ea poteſtate & iure diuino excõicaſſe hæreticos, & dediſſe indulgentiam plenariã Magdalenæ Luc.7. ſic poteſtas definiendi res fidei, & inſtituendi religionem approbarã, datur Pontifici iure diuino, vt Chriſtus vſus eſt ea poteſtate dum reuelauit myſteria fidei, & Apoſtolos fecit vere religioſos cũ tribus votis ſubſtantialibus. Nauar. c.23. nu.108. non probat poteſtatẽ inſtituendi tit. beneficij, & conſecrandi calices datã iure diuino, & vendere hæc eſſe ſimoniam ẽt in Papa contra ius diuinum: quãuis emens à Papa non incurrat pœnas ſimonię. [h] ſup. c.11.§.3. Bellarm.2. ſacram.cap.31. propoſ.2. [k] q̃a Mat.16. & Ioan.20. ex traditione Patrum nõ limitatur vſus clauiũ ad ſolũ forum pœnitẽ Sot.d.15.q.2.art.3. Bell.2.ſacram c.31. & 24. inf. lib.de pœnit.c.7.& cõn etiam de indulgent. extra ſacram. [l] de benedictione aquæ luſtralis. & de exorciſmo probat D.Tho. d.6. q.2 3,2. ad 4. d.16. q.2.2.4. [m] Aug. de vera & falſa pœnit. c.20. Bellarm.lib.2. de miſſa. c.4. putat ex operato veterare miſiſſe pœnas. vide illum lib.1. c.21. & lib.4. de pœnic.c.15. ad 5. [n] quod tñ quidam putant requiri cũ aqua benedicta, ut Petrus Sot. ct.de pnĩa. lect.18. ſentit Palud.d.16.q.1.ar.2. con.4. Ant.1.p.tit. 10.c.1.§.5. Abul.4. reg.c.2.q.39. Summiſt. Sylu. Ang. Tab. Arm. verb. aqua benedicta. Turrec. c. tria ſunt, de pœnit.d.1.c.aquã, de conſ.d.1. & ex antiq. D.Th. mal.q.7.ar.12. d.16.q.2.2. Gab. ibi.q.5.ar.3.dub.3. D.Tho.d.21.q.4.t. vbi Rich. ar.3.q.1. Dur.q.3. propendet Bon.ar.1.q.2. dũ agunt de cõfeſſione gñali, qua remittuntur venialia. D.Th.3.p.q.87.ar.3.ad 1. & 3. ſic n. conſecratio eccleſię excitat actũ deuotionis, vt ſtatim dicet. [o] de exorciſmo bapt. Sot.d.6.q.2.ar.3. & d.15.q.2.ar.1. & 3. & de aqua etiã benedicta Led.1.p.q.28.ar.3. Cano, lib.12.de loc.c.13.ad 9. Mant. & Recen. Vict.§.10. innuit Bon.d.21.ar.1.q.2. vt ſi q̃s aſpergatus aqua luſtrali, quãuis non aduertat aut ignoret, remittuntur ſibi venialia: vel ſi aſſuit benedictioni epali, dummodo in virtute id voluit, ut qui ſponte abijt in eccleſiã, aut comitatus eſt epũm, vt inde proficeret ſpũaliter. prior vero ſnĩa limitanda eſt, vt quãuis actus pnĩę aut dilectionis Dei eſſet inſufficiens delere venialia oĩa, ſit ſufficiens addita aqua benedicta reuerenter ſuſcepta, cui ſe ſubijcit. vnde Alex.1.c.aquam de conſ.d.3. benedicimus aquã, ut ea aſperſi ſanctificẽtur & purificẽtur. ita Cano, & refert Led. ſaltem remitti pœnas ex operato ait Maior.d.23.q.2. Cord.lib.5.qq.q.21. corol.3. licet nõ ſatis explicet. [p] D.Th.q.60.x.ad 3.q.65.5.ad 6. Alex.4.p.q.8.m.1.ar.2. Bellar.1.de ſacr.c.2. & 4.fi.lib.2.c.31.de bapt.c.25. [q] Alex.1. qui fuit 5. à Petro epiſt.1. c.aquam.de conſ. d.3. nec tñ ab illo cœpit inſtit. aquæ benedictæ q̃a meminit huius vt rei tam conſuetæ. & ritum cõſecrandi illã fuiſſe Apoſt. tpe. refert Clem.lib.8. conſt.Apoſt.c.35. vbi Turri. & lib.3. pro epi. Põt. c.6. Dion. eccleſ. hier. c.2. de bapt. Baſil. de SS.c.27. ait eſſe Apoſtolicam traditionẽ. Epiph.hær.30. Euſeb.5.hiſt.c.20. Theod.5.hiſt. c.21. Niceph.12.c.27. Cyril. hom.18. ex 30. Paſcha. alter Cyril.

catech.3. Machar. apud Palud. hiſt.c.19. ex latin. Tert.lib.de bapt. c.4. Cypr lib.1.epi.12. aliàs epiſt.7. Amb.4.de ſacr.c.5. de his qui initiãtur c.3. Aug.ho.23. ex 50. & ſer.19. de Sſctis. lib.6. in Iulia. c.8. Vuald.to.3. de ſacram.tit.24.c.68. vbi refert 12. proprietates aquæ bened. Hoſ.inſtit.c.89. Beaux.to.2. Harm.p.526. Bellar.li.4. de verb.Dei.c.3.lib.3.de cultu Sſct.c.7. lib.2.de ſacr. ca.24. col.6. D.Th. & Sot. ſupra Alex.4.p.q.8. m.1.ar.2. Cano. rel. de ſacram.1.p.ad 6.

ſpiritualem, [h] iuxta Patres, ut quãtum eſt ex ſe ſemper & infallibiliter habeant effectũ, [i] ſi expediat homini, nec apponat obicem: puta ut mundẽt à venialibus, & liberẽt ab impugnatione Dęmonum. modus autem quo ita operantur, non ſatis conſtat apud Patres: cum tamẽ certum ſit Petro Matth.16. & eccleſię Ioan.20. datam diuinitus clauium poteſtatẽ ad remittendas pœnas debitas, [k] ac ſubinde veniales culpas extra ſacramentum pœnitentiæ, & vſus communisque ſenſus eccleſię declarat ſacramentalia quædam eo fine inſtituta, ut aliquo modo ſanctificent & purificent animam, & ad fugandum Dæmonem eiusque vim reprimendam. [l] fundaturque non tãtum in oratione nomine totius eccleſiæ oblata ad impetrandũ: ſed in merito & virtute Chriſti, in quo & theſaurus indulgentiarum fundatur. ſic quædam cæremoniæ legales à Deo olim inſtitutæ remittebant venialia. [m]

3 Non requiritur ut cũ receptione aquæ benedictæ excitetur motus pœnitentiæ aut caritatis, [n] per quam expellantur venialia ad modum operis operantis: ſed ſatis eſt cum religioſo cultu vti aqua benedicta in finẽ remediumq; in quod inſtituta eſt: ſic enim continet virtualem diſplicẽtiam venialium, & eſt idonea diſpoſitio, ut ex opere operato Deus conferat remiſſionẽ illorum: [o] & pœnarum tẽporalium, quibus ablatis ceſſat culpa: nã aliàs fruſtra adhiberetur deuota ſuſceptio aquæ benedictæ, & aſperſio in viuos, & in ſepulchra defunctorũ, ſi nullũ fructũ haberet ex operato.

4 Idem operatur ſuſceptio cinerũ in Quadrageſimæ initio, [p] aqua benedicta: [q] panis benedictus, [r] qui catechumenis cũ manus impoſitione diſtribuebatur: exorciſmus illorũ, & inſufflationes, quæ fiunt ante baptiſmũ: & tamen aquæ benedictæ aſperſio non eſt ſacrum. [s] ſic dici poſſet ſignum crucis habere effectũ liberandi à Diabolo, [t] quaſi ex opere operato: nam & quidam infideles ſine vera in Chriſtũ fide hoc ſigno muniti leguntur [u] fuiſſe liberati. tactus Sanctarũ reliquiarũ aliquo modo ſanctificant eos qui deuote tangunt. [x] conſecratio templi quæ ſignificat ſanctitatem eccleſiæ ex Chriſti paſſione manentem, [y] excitat ex opere operato deuotionem orantibus in illo, [z] vt ſanctificentur: nec tamẽ eſt ſacramentũ. [a]

5 Lotio illa pedum vocatur ſacramentum quam Chriſtus Ioan.13. præmiſit ante euchariſtiam, [b] in figuram baptiſmi & exẽplum humilitatis & caritatis dicens, ſi non lauero te, non habebis partem mecũ. Sic & verba concionatoris deuote audita, [c] & ſacræ imagines viſę, excitant fidem & deuotionem moraliter, [d] tanquam ſigna quæ indicãt obiectum propoſitum. Sic & ſacramenta Chriſti dum ſolenni ritu deuote miniſtrãtur, vt & olim vetera, excitãt cum quadam vi & energia piam fidem etiam eorũ qui vident: [e] nec tamen ſacramenta ſuſcipiunt: ſed non ſunt inſtituta, ut tantum fidem excitent, & proteſtari faciant, ſed magis ut gratiam quam virtute continent, conferant ſtatim iis omnibus quãtum eſt ex parte Dei, qui digne receperint ſine obice. [f]

[r] Aug.2. de pec.merit.c.26. vocat ſacr. ſed late dictũ ſic exorciſmos & exufflationes, quæ fiunt ante bapt. vocat ſacra. Aug. in Pſal.65. & lib.4. de ſymbo.c.1. Baſil.de Spũ ſancto. c.27. Bell.2.ſacram. c.24. verſ. lotio. [s] D.Tho. q.60. 2. ad 3. q.65.5.ad 6. & id e. aquã, ni intelligũt oẽs de aqua benedicta: quãuis Led.q.1.ar. x.ad 3. ſuſpicat̃ dici de aqua baptiſmi, q̃ cõſecratur. [t] Bellar. li.2 de imaginib. ad fi. lib.2. ſacr. ca.24. c.31. col.2. q̃d Aug. in pſal.141. & li.19. cõtra Fauſt.c.14. ſignũ crucis vocat ſacram. [u] Bell. de imagin. probat ex Naz. orat.1. in Iul. Epiph. hær.30. Greg.3. dialog.c.7. fauet Aug. li.83. quæſt.q.79.& catechumenos q̃dãmodo ſanctificari ſigno crucis dicit li.2.de peccato merit. c.26. [x] Bell. ſup. de imag. ex Baſil. pſal. 115. Greg. Nyſſ. in vita S. Theodori, Chryſ. ſer. de Sanct. Iubentino, & Maximo. [y] Bellar. lib.3. de cultu Sſct.c.5.prop.3. Caniſ. Marial.lib.6. D.Tho.3.p.q.60.2. ad 3.q.83.3. ad 2. [z] D.Tho.q.83.3.ad 4. Caiet. Sot.d.13. q.2.3. ad 4. Led. Bellarm.lib.3. de cultu Sanct.c.5. prop.3. vt colligitur ex lib.3. reg.c.8. [a] D.Tho.q 60.x.ad 3. ſed falſo Sot.d.1.q.1.ar. 2.ad 3. taxat D.Tho. quaſi clarius conſecrationem tẽpli excludere deberet à ratione ſacramenti: quia hæc non efficit vllam ſanctificationẽ hominis. At recte D.Tho.q.83.3.ad 2. & 4. ait ex autoritate diuina concedit tẽplo conſecrato virtutẽ ſpiritualem, qua excitatur deuotio orantiũ in eo, vt ſanctificentur, & ſic explicandum erat cum non ſit ſacramentum. [b] ſic lotionẽ pedum Ioan.13. vocant ſacrum. Amb.3. de ſacr.c.1.& lib. de his qui myſter. init.c.6. Cyp. ſer. de abl. pedũ. Bern. ſer. in cęna. ob quod hær. contẽdunt eſſe plura ſacr. q̃ 7. Bella.li.3. de cultu ſanct. ait Chriſtianos iuxta Aug. epi.119.c.18. omiſiſſe eã cæremoniã lauandi pedes in die cęnæ dñi, ne catechumenis facta videretur ad ſacr. baptiſmi pertinere. nec tñ Aug. dãnat. ſed refert quibuſdã nõ placere. At hæc lotio non eſt ſacr. Bell.li.2.ſacr.c.24. Ianſ. in concord.c.130 late tñ dr ſacr. quia ſignũ puritatis, quã per Chriſti paſſionẽ habemus Cyr. Io.13. vel puritatis præmittendæ ante cõionẽ, nec præcepit Chrs lotionẽ corporalem, ſed humilitatẽ & caritatẽ. cuius dedit exemplum. & ob inobedientiã minatus eſt, ſi non lauero te, nõ habebis partem mecũ. Cyr. Chryſ. Toled in Io 13. Baſil.1. de ba[illegible] 2. [c] Augu. tract.80. in id Io. 13. vos mũdi eſtis propter ſermonẽ. & tñ verba ſacrorum nõ ſunt concionatoria, ſed cõſecratoria. Bellar.1. de ſacr. c.19. [d] Bell. lib.2. de imag. ad fi. [e] quod affirmant Patres citati ſupra c.11.§.1. nec id negat Triden. ſeſſ.7.can.5. ſed non tantum eſſe ad excitandam fidem. [f] Triden. ſeſſ.6. can 7.

CAPUT XXI.

Subiectum ſacramenti eſt ſolus homo viuens.

§. 1. *Mortuus non eſt capax ſacramẽti: bene tamen abſolutionis ab excommunicatione.*

2 *Et ſeq. quoſdam eſſe inhabiles ad quadam ſacramenta.*

6 *Alii ſunt prohibiti, ſed non incapaces.*

Solus homo dum in mortali vita agit propter cuius ſalutem ſacramenta ſunt à Chriſto inſtituta, eſt ſacramenti capax. [a] Non ita irrationale animal: quamuis interdũ mus deuoret materialiter euchariſtiam, [b] aut bibat aquam quæ fuit materia baptiſmi. nec angelus eſt capax ſenſibilis ſacramenti etiam euchariſtiæ. [c] nec illius peccato prodeſſe poteſt. [d] nec homo mortuus: [e] quãuis olim Marcioniſtæ heretici mortuos baptizarent, [f] alii autem hæretici nomine illorum pro mortuis baptizabantur. Alii oli defuncti Chriſtiani infundebant euchariſtiã ad modum potus, [g] putantes ſine reali communione ſaluari non poſſe, quem morem abrogauit eccleſia. [h] mortuus à peccatis abſolui non poteſt: abſoluitur tamen ab excommunicatione, [i] in qua ligatus deceſſit, ut viuis liceat cadauer ſepelire, & ut pro eius anima fundant orationes publicas miniſtri eccleſiæ.

2 Baptizatus non eſt capax ſecundi baptiſmi, quia iterari non poteſt: [k] carens vero baptiſmo eſt incapax reliquorum ſacramentorum. [l] quãuis enim catechumenis aut qui falſo reputatur baptizatus communicaret, nullum fructum operis operati recipiet. [m] Fœmina eſt incapax ſacramenti ordinis: [n] nec ex priuilegio cõceſſum eſt B. Virgini Dei matri, ut ſacerdos fieret. [o] dignéque Leo Pap. IX. epiſt. 1. cap. 23. improperat Archiepiſcopo Conſtantinopol. quod Gręci fœminam eiuſdem eccleſiæ creaſſent Pontificem. fabula vero eſt [p] quod Mart. Polonus dixit fœminam Anglicam habitam fuiſſe pro Papa Ioan. VIII. inter Leon. IIII. & Benedict. III. olim dicebatur diaconiſſa aut presbytera, propter officium quoddam, non propter ordinem. [q]

3 Hermaphroditus eſt ordinis incapax [r] niſi virili ſexu incaleſcat, & in illum magis declinet. Eunuchus & natura frigidus, uel maleficiatus, quando impedimentum facta probatione conſtat eſſe perpetuum, eſt iure naturæ omnino incapax matrimonii. [s] cuius iure naturali aut diuino ſimiliter eſt ĩcapax, qui alio m̃rimonio manet ligatus: nec enim in lege euangelica poteſt vnus habere ſimul duas vxores, [t] cũ ſit contra ius naturæ, quãuis ſecundarium. nec qui primo conſanguinitatis gradu ſunt cõiuncti: vt parens cũ propria prole, [u] aut frater cũ ſorore, [x] etiã ex altero tantum parẽte illius genita: [y] id enim Patres etiã

CAPUT XXI.

[a] Doct. non agunt de hoc in generali. & tamen dicunt ſacram. nõ eſſe niſi ſenſibile D. Tho. q. 60. ar. 1. nec niſi in remedium peccati hoĩs, cui neceſſarium eſt. q. 61. [b] D. Th. q. 80. 3. ad 3. Cõc. Arelat. habetur de conſec. d. 2. Card. in Cle. vni. de reliq. & venerat. Bern. Diaz prac. c. 36. ad fi. citat vero Patres, Claud. repet. 5. de euchar. c. 4. quare errat glo. c. quod bene. c. quod acceſſerunt. de conſ. d. 2. dicens ſi mus. i. brutũ comedat euchariſtiã ſtatim corpus Chriſti euolare in Cęlum. addit gl. c. in tribus. c. nõ iſte panis c. & ſi Iudęos. eodẽ ſtatim, vt dentibus teritur volare in cęlũ, nec deſcendere in ſtomachũ, quod ſignificat Inn. lib. 4. de ſacriſ. miſſ. c. 15. ſed vtrumque damnatur erroris à Greg. 11. Pap. apud Direct. Inquiſ. 3. p. q. 10. & 2. p. ſ. 17. dũ vero Aug. 2. de pec. mer. c. 36. negat corpus Chriſti deſcẽdere in ventrẽ explicatur à D. Th. Claud. c. 3. fin. & Turrian. tract. 1. de euchar. c. 23. 24. & vt nõ fuit indecens Chriſtum deſcendere ad inferos, non horruit virginis vterum, & retinuit cadauer in triduo: ita ſi aſſumpſiſſet naturam belluæ aut infimã non fuiſſet indecẽs. Aug. de vera relig. c. 16. Orig. 2. periarch. c. 6. Nyſſ. orat. catech c. 27. Tert. lib. de carne Chriſti. Cyr. li. 3. in Iul. DD. 3. d. 2. D. Th. q. 1. 1. Dur. q. 1. Palud. q. 1. Alm. q. 2. Capr. Caiet. Fr. Med. 3. p. q. 4. ar. 1. Marſil. q. 3. 1. Okam. q. 1. ar. 3. & 9. Carthuſ. q. 2. Rich. ar. 1. q. 4. Gab. d. 1. q. 2. ar. 2. Palac. Ekius refert Picũ retractaſſe oppoſitũ quod dixerat Apol. q. 4. cum Henr. quodl. 13. q. 5. [c] Angelus dr̃ pſal. 77. manducare panem. i. Chriſtum ſpũaliter, quia vnitur ei tanq̃ capiti in propria ſpecie. D. Th. q. 80. 2. Led. q. 21. Soto, d. 12. q. 1. 2. Ales. 4. p. q. 43. Doct. d. 9. ſolus homo ſacram. euchar. mãducat ſpiritualiter. Trid. ſeſſ. 13. c. 8. & tñ Angelus legitur miniſtraſſe euchariſtiam & aliquando baptiſmũ. q. 64. 7. inf. c. 16. [d] quia peccatũ Angeli eſt irreparabile. D. Th. 1. p. q. 63. ſed hõ habet liberum arbitriũ vertibile à malo in bonum, p auxilia gratiæ & ſacra. [e] vt ſtatim probat, de caſu autẽ quodam ſup. c. 19. §. 2. [f] ita Marcioni tribuunt in id 1. Cor. 15. Chryſ. hom. 40. Theoph. quãuis Caſtr. bapt. hær. 3. negat Marcionem id dixiſſe, ſed illius ſequaces. Amb. 1. Cor. 15. eam hæreſim ait cœpiſſe à tpe Apoſtolorum, de qua Conc. 3. Carthag. c. 6. D. Th. d. 45. q. 2. 3. 2. ad 4. ſeu add. q. 71. 9. ad 4. Bellarm. 1. de purg. c. 4. ſed lib. de bapt. c. 6. ſenſum 1. Cor. 15. ait eſſe quod viui offerant opera poĩe (quæ dicuntur baptiſmus) pro defunctis purgatorij. [g] refert Bed. quadam hom. in Matth. Iuo. 2. p. c. 40. Fauet Chryſ. ho. 24. in 1. Corin. vid. Sixt. 6. Biblioc. c. 264. Greg. 2. Dial. quod bened. iuſſit euchar. apponi ſuper ſepulturã defuncti. [h] vid. Conc. 3. Carthag. c. 6. Antiſiod. can. 12. & ſexta ſyn. can. 83. [i] Nau. c. 26. nu. 32. c. 27. nu. 270. Ant. 3. p. tit. 25. c. 75. Tab. excom. 4. princ. Arm. §. 28. Sylu. excom. 1. nu. 7. Sot. d. 22. q. 2. 2. Couar. c. alma. 1. p. §. 11. nu. 8. Perez. l. 3. tit. 4. lib. 8. ord. Rich. 4. d. 18. ar. 5. q. 4. Caſtr. de hæret. pun. lib. 2. c. 19. 20. Sixt. 6. Bibliot. c. 267. Simanc. de cath. inſtit. ca. 18. Mich. Med. de indulg. q. 7. [k] vt d. eſt. c. 3. ni infantes poſtq̃ nati ſunt, quãuis careant viu arbitrij, ſunt capaces baptiſmi. D. Th. q. 68. ar. 9. Bell. de bapt. c. 8. [l] q̃a baptiſmus dr̃ ianua ſacramentorum, Conc. Flor. [m] D. Tho. q. 80. ar. 4. ad 4. Baſil. de Spiritu ſancto. c. 27. & tñ Dion. Alex. apud Euſeb. li. 7. hiſt. c. 8. Niceph. 6. c. 6. putauit euchariſtiã profuiſſe cuidam catechumeno. Iuo. p. 15. c. 37. [n] D. Tho. add. q. 39. 1. [o] Epiph. hær. contra Antidicomarianitas. Caniſ. lib. 5. Marial. c. 16. vide Amb. in id Rom. 16. Salutare Rufum, & matrem eius. [p] Onuphr. in Plat. de Io. 8. Ant. Aug. Dial. de emẽd. Decreti. Bell. lib. 1. de Rom. Pont. c. 24. quãuis quidã id referant vulgo dictũ, ut Platin. Sigeber. Blond. Sabellic. Palmer. Ioan. Lucid. in chro. Barland. lib. 5. hiſt. anno 843. Carran. ſumm. Concil. Cœl. lib. 14. antiq. c. 1. Turreci. li. 2. ſum. eccleſ. ca. 20. [q] Caſtro, & Medices de hæreſ. verb. mulier. D. Tho. add. q. 39. 1. Sot. d. 25. q. 1. ar. 2. Vuald. ſacr. c. 28. ſacramẽt. c. 58. inf. lib. de ord. [r] Ex l. quæritur. ff. de ſtatu homin. Nau. c. 27. nu. 204. [s] dicetur li. de imped. matr. ca. 8. [t] Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 2. & cap. vni. ait phiberi lege diuina Chriſtianis hẽe plures vxores. Franc. Connanus lib. 8. cõment. iur. c. 6. ad fin. ait id caute dictum, quaſi nondum certum ſit de fide eſſe contra ius naturæ: ſed reuera eſt, Innocent. ca. gaudemus. de diuor. D. Thom. addit. quæſtio. 65. 2. Soto, d. 33. quæſt. 1. artic. 2. ſed Patribus olim licuit quia Deus in illo ſecundario iure naturę, diſpenſauit per reuelationem, vel certe per internam inſpirationem. infra de impedim. matrimon. cap. 6. [u] D. Thom. addit. quæſt. 54. ar. 3. Lipoman. in id Geneſ. 2. propter hoc relinquet homo patrem, & matrem. [x] D. Thom. ſup. & comm. 4. d. 40. Bonau. Richard. Scot. Palud. Durand. ſupplem. q. 1. art. 2. Maior. q. 3. Soto, ar. 4. & lib. 2. iuſt. q. 3. art. 1. & 8. Palud. d. 40. q. 1. art. 7. diſt. 41. q. 1. colligitur ex Innocent. 3. cap. liter. tuas. de reſtit. ſpoliat. Vualdenſ. tom. 2. ſacrament. cap. 134. Anton. dicit probabilius. Syluest. verb. Pap. §. 17. Couar. 2. p. ſponſal. cap. 6. §. 10. num. 5. per cap. gaudemus, de diuort. Ledeſm. quæſt. 56. art. 3. Catharin. lib. 5. contra Caietan. Victor. elect. de matrimonio. 2. par. Abulenſ. in Leuit. 18. ſpecul. coniug. retract. 1. par. art. 43. con. 1. & 2. p. art. 27. Bellarm. lib. 1. de matrimonio. cap. 28. colligitur Geneſ. 20. Abimelech audiens Saram eſſe ſororem, pro certo habuit non eſſe vxorem. [y] Quidam limitant licere inter fratrem, & ſororem non vterinam ex eadem matre, ſed ex eodem patre. ita Aſſirij, vt refert Lucian. lib. de ſacrific. Alexand. ab Alex. lib. 1. Genial. dierum. cap. 24. Philo. de ſpecial. leg. ait quod Solon Athenien. id lege conceſſit, ſed legiſlator Lacedęmoniorum potius cõceſſit contrahere natos ex eodem patre, ſic Abraham contraxiſſe cum Sara ſorore ex patre colligunt Geneſ. 20. Lyran. Caietan. Lipoman. Hieronym. quæſtion. in Geneſ. cap. 20. ſed lib. contra Eluid. in quæſtion. in Geneſ. cap. 11. negat fuiſſe ſororem. at ſororem dicit Chryſoſto. Geneſ. 20. Clemens Alexand. 2. Stromat. & inde probat fratres ex eodem tantum patre poſſe contrahere. idem olim Soto lib. 2. iuſt. quæſtion. 3. art. 8. ad fin. ſed reuera irritum eſt iure naturæ ex Doctor. cit. iter. X. nec Sara fuit ſoror, ſed neptis ex fratre, ex Hieronym. ſupra Auguſt. 16. ciuit. cap. 12. 16. 19. lib. 22. contra Fauſt. cap. 3. Ambroſ. lib. 9. epiſt. 66. Tertul. de cultu fœmin. Eucher. libro 2. in Geneſ. 12. ca. ſuo 24. & quæſtion. in Geneſ.

Albin.

in Perſis vſitatum, [u] & Imperatore Caio [a] damnant, quod ſit contra naturalem rationem: nec Papæ conceditur in eo gradu diſpenſare. [b] Multi alii decreto eccleſiæ irritante fiunt inhabiles, ut matrimonium contrahant: [c] aut ut ſic contrahant, nempe clandeſtine, [d] & per metum qui cadit in conſtantem virum. [e] nec eſt capax qui profeſſus eſt religionem ab eccleſia approbatam. [f]

4 Qui perpetuo caret vſu rationis, ut eſt incapax matrimonii, [g] ita ut conſecretur epiſcopus: [h] quia proprio conſenſu ex ui conſecrationis, traditur tanquam ſponſus propriæ eccleſiæ. Incapax etiam eſt ut abſoluatur, qui liberam confeſſionem facere non poteſt: & extremæ vnctionis incapax eſt puer ante vſum rationis: [i] & qui caret morbo, ſenio, aut vulnere periculoſo; quamuis patibulo eſſet ſtatim affigendus. [k]

5 Baptiſmus confertur pueris [l] vtero matris egreſſis ſaltem ſecundum partem: [m] intra vterum vero latenti nullum vnquam remedium prodeſſe poteſt. [n] vt pii viri falſo putarunt. [o] præter martyrium: [p] quod ad puerum pertingit. nec ante legem Chriſti aut nunc oratio cum oblatione parentum ſanctificat intra vterum. [q] confirmatio dari ſolet etiam infantibus baptizatis: [r] roborantur enim ut adulti facti, fidem contra hoſtes fidei externos proteſtentur. & prodeſt etiam amentibus, [ſ] ſicut prodeſſet communio euchariſtiæ his, & phreneticis.

6 Quoſdam eccleſia prohibet à quibuſdam ſacramentis, quibus tamen inhabiles non facit: ut per impedimenta quæ prohibent, ſed non irritant matrimonium. [t] Sic à præſtantiſſimo eccleſiæ ſtatu, id eſt, à ſacramento ordinis arcet præcepto irregulares, [u] & eos qui cenſura, & quibuſdam impedimentis ligati, non habentur digni. [x] ita enim expedit impedimenta poni in matrimonio, [y] & ordine: quæ duo ſacramenta in aliorum utilitatem ordinantur.

CAPVT XXII.

In ſubiecto qualis intentio, & diſpoſitio requiratur, ne indigne ſumat ſacramentum.

§.1. *Intentio ſaltem virtualis requiritur: non ſatis eſt neutra.*

2 *In baptiſmo paruulorum eccleſia, vel Chriſtus ſupplet intentionem: nec enim habent miraculoſum vſum arbitrii.*

3 *Infanti ſi detur ordo, vel euchariſtia valet cum effectu, ſicut & phrenetico.*

4 *Qualis diſpoſitio ſit digna ad fructũ ſacramenti.*

5 *In baptiſmo vel pœnitentia, ſatis eſt attritio nota.*

6 *Sed non in alias ſacramentis.*

7 *Ante communionem qualis præparatio requiratur.*

8 *De triplici gradu ſacrilegii, quando indigne ſumit.*

IN adultis ad fructuoſam ſacramenti ſuſceptionem requiruntur. 1. intentio recipiendi poſitiua; [a] nã hanc excludens adultus communicans non reciperet fructum euchariſtiæ. [b] ſi vero intentione

Albin. quæſtion. in Geneſ. Abulenſ. Vatab. in Geneſ. 20. Soto, retractam. diſt. 40. q. vni. art. 4. Ledeſm. 2. p. quæſt. 56. ar. 3. plane D. Thom. 2. 2. quæſt. 110. 3. ad ſecundum. Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 28. & ante hos Ioſeph. 1. antiquit. cap. 14. Grat. in princip. 35. quæſt. 1. [z] referunt ut rem turpem Perſarum. Tertul. apol. c. 9. Chryſoſt. hom. de Pentecoſt. ſin. Auguſt. quæſt. 61. Leuit. Theodoret. lib. de legibus. idem carpit Ariſtotel. 2. polit. Auguſt. Generaliter. 15. ciuit. cap. 16. dicit coniugium cũ ſororibus non niſi peruerſis legibus permiſſum. in ſolis vero filijs Adami ait id diſpenſante autore naturæ, licuiſſe. [a] Sueton. in Caio. [b] Doct. cit. ſed quidam falſo aiunt vrgente graui cauſa boni communis, diſpẽſandum eſſe per Papam, ex Chriſti autoritate. infra lib. 2. de matr. cap. 9. Vt non obſtante quod matrimonium ratũ cum prima, aut profeſſio reddat iure naturali & diuino inhabilem alteri, ex cauſa tamen diſpenſat Pont. vt perſona ſoluto ſtatu matrimonij aut profeſſionis fiat habilis ad contrahendum. de quo lib. 1. de matr. ca. 8. [c] Trident. de matrimon. ſeſſ. 24. can. 3. & 4. Vuald. de ſacrament. c. 134. Tapet. ar. 27. & ratio D. Thom. addit. quæſtio. 50. art. vni. quæſt. 54. art. 4. Ledeſm. q. 56. Doctor. diſtin. 40. vbi Soto, art. 3. ad 5. & diſt. 34. art. 1. [d] Trid. ſeſſ. 24. de reforma. matrim. cap. 1. vbi inhabilitat perſonas ad ſic contrahendum, & ſimul irritat contractum, ne vllus ſuperſit locus dubitationi, quomodo id agat eccleſia. [e] D. Thom. addit. quæſt. 47. infra lib. 1. de matrimon. cap. 9. [f] D. Thom. add. quæſt. 53. lib. u. de matrimo. cap. 5. Doctor. cum Magiſt. 4. diſtinct. 37. Soto, diſtinct. 38. lib. 7. iuſt. quæſt. 2. 5. Nauar. c. 22. num. 35. Simanc. de Cath. inſtitut. cap. 40. Bellarm. de matrimon. cap. 21. lib. 2. de monach. cap. 34. Tridem. ſeſſio. 24. can. 9. [g] D. Thom. addit. quæſt. 43. art. 2. & quæſt. 45. art. 4. quia contrahentes ſunt miniſtri: oportet autem miniſtros habere vſum arbitrij cum intentione. alia ſacramenta valent collata phrenetico, qui aliquando perijt: quamuis dum recipit, careat rationis vſu. [h] tenet communis Doctor. 4. diſt. 24. Richard. art. 4. quæſt. 2. Bonau. diſt. 25. art. 1. quæſt. 2. D. Thom. addit. quæſt. 39. 2. Aſtenſ. lib. 6. tit. 25. Sylueſt. ord. 4. §. 1. ad fin. Tabien. ordin. 4. poſt princ. addit. ad Ang. ord. 3. princip. ſed falſo addit. cum Bonau. quod nec capax eſt ordines ſacri. At falſo Sot. diſt. 25. quæſt. 2. 2. col. 7. Hug. cap. ſubdiaconus, Hoſtienſ. & quidam recent. quod infans recipit characterem epiſcopalem. [i] quia extrema vnctio per ſe datur contra reliquias peccati ſaltem originalis in eo tantum qui peccare poteſt, cum vſu arbitrij: tenet cõmun. [k] quia Iacob. 5. & concilia neceſſario requirunt, ut infirmetur quis. [l] D. Thom. quæſt. 68. artic. 9. Bellarm. de baptiſmo. cap. 8. [m] qui edit it caput de vulua (quod eſt principalis pars in qua conſiſtit integritas vitæ & ſenſuum, & quo egreſſo non periclitatur infans) ſi in eo baptizetur, non eſt rebaptizandus poſt plenam natiuitatem. 2. ſi in manu tantum educta baptizetur, debet plene natus rebaptizari ſub cõditione: quia dubium eſt, cum nondum natus non poſſit renaſci. D. Thom. quæſtio. 68. 11. ad 4. & diſtinct. 3. per cap. 2. de baptiſm. Sylueſt. baptiſ. 4. §. 1. Armil. §. 32. Tabien. baptiſm. 5. §. 3. & 4. cum Anto. Piſan. Aſtenſ. lib. 4. tit. 6. artic. 2. quæſt. 7. dicit communem Palud. diſtinct. 3. Soto, diſtinc. 5. art. 11. Ledeſm. quæſtio. 9. art. 11. dub. 2. ſi autẽ perfecte iam natus eſt, ſatis eſt ſcintilla etiã aquæ per aſperſionem baptizari in ſolo pede, aut manu. prædicti Docto. & Barbatia. in Clem. vni. §. ſi. de Summ. Trinit. Abb. capit. debitũ. de baptiſmo. colligitur. ex D. Thom. quæſt. 66. 7. Scot. diſtin. 4. quæſtio. 4. tandem Bart. l. 3. de poſthu. hæred. inſtit. & alij, quos refert Tiraquel. l. ſi vnquam ſuſceperit. nu. 32. Iaſ. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. dicit communiter hoc teneri. [n] D. Thom. quæſtio. 68. art. 11. Soto. Ledeſ. Alex. 4. p. quæſt. 13. Bonau. & communis. diſt. 5. cap. firmiſſime. de conſec. diſt. 4. Viguer. cap. 15. § 2. ver. 3. Nau. de orat. not. 19. nu. 64. Cartagen. de prædeſt. diſcurſu 8. omnes Recent. Catharin. lib. 5. contra Caiet. Soto. 2. de natura & gratia. c. 19. Vega. lib. 5. in Trid. cap. 16. Ferrar. 4. cõtra gent. ca. 59. Pet. Sot. tit. de baptiſmo lect. 6. Hõcal. opuſc. de hoc baptiſ. f. 75. Couar. cap. alma. 2. p. §. 2. nu. 7. dicit oppoſitum periculoſum. Armach lib. 8. c. 39. Cord. dub. lib. 2. q. 9. 5. ad fi. Aug. epiſt. 106. 157. & 1. de pec. merit. cap. 25. Trid. ſignific. ſeſſ. 5. can. 4. ſeſſ. 6. c. 4. [o] Sic putat Caiet. q. 68. ar. 2. & 11. Gerſo. ſerm. de natiu. B. Mariæ. Gab. d. 5. Tilman. de ſacram. cap. 1. p. 43. Thom. Eliſius in clypeo piorum hominum tit. 11. ar. 2. vbi laudat Caiet. in hoc fauet Amb. 2. de voc. gentium c. 8. [p] nec mirũ quod Vicarius ex priuilegio plus poſſit, quam epſ. ſic martyrium cum ſit Vicarium baptiſmi, eſt in hoc efficacius, quã baptiſmus. [q] D. Tho. d. 6. Bonau. ibi q. 1. Soto, d. 5. art. 11. Led. & omnes Recent. aliás nõ celebraretur in lege vet. ſolus Ieremias ſanctificatus intra vterum matris ex priuilegio: ſi oratio cũ oblatione parentũ olim ſanctificabat intra vterũ, ut putat Caiet. [r] D. Tho. q. 72. art. 8. Sot. Led. & vſus eccleſiæ. [ſ] videtur cõis, vt baptiſmus prodeſt infanti: quamuis Soto, d. 7 ar. 8. negat conferendam confirmationem amẽtibus. [t] D. Tho. add. q. 50. inf. lib. 2. de matrim. cap. 2. [u] D. Thom. add. q. 39. Doct d. 25. vbi Soto. [x] Conc. Trid. ſeſſ. 23. ca. 12. non omnes, ſed dignos admittendos eſſe. [y] D. Thom. add. quæſt. 50. Trident. ſeſſ. 24. can. 3. & 4.

CAPVT XXII.

Diuo Tho. [a] q. 68. 7. Sot. d. 5. Led. q. 9. ar. 7. vt de intẽtione miniſtri. d. eſt. c. 10. [b] ſignificat D. Tho. q. 80. 3. ad 3. ſi quis neſciẽs hoſtiã eſſe conſecratã ſumat, non recipit fructum huius, & clarius. d. 9. art. 2. 3. ad 3. vel ſi quis ne fame pereat comedit Euchariſtiam,

neutrali [c] cum omnimoda indifferentia ſuſcipiat baptiſmũ, aut aliud ſacramentum, ſacrilegus eſt, nec recipit verum ſacramentum. [d]

2 In paruulis vero, quamuis ſine parentum licentia ſub quorum poteſtate ſunt, non ſint baptizandi, nõ requiritur de neceſſitate ſacramẽti parentum intentio: [e] ſed ſatis eſt ea quam miniſter habet nomine Chriſti & eccleſię. nec infans dum baptizatur, mouetur ad liberum actũ fidei, ut fingunt hæretici. [f] nec enim communi lege habet cogitationem & ſenſum ſimilẽ fidei aut diſcernit bonum à malo. [g] ſed nec infantes, qui vice Chriſti ab Herode impiu interfecti ſunt, habuerunt vſum arbitrii. [h] qualem per miraculum inuſitatum habuit Ioan. Baptiſta in vtero matris exultans. [i] infantes tamen per baptiſmi ſuſceptionem numerantur inter fideles, & dicuntur credere in fide matris eccleſiæ, ut explicatum eſt cap. 17.

3 Efficax ſimiliter eſt in paruulo ordo etiam ſacerdotalis, [k] & olim euchariſtia paruulis data cõferebat vtilem effectum: [l] ſicut & dum cõfertur phrenetico, [m] qui ſine irreuerentia ſumere poteſt: ſic enim eidem, & iis qui in mortis articulo priuati ſunt rationis vſu confertur extrema vnctio: interpretatiue .n. cenſentur ſua indigẽtia petere hæc remedia, eo ipſo quod Chriſtiane, & cum pœnitentia vixerant.

4 Pręter intentionem, vt adultus digne recipiat ſacramẽtum, & cum fructu, tenetur habere præuiam diſpoſitionem liberam: tam ex parte intellectus per actũ fidei, [n] quam ex parte voluntatis, ſed abſque diſpoſitione voluntatis, imo & abſque fide recipit verum ſacramentũ baptiſmi, [o] & characterem indelebilem.

5 In ſacramento baptiſmi & pœnitentiæ cum ſit mortuorũ, digne accedit peccator cum nota attritione [p] quadam ex auxilio Dei, & circa obiectum ſupernaturale fide cognitum: quæ oritur ex turpitudine peccati vel timore inferni, [q] tanquam ex motiuo: ita ut volũtatem peccati excludat, [r] ne maneat in vlla virtuali affectione peccati. Hic enim in puncto iuſtificationis in quo ſacramentum perficitur nõ indigne recipit ſacramẽtum, [ſ] & eius effectum: cum ex Chriſti priuilegio, & eius meritis applicatis cenſeatur eo puncto contritus propter Deum, quem ex habitu caritatis re ipſa diligit ſuper omnia. [t]

6 In cæteris ſacramentis, qui haberet conſcientiam peccati mortalis tenetur conari quoad poteſt, ut cum Dei auxilio habeat veram contritionem, qua peccatum deteſtetur ſuper omne deteſtabile, propter Deum ſumme dilectum, cum firmo propoſito ſatisfaciendi offenſæ, & emendandi vitam, & confitendi ſuo tempore. Qui tamen attritus bona fide ſe contritũ reputans [u] accedit deuote, ad quodcunque ſacramentum iuſtificatur.

7 Ante euchariſtiæ ſumptionem conſcius peccati mortalis tenetur pręmittere iure diuino confeſſionẽ ſacramẽtalem, ſi adſit copia idonei Confeſſarii; [x] debetque eſſe à media nocte ieiunus: niſi vrgeat periculum mortis, [y] ſaltem violentæ: damnatus.n.ad mortem ſi ieiunus non ſit, nec detur dilatio exequẽdi ſententiam, deberet communicare, [z] vt impleat præceptum diuinũ. Qui ordines ſacros ſuſcipit, ideo ieiunus eſſe debet, quia cõmunicat: ante alia ſacramenta ieiunium nullo præcepto iniungit eccleſia. [a]

8 Sacrilegus eſt qui ſacramẽtum ſcienter ſuſcipit indigne, [b] ſed præ aliis dure punitur ob grauius ſacrilegiũ, qui ſacramentũ cuius non eſt capax, tentat re ipſa ſuſcipere, ut fœmina ordines. ſi ſacris initiatus & profeſſus de facto contrahat matrimonium quod eſt irritum, [c] ſacrilegus eſt illudens ſacro inani: præter apoſtaſiam contra ſtatũ voto ſolenni continentiæ confirmatũ. At ſi laicus metu mortis cõpulſus contraheret etiam cum iuramẽto veri conſenſus, non peccat, nec periurus eſt, [d] ſic contrahens, ut conſeruet ius propriæ vitæ, licet alter decipiatur, & verũ iurat, nempe ſe contrahere quantum eſt ex parte ſua: nec ſibi imputatur in culpã quod ille cõſenſus ex iure naturæ, aut eccleſiæ ſit inſufficiens matrimonio. qui tamen contendit clandeſtine per verba de præſenti cõtrahere abſque parochi aut teſtium præſentia, non videtur ſacrilegus: quia ex fauore iuris, ut inter impuberes, ea verba inducunt ſponſalia. [e]

9 In gradu ſecundo ſacrilegus eſt qui ſuſcipit quidem, ſed ſine intentione irritum: aut qui verum ſacramẽtum ſuſcipit cuius eſt capax, ſed ab eccleſia prohibitus impedimẽto perpetuo: ut ſi irregularis initietur ſacris. Deinde peccat qui ligatus cẽſura impediente (ut excommunicatione etiam minori, uel ſuſpenſione illa aut interdicto quæ fit à quibuſdam ſacramentis) ſuſcipit ſacramentum: [f] quamuis hic contritione eſſet iuſtificatus.

10 In gradu tertio peccat qui cũ obice ſuſcipit indigne abſque neceſſaria diſpoſitione, de qua dictũ eſt: impedit enim efficaciam ſacramenti, [g] & de ſe videtur falſificare veritatem formæ, cũ iniuria ſacramẽti, ut qui Deum adducit in teſtem mẽdacii: hic.n.ficte & cum obice recipiens, non manet corã Deo abſolutus aut ablutus à peccatis: quamuis ea forma ut dictũ eſt. c.9.fin. veritatem habeat: præſertim quãdo ex ui illius ſacramẽti poſtea remoto obice datur gratia, qua ſit uere abſolutus, aut ablutus ab illis peccatis.

quæ cibat, non ut factum. [c] [d] D.Tho. [d] Soto Ledeſm. Recent. contra Caiet. [e] quæſtio.68.7 [e] D. Thom.q.68. art.10. [f] Soto Ledeſm. [f] Luther. in ſuo Concil. Vuitembergen. refert Cochleus lib.3. Miſcel.tract.8. ca.2. ſed dãnatur in Trident. de baptiſ. can. 13. & ſeſſ.23.cap.4. ſed Caluin. ait infantes habere actus ſimiles fidei, & dilectioni in quo errat. [g] Deuteron.1. Ionæ. vlt. Auguſt. epiſto.23. & 57. ad Dardan.tract.80. in Ioan.lib.4. de bapt. cap.24. lib.1. peccato merit.c.20. quod de Auguſt. fatetur etiam Luther. D. Thom. quæſt.68.9. & 1.2.quæſtio.113. 3. ad 1. Bellarmin. de baptiſm. cap.11. propoſ.5. Soto.diſt. 5. art.9.colum.pen. lib.2. de natur. & grat.cap.10. Roffen. & Taper.ar.1.Vega [h] lib.7. cap.39. [h] nec Chryſoſt.in Matth. 2. ſentit habuiſſe vſum arbitrij.ſed perinde ſe oſtẽtaſſe clamoribus ac ſi haberent vſum arbitrij. & id reprobat D. Thom.2.2 quęſtio. [i] 124.1. ad 1. [i] Ambroſ. in Luc.1. Caietan.3. p.quęſt.27. art.3. & multos citat Caniſ.lib.de ſæculo Baptiſtæ con- [k] centur. [k] D.Tho. addit.quæſtio.39 2. cit.cap.25. H. cont. Bonauent. diſt.25. [l] art.2.quęſt.2. [l] colligit ex Patres pręſertim græcis: quos ex probabili cauſa communicaſſe infantes, ait Trident.ſeſſ. 21. c.4. infra lib. de [m] euchariſt. ca.42. [m] Conc.Carthagin.4. [n] cap.76. [n] D.Tho. quęſtio.68.8. Soto, diſtinct.5. Ledeſm. [o] quæſt.9. [o] D.Tho. & alij ſupra. DD. diſtinc.4. Auguſt.3. de bapt. ca.14. Bellarm. 2. ſacrament. [p] cap.1. 6. [p] Triden. ſeſſ.14. ca.4. ſeſſ.6. cap.5.& 6. Arauſic. 2. cap.25. Fr. Med. 1.2.quęſt.109.ar.6. [q] 6. [q] Sic eſt dolor in ratione ſuperiori per cauſas æternas de offenſa Dei, ut eſt inflictor pœnæ damni, qua homo priuatur ſupernaturali beatitudine irreparabiliter in Inferno, turpitudo peccati conſiſtit in eo, quod Deus priuat ſi pulchritudine gratiæ, quaſi inuiſum odio habet: & id eſt ſummum dedecus, nõ reputari, & quaſi ignotum eſſe Deo. Matt.25.neſcio vos ſcilicet, ſcientia ap- [r] probationis. [r] Trid. [ſ] ſeſſ.14.ca.4. [ſ] ſic loquitur D.Thom. 1. 2.quæſtio.vltim. 5. [t] ad ſecundum. [t] ob hanc rationem Palud.putat mutari obiectum actus, dum attritus per ſacramentum iuſtificatur. ſed non eſt ita in actu, quamuis hic diligat habitu Deum ſuper om- [u] nia. [u] eſt communis Scholaſt.Caiet.ver. contritio. Nauar. c. 22. num.3. quia hic accedit diſpoſitus, & abſque obice: innuit Trid. ſeſſ.7. de [x] ſacram.can.7. [x] Trident.ſeſſ.13. cap.9. can.vlt. colligit ex 1.Corint.11.probet [y] ſeipſum homo. [y] D. Thom. q.80. 8. inf. [z] de euchariſt.c.49. [z] docti Recent. & in praxi Guerr. Archi [a] epiſc.Gran. [a] & tamen olim ad confirmationem conſu lebantur venire ieiuni. infra lib. de [b] confirmatio. [b] D. Thom.2.2.quęſtio. 99.3. & 3. p. quæſt. 68. art.4. Soto, diſtinctio.5. Ledeſm. [c] quæſt.9. [c] D.Tho. addit. quæſtio. 53. art.3. Trident. ſeſſ. [d] 24. cano.9. [d] Sot. diſtinctio.29. quæſtio.1.ar.3.Richard. & quidam Doctor. [e] [e] vt capit. vni. de deſponſat.impuber. in 6. ita ex declarat. Congreg. Cardina. matrimonium clandeſtinum habet obligationem ſpon- [f] ſalium. [f] quia cenſura talis ſub peccato mortalis priuat paſſiua receptione ſacrament. cap. nuper, de ſentent. excommunicat. com- [g] munis DD. [g] D. Thom. quæſtio.68. 4. infra capit.23. & ſequent.

CAP.

CAPVT XXIII.

De peccato adminiſtrantis indigne, dum iacet in peccato aut cenſura.

§. 1. *De eo qui inducit peccatorem, vt ſibi miniſtret.*
2 *Parochus occulte excommunicatus non peccat miniſtrans omnibus petentibus.*
3 *Nec denunciatus ſi in articulo mortis miniſtret, quando regularis miniſtrans incurrat excommunic.*
4 *Peccat qui non recipit quadã ſacram. vel qui non ſeruato debito ordine.*

PEccat mortaliter, ſed leuius qui indigne miniſtrat, [a] quã qui indigne recipit: quia non impedit efficaciam ſacramenti, nec tamdiu & prope tractat, quàm qui indigne ſuſcipit. Sed grauius peccat qui ſine neceſſitate vrgente tanquam moralis cauſa inducit peccatorem miniſtrũ, [b] qui non paratus eſt, nec proprius paſtor: aut ſi excommunicatum, quem nouit indigne miniſtraturum: hic enim eſt cauſa ſacrilegii alieni, & ipſe indigne ſuſcipit ſacramentum: grauius etiam peccat inducens eum, quẽ reputat non daturum verum ſacramentũ. [c]

2 At inducens excõmunicatum nõ peccat, vt dicetur cap. 29. & 30. 1. quia non peccat poſt Conc. Conſtanſ. excõmunicatus parochus petentibus miniſtrando, qui non eſt nominatim denunciatus ſed toleratus, nec eſt in mora petendi abſolutionem, & contritus abſque ſcandalo miniſtrat. [d] fruſtra enim Conc. Conſtant. indulſiſſet nobis participare cum certis excommunicatis etiam in ſacramentis: niſi excommunicato dum iure compellitur, miniſtrare liceret. 2. non peccat ſacerdos peccator aut excommunicatus qui in mortis periculo miniſtrat ſacramentum baptiſmi abſque ſolennitate: [e] quod ſine officio facere poſſet etiam laicus.

3 Denunciatus poſſet ſacrum pœnitentię cõtritus miniſtrare in mortis articulo [f] quando nõ adeſt alius idoneus, ac ſubinde tũc licet iſtum inducere vt miniſtret: imo etiã hęreticum, à quo periculum ſubuerſionis non timeretur. Sed communionem quæ tantę neceſſitatis non eſt, non decet recipere ab hæretico: [g] nec ordines ab epiſcopo non ſuo, [h] quia non eſt ſacrum neceſſarium huic: nec epõ alieno licet cõferre, ſine proprii epi licentia, & literis quas reuerendas vocant: aliter recipiens fit ſuſpenſus. & generaliter ab illis qui ius ſeu iuriſdictionem nõ habent, non licet ſacra etiam valida ſuſcipere. [i] quod ſi regularis ſine priuilegio miniſtret ſacrum vnctionis aut eucharistiæ clericis ſæcularibus aut laicis, uel benedicat nuptias, fit excõicatus. [k]

4 Item peccat qui omittit quædã ſacra recipere cum præcepto vrgetur, ut dictũ eſt: cap. 4. In articulo vero mortis qui aliud ſacrum habere non poteſt, quò de attrito fiat cõtritus, ne omittat vnctionem: quãuis ad hãc nullo præcepto teneatur. ut ob eam cauſam nõ tenetur tunc recipere ordinem aut matrimoniũ. 2. quædam ſacramẽta ſunt ante alia recipienda ex pcepto: ut confeſſio mortaliũ ante cõionem, [l] ordo inferior ante ordinẽ ſuperiorem, & nõ per ſaltũ: [m] confirmatio ante ordines, [n] ſed non de pcepto, Cum verò confeſſio per accidẽs obligat (vt ratione cõionis dignæ vel ob tentationem vrgentẽ contra caritatẽ ſui, ne homo ſpiritualiter pereat) nõ eſt aliud ſpeciale peccatum omittere illam; ſed vnũ contra reuerentiã eucharistiæ, [o] aut caritatem ſui: Qui enim tenetur ad finẽ eadem obligatione tenetur ad pręparationẽ fini neceſſariam: ſic pręceptum confeſſionis ex conſequenti obligat præmittere diligens examen conſcientiæ, & quęrere Confeſſarium, & oratio obligat ad attentionem. [p]

CAPVT XXIIII.

De fictionis gradibus in receptione ſacramenti.

§. 1. *Fictionis. 3. gradus.*
2 *Interdum ſola attritio tollit fictionẽ, vt reuiuiſcat ſacramentum.*
3 *Sed communiter requiritur contritio.*
4 *Et ſequentib. quomodo ſupplẽdus defectus, qui contigit in ordine, aut matrimonio.*

FIctionis qua indigne quis tentat recipere ſacramẽtum eſt triplex gradus. [a] 1. ſi deſit intentio veri miniſtri, de qua dictũ eſt c. 10. aut recipientis adulti, [b] non fit ſacrum. niſi ab eccleſia, quæ de occultis non iudicat, pręſumptum pro foro exteriori; quę ſic fictum coercere debet pceptis ac pœnis, perinde ac vere baptizatum: vt lib. de bapt. dicetur. 2. quãdo vult quidem recipere ſacramentum, vt bapt. ſicut dr Chriſtus inſtituiſſe, ſed ab Infideli perſuaſus credit eſſe inutilẽ cęremoniam, hic recipit verum ſacramentum: quia fides recipientis, [c] vt & miniſtri nõ eſt de neceſſitate ſacramenti. ut ſi falſò putans ſubeſſe impedimẽtum irritans, velit quantum eſt ex ſe cõtrahere, matrimonium valet. [d] 3. ſi ex ignorãtia careat diſpoſitione illa pœnitentię ſupernaturalis ſine qua Chriſtus noluit per ſacramentum conferri gratiã peccatori, [e] non recipiet gratiã ſacramẽti, donec obex fictionis materialis [f] per ſuperuenientem pœnitẽtiam remoueatur.

2 Si quis bona fide ob ignorantiam recepit informẽ baptiſmum, vel abſolutionem, aut aliud ſacramẽtum, nec poſtea adiecat nouum

CAP. XXIII.

a INfra cap. 28. [a] D. Thom. quæſt. 64. artic. 6. ad 3. art. 9. ad primum. Victor. §. 90. Ledeſm. quęſtio. 5. Nauar. c. 22. num. 3. Couar. cap. alma. 1. par. §. 6. Doctor. cum Magiſt. diſtinctio. 5. Scot. Richard. Bonau. Durand. Palud. Gabr. Adrian. Sylueſt. cleric. §. 2. fin. Caietan. opuſc. de vſu ſpiritual. quæſt. 14. Anton. 3. part. titu. 14. capit. 13. §. 4. Soto, diſtinct. 1. quæſt. 5. artic. 5. diſtinctio. 7. quæſt. 1. art. 7. & 8. & in prælect. dixit oppoſitum eſſe temerarium. colligitur ex Auguſt. 2. cõtra Parmenſ. capit. 25. & ſequent. & ex Patribus probat Bellarmin. 1. ſacrament. cap. 26. Cordub. lib. 1. quæſt. 2. Cano, relect. de pęnitentia. par. 4.

b [b] D. Thom. quæſtio. 64. 6. & de communione, quæſtio. 82. artic. 9. vt dicetur libro de euchariſtia, capit. 54. Sebaſtian. quæſtio. 64. §. 27. & refert §. 28. Donatiſtas dicere quod manifeſtus peccator non confert verum ſacramentum. Huſſitas vero quòd nec occultus: Vuicleph quod præciſus non confert ſacramentum. Bellarm. lib. 1. ſacrament. capit. 24. & ſequent. capit. 26. colum. 5. Soto Ledeſ. Conc. Trident. ſeſſ. 7. de ſacramẽt. can. 12. de bapt. can. 4.

c [c] Vt qui inducit hæreticum, de intentione ſuſpectum, an vere baptizet vel abſoluat. D. Thom. quæſt. 64. 9. q. 82. 7.

d [d] Soto, d. 1. quæſt. 5. art. 6. ad 3. cõmunis recent. & tãdem Syluest.

e [e] D. Thom. q. 64. 6. ad 3. quæſt. 82. 7. ad 2.

f [f] Colligitur ex Tridene. ſeſſ. 14. c. 7. Nauar. c. 26. nu. 26.

g [g] D. Thom. q. 82. 7. de quo laudatur B. Hermenigildus.

h [h] Conc. Trid. ſeſſ. 23. reform. c. 3. 10. & addit. c. 8 fieri ſuſpẽſum.

i [i] Nauar. c. 22. num. 7. ſi. per ca. interdicimus. 16. q. 1. c. 25. nume. 96. Palud. diſtio. 5. q. 3. art. 1.

k [k] Nauar. ſup. refert ſe ad cap. 27. num. 101. per cle. 1. de priuil.

l [l] Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. & can. vlt.

m [m] Trid. ſeſſ. 23. reform. c. 14.

n [n] Trident. ſeſſ. 23. ca. 4.

o [o] Soto cit. inf. cap. 29. lit. L. recent. contra Canum. relect. de pœnitentia. p. 4. & Petr. Sot. tit. de pœnitentia. lect. 13.

p [p] Pedolentes de celebr. miſſ. Caiet. cum D. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 13. Nauar. cap. 25. num. 105.

CAP. XXIIII.

a DIuus Tho. [a] q. 69. 9. Ledeſm. q. 16. artic. 9. Soto, diſt. 6. q. 1. ar. 7.

b [b] D. Thom. Soto d. 5. ar. 7. & 10. colom. 20. Ledeſm. ſup. Innoc. cap. Maiores. de baptiſmo. Scot. diſt. 4. quæſtio. 2. & 4. l. 5. tit. 4. P. 1. Ledeſm. q. 9. art. 7. Syluest. bapt. 4. §. 14. Franciſcus in c. 1. de cogna. ſpirituali in 6. col. 2. dicetur infra lib. de bãpt. c. 24.

c [c] D. Tho. q. 68. 8. Ledeſm. q. 9. cum Greg. lib. 9. epiſt. 61. cap. ab antiqua. conſec. diſt. 4. Auguſt. 1. de bapt. contra Donat. cap. 8. 12. & ſeq. lib. 4. cap. 1. Sot. diſt. 5. q. vni. Doct. cum Magiſt. diſt. 4. alij. d. 6. ſic q. 64. 9. & art. 5. non requiritur fides ex parte miniſtri.

d [d] Couar. n. p. Spõſal. ca. 3. §. 7. nu. 2. cum Sot. d. 27. quæſt. 1. 3. diſt. 29. q. 2. 1. diſt. 35. art. 2.

e [e] quia ex Trident. ſeſſ. 14. c. 4. non quælibet attritio ſatis eſt cum ſacramento, ſup. c. 23. §. 5. D. Thom. q. 69. 9. ad 3. quæſtio. 68. 4. quæſt. 79. 3. ad 2. Nauar. ca. 1. nu. 39. Cano, relect. de pœnitentia.

f [f] duplex eſt fictio. 1. materialiter dicitur peccatum ante ſuſceptionẽ ſacramenti: quã quia ignorat, aut quia eius non habet dignam attritionem, nõ recepit grãtiã. de qua D. Tho. quęſtio. 69. 9. ad 3. loquitur. 2. formaliter,

liter, quando cum peccato ſacrilegij recipit indigne ſacramētum: & hoc dicitur peccatum fictionis: de quo Auguſt. 1. de baptiſmo. cap. 12. vbi caute eſt legendus, dum refert errorem quorundam, quod fictus in puncto baptiſmi recipit quidem ablutionem peccatorum propter vim ſacramenti: & tamen ſtatim ob fictionem redire omnia peccata. nec Auguſt. impugnat hoc: ſed reuera id non ſenſit. de hac fictione Hieronym. in Pſal. 80. probaui te apud aquas contradictionis.
g [g] ſentit D. Thom. quæſt. 69. 9. Palud. diſtinc. 4. q. 5. Soto, diſtinct. 6. quæſt. 1. art. 6. Ledeſm. q. 10. ar. 9. Victor. Peña. Mant. & Recent. Bart. Ledeſm. de ſacrament. difficultate 23. colligitur ex ca. tunc. de confeſ. diſtinct. 4. vbi falſo gloſſ. ait peccata ante baptiſmum facta remitti per accidēs per ſacramētum pœnitentiæ ſaltem in voto. a qua nō multum differt Soto. ſolus vero Scot. diſtinct. 4. quæſt. 5. negat tolli vnquam obicem niſi per contritionem.
h [h] alias ſacramentum pœnitentiæ non eſſet verum ſi ſcienter apponatur obex peccati.
i [i] Significat D. Thom. quæſtio. 69. artic. 10. ibi Peña & Recent. & colligitur ex Auguſt. infra. cit. capit. 25. §. 4. licet oppoſitum gloſſ. cap. tunc valere. Soto, art. 8. & videtur Scot. tunc Deus agit per duo inſtrumenta ſpecie diuerſa, & confert propriam effectum vtriuſque. prius intelligitur remotio prohibentis (quæ fieri poteſt per attritionem, qua ſola non cōfertur gratia, ut dictum eſt) & ſtatim baptiſmus prius ratione confert effectum regenerationis, quam operetur ſacramen. pœnitentiæ. vel 2. ſimul natura operatur vtrumque ſacramentum, & mutuo ſibi remouent obicem.
k [k] infra lib. de confirmat. cap. 1. Bellarmin. de confirmatio. cap. 8. imo Nauar. conſil. tit. de ſacra vnct. falſo negat balſamum vllum pertinere ad neceſſitatem cōfirma-

l tionis. [l] Plane colligitur ex Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. [m] So-
m to, diſt. 27. q. 1. art. 3. & ſe refert in diſt. 29. quæſt. 2. art. 1. Nauar.
n cap. 22. num. 47. facie nu. 51. fin. [n] Caiet. verb. ſcrupul. Fr. Med.
o 1. 2. quæſtio. 19. 6. Nauar. cap. 27. ad fin. de reg. Confeſſar. [o] de quo interpretandus eſt D. Thom. quæſt. 64. 8. ad 2.

obicem peccati mortalis, ſatis videtur ad tollendum primum obicem
g ſubſecuta attritio, [g] quæ cum ſacramento ſufficeret ad gratiam, ſine ordine ad aliud futurum ſacramentum: ſuppletur enim ea pars aut diſpoſitio quæ deerat præterito ſacramento, & quaſi retrotrahitur: vt enim ſatis eſt dolorem qui ſit digna diſpoſitio præcedere abſolutionem, ita interdum ſatis eſt, ut melior ſufficienſque dolor, ſubſequatur tanquam pars præcedentis ſacramenti. Qui enim ſic receperat ſacramentum verum, nullam admiſit culpam mortalem, quæ auferenda ſit per aliud ſacramentum.

3 At ſi obex fuit peccatum mor-
h tale ob ignorantiam vincibilem, [h] aut ſi poſt eam abſolutionem addat peccata mortalia, oportet obicē tolli aut per nouum ſacramentum pœnitentiæ in re cum attritione: & ratione vtriuſque ſacramenti & inſtrumenti Deus cōfert duplicatum
i effectum gratiæ: [i] aut per contritionem ſuperuenientem, & hæc reſpicit & ſacramentum futurum in voto, ob quod hæc addita peccata remittūtur, & abſolutionem præteritam qua remittūtur peccata prius confeſſa. Nec inconuenit, ut vna contritio ſit pars duorum ſacramētorum pœnitentiæ: ut in mortis articulo cum deeſt copia ſacramenti, contritio includit in voto ſacramētum pœnitentiæ & euchariſtiæ.

4 Si cui qui ſacramentum recipit, morali certitudine conſtet defuiſſe aliquid in ſubſtantia ſacramenti neceſſarium, (vt de materia, forma, recta intentione: aut quia miniſter non erat vere ſacerdos, aut quia per ſaltum ordinatus eſt) curet opportune ſuppleri & iterari id quod defuit. Præſertim in baptiſmo, qui eſt fundamentum ſacramentorum, ſine quo non proderunt alia ſacramenta: aut in ſacerdotio, quia licet reputetur ſacerdos, non cōficit aut abſoluit ſi vere ſacerdos non eſt. De confirmatione vero ſi defuit ve-
k rum balſamum oleo, [k] non oportet tam anxium eſſe.

5 Si data ſacerdoti poteſtate conſecrandi & offerēdi ſacrificium, defecit epiſcopus ordinans, neceſſe eſt, ut alter epiſcopus ſupplendo cōferat nouam poteſtatem abſoluen-
l di. [l] Si in 2. aut in 3. vnctione defecit infirmus, ſiſtendum eſt. & tamen ſi poſtea viuus appareat, proſequatur vlteriores vnctiones. Sacramentum pœnitentiæ Confeſſarius, quem decet eſſe ſuauem, ne cōpellat iterare, niſi probabilius ſit priorem cōfeſſionē fuiſſe inualidā.

6 In matrimonio publico & præſumpto, ſi defuit occultus conſenſus, aut ſi ob occultum impedimentum perſonæ inuicem nō erant habiles: ſatis eſt suppleri conſenſum expreſſum intra breue tempus qui defuerat, aut ſublato per diſpenſationem impedimento, & cognito ab vtroque ſaltem in generali, renouare inter ſe expreſſos vtriuſque cō-
m ſenſus: [m] nec oportet iterum vocari parochum & teſtes.

7 Si quis vero in prædictis ſcrupulum ſentit, debet iuxta prudentis arbitrium pro rerum circunſtantiis abiicere ſcrupulum: nec ſit ex conſciētia erronea perplexus, ſed illam intrepidus deponat iuxta regulas à
n Doctoribus datas. [n] nec enim de alienę voluntatis intentione homo omnino certus eſſe poteſt, niſi quā-
o tum ſatis eſt, ut tutus viuat: [o] & pro ſe præſumat; quia melior eſt conditio poſſidentis.

CAPVT XXV.

Sacramentū obice ſublato cauſat gratiam, ut inſtrumētum phyſicum.

§. 1. 2. 4. *Vt ſacramētum quod relinquit effectum, quaſi ſemen vicariū, puta characterē.* §. 5. *ſed* §. 8. *nō oportet relinqui effectū à ſacramento.*
3 *Res quæ omnino præteriit, vel quæ futura eſt, nō cauſat phyſica actione.*
6 *Sacramentū informe pœnitentia quomodo reuiuiſcit.*
7 *De matrimonio, vnctione & euchariſtia.*

DVm quis verum ſacramentum baptiſmi vel pœnitentiæ recepit, ſed informe propter fictionem, remoto per ſubſequentem verę pœnitentiæ actū obice, recipit remiſ-
a ſionem peccati originalis [a] vel mortalis cum infuſa gratia, virtute ſacramenti prius recepti: & recuperat ſacramentalem gratiam ſpecialis auxilii. operaturque nūc Chriſtus per ſacramentum non tantum, ut per
b inſtrumentum morale, [b] ſed phy-
c ſicum: [c] quia tunc in præſenti manet virtus aliqua ſacramenti. Idem de reliquis ſacramentis vero ſimilius videtur, vt interdum remoto obice proprios effectus cauſent, tanquam phyſicum inſtrumētum. Sed difficile eſt explicare quomodo cū ſacramentum omnino præterierit, & non ſit, poſſit efficere.

2 Quidam negāt requiri ad eam efficientiam, ut ſacramentū præteritum relinquat aliquid vice ſui tāquam vicariū ſemē: nam & paſſio Chriſti quę præteriit videtur nunc
d cauſare effectiue gratiā. [d] traditus

CAP. XXV.

a COmmunis [a] ſolus Gabr. d. 4. ait per baptiſmum informem remitti adulto peccatū originale ſine actuali, ſed falſo: Nam originale remitti non poteſt ſine infuſione gratiæ, quam fi-
b ctus non recipit. [b] Quod tantum putat Cano relect. de pœnitentia. par. 4. Vega lib. 7. cap. 18. Mant. Peña. & hi Recent. limitāt Cōcil. Florent. & Trid. ſeſſio. 7. can. 7. tunc ſacramentum nouæ legis cauſare phyſice gratiam, quando præſens eſt & recipitur abſque obice. Sic creatura poſſet aſſumi, vt moralis cauſa creatio-
c nis. [c] Colligitur ex Conc. Trident. ſeſſ. 6. ca. 7. baptiſm. eſt cauſa inſtrumentalis. & ſeſſio. 7. ac Patres generaliter dicunt ſacramenta nouæ legis conferre gratiam, tāquam inſtrumentum Dei, quæ veritas multum enervatur, ſi hæc virtus ſaluetur ratione cauſæ mo-
d ralis. [d] ſignificat Ambroſ. Pſalm 36. explicans id Ioan. 1. quod factum eſt, in ipſo vita erat. Alex. 3. part. quæſtio. 20. m. 3. artic. 1; & 6. quæſtio. 23. m. 7. artic. 2. & quidam putant id colligi ex D. Thom. vt Capr. quia ſacramenta habent vim à paſſione Chriſti. quæſt. 62. 5. paſſio autem Chriſti quāuis præteriit, cauſat gratiam, non tantum meritorie, ſed effectiue. quæſt. 48. 6. ad ſecundum. imo quædam myſteria Chriſti cauſant non meritorie, ſed ut cauſa exemplaris, & effectiua: ut de morte Chriſti ait quæſtio. 50. 6. quæſtio. 51. 1. ad ſecundum, & de deſcenſu ad inferos. quæſtio. 52. 1. & de reſurrectione

enim eſt propter delicta noſtra Roma. 4. & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. vt enim Chriſtus è cœlo per humanitatē actiue iuſtificat homines diſtantes in terra, ſub cap. 18. nec impeditur humanitas ex diſtantia loci, quæ homines habet ſuis oculis præſentes: quia eſt inſtrumentum perſonę vbique exiſtentis: ita videtur quibuſdam non impediri ex diſtantia temporis, quin humanitas ratione paſſionis & reſurrectionis ſuæ præteritæ iuſtificet: qui humanus Chriſti intellectus in viſione beata & æternitate participata habet præterita & futura tanquam ſibi præſentia. Atque ita aiunt ſacramentum quod immediate præceſſit & nunc non eſt, [e] aut quod multo ante præfuit, cauſare nunc gratiam, vt eſt Dei inſtrumentum.

3 Cæterum quia ea res non habetur apud ſacras ſcripturas & Patres, & difficile eſt illam intelligere, cum ſit contra omnes Phil. non cogimur credere rem quæ iamdiu præterijt & nunc omnino nihil eſt actu aut virtute relicta, agere realiter aut pati nec D. Thom. aſſerit ipſam paſſionem quæ præterijt aut reſurrectionem efficere nūc gratiam: ſed quod Chriſtus per humanitatem ſub ea conditione exemplaris cauſæ, quia paſſus eſt & reſurrexit, cauſat gratiam. [f] incredibilius vero eſt quod humanitas Chriſti dum à Patribus futura ſperabatur, contulerit eis gratiam, tanquam inſtrumentum phyſicum, vt quidam innuunt. [g] Nec iuuat quod res quæ inſtrumentum dicitur, ſit oculo Dei aut Chriſti in æternitate præſens obiectiue, reſpectu cognitionis intuitiuę: hęc enim pręſentia ſi comparetur ad noſtrum tempus, in quo ea res omnino non eſt, non vt tribuit nunc eſſe ipſi creaturæ, ita nec virtutem qua poſſit nunc phyſicè operari, vt inſtrumentum iuſtificationis: niſi in præſenti adſit res alia deciſa quę agat in virtute ipſius, vt ſemen à generante factum agit in virtute demortui generantis.

4 Quidam in omni ſacramento pie inueſtigāt, quis effectus tanquā ſemen vicarium relictus ſit, vt remoto per pœnitentiam obice, ſacramentum dicatur vt inſtrumentum phyſicè efficere gratiā, vt character aut ornatus habitualis [h] (quem quidam fieri aiunt ab alijs ſacramentis quamdiu manet incorruptus in homine.) 1. in baptiſmo, confirmatione, & ordine relinquitur character in intellectu, qui aliquo modo eſt diſpoſitio gratiæ, & videtur poteſtas actiua incompleta, quæ ſi iuuetur actu pœnitentiæ ſignificet, & ſignificando cauſet gratiam, [i] vt cap. 13. dictum eſt. Character enim eſt res & ſacramentum ſimul, & in virtute baptiſmi ſignificat gratiam. Sic character ſacerdotis eſt uirtus incōpleta, & chriſma conſecratum quo ſacerdos ex commiſſione Papæ confirmat, habet uim quandam incompletam: completur uero & iuuatur forma verborum ut ſit ſignum & inſtrumentum Dei. Nam abſolutionis uerba non ſunt forma ſacramenti pœnitentiæ ſi proferantur ſecundum ſubſtantiam à laico aut diacono: ſed ut coniuncta characteri ſacerdotis, à quo proferuntur cum intentione, & poteſtate ſupernaturali. Contritio uero ſola cum non ſit pars baptiſmi non uidetur agere actiue, ſed diſpoſitiue ad gratiam, dum adeſt cum baptiſmo, aut dum ſupplet uicem illius. vt tamen eſt pars in ſacrament. pœnitentiæ agit actiue, ut ſtatim dicetur.

5 In baptiſmo certum eſt remoto obice remitti peccatum originale, [k] nec enim poteſt iterare baptiſmum aut habere nouum baptiſmum in voto qui ſemel baptizatus eſt. Nec gratia regeneratiua aut remiſſio peccati originalis fit directe, niſi per ſolum baptiſmum: ergo baptiſmus ille agit per characterem adiutum dolore remouente obicem, vt cap. 13. dictum eſt in confirmatione & ordine: quamuis character remoto obice non cauſaret effectum gratię, vt quidam opinantur: [l] non deeſſet homini ulla gratia ad ſalutem neceſſaria. [m] Probabilius tamen eſt hæc ſacramenta ſortiri effectum phyſice [n] remoto obice, ad eum modum quo de baptiſmo dictum eſt.

6 Sacramentum pœnitentiæ uerum ſed informe, cui defuit gradus legitimi doloris aut propoſiti, reuiuiſcit ſubſecuta contritione, [o] quę cum in hoc tantum ſit pars ſacramenti prius recepti, agere poteſt in virtute pręcedētium partium. [p] nec enim ea peccata repetenda ſunt, & tamen per ſe & directe remittūtur, uirtute pręcedentis abſolutionis, & non per aliud ſacramentum cui nō ſubijciuntur directe. ea vero ſecuta contritio licet ſecundum entitatem ſuam non uideatur effectus præteriti ſacramenti, quatenus tamen ex coniunctione ad pręteritam abſolutionem eleuatur in dignitate & ualore morali, fit res & ſacramentum ſimul, vt cap. 12. dictum eſt. atque ita cenſetur moralis effectus & uirtus relicta à ſacramēto pręterito cuius eſt pars. nec tollit rationem partis integralis quod contritio ſequatur poſt formam, nam & impletio

---

ction e Chriſti. Caiet. cum Diuo Thom. quæſtio. 56. 1. quæſt. 57. articu. 6. Capr. 4. diſtinc. 13. ad argum. cont. 1. conc. & in 3. diſtin. 14. quæſt. 1. Soto. diſtin. 1. quæſt. 2. articu. 3. & quæſt. 3. articu. 5. & ad fi. totius 4. ſenten. in retract. & addit Soto, ſaltem humanitas Chriſti poſtquam creata fuit, vt meruit actu omnem gratiā etiam præcedentium iuſtorum, ita nunc illorum gratia pendet effectiue ab humanitate Chriſti, vt quæ nouo titulo illam cauſat aut certe cōſeruat. vid. ſimile libro de euchar. capitu. 22. §. 6. [e] Sot. diſtinct. 9. vt cita. ſupra capit. 19. [f] Caieta. cum Diuo Thom. quæſtio 48. 6. ad 2. quæſtio. 56. 1. ad tertiū. Alexand. 3. parte quæſt. 14. m. 2. Bona. 3. diſtin 19. articu. 1. quæſt. 1. Vega lib. 7. capitu. 15. 18. & nunc eſt præſens humanitasque paſſa fuit, per quā fit gratia. quare D. Thom. quæſt. 62. 5. & 6. expreſſe negat humanitatem aut paſſionē Chriſti antequam eſſet, potuiſſe agere per vetera ſacram. ubi omnes Thomiſtæ recent. Xuar. quæſtio. 13. dub. 3 1. §. 7. Caieta. quæſtio. 59. 1. ad 3. & tamē de actione aut paſſione Chriſti uidetur probabile oppoſitum, quod aiunt Soto Alexan. Capr. quia reliquit aliquid tanquam vicarium ſui, quod vt inſtrumentū cauſat nunc. puta ex paſſione mauēt vulnerum cicatrices, quib. Patri præſentatis, Chriſtus aduocatus interpellat pro nobis, vt dicitur Rom. 8. Heb. 9. [g] Hugo quem ſeq. Alexan. 4. par. quæſt. 1. m. 7. ad 2. quæſt. 6. m. 3. & 4. Capreo. 4. diſtinc. 13. ad argum. Durand. cont. 1. conc. 2. modo explicat. ſed interpretandi ſunt, quod fides interior per circumciſionem olim proteſtata dabat effectiue gratiam, vt inſtrumentum Dei: quia Rom. 3. Gala. 2. Epheſ. 2. & 3. dicitur Patres iuſtificatos per fidem. ſed hoc reiectum eſt ſupra ca. 15. [h] ſed ille ornatus habitualis

bene reijcitur à Caietan. quæſt. 62. 2. 1. Soto. diſt. 1. q. 3. art. 1. ſup. cap. 12. [i] quod tamen impugnat Palac. diſt. 4. quæſt. 4. in fi. de fictione: habet enim duas qq. 4. [k] Auguſt. 1. de baptiſ. cap. 1. & ſequen. & lib. 3. ca. 13. lib. 6. cap. 5. videtur Cyprian. lib. de Cardi. Chriſti operibus. ſerm. de paſſione Chriſti. fi. ſermo. de ablut. ped. Auguſt. d. cap. 12. habetur. cap. tunc valere. Greg. ca. ab antiqu. de conſecr. diſtin. 4. D. Thom. quæſtio. 69. art 10. Soto, diſt. 6. quæſt. 1. articu. 8. Ledeſm. quæſt. 10. ar. 10. cō munis Doctor. diſtin. 6. Palac. diſt. 4. quæſt. 3. quare falſa gloſ. contra tex. d. cap. tunc. ait, peccata nō remitti baptiſm. ſed per accidens ſacramēto pœnitentiæ, quam gl. reprobant Turrecrem. eo. ca. Palud. q. 5. col. 3. Durand. quęſt. 4. Soto. [l] Sco. d. 4. quæſtio. 5. quia Auguſt. & Cypr. de ſolo bapt. mentionem faciunt & D. Tho. quęſt. 68. 9. ad 2. idem Palac. diſt. 4. q. 4. ad 2. Soto. d. 6. quæſt. 1. art. 8. Victo §. 19. [m] vt in ſimili Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. fin. [n] D. Th. quæſt 68. 9. ad 2. & ſignific. diſt. 4. quæſtio. 3. 2. 3. ad 3. Palud. q. 5. art. 4. Dur. quæſt. 2. nu. 8. Couar. ca. alma. 1. p. §. 1. nu. 13. cum Adr. de confeſſ. q. 4. & 5. dub. 5. Med. C. de confeſſ. q. 24. Mai. d. 17. q. 9. limitant de 3. imprim. characterem. At Cano rel. de pœnitentia. p. 5. limitat de ſolo baptiſmo & pœnitentia, & D. Th. addi. quæſt. 9. artic. 1. diſt. 17. q. 3. art. 4. Peña. [o] D. Tho. diſtin. 13. q. 3. 4. 1. Durand. diſt. 4. q. 4. q. 1. ā. uis. d. 7. q. 13. cum dubiū id dicat. tenet Palud. diſt. 14. q. 1. art. 3. conc. 2 fi. ſed limitat quamdiu durat uinatus, quem ille cum multis ponit. idem Caieta. tom. 1. opuſc. tract. 5. quæſt. 5. de confeſſ. mſor Petr. Sor. ti. de bapt. lect. 4 Cano. rele. de pœnitentia. par. 5. So. 10. inf. [p] Ferra. 4. contra gent. ca. 56. ſic pretiū vltima. cum prolatione ſyllabæ vltimæ agit in uirtute partium quæ prætericrunt, ſup.

q ſup.c.4 §.5.fin. q vinculum obligationis videtur relatio realis, vt relatio ſerui ad dominum: & coniuges per ſacramentum contractumque facti ſunt una caro, ideſt ratione fundamenti ſunt vnum principium prolis, vt exponit Chryſoſto. ſic quidam aiunt iuriſdictionem ordinariam, qualis eſt in epiſcopo, eſſe aliquid reale: cum ſit proprio iure cauſa effectuum realium, dum abſoluit
r vel excõicat. r vnctionem reuiuiſcere affirmat Caiet. d.opuſcul. de pœnitentia. quæſtio.2.& D. Thom. tandem ſentit de omnibus ſacramentis. diſtin. 13.quæſt. 3.4. t. diſtin.17. quæſt. 1.4. ad 4. Palud. ſup.& qui cum eo admittunt ornatum, quã diu manet incorruptus. idem videtur Soto. diſtinc.6. quæſtio.1.articu.8. diſtinctio.18. quæſtio.3. articu.2. Couar. capit. alma. 2. par. §.4. num.3. & communis, ſecundum Nauar. de pœnitentia. diſtinc.6. cap. conſideret. §. cautus. numero 3. F. Ambroſ. & Re-
ſ cent. ſ Peña & quidam recent. quando recepit, vt impleret præceptum
t diuinum. t aliás ſacerdos qui cum nota in dignitate contra ius, & fas celebrat (cum ſit hæreticus ligatus cenſuris, irregularitate, degradatus, & nõ ieiunus, abſque ueſtibus, & vaſis ſacris, ac ſæpius in die per longam vitam) reciperet per communionem in fine uitæ, ingentem cumulum gratiæ ex toi miſſis indigne celebratis. Sic Diuus Thomas negat, diſtinctio. 4. quæſtio. 3. a.3. ad tertium, & communis ſenten. Docto. qui de quibuſd. alijs tantum exprimunt reuiui-
u ſcere. u quidam ſine cauſa aiunt in alijs ſacramẽtis præter baptiſmum nou reuiuiſcere, niſi auxilium gratiæ ſacramentalis, vide
x ſupra lit. R. x quia ex Trident. ſeſſ.14. ca. ſecundo & quarto ſacramẽtum pœnitentiæ in re uel in uoto eſt medium neceſſarium ad iuſtificationem impij baptizati. quam uis vero extrema vnctio magis quam confirmatio aut euchar. ordinetur per ſe contra reliquias peccati, id eſt, etiam contra peccata oblita, aut quæ per abſolutionem informem non ſunt remiſſa: nunquam tamen confert primam gratiam, niſi includat ſacramentum pœnitentiæ in voto.

ſatisfactionis iniunctæ eſt pars materiæ, & tamen ſequitur formam: cum tamẽ in intentione præceſſerit doloris & ſatisfactionis propoſitũ.

7 In ſacramento matrimonij relinquitur vinculũ obligationis quæ eſt relatio realis, & moralis poteſtas vtendi corpore alterius, & ius compellendi ad redditionem debiti: & quia viuente vtroque coniuge iterari non poteſt: hic effectus dicitur res & ſacram. ſimul, & quædam diſpoſitio gratiæ, & fundamentum relationis, ſimul cum contritione remouente prohibens, poteſt vt inſtrumentum Dei, cauſare gratiã in
q virtute matrimonij præteriti. q In extrema vnctione corpus fit vegetum ad luctam tentationũ ſup.c.12. & hinc interdum prodit ſanitas corporis: atque ita hic effectus in virtute ſacram. perficere poteſt ſanitatem
r animæ, r vel etiã corporis. ita enim expedit, quia vnctio durãte eodem morbo non iteratur, nec matrimonium viuente vtroque coniuge. In euchariſtia informi quando homo bona fide communicauit, falſo reputans ſe afferre diſpoſitionem neceſ-
ſ ſariam ſ (præſertim in mortis articulo quando non licet eodem die iterum uiaticum in gratia accipere) forte ex nutritione ſpecierum relictus eſt uigor quidã in corpore qui remoto obice agat ſimul cum contritione ad effectum ſacramenti. Et quidã admittunt reuiuiſcere, quamuis ſacerdos indigne celebret iacẽs in peccato & cenſuris: cum uirtus euchariſtię de ſe efficacior uincat remoto obice, malitiã hominis, & ſuſcitet in pœnitente id quod ex ſumptione euchariſtiæ, & celebratione miſſæ ut opus Chriſti eſt, reſpondere ſolet homini digne communicãti. & licet in homine non maneat corpus Chriſti conſumptis ſpeciebus, quod eſt res & ſacram. ſimul: manet tamen Chriſtus ubique ratione perſonæ, qui ſpeciali auxilio & efficientia præſtare poteſt effectũ euchariſtiæ receptæ. quæ ſententia
t nimis ampla & falſa eſt. t

8 Cęterum qui contendit omnia ſacramẽta remoto obice formri proprium effectum non tantum gratiæ
u u ſacramentalis, ſed iuſtificantis in ratione cauſæ moralis & phyſicæ non oportet quærere curioſe effectum aliquem à ſacramento informi relictum. Satis eſt ſecuta contritio, quæ non tantum remouet obicem, ſed eleuatur in ualore morali ex ſacramẽto prius recepto tanquã virtus eius, ut ſit & diſpoſitio ad maiorem gratiam, & inſtrumẽtum Dei quo fit illa gratia: ut de ſacramento pœnitentiæ dictum eſt. Sic dum homo qui bona fide ſe reputat cõtritum, recipit primam gratiã per communionem deuotam, aut per alia ſacramẽta, agunt hæc in uir
x tute ſacramenti pœnitentiæ, x quod ille pœnitens & recipiens includit in uoto implicito, cum obligatione confitendi ea peccata mortalia quæ per accidens fuerunt remiſſa.

CAPVT XXVI.

Miniſter ſacramẽtorum eſt homo, & hic ſacerdos aut epiſcopus: communiter autem non eſt Angelus.

§.1. Miniſter eſt homo. & §.2. etiam beatus homo.
2 *Si bonus angelus dedit baptiſ. aut conſecrauit templum, valet. & §.5. ſi dedit euchar.*
3 *Ordinum miniſter eſt epiſcopus. explicatur, 1. Pet. 3.*
4 *Euchariſt. aliquando eſt diaconus: ſed non vt miſſam perficiat.*
5 *Pœnitentiæ & extremæ vnctionis eſt ſacerdos. hic ex commiſſione poteſt quoſdam ordines et cõfirmationem vt olim Chorepiſcopus.*
6 *Baptiſmi & matrim. poteſt eſſe laicus. Nemo ſibi dat, niſi euchar.*
8 *Baptiſmi cum ſolennitate, & matrimonii poſt Trident. ſacerdos.*

SOlus Deus eſt per autoritatem cauſa gratiæ & ſacramentorum per quę gratia confertur: ſoluſque Chriſtus immediate inſtituit ſeptẽ ſacramenta per poteſtatem excellentię, ſuę humanitati propriam: nec uoluit quamuis plane poſſet, committere Apoſtolis uel Eccleſiæ eam poteſtatem inſtituendi ullum ſacramentũ; nec materiam ullam neceſſariam uel formam ſacramenti, etiã ad tempus. miniſtris tamen quibuſdam à ſe deſignatis, contulit poteſtatem conficiendi ſacramenta, ut dictum eſt, c.3. Quam pręrogatiuam,
a humanę naturæ, a Chriſtus quia homo eſt, prę angelis concedere dignatus eſt: nam uiſibilis eccleſię ſacramentorum ſenſibilium miniſtros
b decuit eſſe corporales. b

2 Si certo conſtet angelum bonum miniſtraſſe baptiſmum, uerbis per corpus aſſumptum prolatis, ratum credi debet ex diſpenſatio-
c ne Dei. c ſicut leguntur angeli templa quędam ex priuilegio Dei con-
d ſecraſſe d (quod tamen pertinet ad epiſcoporum officium) & quod ra-
e rius eſt epiſcopum conſecraſſe. e anima etiam beata ſacerdotis non
f poteſt conficere euchariſtiam, f aut alia ſacramenta, quia nec cor-

CAP. XXVI.

a AVg. in a proœ. libr. de doctr. chriſtia. & DD. in-
b fra, b hac ratione probant Patres decuiſſe vt homines tantum inſtituerentur miniſtri ſacramentorum, ex Matth. 10. & vlt. Luc. 22. Ioan. 20. elegit homines Epheſ. 4. dedit dona hominibus. Hebr. 5. omnis Pontifex ex hominib. aſſumitur. Bellarm. 1. ſacram cap. 24. cum Chryſoſt. homil. 85. in Ioan. & li 3. de ſacerdot. concil. Floren. Trident. ſeſſ. 7. can. 10. Alexand quarta p. quæſt. 16. m.4. D. Thom. quæſt. 64. 7. Docto. diſtin. 6. Gabriel queſt. 1 circa primã concl. & plane Scot. (quamuis falſo Caietan. imponat ei oppoſitũ) Soto diſtin. 1. quæſtio. 5. 7. Ledeſm. quæſtio. 5. Syluest. Ang. Tabien. verb. ſacramentũ. Aſten. lib. 4. titu. 1. artic. 5. Nauar. cap. 22. prin cip. Syluest. baptiſ. 3. §. 2. Tabien. ba-
c ptiſ. 6. §. 4. c D. Th. quæſt. 64. articu. 7. diſt. 9. quæſt. 2. a. 4. Soto. Ledeſ. quæſt. 5. Alexand. quæſt. 16. m. 4. Gabriel. ſupra Scot. diſtinc. 6. Aureol. diſt. 5. Caiet. & alij ſupra. Aſten. lib. 4. titu. 1. artic. 5. Syluestr. baptiſm. 3. §. 2. Tabien. baptiſm. 6. §. 4. Angel. baptiſm. 5. princ. Archidiac. propter. conſecrat.
d diſtinct. 4. d refert D. Thom. d. articu. 7. & diſtin. 5. quæſtio. 2. 3. 2. de templorum autem conſecratione, inf. lib. de miſſ. ca. 27. Bellarm. 3. de cultu ſan-
e cto. c. 5. e vt Angeli conſecrarum Amphilochium in epiſcopum, refert Bellarm. c. 24. ex Nicephor. c. 13. hiſtor. cap.
f 20. f quia anima non poteſt corpora li ore & uitali locutione proferre uerborum

borum formam: vt nec Angelus, quia per corpus aſſumptum nõ loquitur vitaliter, vt nec vitaliter comedit & nutritur, D.Thom. artic.7.ad 2.& alij ſup. [g] plane D.Thom.articu.7.ad 2. Soto.Ledeſm.Tabien.verbo ſacramentum.Angel.Sylueſt.ſup. & communis, quamuis Alexand.& quidam Recent.id negent: & aiunt quod D.Thom. non concedit ſed permittit antecedens, vt homo beatus id poſſit: ſed negat conſequen. ergo angelus idẽ poteſt. [h] de miniſtro baptiſmi Triden.ſeſſ.7.de baptiſmo. cano. 4. de miniſtro matrimonij quod ſint ipſi cõtrahentes laici, qui proferunt materiã, & formã, dicetur libro de matrimonio cap.1.Bellarm.1.ſacram.ca.24. [i] Trid. ſeſſ.7. de ſacramen. cano. 10. & de ſacram. euchar. pœnit. confirmationis, & ordinis. infra in ſuis cuiuſque loc. & ſeſſ.23.ca.4. Bellarm.cap.24.& ſeq. [k] De loco.1.Pet.2. Bellarm. ca.25. [l] & ſe explicat. Pet. offerẽtes ſpiritales hoſtias: de quibus Apoc.5.& 20. beatos in cœlo offerre ſpirituales hoſtias. i. laudes Deo. D.Th. quæſtio.82.1.ad 2. add. quæſtio.36.3.

pus propria uirtute aſſumit, nec verba format vitaliter per illud: homo tamen ſacerdos qui in corpore etiã beato [g] reſurrexit, retinet characterem quo poſſet conficere ſacramenta: nec neceſſe eſt miniſtrum eſſe viatorem.

3 Sacramenta omnia præter baptiſmum & matrimonium [h] requirunt miniſtrum ſacerdotem uel epiſcopum. [i] alias confici non poſſunt, & tamen ſpirituali ratione Petrus Apoſtolus epiſt.1.cap.2. [k] chriſtianos vocat regale ſacerdotium, [l] non quidem externo ſacerdotio. [m] quo poteſt conſecrari & offerri ſacrificium miſſæ: ſed interna vnctione gratię iuſtus ſecundum etymologiã nominis [n] ſic dicitur, quia offert ſua ſacra merita Deo tanquam ſpiritualem hoſtiam, ad quam inunctus eſt baptiſmo. [o] per quẽ vt mẽbrum viuum Chriſti & eccleſiæ factus eſt idoneus, vt per Chriſtum ſacerdotem tãquam per caput ſuum offerat. [p]

4 Euchariſtiam ſolus ſacerdos cõſecrare poteſt, [q] verbis à Chriſto inſtitutis: ſed conſecratam miniſtrare poteſt etiam minus ſacerdos: & interdum diaconus, [r] qui ſacerdote impedito defert ad infirmum, [ſ] &

ad 2.Soto. diſt.13.q.1.1.Ledeſm.q.21.art.4. Sander.de viſib.monar.eccleſ. lib.7. p.645.Democarn.lib.1.de ſacrificio. c.2.Turrecre.c.multi.40.diſtin.Alexan.4.par.q.35.m.1. & 2.Alber. diſt.24. artic.3 2.Taper.artic. 17.Pigh.controuerſ.21.Robert. Arboricen. lib.de vtroque glad.f.50.& 64. Caſtro. ſacerdot.hær.1.Turrian.in Clem.lib.6.conſt. Apoſt.cap.15.lib.8.cap.2.Sixtus,lib.6.biblioth. cap.111.lib.2.verb, Clemens. Claud. lib.de liturg. Hoſi.inſtitut. cap.53. [m] Arboricen. diſtinguit duplex ſacerdotium externum & internum. de primo Trident.ſeſſ 23.cap.1.cano.1. ſicut & viſibile ſacrific.miſſæ, ſeſſ. 22. cap.1.Auguſt 1. contra aduerſa.leg.& prophe.cap.19.de.2. Petr.Apoſto.& Augu.2.quæſt.euang.quæſt.40. Leo ſerm.3.de anniuerſar. Pont. Tertul. lib.de exhort. caſtitat. exponens Apocaly.2. Chryſoſt.homil.3. in 2.Corinth.vnde Ioan.4. adorare oportet, ideſt offerre ſacrificium: vt exponunt ibi Chryſoſt.Cyril.Theophyl.Euthy.Bellarm. 1.de miſſa.cap.11. in ſpiritu & veritate. quod Petrus condiſtinguit contra carnales hoſtias leg.vet.alludens ad Exo.14.20.& 19.vbi de Hebræis dicitur, regale ſacerdotium. [n] ſic D.Thom.q 82.1.ad 2.add.quæſt.36. 3.ad 1. exponit Chryſoſt.homil.46.imperfect.dicentem, omnis iuſtus eſt ſacerdos.habetur, cap.multi. 40. d.quia ſecundum etymologiam dat ſacra.i.merita ſua,& orationes. [o] Chryſo.hom.3. in 2. Corin. Leo ſup. Aug.2.quæſt.euang.q.40.Taper.ar.17. quia iuſti in magno pretio habentur apud Deum vt reges & ſacerdotes ſolent haberi apud homines. [p] Hæc eſt. 2.expoſitio, quod in ſola Chriſti eccleſia,& non alias, ſit verum ſacerdotium externum. Pigh. controuerſ.11.cum Auguſt.20.ciuit.c.10. Robert. ſup.Oecum. Apocal.5.& chriſtiani per ſacerdotes offerunt, & participant de commonione altaris. vel 3.quia tota eccleſia ratione Chriſti capitis, qui dicitur rex & ſacerdos,& iuſti tanquam membra uiua illius, offerunt ſacrificium per Chriſtum caput. Aug.20.ciuit.cap.10. Hieronym dialog.contra Lucifer.conc. Colonienſ. Hoſi.inſtit.cap.53. & citat Oecum. Didym. Beda. Baſil.ſerm.2. de baptiſm.cap.8.Raban.de ſacramento altar.cap.24. [q] concil. Flor. Later. ſub Innoc.3. cap.1.habetur. ca.firmiter. Trident. ſeſſ.13.cap.8.ſeſſ.23. cap.1.& can 1.3.4.ſeſſ.21.cap.1.can.1.D. Thom.quæſtio.82. 2 add.quæſt. 36.3.Ecius tom.4.hom.62. Democar.lib.3.de ſacrif.cap.3. Taper. artic.17.Roffen.artic.13.Vualden.tom.2.de ſacramen.cap.7.8.28. Clichto. lib.2. antiluth. Caſtro.ſacerdot. hær.1. euchariſt. hær.4. Iſidor 7.ety.cap.12.habetur.cap.perlectis. 25.d.Gabr. lect.4.can.

DD.diſtin.13.vbi Soto. q.1.articu.1. Ledeſm.q.23. Docto.ſupra cit. [ſ] D.Tho.q.82.3.ad 1. c. præſente.93.d.Soto. d.13.q.1.3.Ledeſ.q.23.3.Alexand.q.50.m.3.Palud.diſtin. 13.artic.4.Summiſtæ. Anto.3.par.ti.24.cap.12.§.4.Sylu.euchariſt.3.§.4.Armi.§.5.Caietan.verb.communio. Tabien. communicare. §.52. Aſten. lib.4.titu.13.Bellarmin. lib.de ordine, ca.6. ex conc.Nicen.can.14. [ſ] D.Th. ſup.& add.q.37.5.ad 5.alij ſupra Durand. diſt.13.q.4. ca.Diaconos 93.diſtin. ex Gelaſ. PP. epiſt.1. ad epiſcopos Lucaniæ.cap.10. concil. Laodicen. c.25.habetur, c. non oportet. 93.diſt. & cap. præſente, ex concil. Carthag.4.cap.38. [t] ſic B. Laur. Diac. miniſtrabat calicẽ ſanguinis, ut ait Ambroſ. 1.offic.ca.41. D.Tho.q.82.3.Alexan.q.50.m.3.Summiſtæ ſupra concil. Carthag.4.cap.36. Toleta.11. cap.11. Chryſoſt. epiſto.ad Innoc.& refert Nicepho.lib.17 hiſto. cap.19. [u] refert Duran.diſt.13.q.4. ubi de Cypr. ſerm.5.de lapſis, diaconus miniſtrabat ſanguinẽ populo. [x] idem adnectit Hierony. in Tit. 3. Bellarm. de ordine. ca.6. atque

in primitiua eccleſia miniſtrabat calicem ſanguinis, [t] vt Papæ celebranti miniſtrat ſanguinem diaconus cardinalis. [u] qua ratione Dionyſ. c.3. eccleſ. hier. diaconos numerat in eccleſ. hierar. quod hi tres ordines, epiſcopus, ſacerdos & diaconus pertineant vt præſint populo. [x] reliqui ſeruiunt ſuperiori ordini. non tamen poteſt diaconus miniſtrare ſolenniter baptiſmum: [y] (licet quidam [z] falſo putent olim baptizaſſe cum ſolennitate) aliás diaconus etiam Cardinal. ſolenniter baptizãs fit irregularis [a] quia ſic conficit ſacramentum, quod ex officio pertinet ad ſacerdotem. & nullo modo poteſt miniſtrare extremam vnctionem: [b] quia Iacob.5.pertinet ad preſbyteros. nec poteſt cum hoſtia per ſacerdotem conſecrata offerre aut perficere ſacrificium miſſæ, [c] ſi ſacerdos deficiat: quia ſolis ſacerdotibus in conſecratione datur poteſtas offerendi, quæ ſimul eſt cum poteſtate conſecrandi.

5 Euchariſtiam legitur angelus miniſtraſſe, [d] & per hoc non conficit ſacramentum. nec poteſt illud conficere. [e] reliqua ſacramenta quæ in uſu conſiſtunt, ſolus miniſtrare poteſt qui & conficere. vt

ita diacono tribuit prædicare, Greg.lib.4.epiſt.88.& olim Archidiaconus reconciliabat publice pœnitentes, ideſt abſoluebat ab excommunicatione, & publica pœnitentia, ait Cypr. epiſt.17. quod tamen abrogauit Nectarius epiſcopus Conſtantinopol. inf. lib.1. de pœnit. [y] Clemens lib.3.conſt.apoſtol.cap.11. & bene Ledeſ.1.par.q.8.art.4.dub.3.D.Thom.q.67.art.1,c.diaconus.93.diſt.&.conſtat.de conſecr,diſt.4.Soto. diſtin.4.artic.1,Ledeſm. & ita non poteſt diaconus baptizare, niſi in neceſſitate. [z] Caiet. quæſt.67.1. ait ex commiſſione epiſcopi uel preſbyteri, citra neceſſitatem, ſaltem olim in primitiuá eccleſia baptizaſſe diaconos cum ſolennit. Soto dicit probabile, propter penuriam ſacerdotum: idem ſignificat Bellarm.1.de ſacram.cap.24. nam in ordinatione diaconi datur, vt poſſit baptizare: & ita abſolute dicunt Tertul. lib de bapt. Hierony.lib.cont. Lucif. At reuera nunquam baptizabit ſolenniter. [a] Soto d.4.q.1. art.3.col.4.& d.28.q.4.art.1.col.8.Palud.diſt. 5.q. 2.art.1.conc.2. Sylu.bapt.3.§.2. Angel.bapt.5. Tabien. bapt. 6.in princ. Marolus de irregul.lib.3.c 13.Nauar.ca.22. nu 7.c.27. num.242.per cap. 1.ubi Abb.de cler.non ordin.miniſtran. [b] Diuus Thom.add.quæſt.31.ar.2.Soto.diſtin.23.quæſtio.2.ar.2. & commu. Nauar.cap. 22.num. 12.Ledeſm.quæſt.33. Palud. quæſtio.2. Ecius,to.4.homil.55.Couar.cap.alma,2.p.§.2.nume.7.& de fide Triden.ſeſſ. 14.de vnctio.cano.4.ca.quæſiuit. de uerb. ſignific.cap. vni de ſacra unctio. Bellarm. lib.de unct cap.9. Vuald.2.ſacramentorum.cap.penult. Ianſen. cap.55. Marc.6. qui explicant Innoc.1. epiſt.1.c.8.dicentem, laicos in ſua ac ſuorum neceſſitate, vti poſſe oleo ſancto. i. vocando ſacerdotem qui ungat. [c] morem oppoſitum abrogat conc. Nicen. can.14.c.peruenit. 93.diſtin. Cartha.4. c.4.Carthag.6.c.9.Trideo. ſeſſ.22.c.1.can.2. colligitur ſeſſ.23.cano.1.Epiph.lib.3.hær.79.Caniſi.lib.5. Marial.ca.16.citat. D.Antiochum.hom.123.de ordine. Democar.lib.1.de ſacrif. c.6.quamuis concil. Ancir.c.2. Arelat.1.c.15. aiũt diaconum offerre panem & calicem: nempe ſacerdoti, ut ille offerat. amplius tamen intendunt, quod Arelat. uetat, ſicut & Nicen. [d] refert Alex.4.p.quæſt. 50.m.3.ut patet ex hiſtoria B.Onufr.& Sozom.6.hiſt.ca.29.brachium angelicum miniſtrabat euchariſtiam. B.Marco eremitæ.& de alijs referunt hiſtorici.de B.Cathar. de Senis.Ant.3.par.hiſto. ti.23.ca.14.§.8. [e] de quo miratur Chryſoſt.lib.3. de ſacerd.Guillel.epiſcopus Lugdun.10 ſumm.uitior.p.4.Iacob.Ianuenſis in hiſt. Lombard. Thom.Campen. lib.de ſacramento altar. Laur. Iuſtin.

lib.

pœnitentiæ,[f] & extremæ vnctionis ſolus ſacerdos: confirmationis,[g] & ordinis ſacri miniſter ordinarius eſt epiſcopus. Sed papa ex plenitudine poteſtatis vrgente neceſſitate legitur commiſiſſe presbyteris[h] vt liniant chriſmate per epiſcopũ conſecrato & forma prolata confirment. Abbates benedicti, Chorepiſcopi, & Cardinales non epiſcopi, ſi ſacerdotes ſint, à iure habent conferre ordines minores.[i] Subdiaconatum vero non niſi ex commiſſione Papæ,[k] vt olim Chorepiſcopus, qui non erat, niſi ſacerdos epiſcopi vicarius.[l]

6 Baptiſmum propter illius ſummam neceſſitatem conceſſit Chriſtus conferri ab homine uiro aut fœmina, vt dicetur lib. de bapt. ca. 28. ſi modo uſu arbitrii potens ſit. Vere baptizat etiam infidelis, ſup. c. 13. aut hæreticus:[m] ſi ſeruet ex intentione formam & materiam: nec baptiſmus ab illo datus, etiam illicite extra neceſſitatem, eſt iterandus. Olim tamen in circuncisione & ſacramento legis naturæ neceſſaria erat fides miniſtri, vt cap. 15. dictum eſt.

7 Matrimonii qui adhuc manet contractus naturalis, miniſtri ſunt ipſi contrahentes laici: & qui poſterius explicat conſenſum, ac ſubinde formam, hic alteri etiam abſenti & ſibi ipſi ſacramentum, & gratiam confert: ſicut & ſacerdos celebrans qui ſeipſum communicat; & Chriſtus id tantum euchariſtiæ ſacramentum ſumpſit,[n] & ſibi miniſtrauit.[o] in reliquis ſacramentis nemo poteſt, Chriſti inſtitutione vetante, ſibi miniſtrare confirmationem, abſolutionem, vnctionem: nemo à ſeipſo clarificatur Hebr. 5. vt Pontifex fiat[p] aut ſacerdos: ſed diuerſus eſt miniſter qui coniungens materiam formæ applicat alteri ſacramentum, & ut nemo ſeipſum generat, ita regeneratione ſpirituali nemo ſe baptizat.[q] nec Chriſtus à ſe ſed à Ioanne baptizari voluit. Matth. 3. ſicut baptiſmum ſanguinis, & mortem non poteſt quiſquam ſibi licite inferre.[r] poſſunt tamen duo ſe inuicem baptizare.[ſ] De quodam tamen Iudæo qui ſe ignoranter baptizauit,[t] ait Innoc. PP. III. ſaluatum, non propter ſacramentum fidei, ſed propter fidem ſacramenti; id eſt per contritionem; & fidem uiuam cum uoto baptiſmi.

8 Baptiſmum ex officio & ſolenniter iure diuino conferre non poteſt niſi ſacerdos, qui ad ſacramenta facienda ſpecialiter conſecratur.[u] alioquin clericus etiam tãtum tonſuratus, vel diaconus ſolenniter baptizãs fit irregularis, vt §. 4. dictum eſt, quia miniſtrat in ordine, quem non habet. In matrimonio parochus ſacerdos aſſiſtere debet ex officio: & uidetur eſſe miniſter ſacramentum perficiens, dum contrahentes ſe referunt ad intentionem parochi,[x] qui explorato utriuſque conſenſu ait, ego uos coniungo. aliàs miniſtri ſunt ipſi cõtrahentes, ut lib. de matrim. cap. 1. dicetur: præſente tamen parocho etiam nondum ſacris initiato: qui miniſtri verbis, ſignis, aut etiam verecunda taciturnitate[y] conſenſus ſuos explicant, reſpondente alio. ſed in foro exteriori,[z] ſic tacens non cenſetur cõſenſiſſe, niſi parens aut tutor pro tacente reſpondeat.

CAPVT XXVII.

Miniſtro quæ præcepta ſint impoſita.

§. 1. *Vnus poteſt miniſtrare ſimul multis.*

2 *Sed præceptum eſt 3. ne communiter multi ſimul miniſtrent vnum ſacramentum.*

3 *Deinde vt habeat iuriſdictionem in eos quibus miniſtrat.*

4 *Sic habet Archiepiſcopus etiam in ſubditos ſuffraganeorum, dum eos viſitat.*

5 *Tenetur paſtor etiam extra tempus præcepti miniſtrare petentibus.*

6 *Tenetur ſcire quæ neceſſaria ſunt in ſacramentis.*

7 *An liceat vti dubia forma, vel materia.*

8 *In dubiis præſertim circa medium neceſſariũ, ſequatur quod certius eſt.*

AD vnitatem ſacramenti non requiritur vnitas miniſtri: diſtinguuntur tamen numero ſacramenta ex ſubiectis: vt una collatio actiua ſacramenti ad multos ſimul protendi poteſt:[a] vt ſi una aſperſione abluat multos dicens, ego uos baptizo: ſic epiſcopus aut presbyter ſi durante cõſignatione vnctionis dicat: ego uos confirmo, aut, indulgeat uobis dominus. & ſic ordinãs; accipite poteſtatem (vt Io. 20. Chriſtus dixit: & Luc. 22. hoc facite) qui

f lib. de triomphali agone Chriſti. c. 4. Alex. q. 35. m. 1. [f] Trident. ſeſſ. 14 cap. 6. can. 9. & DD. colligunt Ioan. 20. ſolis Apoſtolis, ut ſunt ſacerdotes, dedit Chriſtus poteſtatem abſoluendi, ut explicat Triden. ſeſſ. 14. c. 1. can. 3. 10. ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſſ. 23. c. 4. cano. 4.
g ref. c. 15. [g] Triden. ſeſſ. 7. de confir. cano. 3. ſeſſ. 23. c. 4. can. 7. Conſtant. ſeſſ. 8. error. 28. Hiſpalen. 2. ca. 7. Innocen. I. epiſt. ad Eugubin. ca. 3. Leo epiſt. 66. Aug. quæſt. 42. noui teſtam. & alias, apud Torren. 3. confeſſ. cap. 5. §. 5. Bellarm. de confirm. cap. 12.
h [h] Concil. Florent. probat ex Gregor. lib. 3. epiſto. 26. cap. peruenit. 95. d. vbi gloſ. D. Tho. q. 72. ar. 11. Ledeſ. Soto. & retractans Couar. 1. Var. c. 10. nu. 6. in vlt. editio. Bellar. ſup.
i [i] c. quoniã 69. diſtin. D. Tho. addit. q. 38. 1. DD. cum Mag. d. 25. Soto q. 1. artic. 1. & d. 7. art. 11. ſi. Syluest. ordo. 3. Couar. ſupra Taper. arti. 12.
k [k] ſic iure ordinario ſubdiaconatus conferebatur à Chorepiſc. dum non numerabatur inter ordin. ſacros, nec habebat annexum votum continentiæ con cil. Ancyrani cp. 13. ſed clarius Antioche. c. 10. Hiſpalen. 2. ca 7. Leo. P.P. ſingul. epiſt. 86. habetur. c quamuis. 68.
l diſt. [l] conc. Neo-ceſ. c. 13. & bene Re[illegible] guen. c. 3. Torrian. [illegible] ſup. cone. Nicœn. ex Arabico. cano. 54. [illegible] Iſid. 2. offi. 4. 6. Anton. 3. par. tit. 2. [illegible] 2. Syla. de gradu. p. 6. conſid. 4. de ord. quos chorepiſcopos reiicit Damaſus PP. epiſt. 4. ad Proſper. epiſcop. cap. chorepiſc. 68. diſt. quamuis Bellar. de ord. ca. 9. ſin. & lib. de clericis, putet quoſdam chorepiſcopos fuiſſe uere epiſcopos.
m [m] Tridens. ſeſſ. 7. de bapt. can. 4.
n [n] D. Tho.
o q. 84. 7. ad 4. [o] D. Tho. q 84. 1. Sot. d. 22. quæſt. 2. 1. Ledeſ. q. 29. Hier. epiſt. ad Edibiam. q. 2. c. nec Moiſes. de conſecr. d. 2. Chryſoſt. hom. 88. in Matth. Iſich. in Leuit. 8. glo. in Ruth. 3. Emiſſ. ho. de euch. probat Luc. 22. hoc paſcha manducare, ubi ſicut, idem ex Mat. 26. non bibam, colligunt Chryſo. Theoph. Euth. Can. lib. 12. de loc. c. 13. cont. epiſcopu[illegible] Clicto. 2. antiluth. ca. 21. Gabr. in Can. lec. 37. commu. cum Mag. d. 11. vbi Rich. d. 4. quæſt. 1. Carth. q. 4. ubi refert ſe ad d. 9. q. 1. ſi. Bon. art. 9. ar. 1. q. 4. Albe. d. 12. ar. 15. dicit tutius. Alex. q. 44. m. 2. & plane collig. ex Dion. c. 3. eccl. Hier p. 3. Chriſtus Iudam qui ſecum non pie ſacra perceperat, ſeparauit. oppoſ. dicere eſſet ſaltem temerarium. licet quidam dicant non
p reperiri tam expreſſum in ſcriptura. [p] eſt certum de fide, ut in ſingulis ſacramentis probatur.
q [q] D. Thom. q. 66. 5. ad 4. Soto. diſtin. 3. Ledeſ. q. 7. & probant: Matth. vlt. baptizãtes eos, nempe alios.
r [r] aduertit Auguſt. in illud Ioan. 21. alius cingeret te.
ſ [ſ] D. Tho. q. 68. art. 5. Soto. diſt 4. artic. 5. Ledeſ. q. 9.
t [t] cap. debitum. de baptiſmo. & tamen Abulen. ait, quod olim licebat Iudeo ſe circumcidere. ſupra. cap. 6. §. 12. fin.
u [u] Aug. 2. contra epiſt. Parmen. ca. 13.
x [x] ſed Cano, lib. 8. de loc. c. 1. & relect. de ſacramentis, contendit non eſſe ſacramentum ſed cõtractum, ſi ſacerdos tanquam miniſter non adhibeat formam.
y [y] D. Tho. addit. q. 45. 2. ad 3. & c. 1. §. 1 fin. de deſponſ impuber. in 6. Richar. diſt. 27 artic. 1. q. 3. ad 2. Palud. q. 2. art. 3 Couar. 2. p. ſpon. c. 3. §. 6. nu. 5. fin. c. 4. num 4. & citat multos. Nauar. ca. 22. nu. 21. Anton. 3. par. tit. 1. 19. §. 1. Sylu. matrim. 2. §. 1 7. ſpecul. coniug. 1. particul. 5. maxime ſi pro puella tacente ex uerecundia, reſpõdeat parens aut tutor: qui pro ſuo impubere põt ſponſalia contrahere.
z [z] Sic limitandi ſunt Magiſt. diſt. 29. c. 2. dum exẽplum adhibet de patre. D. Th. Palud. & ſentit Richar. Couar. c. 4. nu. 4. cum aliis.

CAP. XXVII.

a [a] COlligitur ex Act. 2. & habetur. c. proprie. verb. tria millia. de cõſec. diſt. 4. vbi glo. quã commendant Docto. c. 1. de bapt. vbi Hoſt. Io. And. utterque col. 2. Tiraq. retract. 11. 1. §. 1 gloſ. 21. nu. 18. D. Tho. 3. par. quæſt. 66. 7. Soto diſtin. 3. Ledeſ. 1. par. quæſt. 7. DD. diſtin. 3. Duran. q. 3. Palud q 2. artic. 3. Richar. Gabriel. quæſtio. 1. Alexand. 4. par. quæſtio. 16, Exi. to. 4. homil. 55. Victor. §. 17. Syluest. bapt. 3. §. 7. Scot. d. 6. quæſt. 2. Marſilius, quæſtio. 4. articu. 3. ut pater aliquando uno congreſſu generat plures filios, ita poſſunt regenerari;

ſucceſſiue tangunt vaſa: aut in procella maris aut tempore peſtis ſi cõfeſſarius audiens multorum ſimul peccata dicat, ego vos abſoluo. [b] ſic ſæpe vnus conſecrat ſimul multas hoſtias pro communicaturis. olim dum Patribus licuit pluralitas uxorũ, potuit unus duabus dicere, ego vos duco: [c]

2 Ex præcepto eccleſiæ miniſter debet eſſe vnus: dum tamen multi ſacerdotio initiantur, hi ex eccleſiæ conſuetudine cum epiſcopo ordinante ſimul conſecrant eandem hoſtiam, & calicem, ſi verba eodem inſtanti finiant: [d] aut dum cõſecratur epiſcopus, qui ſimul cum epiſcopo conſecrante celebrat, & conſecrat vtramque ſpeciem, de eadem hoſtia & calice participat. in quo ille eſt præcipuus miniſter unus, qui tanquam dux præit & alios conſecrat: alii per accidens cõcurrunt, licet de facto ſint ſimiliter conſecrantes & cooperantes ſacrificium illud unum, & per illos Chriſtus qui eſt principalis conſecrans & offerens agit, tanquam per inſtrumenta quæ reputantur moraliter vnum. Interdum fieri poteſt vt plures vere unum baptizent, & vnus formaliter eſt baptiſmus: [e] vt ſi quilibet cum intentione independente dicat: ego te baptizo: & abluat eandem aut diuerſam eiuſdem hominis partem: [f] at ſi alter prius finiat verba, ſolus baptizat: [g] quod ſi pergat 2. finire, uidetur rebaptizare: [h] ſed non rebaptizat, quia ſuper iam baptizatum non profert integram formam, ſed finem illius. At ſi duo dicant, nos te baptizamus: non uidetur adeſſe requiſita intentio cum falſa ſit forma. [i] certius eſt non fieri ſacramentũ ſi nos abluat, qui mutus eſt: alter proferat uerba formæ qui truncatus eſt manibus. [k] In extrema vnctione ſingulare eſt, vt multi ſimul presbyteri vngere poſſint, ſinguli ſingulos ſenſus: & ex omnibus fiat unum ſacramentum [l] multi epiſcopi aſſiſtunt in alterius epiſcopi conſecratione, niſi Pont. diſpẽſet. quare irrita dicitur conſecratio illius epiſcopi. cap. quorundam 23. diſt. cui affuit vnus tantum epiſcopus cum altero ſacerdote. [m] ſi contingat ut duo ſimul eiuſdem confeſſionem audiant, vnus uir doctus qui peccata diſcernat, alter qui iuriſdictionem habet, unus eſt qui abſoluit: [n] ſed nus id faciendum eſt ob reuerentiam ſigilli.

3 Præter poteſtatem ordinis requiritur de neceſſitate ſacramenti confeſſionis iure diuino iuriſdictio in pœnitentem per cenſuram non impedita: [o] eaque in omnia peccata illius, vt directe abſoluatur. [p] In miniſtratione aliorum ſacramentorum iuriſdictio, ut ſtatim dicetur, non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed præceptum eſt ut ſacramenta quæ ſunt animarum medicinæ conferat ſolus animarum paſtor: ut ad baptiſmum quo homo fit membrum eccleſiæ, & ſubiacet eius iuriſdictioni, ſolus paſtor licite extra periculum mortis admittat, ſicut oues ad caulam: & eas paſcat uitali cibo euchariſtiæ, ſimiliter & ad extremam unctionem, [q] vt paſtor in paſcua cœleſtia oues tranſmittat: ad ordines ſolus epiſcopus proprius [r] præuio diligenti examine.

4 In cõfirmatione epiſcopus prohibetur chriſma conficere in diœceſi aliena: [s] nec deberet confirmare alienos in aliena diœceſi ſine cõſenſu ſaltem interpretatiuo proprii, [t] ſed ſi confirmans non ſit ullo iure ſuſpenſus: [u] nec uero epiſcopus comprehẽditur ſub generali aliorum ſuſpenſione. [x] Archiepiſcopus dum iure concedente uiſitat ſuffraganeorum diœceſes habet à iure, vt illorum qui ſuffraganeis ſubduntur peccata & reſerua-

generari: & plures vno uerbo ſuſcitantur. [b] Turrecrem. quæſtionis de pœnitentia diſt. 1. Angel. confeſſio. 1. §. 18. Syluest. confeſſ. 1. num. 23. Tabie. confeſſio. 2. num. 32. Soto. diſt. 18. quæſt. 2. articu. 5. Medi. C. de confeſſ. quæſt. 19. fol. 63. Nauar. cap. 8. num. 13. F. Alexan. Summa. cap. 11. ſed Scot. negat eam eſſe confeſſionem ſacramentalem: & Angel. damnat. At falſo: nam quod ſit ſecreta & auricularis, non eſt de eſſentia confeſſionis. Nauar. c. 2. nu. 5. & cõc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. Richar. diſt. 17. art. 3. q. 8. Soto. diſtin. 18. q. 1. a. q. 2. 6. Palu. diſt. 17. quæſt. 5. & ita ſe explicat Caiet. opuſc. ad articulos ſibi impoſitos. ar. 5. quamuis Cathar. lib. 5. cont. Caiet. alter et impugnat. Sixt. lib. 6. biblioth. c. 119. ſic quidam aiunt Nectarium abrogaſſe Cõſtantinop. confeſſionẽ, quatenus olim fiebat publice. de quo infra. lib. 2. de pœnitentia. [c] Palud. ſup. [d] D. Tho. q. 82. 2. Inno. lib. 4. de offic. miſſ. c. 25. Doct. diſt. 13. Rich. a. 2. q. 1. Palud. q. 4. ar. 1. Capreo. Sylu. euchar. 2. §. 3. cum Roſel. Tabie. euchariſt. 2. §. 2. Alex. q. 33. m. 8. quamuis Dur. q. 3. audacius damnet eã conſuetudinem, Alber. Ang. euchar. 2. §. 3. & ſupplem. aiũt periculum eſſe, vt omnes referant intentionem ad inſtans quo vltimus finierit, & negant fieri conſecrationẽ, ſed monet Caiet. & Soto expedire vt habeans intentionem in genere faciendi quod facit eccleſia, & Chriſtus inſtituit. ſed ſane Diuus Tho. Caiet. Tabie. dicunt referri omnium intentionem ad inſtans quo principalis finit, nempe epiſc. hic enim finita prolatione ſua oſtendit adorandam hoſtiam, ut in abſolutione additur in nomine Patris, &cæt. & calix conſecratur per omnia verba: quamuis quædam priora ſufficerent, ſecundum quoſd. [e] Tandem Caiet. q. 67. 6. Soto. d. 3. a. 4. Ledeſ. q. 8. recent. quamuis materialiter ſint plures miniſtri, ablutiones, & locutiones, ſatis enim eſt vnam eſſe paſſionem in vno ſubiecto, & produci vnum characterem, & gratiam. Tabie. bapt. 6. §. 2. [f] D. Tho. q. 67. 6. Doct. ſup. [g] D. Thom. ſup. & q. 82. a. 2. ad. 2. & alij Doct. D. Tho. [h] q. 67. 6. ſed reuera non eſt rebaptizans, nec irregul. vt qui conſecrant cum epiſcopo, non cenſentur reconſecrare hoſtiam, qui poſtea finiunt verba: quia non repetunt omnia poſt hoſtiam conſecratam. [i] D. Tho. q. 6, 6. q. 66. 5. ad. 4. d. 6. q. 2. 1. 1. ad. 3. d. 3. q. 1. a. 2. ad. 2. Alexan. q. 16. m. 7. Gab. d. 3. q. 1. con. 6. Scot. Ang. Tabie. bapt. 6. §. 1. Eu... to. 4. hom. 55. Abb. poſt Hoſt. in cap. debitum de bapt. recent. Ledeſ. q. 7. Vict. §. 17. videtur & Sot. Syl. bapt. 3. § 7. & prob. ſi alter prius finiat verba: quia aut hic ſolus baptizat, & conſequenter alius non concurrit, aut non baptizat, & ſic forma vtroque modo eſt falſa. ſed quia ſenſus eſſe poteſt, ego te baptizo, & iſte te baptizat: quidam aiunt valere baptiſmum Duran. diſtin. 3. quæſt. 3. Bon. Palud. q. 2. articu. 3. vt Richar. Caiet. Marſil. quæſt. 4. artic. 4. dub. 11. Roſell. [k] D. Tho. quæſt. 67. 6. ad tertium. Scot. Richar. Gabr. Victor. Sot. Ledeſ. communis Theol. & Canoniſt. Pan. Hoſt. c. debitum, de baptiſmo. At oppoſitum eſſe probabile declinat Caiet. Marſil. q. 4. ar. 3. dub. 11. dubitat Palud. Gloſ. c. quorundam. 23. d. [l] Recẽt. Taper. art. 12. quia Iaco. 5. dicit in plurali, inducat preſbyteros. [m] Caiet. q. 67. 6. fin. & adhibet aliam ſolutionem: de qua Soto confuſe. [n] At ſi epiſcopus audiunt ſolos caſus reſeruatos, & parochus audiunt integram confeſſionẽ, fieri poſſet ex conſenſu pœnitentis, vt vterque eodem pũcto directe & per ſe ſe abſoluat à peccatis, quæ audiuit: & ex utraque abſolutione fiet vnum ſacram. Palu. Nau. de pœnit. [o] Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de quib. lib. 2. de pœnit. [p] At ſi inferior audit ſimul reſeruata, & abſente ſuperiore abſoluit, non eſt directa abſolutio à reſeruatis, ſed cũ onere, vt ſe præſentet ſuperiori abſoluendus. [q] quare regularis ſine priuilegio miniſtrans euch. aut extrem. unct. clerico, ſeculari, aut laico (niſi præſumat interpretatiuã licentiam abſentis parochi, propter periculum mortis) fit excõicatus, Clem. 1. de priuil. Caie. ver. exc. c. 64. Nauar. c. 27. nu. 101. [r] Trid. ſeſſ. 23. ref. ca. 8. & alijs. epiſcopos alienum ordinãs fit ſuſpenſus per annum. Trident. c. 8. confirmat. c. eos. de tempo. ordin. in 6. vbi additur, quod ſi ea ſuſpenſio fuerit manifeſta, nempe euidentia facti, poſſent ſubditi ſine eius licentia à vicino epiſcopo ordinari. Syluest. ordin. 3. §. 8. irregu. § 9. Arm. § 80. fin. Maior. de irregul. lib. quarto, cap. 2. num. 6. cap. 5. nume. 3. cum gloſ. dict. cap. eos. verſ. aliter. ubi addit Domini. num. 14. ſi modo qui petit ordinari ſit iam clericus, & afferat teſtimonium de ſuſpenſione ſui epiſcopi: vt in eo puniatur epiſcopus, in quo deliquit. [s] cap. interdicimus. 16 quæſtio. prima. [t] Palud. diſtinct. 7. quæſtio. quarta, articu. 3. Syluestr. confirmatio. §. 5. Angel. § 3. [u] ſic Theolog. & Iuriſperit. conſulti. nec oppoſitum ſentit Paluda. dicens quod non deberet confirmare: nempe ex decentia, & colligitur ex Summiſt. confirmare vero non pertinet ad Pontificalia, quæ prohibentur in diœceſi aliena, à Concilio Trident. ſeſſ. 6. capit. 5. Antioch. cap. 13 ſed Pontificalia dicuntur, quæ celebrantur cum omnibus ornamentis Pontifical. gloſ. fin. cap. tranſmiſſa de electione, & glo. in caſu cap. Apoſtolicæ, de priuil. in ſexto, vt celebrare ordines, aut miſſam cum ornamentis Pontifical. aut chriſma conficere: & ſimilia [x] cap. periculoſum. de ſenten. excommunicat. in ſexto. Nauar. cap. 27. num.

ta & cenſuras tanquam ordinarius,
y [y] abſoluat. Sed nullo iure conceditur vt eos confirmet, niſi forte ex proprij epiſcopi ratihabitione. In matrimonio præſentia parochi aut eius ſacerdotis qui illius uicem tenet requiritur per Conc. Trid. ſeſſ. 24. ref. c. 1. vt valeat contractus & fiat ſacramentum.

5 Curet paſtor inducere & hortari ſubditos ad exercitationem bonorum operum etiam externorũ: quia habent maiorem vim impetrãdi. & martyrium ex Dei priuilegio confert ex operato gradum gratiæ, præter meritum voluntatis effica-
z cis. [z] & vberiorem conferunt ſacramenta. Paſtor ex officio & caritate tenetur omnibus ſuis miniſtrare ſacramenta opportuna, & tanquam pater filiis prouidere: nec ſine cauſa contentus ſit vt in articulo mortis ægrotus adoret allatam euchariſtiam, ſed curet vt reipſa ſacramentaliter ſumat propter præceptum, & vim fructumque illius, quo de attrito fit interdum contritus. ſic enim primus eccleſię paſtor Petrus de caritate ter interrogatur à Chriſto, tenetur interdum miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ, & euchariſtiæ extra tempus præcepti, & parochus vnctionem & matrimonium: epiſcopus vero confirmationẽ & ordines tenetur certis perſonis temporibuſque miniſtrare, & paſcere ſacramentis: quamuis ſubditi nullo præcepto ad horum quædam recipienda cogantur, vt c. 4. dictum eſt.

Tenetur miniſter ſcire neceſſaria officio, vt dicetur lib. 3. de pœnitentia. cap. 26. vt quæ ſit debita materia, forma, & intentio miniſtrandi ſacramenta: ne quid mutet ad ſubſtantiam pertinens, nec introducat pernicioſum ritum, ſed ſeruet re-
a ceptos ritus eccleſiæ. [a] ſciatque ſi quid per inaduertentiam omiſit, quomodo ſupplendum ſit, præſertim in baptiſmo & ordinatione ſacerdotis & celebratione miſſæ, ſup. cap. 24.

7 Peccat mort. qui dubia forma minus probabili vtitur, ſup. cap. 9. præſertim in neceſſario baptiſmo ſi dicat, in nomine Chriſti, vel genitoris, &cæt. ob periculum faciendi irritum ſacramentum: & quia eſt contra receptum eccleſiæ vſum. In materia vero dubia interdum licet, & ſubeſt cauſa: vt ſi non eſſet aqua certa pro puero moriente, quia neceſſitas dat ius, & excuſat à periculo irreuerentiæ ſic confeſſarius ex poſitus poteſt abſoluere eum quem opinione probabili reputat ſibi ſub-
b ditum: [b] & pœnitens ex cauſa poteſt reticere peccatum aut circunſtantiam: & cum attritione nota recipere abſolutionem, ſecutus Doctorum ſententiam quæ excuſat à periculo ſacrilegij. & reddit tutum ac moraliter certum, quando opinio eſt in praxi recepta, aut etiam probabilior: quamuis interdum eſſet opinio contraria in oppoſitum.

8 Sed vbi dubium probabile eſt. An aliquid ſit de neceſſitate ſacramenti, curandum eſt ne ſine cauſa omittat quod certius eſt, & incer-
c ta præponat: [c] nam quamuis opinio interdum excuſat à culpa, nunquam tamen ſupplet id quod Chriſtus uoluit eſſe de neceſſitate ſacramenti. Præter ſcientiam intellectus, miniſter tenetur præſtare ipſa volũtate & executione quę ſunt, aut ſaniori opinione reputantur neceſſaria in ſacramentis.

CAPVT XXVIII.

In miniſtro ordinato vt actiue, & valide conferat ſacram. & gratiam, non requiri bonitatem aut fidem.

§. 1. *Fides miniſtri non eſt de neceſſitate ſacramentis, ſed valet ab hæretico datum.*

2 *Miniſter omnis concurrit actiue ad productionem gratia.*

3 *Patres dum id miniſtro negant, intelliguntur, hunc non eſſe cauſam principalem.*

SAcramenta valide confert miniſter, vt epiſcopus etiam abſque iuriſdictione, præterquam pœnitentiæ, nec impeditur, quamuis miniſter ſit iniquus, aut præciſus publica denunciatione excommunic. vel
a notorius hæreticus [a] aut degrada-
b tus, [b] poteſt enim vere conſecrare euchariſtiam, & miſſam celebrare ſi habeat intentionem; & confert ſacramentum extremæ vnctionis & matrimonii. Quid de baptiſmo ab hęreticis dato ſenſerit Cypr. dicetur lib. de bap. c. 28. ideo valent hæc ſa-
c cramenta, quia fides miniſtri [c] non eſt de neceſſitate ſacramenti. Similiter epiſcopus his malis infectus confert verum ſacramentum confirmationis & ordinis. Sed ab iſtis cõmuniter ſacraméta recipere non licet: niſi baptiſmum in neceſſita-
d te [d] & abſolutionem in articulo
e mortis: [e] non autem euchariſt. ab
f hæretico, [f] quia non eſt tanta neceſſitatis; ſuſpenſus vero manet qui à tali epiſcopo ordines recepit.

2 Sacerdos qui abſoluit eſt inſtru

y num. 161. [y] Bonif. cap. fin. de cenſ. lib. 6. Sot. d. 18. q. 4. a. 2. col. 2. Syluest. confeſſor. 1. §. 1. at nullo iure conceditur Metropolitano viſitanti, vt alienos confirmet. Palud. Sylue. Armil. ſup. quia dic. c. fin.
z ſolum concedit audire illorum confeſſiones. [z] Docto. cit. inf. c. 30. lit. O. negant opera addere voluntati efficaci, nouum meriti gradum apud Deum: quia Deus nõ tam reſpicit opus & quãtum quam intentionem, & ex quanto D. Tho. 1. 2. quæſt. 19. 8. ad 1. cum glo. & Ambroſ. 1. offic. ca. 30. lib. 5. in Luc. Greg. 28. moral. c. 13. Auguſt. in Pſal. 61. epiſt. 49. q. 4. ſer. 50. de tempore. & alias Paul. epi. 4. ad Seuerum. Hilar. in Pſal. 118. Bern. epi. 69. lib. de gratia & libe. arbit. lib. de diſpen. & præcept. Baſil. homil. 28. in Pſ. Chryſoſt. hom. 26. imperf. hom. 26. & 46. Matth. Alger. 2. de euchariſt. cap. 7. Clem. Alex. lib. 4. Strom. Ionas epiſcopus lib. 3. de cultu imag. Hugo lib. 2. ſacra. p. 14. cap. 6. Pet. damicen. de vene ſanct. Bon. lib. 5. compend. Theol. c. 15. Maximus centur. 2. cap. 3. centur. 3. c. 48. item uoluntatem efficacẽ martyrij æquant. martyrio. Alexand. 4. p. q. 22. m. 5. Bon. 4. d. ſtin. 3. art. 1. q. 1. Gregor. 2. diſt. 42. quęſt. vnic. ad 3. ibi. Capreo. ad 1. con. 12. 4. conc. Hiſpa-
a lenſ. ad 3. [a] ſupra c. 11. Trident. ſeſſ. 7. de ſacra. e. in. vlt. At baptizans in forma Græcorum ſine ſcãdalo, aut vulgari lingua, non videtur. M. Palud. diſt. 3. q. 1. art. 3. Soto. diſtin. 1. q. 1. artic. 8. ad fin.
b [b] opinio probabilis in praxi cõcedit ex pręſumpta eccleſię licentia, iuriſdictionem parocho habẽti titulum ſaltem coloratum. Nauar. c. 9 num. 8. Syl. gratia, nu. 4. Armil nu. 6. Sylu. indulg. § 5. verſi. 8. Anto. Gab. to. 4. comm. lib. 1. con. 8. nu. 3. 20. 32.
c [c] Aug. 1. de bap. c. 3. Soto. d. 3. q. 1. ar. 3. ratione. 1. fin.

CAP. XXVIII.

a T Rid. [a] ſeſſ. 7. de bapt. cano. 4. ſeſſ. 14. cano. 10. Caſt. & Medices. de hæreſ verb. poteſtas. D. Thom. add. quęſt. 38. artic. 2. q. 82. 7. conc. Conſtantien. ſeſſ. 8. err. 14. Bellarm. 1. ſacram. cap. 26 Alber. d. 13. artic. 32. Alex. 4. par. q. 35. m. 5. DD. d. 25. vbi Alber. Tarant. Bon. Richar. Scot. Durand. Argent. quos ſequitur Carthuſ. diſt. 5. q. 1. d. 25. q. 1. Sylu. ordo. 3 §. 6. Soto. d. 25. quæſt. 1. artic. 2. & 3. Couar. c. alma. 1. par. §. 6. num. 6. quod ſi quę dam capita. 1. q. 1. negent hęreticum, aut ſimoniacũ conferre ordines, honores, & gratiam, & Augu. 1. de bapt. c. 2. lib. 3. c. 15. epiſto. 50. ad Boniſ. fin. intelliguntur quod adultus recipit illicite, & ſine ordinis executione. Torrẽ. 3. confeſ. cap. 1. §. 9. Sylu. ord. 3. §. 6. ir- reg. §. 7. Nau. c. 27. nu. 242. Direct. inquiſ. 2. par. q. 8. 14.
b 16. [b] D. Tho. add. q. 38. 2. 3. p. q. 82. 8. Alber. d. 25. ar. 30. Alex. m. 6. Bellar. ſup. c. 26. quia ſacerdos rite ordinatus non poteſt fieri laicus. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. can. 4. in quo errat Mag. d. 13. ca. 4. & d. 25. negans degradatum poſſe cõſecrare euch. & ordinare. Grat. c. manus. 1. q. 1. Eraſ. pręfa. in Cypr. propter id quod Cyp. lib. 1. epiſt. 12. ad Cornel. Pap. negat ualere baptiſmũ, euchar. aut extremam vnctionem datam ab hæretico. At interpretandus eſt non eſſe utilem adulto qui peccat. Taper. art. 1. Caſtro. 2. de iuſt. hære. punit. c. 21. 22. Couar. 1. varia. c. 10. nu. 8. Bellar. aut quia hæreticus non ſeruat debitam formam eccleſiæ. Carran. in ſumma concil. ſuper Apoſt. can. 67. Nicepho. 9. hiſt. cap. 43. Clem. 6. conſtit. ca. 13. ſic D. Thom. q. 82. 8. ad 1. at quod Grat. d. cap. manus, procedit inquiſitione: & mox. c. quod quidẽ, exponit ab epiſcopo hæretico non recipi ordinis
c executionem. [c] D. Tho. q. 64. 9. & art. 6. ad 2. Bellar. 1. ſacram. ca. 26. Soto.
d Ledeſm. [d] D. Tho. q. 82. 7. ad 2. Trid. de bapt. can. 4. Sot. d. 13. q. 1. Ledeſ. q.
e 23. [e] Trid. ſeſ. 14.
f c. 7. [f] D. Tho. q. 82. 9. Sot.

mentum remittendi peccata, & cóferendi gratiam. [g] Qui baptizat quáuis paganus ſit, videtur actiue concurrere ad gratiam, [h] quia ſe exhibet miniſtrum Chriſti, & vere dicit abluo te à peccatis, tanquam pater qui regenerat in Chriſto: & ut per modum tranſeúntis recipit vim faciendi ſacramentum, ita & faciédi gratiam ſacramenti. Sed diaconus dũ in neceſſitate miniſtrat euchariſtiam ab alio conſecratam, applicat quidem homini ſacramentũ, ſed actiuè non dicitur cauſa gratiæ: ut aqua calida non calefacit ratione formæ, ſed quia ſuſtẽtat & applicat extraneum calorem.

3 Dum ſcriptura aut Patres miniſtris negare videtur vim cõferendi gratiam: negant tantum de principali autoritate, [i] vt & cap. 18. explicatum eſt: quam ſolus Deus à ſe habet. ſic Rom. 8. Deus qui iuſtificat. Matth. 9. nemo poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus. 1. Corinth. 3. neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, nempe vt principalis cauſa.

CAPVT XXIX.

De miniſtri intentione: & quãdo tenetur eſſe in gratia, vt miniſtret.

§. 1. *Cur requiritur intentio ſeria miniſtri: & ſup. c. 12. §. 6.*
2 *De præcepto eſt, vt reputet ſe eſſe in gratia, ne indigne miniſtret.*
3 *Vnũ peccatũ eſt celebrare in peccato.*
4 *Peccator qui in neceſſitate miniſtrat baptiſmum, vel qui matrimonium, non peccat.*
5 *De excommunicato miniſtrante.*
6 *De patrino in baptiſmo, vel cõfirmat.*

INtentio miniſtri ſeria, & non iocoſa eſt de neceſſitate ſacramẽti, ex Chriſti inſtitutione, [a] vt intentione ſaltem virtuali actum exteriorem libere agat, ſinatq; in actu exercito tendere in finem principalis agentis, [b] vt ſit ſignum religionis, & cauſa ſalutis: ea intentione coniũgitur forma in vero ſenſu cum propria materia & miniſter, determinat ad vnũ eam ablutionẽ aut prolationem verborũ, quæ de ſe eſt indifferens ad multa: de qua latius ſupra. cap. 10. dictum eſt. Dum quidam fidem requirunt de neceſſitate ſacramenti, ſumunt fidem pro intentione fideli. [c]

2 Probitas & integritas vitæ in miniſtro non eſt de neceſsitate ſacramenti [d] poteſt enim malus dare aliis gratiam quã non habet actu: [e] quia agit in virtute Chriſti. Qui miniſtrat ſacramentum ex officio ad quod eſt per ſe deputatus & conſecratus (vt ſacerdos dum baptiſmum miniſtrat ſolenniter, vel alia ſacramenta) tenetur præcepto diuino curare vt ſit in gratia, [f] ſaltem per eã diſpoſitionem quam reputat contritionem, [g] vt ſancta tractet ſanctè. quod præceptum videtur connaturale ſacramentis, quibus ea reuerentia debetur, & ad quæ digne tractanda infunditur gratia ſacerdoti, ne profane tractet ſacra, & vt in eo opere ſe exhibeat dignum Dei miniſtrum. [h]

3 Qui in peccato mortali miniſtrat, peccat ſimplici ſacrilegio, [i] quia pœnitentia nõ obligat propter ſe, ſed propter reuerentiam ſacramẽti: nec tenetur confeſsionem præmittere, [k] quę eſſet tutius remediũ, niſi dũ ſumpturus eſt euchariſtiã. [l] nullum enim extat pręceptum diuinum aut humanum, nec morale ex natura rei, cui per eam, quã homo reputat contritionem non ſatisfaciat: nec magis obligatur miniſter quàm recipiens: hic autem ante receptionem ſacramenti, præter euchariſtiã, non tenetur cõfiteri. Defectus tamen gratiæ nõ tollit quin conferat verum ſacramentum & gratiam: [m] quia Chriſtus eſt Io. 1. qui principaliter baptizat, [n] & qui

9. Sot. Ledeſm. [g] Sentit D.Tho. quæſt. 64. 1. ad 3. art. 3. quæſt. 84. 3. & 5. propendet Soto, diſtinct. 1. quæſt. 5. 1. Led. quæſt. 5. 1. Chryſoſtom. lib. 3. de ſacerdot. Auguſt. quæſt. 84. in Leuit. quia Ioan 20. dicitur ſacerdotibus, quorum remiſeritis. vt ignis calefacit non ſolum ratione caloris, ſed formæ: quia actiue conſeruat calorem, vt agat. Sebaſt. quęſt. 64 §. 5. [h] D.Thom. & alii cit. Sebaſtian. §. 6. fin. quia Auguſt. tract. 2. in Ioan. ait ita baptizare laicum etiã hereticũ, ſicut pium ſacerdotem. [i] Aug. 3. contra Creſcon. cap. 11. ex illo Roman. 8. Deus eſt qui iuſtificat. Marci 2. nemo poteſt remittere peccata, niſi Deus. ita explicat D.Thom. quęſt. 67. 5. ad primum. Bellarm. 1. ſacrament. cap. 24.

CAP. XXIX.

cap.26. Auguſt.6.contra Fauſt.c.3.quare Coloſ.2. baptiſmus dicitur circunciſio ſpiritualis. [l] ſop.de ſacram.cap.15.Aug.19.contra Fauſtum.cap.13. & probat Bellarm. 2.de ſacram. cap.12. 15.17. [m] dicetur, cap.33. Y.Trident.ſeſſ.7.can.1. D.Tho.3.p.quæſt.38. artic.6.communis.diſtin.2.Palud.quæſt.2. 1.Soto.quæſt.2. 1.col. 6.Palac. quæſt.vni. Caniſi. lib. 1. Marial.cap.7.Nauar.c. 22.nu.6. quod tincti baptiſmo Ioan. rurſus baptizabantur baptiſmo Chriſti. Act.1.10.11.17. & clarius.19.& multum differre à baptiſmo Chriſti. Tolet. in Io.3.nu.34. probat Origen.ho. 21. Luc. tom.6. in Ioan. Baſil. lib.1.de baptiſ. & concio ad ſanct.baptiſm. Cyril. lib.2. in Io.cap. 57. Auguſt.5. contra Iulian. ca.9.lib. 5. de baptiſmo contra Dona. c.10.lib. 2.contra lit. Petil. cap.34.& ſeq.tract. 4.& 5.in Io. Hieronym. in Ioel.2. effundam ſuper uos. & dialog.2. contra Lucif. Dam. lib.4. c.10. Grego. hom. in Euangel. Eſich. lib.7. in Leuit cap. 26. Hilar. in Matthæi.3. Theophil. Matth. 11. vbi Euthym.& in Marc.1. Ambr.li.2. in Luc. c.10. Beda & Theophil.Luc.3.Tertul. lib.de baptiſm. Baſil.homil. de Chriſti baptiſm. Taper articu.2. Beauxam. harm.to.1.fol.132. 166. Bellarm de baptiſ.c.19. & ſequen. quare errat Magiſt. 4.diſtin.2.cap.vlt.& Luther. ex illo Io. 1. qui me miſit baptizare, dicunt baptiſmum Ioã. nihil differre à baptiſmo Chriſti. [n] infr. cap. 33. & Act. 19. D. Thom.q.38.6.Bellarm.c.22. [o] Hugo lib.2.p.6.c.2. fauet

iterum parturio. [u] Docto.d.3. Scot.q.1. Gab.Soto. artic.1.Palac. q.2.per longas homilias. Sic quod aiunt Diony. Damaſ. Nazian. orat.40.de bapt.Baſil.ſimili orat.videtur potius Encomium baptiſmi de baptiſ.laude vid.Hector. Pinto in Ezech.1.ſ8. & 34.ſed D.Thom.& Mag. contentus eſt explicare cauſam materialem & formalem: ut colligitur. c. detrahe. 1.q.1. c.firmiſſime. cap.per aquam. de conſec.diſt.4 Hoſi. cap.36. Sonnius.c. 6.Alan. de ſacram. Card. Areçæli. tit. de bapt.cap.1.& 5. Nauar.c.22.nu.5. [a] Claud de euchar. rep 10 ca.4. f.383. ſed differunt ualde Bellar.4. de euch. c.3. [y] Claud. rep. 9.c.3.fol.335.

l ſtri, multum valet. [l] 2. confert gratiam diuitem & copioſam, quæ per ſe efficax ſit vt introducat in regnũ cœleſte: cum vetera dicãtur Gal.4. egena & infirma elementa. 3. Imprimit characterem ſpiritualem. 4. ex gratia ſacramentali magis reprimit fomitem: & habet alios effectus ſecundarios, de quibus.c.16. & ſeq.

8 Excellit baptiſmũ Ioannis Baptiſtæ, qui erat in aqua tantum: vt in quo nulla gratia ex opere operato conferebatur, [m] inf.cap.33.§.4. fuit enim præparatorius vt homines paulatim aſſueſcerent ad baptiſmum à Chriſto inſtituendũ. 2.non erat proprie ſacramentum,ſed ſacramentale,inf.c.32.nec in eo dabatur remiſſio peccati: ſed Ioannes prædicabat cum eo pœnitentiam in remiſsionem peccatorum. Quare qui baptiſmum Ioannis ſuſceperat, vt quidam ex Apoſtolis, erant rurſus baptiſmo Chriſti initiandi, [n] obligat enim diuinum præceptum poſt prædicatum euangelium. inf. cap.2.

9 Baptiſmus definitur ab Hug. [o] eſt aqua diluendis peccatis ſanctificata per verbum Dei. Sed melius definitur per ablutionem, vt nomẽ ſonat, quæ eſt materia propinqua. [p] ſic eucharistia non definitur per panem, [q] nec ſacramentum pœnitentiæ per peccata, quæ ſunt materia remota. Definitur ergo bapt. [r] eſt ablutio hominis, ſub præſcripta verborum forma, ex Chriſti inſtitutione: in regenerationem ſpiritualem. Ad explicationem addi poteſt ſacramentalis ablutio. [ſ] Vbi omnes quatuor cauſæ exprimuntur. Vel ſic, eſt lauacrum aquæ in verbo uitæ. [t] Alii longiori ſermone deſcribũt. [u] Patres baptiſmum (vt alia ſacramenta) dicunt conſtare ex re uiſibili,& inuiſibili Dei virtute, quæ adeſt in bapt. vt lib. de ſacram. cap. 18. explicatum eſt. & comparant baptiſmum cum eucharistia, [x] ſed negant baptiſmum perinde adorari latria, vt eucharistiam. [y]

CAPVT II.

Quando cœpit inſtitutio & obligatio baptiſmi.

§.1. *Baptiſmus eſt principium vitæ & ianua religionis.*
2 *Inſtitutus eſt Matt.3.quando Chriſtus fuit à Ioan. baptizatus.*
3 *Ex tunc cœpit Chriſtus ſuo baptiſmo initiare per Apoſtolos.*
4 *Promulgauit legem baptiſmi Ioan.3. ſed vt obligaret poſt ipſius reſurrectionem.*
6 *An ignorantibus profuerit aliquo tẽpore poſt reſurrectionẽ circuncíſio.*
8 *Quando completa ſint hebdomadæ. Dan. 9.*

INſtitutus eſt baptiſmus tanquam principium externæ vitæ Chriſtianæ, quæ incipit per fidem: & per hoc fidei ſacramentum baptiſmum (qui dicitur illuminatio à Patribus citatis.c.1.) fit proteſtatio & profeſsio fidei in eccleſia Chriſti viſibili. Et per baptiſmum intrantes tanquam per ianuam, adunantur fideles in una vera religione: [a] & fiunt capaces aliorum ſacramentorum. [b]

2 Inſtitutio baptiſmi in ratione ſacramenti & cauſæ inſtrumentalis, non fuit à Ioan. Baptiſta, [c] qui venit in aqua tantum: ſed iure diuino facta per Chriſtum: quando in vita mortali in Iordane Matt.3. fuit baptizatus [d] à Ioanne. Vbi primo deſignauit materiã, & tunc vim regeneratiuam contulit aquis. [e] Sed ab illo baptiſmo, qui nondum erat Chriſti, nullũ effectum Chriſtus recepit: [f] nec dicendus eſt eo baptiſmo renatus: [g] Tunc etiam præſignauit formam, cum manifeſtatum eſt myſterium B. Trinitatis: [h] nempe in voce Patris, ac

CAP. II.

[a] Dictum eſt de ſacram.ca.11. §.1.Bellar.1. de ſacram.c.22. Auguſt. [b] inf c.20. G.conc. Flor. Dionyſ.c.2.eccleſ.hier. Dam.lib. 4 c.10. Baſi.in hor. orat. ad bapt. Bell. de bapt. cap.8.§.3. claſſis. & dicetur.c. 3.§.1. Cyril. præfat. in ſuas catech. Beauxam.harm.to. 1.fol.94. 145. licet Dionyſ. Alex.apud Euſeb.7.hiſt.cap.8. putauit eucharistiã profuiſſe homini p hæreticos baptizato contra formam eccleſiæ,per baptiſ. intrãs in eccleſiam concil. Flor.Augu. tract 4.in Io.Cyril. lib.12. in Io. c.50. Naz. orat. in ſanct. lauacrum. [c] Doct. cit.cap.1.§.8 M.cõtra Magiſt.diſtin.2. catlr. definit Trid. ſeſſ.6.cano.1. [d] D. Thom.q.66.2.Caieta.Doct. cum Magiſt.diſtin.3. ubi D. Thom.q.113.2.Capreol. quæſt.1.con. 3.& ad argu. Palu. quæſt.1. Scot quæſtio.4.Richar articu.5. quæſt.1.Gabriel.articu.3.dub.vltim.Soto. quæſt.1.artic.2.Ledeſm.queſt.7.2.Hugo.lib.2.par 6.cap.4. [e] Bed. homil.Epiphan.& lib.1.in Luc.cap.10. quod ſumpſit ex Ambro. lib.2.in Luc.cap.vltim.in princ.gloſſ.ordin. Lucæ 3.Auguſtin.ſermo.36 de tempo. & hinc colligitur tunc inſtitutum baptiſmum à Chriſto, ut ait Diuus Thom. & alij. Beauxam. tom.1. harmo. fol.145.ex Damaſc. cap.2. de Epiphan.Hierony.Matth.3.Eſich. 2. in Leuiti. cap.8. ſignificat Auguſt. lib.3. de mirab. ſcript. Bellarmin. cap.5. [f] Diuus Thom. 3.par. quæſtio:38. articu.3. & 6. & quæſtio.84. artic.7. ex ſola euchariſtia Chriſtus recepit actualem refectionem.quæſt.81.1.ad primum. [g] Natal. Beda annotat. contra Fabrum in Matthæi.3. Auguſt. Enchyrid. cap.48.49.tracta.4.& 13 in Ioannem, cuius rationem aſſignat.lib.ſecundo,contra liter.Petil. cap.22. & 37. Alcuin.lib.3. de Trinitate. capit. 17. At Chriſtum,impropriẽ uocant ex baptiſmo renatum, Origen. homil.28.in Luc. homil.8. in diuerſos. Damaſc. lib.4 cap.10. Faber. in Matthæi 3. [h] Ambroſius. 2.in Lucæ cap.ult Optat.lib.4. contra Donat.Hilarius, cano.2. in Matth.Bellarmin, de baptiſm. cap.

Auguſt.tract.80.in Ioan.accedit verbum ad elementum. catechiſ. Pij V. definit.eſt ſacramentum regenerationis per aquam.ſed reijcit D.Tho.q.66.1.ad 3. [p] ſic Mag.d.3.vbi Richar. Albert. Tarant. Scot.Dur.Palud.Gabriel.Herua.quæſt.1.Carthuſ.q.3.Capreol. Soto.q.1.ar.1.& diſt.4.q.vnica.ar 1.fin.Ledeſ.q.7. ar.1. D.Thom. q.66.1.Alex.4.p.q.11.m.3.ar.2. Summulæ verb.baptiſmus. Taper.art.1.colligitur ex Auguſt.tract.15.in Ioan.colligit ex Eph.4. mundans eam lauacro aquæ.& tract.80. baptiſmum vocat tinctionem, & fluuium ac labile elementum. [q] Diuus Thom. quæſt.73. 1.ad 2. [r] Quam definitionem D.Thom & Alex. ſumunt ex Dionyſ.eccle.hier.c.2. Nazian.orat. de baptiſm. Dam.lib.4. c.16.Catech. Pij. & Caniſ. Nauar c.22.num.5.Syluest.& Caiet. uerb.baptiſ. [ſ] Quia oportet,ut ablutio fiat cum rebus quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti,nempe cum debita intentione miniſtri determinati: cum coniunctione morali materiæ cum forma: in ſubiecto capaci ſeu non baptizato, & ſi adultus eſt, eo conſentiente. [t] Vt colligunt ex Ephe. 4. Auguſt.tract.15. Ioan.Bellar.cit. ſed ſacramentum pœnitentiæ poſſet dici regeneratio Gal.4. Filioli quos

filio incarnato, & columba Spiritum ſanctum deſignante: in cuius Trinitatis inuocatione ſtat forma baptiſmi, vt cap. 8. dicetur. deſcenſus Spiritus ſancti cum cœlorum apertione ſignificauit effectum baptiſmi eſſe introitum in Sancta ſanctorum. [i]

3 Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum prædicabat, & legitur baptizaſſe Io. 3. non quidem baptiſmo Ioan. in quo nulla gratia ex operato dabatur, ſed ſuo, qui eſt in Spiritu ſancto [k] & quo ante paſſionem ſunt Apoſtoli baptizati, vt dicetur cap. 5. ſed communiter per Apoſt. baptizabat [l] Ioan. c. 4. nec dum forte ſub forma quam Matth. vlt. poſt reſurrectionem explicauit. ſed in nomine Chriſti quem veniſſe prædicabat: in qua forma parum differebat à bapt. Ioan. [m] multum tamen in effectu: & gratia in eo baptizatis contritis data, nondum erat efficax introducere in regnum cœlorum, ante Chriſti paſſionem. De quo forte interpretari licet Chryſoſt. & quoſdam Patres. [n] Non abeſt à veroſimili, tunc inſtituiſſe Chriſtum, cum primum aliquem, vt ſanctiſs. Matrem vel Petrum ſuis manibus & verbis baptizauit. vt ſimili ratione inſtituit ſacramentum euchariſtiæ & Ordinis, cum eam conſecrauit, & Apoſt. ordinauit. Cæterum ut alia ſacramenta non ſic inſtituit abſoluendo, aut vngendo aliquem vel copulando matrimonio, ita ſane facto ipſo baptiſmum inſtituit, vt Patres citati docent: & quidam aiunt, cum forma in nomine Patris, &c. [o]

4 Præceptum baptiſmi promulgatum eſt à Chriſto Ioan. 3. niſi quis renatus: quem locum omnes cathol. ſemper intellexerunt de ſacramento baptiſmi: [p] licet B. Hieron. per tropum accommodet doctrinę. Sic præceptum euchariſtiæ Ioan. 6. niſi manducaueritis: [q] præceptumque pœnitentiæ Luc. 13. niſi pœnitentiam egeritis, cœpit promulgari ante ſacramenti inſtitutionem plenam. Non tamen intendit Chriſtus, vt ab eo puncto lex euangelica, cuius profeſſio fit in baptiſmo, inciperet obligare, ante mortem ſuam (ut aliquando putauit B. Auguſt. [r] quem licet interpretari [ſ]) ſed ſuauiter, vt ſolet fieri in legibus humanis, [t] uoluit poſt completam omnino paſſionem & mortem ſuā, obligare ſcientes. mors autem abſorpta eſt & completa in puncto extrinſeco reſurrectionis Chriſti, ex quo cœpit obligare lex Chriſti, & baptiſmus, quando & abolita eſt lex uetus: quæ non plene expirauit ſtatim expirante Chriſto, ut quidam putant: [u] ſed per mortem Chriſti conſummatam: [x] ita ut corruptio unius fuerit generatio alterius. ſed lex dicitur expiraſſe in morte Chriſti, Io. 19. conſummatū eſt: & Matth. vlt. velum templi ſciſſum eſt, quia mors Chriſti fuit cauſa de ſe ſufficiens [y] ut lex omnino ceſſaret nec ullo temporis momento orbis fuit ſine obligatione unius tantum legis diuinæ; ut quidam de tri-

i cap. 5. [i] Hilarius canone 2. Matthæ. Chryſoſt. hom. 4. imper. Matthæ. Theophil. Lucæ 3. Diuus Thom. quæſt. 39. 5. quæſt. 49. 5. ad tertium, & in 3. diſtin. 18. artic. 6. 3. ad ſecundum Albertus in Math. 3. Auguſt. 3. de mirabilibus ſcripturæ. c. 5. Beauxam. harmon. fol. 146.

k [k] Ioan. 1. ipſe eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. c. 3. renatus ex aqua & Spiritu ſancto. Matth. 3. & ſæpe Bellarm. c. 5.

l [l] Vt ex Ioan. 4. probat Aug. tract. 5. & addit quod ēt Iudas baptizabat. & tract. 13. 15. ſer. 36. de tēpore. Cyril. 2. in Ioan. c. 57. vtraque gl. & Lyr. D. Tho. in catena cum Aymo. in Io. 3. Hilar. cano. 2. in Matt. Hieron. dial. contra Luciſe. poſt princ. Nazian. orat. 40. in bap. Bed. ſup. & glo. Luc. 3. Beauxam. tom. 1. f. 202. Ianſen. concord. in Ioan 3. & ita conſtat ante paſſionē Chriſti fuiſſe baptiſ. Chriſti, quo conferebatur gratia ex operato, contra Tertul. Ruper. & alios de quibus. inf. c. 3.

m [m] Tunc ante mortem Chriſti uidentur baptizaſſe in nomine Chriſti, vt ait Sco: (& ita interpretandi eſſent Ambr. & Nicol PP. qui aiūt valuiſſe baptiſmū in nomine Chriſti, infra c. 10.) colligitur ex Chryſoſt. homil. 28. in Io. 3. Leo Pap. epiſt. 4. ad epiſcopos Siciliæ. Tertul. de bapt. Ferus, & Ruper. in Io. 3. qui negant ante reſurrectionem Chriſti differre bapt Chriſti & Ioan. quam ſententiam Cano lib. 8. de loc. c. 5. negat eſſe nota dignam: refert Bellar. c. 5. in princ. quos D. Thom. intelligit quæſt. 73. 5. ad 4. quaſi non eſſent baptizati bap. Chriſti: & ex diſpenſatione Apoſtolos in cœna recepiſſe prius euchar. quam baptiſ.

n [n] Chryſoſt. & Theoph. probant ex Ioan. 7. nondum erat ſpiritus datus, ſcilicet perfecte, quia gratia non aperiebat ianuam cœli: nec dabatur Spiritus ſanctus in ſigno viſibili: & ita ſimilis erat gratia quam pœnitentes recipiebant ex opere operantis, cum humili receptione bapt. Ioan. Leo epiſt. 4. c. 3. regenerationis gratia cœpit à reſurrectione nempe obligare.

o [o] quia in ea Chriſti baptizatione declaratum eſt myſterium Triniti. ſup. I. de quo Apoſt. ſatis erant inſtructi. & Baptiſta dixit de Chriſto Matt. 3. baptizabit in Spiritu ſancto Ioan. 3. renatus ex aqua & Spiritu ſancto. ſignificat Amb. lib. 2. in Luc. c. vlt. Optat. lib. 4. cont. Donat. tenet Palac. d. 3. q. vni. col. 4. ſed Matt. vlt. rurſus declarauit formam cum præcepto docendi fidem explicitam Trinitatis & Chriſti, quia dicit, ne ſeruent ea quæ prius mandauerat.

p [p] Bellarm. de ſacram. lib. 2. c. 3. & de bapt. ca. 4. id Ioan 3. explicari de vera aqua & bapt. ibi Orig. Chryſ. hom. 24. Aug. Cyril. lib. 2. c. 42. Bed. Theoph. Euthy. idem Iuſtin. apol. 2 Tert. de bapt. & lib. de reſur. carn. Cypr. li. 3. ad Quirin. cap. 25. Fulge epiſt. 1. ad Adeodatum. Ambr. 3. de Spiritu ſancto. cap. 11. Hieronym. in Ezechie. 16. Baſil. Nazianz. & Nyſſ. ſer. de bapt. & Nyſſen. in 1. Catech. c. 33. Toler. in Ioan. 3. no. 11. Beauxa. harm. fol. 192. Cyril. Catech. 3. Auguſt. 1. de pec. mer. c. 30. Gregor. lib. 7. epiſto 53. qui ita legunt ex aqua & SS. nec differt quod quidam legunt ex aqua & ſpiritu. Nyſſe. de bapt. Euthy. Ioan. 3.

q Cyp. epi. 72 73. & li. 1. cont. Iudæ. c. 12. Ab. ſup. [q] Vt dicetur iuxta Patrum expoſitionem lib. de euchar. & tamen quia euch. eſt finis ſacramētorum prius inſtituta ſunt omnia illius, ut materia forma & præceptum: quam in baptiſmo cuius forma permanens & obligatio cœpit Matt. vlt. D. Tho. q. 73. 5. ad 4. Soto. diſt. 8. q. 1. 5.

r [r] Aug. 1. de orig. animæ. c. 9. lib. 2. c. 10. 12. li. 3. c. 9. & ita contendit bonum latronem fuiſſe baptizatum: quia ait à puncto Ioan. 3. ita obligaſſe, vt nec latro ſine bap. ſaluari poſſet. idē Aug. ſeu Fulgēt. lib. de fide ad Pet. c. 30.

ſ [ſ] interpretandus eſt vt pœnitentia latronis includat bapt. in voto: quia Aug. 1. de peccato mer. ca. 30. ex tunc putat fuiſſe neceſſarium in re vel in voto. vt ait Bell. de bap. c. 4. & tamē quia idē Aug. epi. 19. ad Hiero. fatetur veterē legē nō fuiſſe mortuā ante Chriſti mortem: dicerent nec legē nouam de bapt. obligaſſe ante Chriſti mortem. quare citatus. R. intelligit Aug. promulgationē bap. factam eſſe inchoatiue Ioan. 3. ſed vt poſt Chriſti reſurrect. haberet vim obligādi.

t [t] quāuis lex naturalis ſtatim vt per lumē naturæ ꝓmolgata eſt obligat: ſed lex poſitiua auth. ut ſactę nouæ, non obligat niſi poſt duos menſes. Sot. li. 1. iuſt. q. 1. artic. 4. atque ita Chriſtus legis ſoę poſitiuæ obligationem temperauit, quia Matt. 11. Chriſtus legem ſuam vocat ſuaue iugum, & onus leue.

u [u] Fr. Medi. 1. 2. q. 90. art. 4. col. 8. fin. & q. 103. ar. 3. Bel. c. 5. prop. 3. quod ſign. D. Thom. 1. 2. quæſt. 103. 3. ad 1. art. 4. ad 1. 3. par. q. 37. 1. ad 1. quæſt. 66. 2. ad tertium. quæſt. 47. 2. ad primum. & in 4. d. 1. in 2. p. quæſt. 2. ad tertium. Durand. diſt. 1. quæſt. 4. Palud. quæſtio. vlt. Richard. diſt. 3. articu. 5. q. 3 Maior. q. 1. Adria. q. 1. de baptiſm. fauet Aug. epiſt. 19. ad Hieron. & eiuſdem Hieron. ad Auguſt. Bernard. epiſt. 77. Hugo. lib. 2. p. 6. cap. 5. Victor. §. 10. Caſtro verbo. baptiſ. Cano relect. de pœnitentia. p. 5. & fatetur Soto. diſtin. 2. quæſt. 2. artic. 2. Taper. artic. 2. de baptiſ. Alan. de ſacramen. cap. 39. Sonnius. cap. 23. Cardin. Aracæli. titu. de baptiſm. cap. 7. Caniſi. de baptiſm. articu. 1. & 2. & Victor. ait colligi ex Dan. 9. in dimidio hebdomadæ deficiet hoſtia: quod morte Chriſti expiraſſe vetera ſacrificia exponunt vt African. Quem refert Euſeb. 8. de monſtrat. & Hieron. in Dan. 9. Beda, Magiſt. hiſtor. Lucid. Dried. Ianſen. cum Metaſten. & Philone hiſtorico. nam à puncto mortis Chriſti fuit aperta ianua cœli, beatificatis Patribus limbi.

x [x] Soto. lib. 2. inſtit. quæſtio. 5. articu. 4. & in Rom. cap. 7. mortificati eſtis legi per mortem Chriſti. & diſtin. 3. articu. 11. diſtinct. 5. quæſt. 1. articu. 2. quia baptiſm. ut eſt figura mortis, ita & reſurrectionis Chriſti Rom. 4. & 6. & tamen legis ver. obligatio dicitur ceſſaſſe in morte Chriſti, quia in puncto reſurrectionis extrinſece finita & abſorpta eſt mors in victoria. 1. Corinth. 15. ſic Auguſt. epiſto. 19. ad Hieronym. ait lex vetus durauit vſque ad paſſionem & reſurrectionem Chriſti: & citat pro ſe Cyprian. & Ambroſ. idem Hieronym. epiſt. ad Auguſt. (ut fatetur Fr. Med.) & citat pro ſe Orig. Euſeb. Didymum. Apollinar. idem Chryſoſto. lib. 1. de ſacerdotio. Theophyl. & Oecumen. in Galat. 2. Caſſian. collat. 17.

y [y] ſic Heb. 7. tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat: dum in cœna Chriſtus inſtituit nouos ſacerdotes: nec tamen in cœna ante paſſionem ceſſauit lex vetus, niſi tanquam in cauſa, colligitur ex Diuo Thom. 3. par. quæſt. 50. artic. 6. & ſacit. quæſt.

duo mortis Chriſti, falſo aſſerunt. [z] nam Patres ad tempus reſurrectionis Chriſti referunt obligationem baptiſmi: [a] aut tempus aliquanto poſterius, & baptiſmus vt merſione ſignificat mortem Chriſti cui conſepelimur, ita emerſione vt dicitur Rom. 4. & 6. ſignificat reſurrectionem ipſius.

5 Vt ergo leges Imperatorũ (quas ſacri canones imitari nõ dedignantur) non obligant ſtatim, cum voce præconis promulgantur: ſed elapſo bimeſtri: ita Chriſtus poſitiuam legem euangelii à ſe latã, quam Matt. c. 11. vocat ſuaue iugum, noluit facta Ioan. 3. promulgatione obligare, niſi elapſo ſaltem triennio: quod fluxit à baptiſmo & prædicatione Chriſti, vſque ad reſurrectionem ipſius. [b] quando habuit annos ætatis 33. quamuis quidam falſo numerent annos quatuor prædicationis: & tribuunt Chriſto annos 34. ætatis. [c]

6 Pro ignorantibus legem euangelii (quales tũc multi fideles Iudęorũ erant, longe diſtantes à Hieruſalem) pie creditur indulſiſſe Chriſtum inducias per aliquod tempus, poſt ipſius reſurrectionem: [d] vt ſi miniſter, aut pater fidelis ignarus prorſus baptiſmi, paruulis cum fide in Chriſtum applicaſſet ſacramentum legis naturæ, aut circunciſionis (non quidem vt hæc figura erat futuri, ſed vt pia cæremonia ſimilis ſacramento legis naturæ [e]) Deus liberaliſſimus mundaret paruulos à peccato. [f]

7 Hoc priuilegium quidam duraſſe referunt ad tempus vſque Pentecoſtes, [g] in quo Act. 2. per varias linguas omni nationi Iudęorũ concurrentium, in regia vrbe Hieruſalem prædicauit ſummus præco Petrus Apoſtolus, cum expedita & efficaci uirtute, & iuriſdictione obligandi orbem, & in eo ſermone explicuit ſummam doctrinæ euangelicę: & eo die completa ſunt omnia Chriſti myſteria, quando poſt Aſcenſionem miſit promiſſum Spiritum ſanctum, & ſtatim cœpit publicus uſus ſacramentorum. Huius figura fuit promulgatio ſolennis legis in monte Sina, vt aiunt D. Auguſt. & Leo. 1. [h] quæ fuit 50. die poſt primum paſcha Iudęorum. [i] & quamuis bapt. à reſurrectione Chriſti, cœpit ſcientibus eſſe præceptũ, ſed tunc fuit medium [k] ex lege irritante & plene promulgata omnino neceſſarium, vt deinceps nemo paruulorũ ſine baptiſmo aquę aut ſanguinis ſaluaretur. Alii referunt ad tempus excidii Hieruſalem [l] quod à Tito & Veſpaſiano factum eſt, anno 40. elapſo poſt Chriſti paſſionem. [m] quo tempore obierant omnes Apoſtoli, & vltimus etiã Ioannes: qui totius orbis prouincias inter ſe diuiſas repleuerãt euangelio, vt de ſe ait Apoſtol. Rom. c. 15. & ſepulta ſynagoga cum honore, ex inde veteres cæremonię fuerunt inutiles, & de ſe mortiferæ. [n] Apoſtoli enim prędicarunt in omnem terram, [o] & vniuerſę creaturę: atque ita orbem promulgatione euangelii obligarunt.

8 Eo tempore ſaltem excidii cõpletę ſunt iuxta graues Patres 70. hebdomadę Dan. c. 9. [p] quando in

z quæſt. 37. 1. ad 3. quæſt. 40. artic. 4. [z] vt Scot. diſtin. 3. q. 4. & ſignificat D. Thom. 1. 2. quæſt. 106. 4. ad 4. quod confutant Sot. Frat. Medi. & Recent. obligabat lex vetus in triduo: ac ſubinde nondum a lex noua. [a] Auguſt. & Hieronym. cum Patribus per illos citatis Chryſoſt. in Ioan. 7. homil. 28. & lib. 1. de Sacerdotio. Theophil. & Oecumen. in Gal. 2. Tertul. de baptiſmo. facit Cano, lib. 8. de loc. cap. 5. D. Thom. q. 66. 2. Soto loc. citatis Tab. b bapt. 1. §. 3. [b] Tenet Lucidus de die paſſio. c. 9. 12. & lib. 7. chro. ca. 2. Vergar. Hiſp. in qq. ad ducem Infantatus. q. 8. Genebrar. chroni. lib. 2. p. 113. & probant Chriſtum in mortali vita cõpleuiſſe annos tantum 33. ab incarnatione. Euodius Apoſtolorum ſucceſſor, quem ſequitur Nicepho. 2. hiſtor. c. 3. & lib. 1. cap. 27. & vlt. fin. Orig. homil. in diuerſos colligitur ex Oroſ. li. 7. c. 4. dicente Chriſtum crucifixum anno Tiberij. 17. nẽpe expleto & incipiente 18. Eutrop. hiſt. Epiphan. lib. 3. hæreſi. 51. contra Antidicomar. & li. 1. to. 1. cap. vlt. lib. 2. contra hęreſ. Manich. & lib. de ponder. In anno 18. Tiber. Euſeb. chron. olymp. 202. quod declarat Caſſiodorus, dici annum 17. Tiber. in quo ſolus ſine ſocio conſulatum tenuit. Magiſt. in hiſtor. Scholaſt. Auguſt. 2. doct. cap. 28. Hieron. in Dan. 9. cum Apolinar. & Victor. D. Thom. in id Epheſ. 4. in menſuram ætatis. & 3. par. q. 46. 9. ad quartum. Soto diſtin. 43. q. 2. 3. fin diſt. 44. artic. 4. Cano. lib. 11. de loc. c. 5. ad 6. Martin. 1. hypotypoſeon. cap. 14. late Abulenſ. 2. par. defenſ. à cap. 11. Ioan. à Boue. li. 3. concor. de vita Chriſti. cap. 55. in præfat. Perer. lib. 11. in Daniel. q. 7. Burgen. & Lyra in Luc. 3. Roger. bacco. epiſto. ad Clem. 5. Anton. 1. par. hiſto. Marian. Scot. hiſtor. & in ſuis Chroni. Sulpit. Iſidorus iunior. Herman. Anaſtaſius Nicen. quæſtionibus in ſcriptur. quæſtio. 92. tomo 6. Biblioth. ſacræ. Iſich. hom. in Natal. Domini. Brigitta. lib. 1. reuel. cap. 10. Paulus vero Foro ſempron. lib. 4. Chron. in ſecunda parte probat non potuiſſe impleri anno 34. quãquam ipſe falſo tribuat ætati Chriſti annos 36. de quo bene Abulenſ. c [c] Refert Cano. & Hierony. ſup. tenet Beda de ratione temporum. cap. 46. Anton. Auguſt. in libel. Montan. to. 3. Bibliæ Regiæ, tract. de ſæculis. Onufrius. lib. 2. Faſt. Rom. cum Diony. exiguo. Gerar. Chroni. in princ. Albert. ſup. epiſt. Dionyſ. ad Polyc. Gerlat. Ioannes de montereg. Bernard. Mutinen. Campanus. & Lucas Gauricus. ſignificat Ianſen. cap. 36. quia putant interceptũ fuiſſe annum inter Chriſti baptiſmum & nuptias Canaa, in qua Chriſtus non prædicauit. & tamen prædicaſſe tribus annis quod admittit Cano d cum Caiet. [d] Soto Fr. Med. q. 103. art. 3. ad fin. Palac. Scot. Bella. D. Tho. q. 66. 2. ad 3. Capre. diſt. 3. q. 3. ad argu. Viguer. cap. 15. §. 1. e verſ. 13. Ledeſ. 1. p. q. 1. 1. ar. 4. Victor. & recent. Scot. [e] Soto. lib. 2. iuſt. q. 5. ar. 4. & d. 2. q. vni. ar. 2. Palac. q. 1. par. 60. frat. Med. 1. 2. q. f 90. art. 4. Ledeſ. q. 7. art. 1. Victo. & recent. Bellar. c. 5. Scot. [f] vt paruulis non prius bapt. eſt medium in re neceſſarium, quam eſſet talis promulgatio ſuauis: vt lege hac irritatoria obligaret præcepto oẽs adultos totius orbis. ſic in leg. vet. paruulis ante octauũ diem periclitantibus proderat oblatio patris abſque circunciſione, ſicut & fœmellis quæ non circuncidebantur. & circunciſio dicitur Io. 7. non eſſe ex Moſe, ſed ex Patribus. ſic Paulo licuit circuncidere g Timotheum abſque falſitate ſigni. [g] Bellar. de bapt. cap. 5. fauent Diony. ca. 2. eccl. hier. Cypr. Chryſoſt. Ambroſ. Damaſ. Ex quibus. Turrian. in Clem. lib. 6. conſt. cap. 12. prob. tunt Apoſtolos fuiſſe creatos epiſcopos cum autoritate prædicãdi & obligan. orbẽ. quod probabile dicunt Scot. Capreo. diſt. 3. q. 3. ad 1. Scoti. cõtra. 1. con. & quidam recent. quod putant eſſe D. Th. d. 3. art. 5. q. 2. & 3. at non eſt, quia loquitur de ignorante. prob. quia Chriſtus paulo ante Aſcenſionem. Matt. vlt. & Mar. vlt. declarat iterum præceptum baptiſmi; & iubet ne id prædicatione promulgent, quouſque induãtur uirtute Spiritus ſancti, & Act. 1. accepto Spiritu ſancto, & magiſterio cũ linguis igneis prædicatione obligarũt orbem, Scot. & Soto dicunt proh babile. [h] Auguſt. epiſt. 119. Leo Pa. i ſer. 1. Pentec. [i] qa licet Paſcha incidat diuerſis diebus, ſed dies 50. Pentecoſtes incipiunt numerari à primo die poſt Sabbathum intra paſchales dies incidens, vt plane dicitur Leuit. 23. & ita ceſſant difficultates de quibus Bellar. lib. 3. de eccleſia. cap. vlt. lib. 4. de euchar. c. 9. 6. cum Francolino de horis canok nic. cap. 51. [k] de neceſſitate medij in baptiſmo, Bellarm. de bapt. ca. 4. ex Auguſt. 1. de peccatorum mer. c. 30. quando etiam in adultis requiritur uotum explicitum baptiſmi, ut colligitur ex conc. l Trid. ſeſſ. 6. cap. 4. poſt promulgatum euang. [l] Scot. d. 3. q. 4. & licet Soto. & fr. Med. tribuant hanc ſoli Scoto, ſane illam inſinuat D. Thom. 1. 2. q. 106. art. 4. ad & 4. & ad tempus excidij referunt quidam hebdomadas, Dan. 9. quibus finitis dicit ceſſaturum ſam crificium vetus: [m] vt affirmant Euſeb. lib. 2. hiſto. cap. 6. lib. 3. cap. 5. & 7. nempe ab anno 18. Tiberij in quo Chriſtus paſſus eſt ad 2. annum Veſpaſ. in quo iuxta Ioſeph. 2. Bell. iud. cap. 10. lib. 7. ca. 4. factum eſt excidium. Nicephor. lib. 3. hiſt. c. 9. chronici. & Raban. in Matth. 24. At Hieron. in Zachar. 11. ego non parcam, numerat n annos. 42. quia includit utrumque extremum. [n] D. Thom. 1. 2. q. o 103. 3. cum Aug. fr. Med. Soto. & alij cit. X. [o] ex cit. lit. L. in Matth. 24. & Paul. Rom. 10. quaſi impletum citat id Pſ. 18. in omnem terram exiuit ſonus. vt ibi notant Chryſoſt. Theophyl. D. Tho. item Coloſſ. 1. prædicatum eſt in uniuerſa terra. 2. Timoth. vlt. audiant omnes gentes. Eſai. 2. fluent ad eum omnes gentes. ca. 6. plena eſt omnis terra gloria eius. cap. 8. audite uniuerſæ procul terrę. quod de tempore Apoſtolorum exponunt Tertul. cont. Iudæos. lib. 3. & 4. cont. Marcio. Hilar. Pſal. 121. Auguſt. 10. ciuit. c. 32. Cyprian. 1. contra Iudæ. ca. 10. Orig. 5. cont. Celſum. Euſeb. 1. demonp ſtrat. cap. 2. vid. Leon. Caſtri in Eſai. 1. & Patres cit. in Dan. 9. [p] rõſtat enim Dan. 9. ſimul fieri mentionem de hoc tempore excidij, dum ſubdit ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce uenturo. & erit in templo abominatio deſolationis. vbi Theodoret. nam de hoc tempore Chriſtus Matth. 24. citat. hunc loc.

Daniel.

templo Matth. 24. poſita eſt abominatio deſolationis. [q] de quo tempore Daniel prædixerat prorſus ceſſaturum vetus ſacrificium, ac ſacramentum legis vet. ſiue intelligantur hebdomadæ abbreuiatæ annorum Lunarium, vt African. Bed. & multi contendunt, [r] quæ annos ſolares conficiunt. 483. ſiue iuxta receptiorem ſententiam integræ annorum ſolarium hebdomadæ. 70. quæ complent annos 490. ſolares. [s] ſententia tamen quæ ueritati uidetur magis conſentanea aſſerit, hebdomadas finitas eſſe tempore paſſionis Chriſti. [t] cuius morte abolita ſunt vetera ſacrificia. Aut certe dimidium vltimæ hebdomadæ tūc fuiſſe completum. [u] initiū autem hebdomadarum ſumi ab exitu ſermonis, [x] ideſt à ſententia & facultate quam rex Artaxerxes Longimanus [y] (non quidem filius Darij Hiſtaſpis, [z] vt putat Ioſeph. lib. 11. antiq. c. 5. ſed nepos Darii: filius vero illius Xerxis quem Græcorum hiſtoriæ celebrant [a]) dedit Neemiæ pincernæ & adhuc iuueni. [b] hic enim Artaxerxes (quem falſo Cambyſen dicunt,) [c] conceſſit plenam facultatem Neemiæ vt reuerti faceret [d] in Ieruſalem captiuos Iudæos, & iterum ædificarent non quidem templum, [e] ſed Vrbem ipſam Ieruſalem; & munirent muris: quos breuiſſimo tēpore Neemias (vt patet illius. ca. 2. & 6.) reparauit. nec loquitur Angelus Danieli de primo ſermonis exitu, ideſt, de prima licētia per Cyrum anno 1. illius data, vt primú ædificaretur Vrbs [f] (ab illo enim tempore fluxerūt plures hebdomadæ quā 70. ſed à conſtanti & efficaci licentia quā multo poſt conceſſit prædictus Artaxerxes Neemiæ anno 20. regni ſui: [g] vt iterum plene ædificet, & proſequatur cęptū & intermiſſum opus.

9 De fine harum hebdomadum non eſt tanta ſentiēdi varietas apud autores: certum enim eſt iā diu impletas tēpore Chriſti paſſi, aut excidii. [h] Ante illud excidu tēpus, Apoſtoli legalia cū Iudęis ſeruabant pro loci & temporis ratione. [i] facta verò legitima euangelii promulgatione, nullum huiuſmodi ſuperfuit remedium pro paruulis [k] vel adultis, præter ſacramentum baptiſmi in re vel in uoto, quamuis parentes aut miniſtri circunciſionis, omnino ignorent legem Chriſti.

Daniel. vt ibi aduertunt Euth. Abulen. q. 50. & Aug. epi. 80. ſic ad tempus hoc excidij referūt hebdom. 70. Dan. Tertul. li. cont. Iud. c. de paſſio. Chriſti. Orig. tract. 29. Matth. Euſeb. 8. demonſtr. c. 2. Cle. Alex. 1. Strom. Chryſ. orat. 2. cont. Iudæ. Sulpit. lib. 2. ſacræ hiſto. quos uidetur ſequi Hier. in Dan. 9. in 8. ſententia, quam ultimo loco refert, quã ſi illam probet. & in Seder holam maiori. ca. 28. cui multū tribuunt Hebręi q̄ ſit pars Thalmud, vt ait Burg. Dan. 9. add. 1. At ſane uidetur quod Dan. interiecit quædã futura de excidio, q̄ cōtigerūt poſt hebdo. & mox redit ad vltimam hebd. quā poſt 7. & 62. refert, quas præmiſerat: vt dicunt Theodor. Dried. Io. Lucid. & communis ſentētia. [q] ſic de excidij tēpore Chriſtus, Matth. 24. citat hunc loc. Dan. & ſubdit, prædicabitur hoc euang. in uniuerſo mundo. quaſi tunc per Apoſtolos completa ſit plena promulgatio euangelij, vt in Matth. 24. dicūt D. Th. Chryſoſt. hom 76. & im perfec. Euthy. Lyr. & ſignificat. ibi Hieronym. Ambroſ. in Luc. 21. Bed. ī Mar. 13. & ꝓbat ex hiſt. ſchol. in Dan. 10. Iuſtin. apol. 2. pro Chriſtian. conſtat vero Apoſtolos vbique prædicaſſe ex ijs qui illorum uitas ſcribunt, vt ſunt Abdias Euſeb. Nicephor. Sophron. Iſidor. Trite. Addo. [r] hebdomada hic ſumitur pro 7. annis. vt Leuit. 25. annus Lunaris ex 12. menſibus lunæ continet 354. dies. ſed ſolaris dies 365. cum quadrante de his Afr. lib. 5. temporum intelligit 70. hebdom. conficere 490. annos lunares breuiatos: qui iuxta ſolarem annum conficiunt tantum. 483. idem Bed. lib. 3. in Eſdr. ca. 16. de ratione temporum. cap. 7. Rupert. in Dan. c. ſuo 19. Theod. Dan. 9. Zonar. to. 1. annal. Alber. mag. in expoſitione huius prophetiæ. Magiſt. in hiſt. ſcholaſt. in Dan. c. 10. quod probabile putat Euſeb. 8. demon. c. 2. Aug. epi. 78. 80. & ſequitur Hippol. vt refert Hier. Dan. 9. & multi ex recent. Pererius. lib. 10. in Dan §. 3. interpretatio. & his annis vti Hebræos probat Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 8. quare ſine urgente ratione quidam recent. reiiciunt hanc ſent. quæ eſt valde probabilis: & negant Hebræos, & ſacram ſcripturam uti unquam anno lunari, ſed tantum menſe lunari. Lyr. in Dan. 9. Galatin. lib. 4. de arcan. ſcript. c. 14. Lucid. lib. 7. de emend. tempor. fin. Driedo de eccl. dogm. li. 3. c. 5. p. 4. Genebr. lib. 2. chron. fin. [s] eſt recepta fere omnium aliorū Patrum ſententia. vid. Perer. ſup. [t] African. Bed. cum hiſt. ſcholaſt. Lyr. Galat. lib. 4. ca. 16. Augu. epi. 80. [u] Theod. Dan. 9. Dried. Lucid. & colligitur ex Patribus. Zonar. gl. interlin. Vatabl. Iſidor. clar. Doct. è noſtra ſociet. Ieſu, Ribera, & Ioan. à Mariana. Perer. lib. 10. in Dan. 9. q. 17. de quo tempore paſſion. & reſurrect. dictum eſt §. 1. E. atque ita vlt. hebdomada incipit in baptiſmo Chriſti, quando prædicatione nouæ legis cœpit exercere officium Ducis, & in dimidiu hebdom. occiſus eſt, vt ait Dan. 9. Alii finiunt has hebdom. prope tempus Incarnationis aut natiuitatis Chriſti (quia tunc factus eſt Dux, & dicitur mortuus, quia factus mortalis acceptauit ſponte ſententiam mortis pro redemptione noſtra. Heb. 10. tunc dixi ecce uenio) ſic Hippol. de fine ſæculi. Orig. tract. 29. Matth. & lib. 10. Strom. Tertullia. Cyril. Ieroſ. catecheſ. 14. Diuus Thom. opuſc. 20. de regim. princ. lib. 3. c. 12 fin. Dried. refert ad 9. annum poſt natiuitatem. Ianſen. cōcord. c. 122. ſed 4. alij falſo miſcent, ut partem hebdomadum referant ad tempus Antichriſti, ut Hyppol. quam ſententiam reiicit Augu. ſup Hug. & Caie. Matth. 24. Origen. homil. 1. in Ierem. poſſunt tamen omnia per allegoriam referri ad tempus Antichriſti & finem ſæculi, qui figuratus eſt per deſtructionem Ieruſalem & templi. vt in Matt. 24. dicunt Hilar. Hierony. gl. interlin. Ambr. Lucę 21.

Hippol. Gregor. hom. 6. in Ezech. li. 32. moral. c. 12. 18. 40. [x] exire ſermonem eſt ſententia & facultate data decernere aliquid faciendum, vt Gen. 24. Eſter 7. & ſic Dan. 9. ab exitu ſermonis Driedo explicat 5. modis. [y] Driedo incipit computare à ſecundo anno regni Artaxerſis Longimani. Græc. macrochyr. in quam magis propendet Euſeb. chronic. Cyril. Sulpit. Iāſen. c. 122. at Hiero. Oſor. lib. 1. de ſapientia. an. 12. Longimani in quo ait muros cœptos ædificari. noſter Ribera à 7. huius anno deducit congruentem computationē & fauet 1. Eſd. 7. at id reiicit Sulpit. li. 2. [z] ſic uocat Artaxeraem. Tertul. illum Xerxem Darij filium Niceph. 2. hiſtor. c. 9. ſentit Aug. 18. ciuit. c. 36. vbi Viues. Lyr. Daniel. 11. [a] Herodot. li. 6. Diodor. lib. 11. biblioth Iuſtin. lib. 2. & 3. de quo vid. Cano. li. 11. de loc. ca. 5. ad 11. Couar. 5. Var. c. 14. num. 5. ſed falſo ea his probat Dried. eundem eſſe Xerxem hunc, & illum Artaxerxem: quia illum tā tū uocat Xerxem, Ioſephus. 11. antiq. c. 6. Zonar. to. 1. annal. Caie. in Eſther. Clem. Alex. African. Hippol. Oroſ. Euſeb. chronic. Bed. Iſidor. Sulpit. Herman. Lucid. vid. Lyr. 1. Eſd. 6. & Couar. nu. 6. col. 3. qua tōne vtrumque confundens Ioſephus tribuit Xerxi annos 38. imperij: cum tamen Xerxi patri omnes tribuant 20. annos in chronic. Euſeb. Bed. Sulpit. Herman. Ant. 1 par. ti. 4. c. 1. ſimiliter errant Ioſeph. & Zonar. dum Longimanum filium Xerxis vocant Cyrum. [b] hic Neemias uidetur diuerſus ab alio Neemia Eſd. 2. quia ab illo primo anno Cyri uſque ad 20. iſtius Artaxerxis in quo hic Neemias pincerna miſſus eſt Neem. 2. fluxerunt anni 115. [c] quia Cambyſes fuit Cyri filius, & multū infenſus Iudæis: regnauitq; tantū annos 8. poſt mortē patris. Euſeb. Herman. Bed. chron. Cano. li. 11 c. 6. Iornand. Couar. Xenoph. 1. Pędię. Hier. in Dan. 8. Sabel. lib. 2. Ænead. 7. hunc Cambyſen ſucceſſiſſe patri Cyro dicūt Plato. 1. de legib. Thucyd. li. 1. Herodot. Ioſeph. 11. ant. c. 2. 3. Zonar. to. 1. annal. at Artaxerxes Longim. imperauit 37. annos, vel amplius. [d] ſic Vatabl. in Dan. 9. aduertit haberi in Hebræo, ut reuerti faceret, ꝓ aduerbio, vt iterum, quod habet vulgata. [e] quia templum inſtaurauerant longe ante 46. annis, vt dicitur Io. 2. & cōis Patrum cōtra Lyr. in Aggæi. 1. ubi Riber. nu. 45. nempe à licentia data per Cyrū ſimul cum Dario Medo, vſque ad 2. annum Artaxerxis fluxerūt hi 46. & anni tñ adhuc in ornatu tēpli laboratū eſt uſq; ad annum 6. Artaxer. 1. Eſd. 6. Bed Iſid. Sulp. chron. facit Ioſeph. 11. c. 4. Ianſen. cōcord. c. 19. [f] & tñ Tert. & Euſeb. 8. demon. c. 2. incipit hebd. Dan. à primo anno Cyri uſque ad principium tyrannici regni Herodis, qui uendebat pontificatum. at Hieron. in Dan. 9. reiicit, quia ſuperſunt 60. & amplius anni vltra dictas hebd. [g] African. Orig. in. Stroma. Chryſoſt orat. 2. in Iud. & in Dan. 9. Theod. Carthuſ. Clarus, Burgen. add. 3. Vatabl. Porchet. 1. p. Vict. cont. Iudæ. & olim Lyr. (quod ſine cauſa reuocat) Bed. lib. 3. in Eſd. c. 16. lib. de ration. tēp. c. 7. Rupert. in Dan. 15. hiſt. ſcolaſt. in Dan. 10. Zonar. to. 1. annal. & in chron. Addo. Herman. Per. Galliſardus & Matſæus. Genebra. lib. 2. chron. ad fi. Ant. 1. p. hiſt. ti. 3. c. 8. additio ad Niceph. 2. hiſto. c. 9. Io. Annius cum Philo. Lucid. 7. c vlt. Galatin. li. 4. c. 16. Ianſen. c. 122. Perer. lib. 10. in Dan. verſ. ſcito. opin. 7. partim Dried. & ſignificat Cou. 4. Var. c. 14. nu. 6. in Dario notho. communis recent. & fauet Euſeb. 8. demonſt. c. 2. dum poſt 7. hebdomadas inchoat alias 62. ſeparatas ab anno 7. Longim. ſed Clarus in Dan. 9. & add. Niceph. ab anno 2. [h] Auguſt. epiſt. 80. Dried. late. & omnes fere Patres. [i] de quo D. Thom. 1. 2. q. 103. ar. 3. ibi fr. Med. Soto. lib. 2. iuſt. q. 5. art. 4. & cit. X. [k] à tempore promulgati euang. (de quo generaliter

raliter loquitur conc. Triden. ſeſſ. 6. c. 4. & explicat Veg. li. 5. c. 13.) ſed ante ſufficientem in orbe promulgationem, non obligabat, cũ irritatione facti baptiſmus, vt ait Bern. epiſt. 77. Soto. fr. Med. Sco. Capr. Bellar. cap. 5. errat autem Caiet. q. 68. art. 2. & 11. putans adhuc prodeſſe paruulis etiam intra vterum periclitantibus, remedium legis naturæ, de quo inf. c. 22.

CAPVT III.

Baptiſmus eſt ad finem ſalutis neceſſarius, neceſſitate medij & præcepti diuini.

§. 1. *Baptiſmus habet neceſſitatem medii pro paruulis & adultis. &* §. 5. *præſertim ad conſecutionem gloriæ.*

2 *Paruulos ex ſola prædeſtinatione non ſaluat Deus abſque baptiſmo aquæ vel ſanguinis quamuis nati ſint ex fidelibus.*

3 *Adultis ſine tali præcepto non eſſet medium neceſſarium.*

4 *Quia catechumenus cum baptiſmo in voto ſaluatur.*

6 *Præcepta de medijs differunt ab alijs præceptis.*

8 *An ſine baptiſmo profuerint aliquando alia ſacramenta.*

BAptiſmum inſtituit Chriſtus
Dominus Ioan. 3. niſi quis
a renatus, &c. [a] eſſe ita præ cæte-
b ris neceſſarium medium, [b] vt ſi-
ne baptiſmo in re vel in uoto, ne-
c mini tam paruulorum [c] præcepti
d incapacium, [d] quàm adultorum,
ſalus contingat: vt ex ſcripturis &
e Patrum traditione [e] cõcilia & Pon
tifices definiunt, & Scholaſtici con
uincunt, quod etiam ex illo 1. Co-
rint. 15. vt quid baptizantur pro
f mortuis, colligunt Patres. [f]

2 Prædeſtinatis infantibus non
concedit Deus conſecutionem vi-
tæ æternæ, quin prius concedat
media, quæ immutabili lege ſta-
tuit eſſe neceſſaria, ut baptiſmum
vel martyrium, quod ſi mater præ-
gnans moriatur, conſeruabit Deus
ſpeciali cura prædeſtinatum poſthu
mum, vt cæſo utero baptizetur.
Pelagius qui negat contrahi pecca-
g tum originale, [g] ait ſine baptiſ-
mo cõſequi eos vitam æternam
fœlicitatis naturalis, ſed non in-
h troire in regnum Dei. [h] nec ex ſo-
la prædeſtinatione ſine baptiſmo
i ſaluabit. [i] nec ſolo baptiſmo dabit
maiorem gratiam & gloriam vni
puero prædeſtinato: niſi addatur
ei ſacramentum confirmationis,
aut martyrium vt lib. de ſacramen
k tis, capit. 4. dictum eſt. [k] decedens
ergo puer ſine baptiſmo aquæ uel
ſanguinis, pro culpa originali dam
nabitur æterna pœna damni, ſed
l mitiſſima, [l] & ſine vlla pœna ſen-
ſus, aut triſtitia uoluntatis: quia
propriæ perſonæ voluntate nõ pec
cauit. Ex eo autem quod à pa-
rentibus fidelibus & iuſtis, qui in
ſe peccatum originale non habent,
ſit genitus, non naſcitur infans ſan
m ctus. [m] quia pater agit in vi Ada-
mi, & naturæ infectæ, ſed indi-
get fieri ſanctus per regeneratio-
nem baptiſmi. quod ſi fidelis non
diſcedat à coniuge infideli fiet ma-
trimonium ſanctius ob ſpem con-
uertendi infidelem, & ſanctifican-
di prolem bona inſtitutione: vt

CAP. III.

a SVp. [a] cap. 2. §. 4.
b C. [b] quid ſit medium neceſſariũ ad ſalutem. 1. aut vltimam explicamus, lib. de fine. cap. 2. & 21. de qua neceſſitate medii in baptiſmo loquitur Auguſt. 1. de pecca. mer. c. 30. Bellar. de baptiſmo. c. 4. vt ſi medicus dicat, niſi ſumas hanc potionẽ, peribis tuo morbo: ſic Chriſtus Io. 3. ait: niſi quis renatus. & inf. oportet vos naſci denuo. (ſicut oportet exaltari filium hominis) ſic Aug. & Cyprià. lib. 3. ad Quirin c. 25. conc. Flor. ſic Victor. & Ledeſ. 2. p. q. 1. 3. ar. 2. dub. 5. ad 6. & dub. 3. ad arg. & 1. p. q. 25. 5. dub. 7. aiunt peccatori contritionem eſſe medium: falſo tamen negant eſſe præceptum. reprobat Soto. d. 5. q. vn.
c art. 1. [c] paruulis baptiſmum eſſe medium neceſſarium probat ex Pat Bellarm. de baptiſ. cap. 4. Caſtro. bapti. hæret. ca. 8. peccatum hæret. 1. Taper. articu. 2. Vuald. de ſacram. c. 96. Taper. artic. 2 Diuus Thom. quæſt. 68. 9. Ledeſ. q. 9. art. 9. Soto. d. 5. art. 2. & 9. Trid. ſeſſ. 5. ſeſſ. 6. c. 4. ſeſſ. 7. de bapt. can. 2. 5. conc. Mileuit. c. 2. & 7. c placuit, de conſecr. d. 4. conc. Afric can. 7. Carthag. 5. can. 6. Brachar. 2. can. 7. quæ concilia Carthag. & Mileuit. habentur in Aug. epiſt. 90. & 92. Dionyſ. eccleſ. hier. cap. vlt. Cyprian. lib. 3. epiſto. 8. alias. 59. & ſæpe Auguſtin. lib. 4. de bapt. cont. Don. c. 23. 24. & affert optimum exemplum. & epiſto. 23. ad Bonifac. & 89. tractat 80. in Ioan. lib. 10. in Geneſ. ad lit. c. 23. Iren. lib. 2. cap. 39. lib. 3. c. 19. Orig. in Luc. homil. 14. & lib. 5. in epiſto. ad Rom. Chryſoſt. hom. de Adam & Eua. Amb. lib. 10. epiſt. 89. ex Pont. Innoc. I. epiſt. 26. Leo I. epiſto. 80. ca. 3. Clem. epiſt. 4. ca. 3. Siric. epiſt. 1. item. Baſil. orat. 13. de bapt. Nazian orat. 40. in S. bapt. Proſper. 2. de vocat. Gentium. c. 8. Fulgen. de fide ad Petrum. cap. 30. Bernat. ſerm. 66. canti. Recent. Exius enchyrid. c. 30. cenſura. 1. Sorbonica contra Eraſm. Vega. li. 5. in Trid. c. 12. 16. Couar c. alma. 2. p. §. 2. nu. 7. Ayala. 3. par. de tradit. Tilman. Borcen. de bapt. p. 70. cit. 90. ſanctos. Syl. bap. 4. §. 1. Anton. 3. p. ti. 14. c. 13. §. 9. ſic in lege veteri paruuli non ſaluabantur abſque circunciſione, Geneſ. 17. peribit anima eius. Hinc probat Athan. q. 38. ad Antiochum, nec ſine baptiſmo ſaluari qui ſuc-
d cedit circunciſioni, & Aug. 4. de bapt. c. 24. [d] quidam tamen aiunt paruulos habere præceptum quia rationales ſunt: ſed excuſari ab executione præcepti, obligarique cum fuerint adulti. At probabilius eſt, non teneri præcepto, affirmant Recent. & fauet Trid.
e ſeſſ. 21. cap. 4. [e] probatum eſt lib. de ſacram. cap. 4. act. 2. quid faciemus: baptizetur. 1. Pet. 3. vt extra arcam Noe, nemo ſaluatus eſt. Tit. 3. ſaluos fecit per lauacrum. Rom. 6. quicunque baptizat in Chriſto, &c. ideſt, ſine bapt. non applicatur nobis meritum Chriſti. quia ita ſtatuit Ioan. 3. niſi quis renatus. Cui loco quia expreſſus eſt adhibent hæretici detortas expoſitiones, apud Bellarmi. de bapt. cap. 4. ex Patrib. Græcis Clem. Baſil. Cyril. Iren. 3. cap. 19. quem ſcripſiſſe Græce refert Genebr. chron. cum Hier. in Ezech. 36. Patres Latini ſup. cit. Aug. 1. de peccato. merit. c. 18. 30. quem ad hoc propoſitum citat Hieron. dialog. 3. contra Pelag. fin. idem Auguſt. epi. 28. ad Hiero. & ſæpe vt affert Torren. li. 3. cõfeſſ. c. 3. Theolog. diſtinct. 4. ubi Mag. agit de effectu bapt. Palac. quæſt. 5. Soto. d. 5. Ledeſ. q 9. & Recent. ſup. cit. D. Thom. q 68. probat ſine baptiſmo neminem ſaluari.
f [f] quos Patres affert Bellar. lib. 1. de purgat. c. 4. ex quo loco Marcion decedentes ſine baptiſmo iubet poſt mortem baptizari, vt refert in 1. Corin. 15. Chryſoſt. hom. 40. Theoph. Ambroſ. dicit tempore Pauli quoſdam baptizari pro mortuis & ibi Anſel. Aym. idẽ refert ex Apoſtolorum tẽpore Tertul. 5. cõt. Marcion. & lib. de reſurrect. cat. Medices de hæreſ. ver. baptiſ. hær. 3. quem errorem ire probant ibi Chryſ. & Theoph. Epiph. hær. 28. Conc. Carthag. 3. c. 6. Quare ſine cauſa Caſtro. bapt. hær. 3. miratur cur Theoph. id tribuat Marcioni. quaſi non iſte, ſed eius ſequaces hunc errorem tenuerint.
g [g] vid. Caſtr. & Medic. verb. peccatũ. hære. 1. D. Tho. 1. 2. q. 81. ar. 3. conc. Mileuit. c. 2. Trid. ſeſſ. 5. & ſæpe Aug.
h [h] contra quem ſcripſit Auguſt. lib. de peccat. mer. qui dicitur de baptiſmo paruulor. & epiſt. 23. lib. de hæreſ. c. 69. conc Mileuit. c. 2. c. placuit. de con-
i ſecrat. diſtin. 4. Triden. ſeſſ. 5. [i] Caluin. & tempore Auguſt. tenuit Vincent. cont. quem Auguſt. lib. de orig. animæ. 2. cap. 9. lib. 3. c. 9. & ſequen & 2. retract. c. 56. refert quod poſtquam ſcripſit contra Vincent. accepit epiſt. eius, ubi fatetur ſe emendatum. Bellarm. de
k baptiſmo. c. 4. contr. quos Triden. ſeſſ. 7 can. 2. [k] ſup. de ſacramẽt. ca 4. contra Scot. & Palud. diſtin. 4. q. 2. dicentes quod quia homo creatus & prædeſtinatus eſt vt impleret ruinas Angelorum ex Anſel. 1. cur Deus homo, cap. 18. ideo pueri ex ſolo baptiſmo, & meliori miniſtro, habebunt maiorem gradum gratiæ & glo-
l riæ. [l] Auguſt. epiſto. 28. ad Hierony. & ſerm. 14. de verb. Domini. Fulgent. de incarnatio. cap. 30. Soto. 1. de natura & gratia. ca. 5. 14. Petr. Sot. de inſtit. ſacerdot. f. 62. frat. Med. 1. 2. quæſt. 83. 4. D. Th. opuſc. de peccato origin. quæſt. 2. & addit q. 89. articu. 6. Viguer. cap. 18. §. 6. Bart. ſibylla in peregrin. quæſtion. Decad. 1. c. 3. q. 5. art. 2. Abulenſ. Matth. 25. quæſt. 263. Abb. & Card. in cap. maiores. de baptiſm. gloſſ. in cap. regenerante. de conſecrat. diſtin. 4. quod vero Auguſt. de eccleſ. dogm. ca. 26. cap. firmiſſime. de conſ. diſt. 4. dicit paruulos torqueri pœna ignis. vbi Hug. & Archidiac. Dried. lib. 1. de natu. & grat. cap. 2. fi. Roſar. Bulli. in Marial. ſer. 9. lit. O. interpretandus eſt quia detinentur igne tanquam carcere: non tamen habent pœnam ſenſus. At Catharin. opuſc. de his pueris falſo ait poſt diem iudicij habituros ſuper terram fœlicitatem quandam naturalem, quia Auguſt. 1. de peccator. merit. cap. 16. & lib. 5. contra Iulian. cap. 8. Nazianz. orat. 40. in ſanct. bapt. ſignificant, non habituros præmium aut pœnam. At loquuntur
m de pœna ſenſus. [m] hæret. Recent. (ex 1. Corint. 7. alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt, & Geneſ. 17. ero Deus tuus & ſeminis tui) aiunt filios fidelium naſci ſanctos ſine baptiſm. & ſaluari, contra quos Tertull. apol. cap. 17. Hieronym. epiſto. 7. ad Lætam. & alij ſtatim citandi Trident. ſeſſ. 7. can. 2. &

Patres

n dicit Apoſtolus. 1. Corinth. 7.[n]

3 Adulto baptiſmus in re, eſt medium neceſſarium, ſi modo poſſit opportune recipere: dicitur vero huic medium, quia de illo eſt tale o quoddam præceptum Chriſti,[o] tanquam de re per ſe ordinata in remiſſionem peccati originalis, vel etiam mortalium, quæ homo fecit ante baptiſmum. In quo differt ab alijs præceptis, ut de ieiunio: quorum impletio non eſt ſufficiens cōferre primam gratiam, nec per ſe ordinantur, vt habeāt vim remittendi peccata præterita.

4 Voluit tamen Chriſtus, vt quādo à baptiſmo in re (propter impo- p tentiam in neceſſitate,[p] aut aliàs ob aliam cauſam) excuſatur adultus, ſalutem haberet per baptiſmum q in voto.[q] .i. per poſitiuum actum contritionis, aut dilectionis Dei, vel martyrii. dum vero B. Aug. de eccl. dogm. c. 74. vt habetur cap. catechumenum. de conſecr. d. 4. negat catechumeno, quantumuis proficiat, dimitti peccata: niſi veniat ad r baptiſmum.[r] variè explicatur.[ſ] At ſ ſane loquitur de iis qui nondum t erant competentes,[t] de quibus dicetur cap. 20. contritio vera non eſt u niſi cum propoſito explicito[u] recipiendi baptiſmum: ſi modo id remedium noſſent. quale propoſitum ſeu votum commune emittebant x competentes,[x] .i. catechumeni iam digne præparati ad baptiſmum. nec tamen eſt fractor voti Chriſtianus, y qui præcepta Eccleſiæ violat.[y] ei vero qui baptiſmū ignorat, ſatis eſt im z plicitum votum baptiſmi,[z] quod in prædictis actibus includitur: ſic enim cū Dei auxilio dignè pœnitet, a & præſtat totum quod poteſt.[a]

Patres dicunt homines non naſci Chriſtianos, ſed fieri. Abrahæ vero Gen. 17. promiſſit iuſtificaturum ſemen eius, & filios, nō qui ſecundum carnem, ſed qui imitantur fidem Abrahæ. Ioan. 1. qui non ex ſanguinibus, ſed ex Deo nati ſunt. denuo. Aug. epiſt. 200. ad
n A felicum. Bellarm. de bapt. c. 4.[n] Bell. c. 4. exponit in 1. Corint. 7. 1. de ſanctitate legali. i. filij fideliū ſunt legitimi. & matrimonium parētis fit melius, ob ſpem cō uertendi coniugē, & prolē. ita ibi Ambr. Anſel. D. Tho. vide Aug. 3. de pec. mer. c. 12. & lib. 1. ca. 26. lib. 2. c. 12. 26. lib. 1. de ſer. Domini. c. 14. de verb. Apoſt. ad fi. ſic Theophyl. in 1. Corinth. 15. citans hūc loc. & Paul vii redundantia ſermonis, vt hinc probat Mart. lib. 8. Hyp. c. 1. proh. quia ſubdit, ſanctificatus eſt vir infidelis per fidelē: & ideo nō dimittat virum infidelē: alias eo dimiſſo ſi cū alio cōtrahat naſcentur filij ſpurij. & addit Aug. & Anſel. monere Apoſtolum ne abutatur matrimonio 2. exponitur de ſanctitate in potentia, non tantum, vt conuertat coniugem in ſpe, ſed ut baptizet prolem, & ſanctificet! manebat enim fidelis cum viro infideli ſub ea conditione, ut fineret vxorem viuere in lege Chriſti, & filios baptizare, & inſtituere in ea lege. Aug. lib. 2. c. 12. 26. lib. 1. de ſer. Domini in monte, c. 27. Hieron. 1. contra Iouin. & epiſt. 153. ad Paulin. vbi citat Tertul. de monogam. & lib. 2. ad vxorem. 3. explicat Aug. filij veſtri ſancti ſunt: quia ba
o ptiſmo ſanctificabantur.[o] nullum medium creatū de actu eſt neceſſarium adulto, niſi in eo reperiatur aliqua ratio præcepti. alias iuſtificatus contritione, vel lethali vulnere martyrij, nō teneretur recipere ſacrum baptiſmi, vel pœnitentiæ, ut medium neceſſariū: quia ſecluſo præcepto non peccaret, ac ſubinde iuſtus ſaluaretur abſque ordine & voto ſacramenti. ſed ad medium præter communem rationem præcepti requiritur inſtitutio, ex qua ſacrum baptiſmi, vel pœnitentiæ per ſe ordinatur, ut medium in re, aut in voto
p neceſſarium, ad remiſſionem peccati. inf. lib. de fine. c. 11.[p] Patres ita limitant ſine ſacro baptiſmi, vel pœnitentiæ ſufficere contritionem, quando vrget neceſſitas: ut ait Aug. lib. de nat. boni. contra Manich. c. vlt. lib. 1. de adult. coniug. cap. vlt. lib. 4. de bapt. contra Donat. c. 21. 22. quem citant Innoc. c. Apoſto. de presbyt. nō bapt. Bern. epiſt. 77. D. Tho. q. 62. 2. ad 3. Mag. d. 4. Vualden. de ſacram. c. 104. 105. Sot. d. 5. art. 2. col. 5. Pamel. in Cypr. epiſt. 54. ad fin. At reuera extra tempus præcepti contritio cum voto ſacri iuſtificat. præceptum vero bapt. obligat ſemper, & omnino ante mortē, ſed non pro ſemper. & minus ſtricte obligat præceptum confeſſio
q nis, quia non obligat ad ſtatim.[q] vt dicunt Patres cit. c. 1. §. 2. F. K. quia Ezech. 33. promittit in quacunque hora ingem. Ioan. 14. qui diligit me diligetur à Patre. ſic Acto. 9. Saulus & c. 10. Centurio iuſtificatus eſt contritione ante baptiſmum. Trid. ſeſſ. 6. cap. 4. ſeſſ. 14 c. 4. & de baptiſmo flaminis Aug. epiſt. 108. lib. 4. de baptiſmo. cap. 22. citat Cypr. Ambroſ. orat. de obitu Valentinia. Bernard. epiſt. 77. cap. debitum. de baptiſmo. cap. 2. de presbyt. non bapt. Hug. lib. 2. p. 6. cap. 7. D. Thom. 4. contra gent. cap. 72. & quodlib. 4. art. 10. Alex. 4. p. q. 22. m. 1. art. 4. Durand diſ. 4. q. 8. Palud. q. 3. Soto d. 3. art. 11. d. 5. q. 1. art. 2. Caiet. q. 4. de contritione Taper.
r art. 6. Vega. lib. 9. Trident. cap. 41.[r] Bellarm. de baptiſm. cap. 6. propoſ. 2. putat Auguſt. id interdum ita ſenſiſſe. quia tract. 13. in Ioan. & lib. 3. de peccatorum merit. cap. 4. epiſt. 57. ad Dardan. lib. 5. contra Iulian. cap. 3. lib. 9. confeſſ. cap. 4. fin. eccleſ. dogmat. cap. 74. ad Simplician. q. 2. Fulgent. de fide ad Petrum. cap. 3. fin. negat catechumeno, quantumuis proficiat dimitti peccata niſi veniat ad baptiſmum. id de eccleſ. dogmat. habetur. cap. catechumenum. de conſecrat. diſt. 4. & tanquam Auguſt. citat Mag. & D. Thom. ioſ. Ambr. de iis qui myſter. init. cap. 4. Nazianz. orat. 40.
ſ in ſanct. bapt. ad med. Vualdenſ. de ſacrament. cap. 97. 98.[ſ] Quæ loca Magiſt. d. 4. explicat: niſi catechumenus contritus impediatur neceſſitate recipere baptiſmum, & quod ex alijs locis eiuſdem Auguſt. ſupplenda ſunt hæc loca, & probatur, quia ſimiliter

Aug. 1. de peccato. merit. cap. 23. & 1. de origine animæ. cap. 9. lib. 3. cap. 9. epiſt. 28. prope fin. de fide ad Petrum. cap. 27. paruulis ita neceſſarium putat baptiſmum in re, ut videatur excludere baptiſmum ſanguinis: & tamen de fide ad Petrum. cap. 30. de eccleſ. dogmat. capit. 74. excipit martyrium 2. expoſitio D. Thom. q. 68. art. 2. ad 2. ibi Sebaſt. Perez, Soto d. 5. art. 2. colum. 5. catechumenus iuſtus qui habet bona opera ex fide nō habebit vitam æternam. nempe ſtatim, quia non recepit baptiſmū, quo remittitur tota pœna. At non loquuntur ad mortem. lib. de eccleſ. dogmat. & in alijs loc. Auguſt. dicit damnari, & eſſe membrum diaboli, nec eis catechumenis dimitti peccatū; nec pertinere ad eccleſiam. quod ex alijs etiam Patribus probat Bellar. lib. 3. de eccleſia mi
t litan. capit. 3.[t] expreſſe dicit Auguſt. epiſt. 155. fin. lib. 1. retract. cap. 17. lib. 9. confeſſ. cap. 6. de fide & operibus cap. 6. ſerm. 116. de tempore ad competentes habetur. cap. audite. 34. diſt. & gloſſ. magna in cap. 1. 30. q. 1. !uo. p. 8 cap. 153. de quibus competentibus. Hieronym. epiſt. ad Pamach. de err. Ioan. Leo epiſto. 4. cap. 5. & 6. vocat electos. de quaſtiorum diſtinctione Iſid. 2. offic. eccleſ. cap. 21. Raban. Maurus lib. 1. de offic. cler. Alcuin. de offic. eccleſ. §. heſterna die. Taper. art. 2. & bene Turrian. in Clement. lib. 2. de apoſt. conſt. capit. 20. lib. 8. cap. 9. At tempore Bernard. epiſto. 77. quidam negabant ſufficere baptiſmum flaminis. porro Nazianz. ſupra, ait non habere præmium, nec pœnam, ſcilicet,
u ſenſus, pueros ſine baptiſmo decedentes.[u] D. Thom. q. 68. art. 2. Soto diſt. 5. art. 2. poſt med. diſt. 14 q. 1. art. 5. colum. 4. lib. 2. de gratia. cap. 12. Scot. d. 14. q. 1. Ledeſm. 2. p. quæſt. 5. artic. 2. dub. 3. & 1. p. q. 11. art. 3. dub. 6. propendet Cano, relect. de pœnitentia. p. 5. Victor Recent. & id plane ſignificant Hugo, & Richard. de Sanct. Vict. qui ſtrictius loquuntur. ſimiliter quidam in Chriſtiano, dum conteritur, requirit votum explicitum ſubijciendi ſe clauibus & abſolutioni, affirmant. Magiſt. d. 17. cap. 2. vbi D. Thom. quæſt. 3. 5. 1. & artic. 1. 1. diſt. 18. q. 1. 3. 1. & 4. lib. 4. contra gent. cap. 72. & 3. p. quæſt. 84. 5. ſignificat Durand. d. 17. quæſt. 2. quia Trident. ſeſſio. 14. ca. 2. æquat neceſſitatem vtriuſque ſacramenti: At ſane contritio in Chriſtiano, quia eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, ſatis includit votum ſacrament. Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. Soto,
x diſt. 14. quæſtio. 1. art. 5.[x] ſic morem fuiſſe in primitiua Eccleſia emittendi votum commune ſeruandi legem Chriſti, probant Hieronym. & Ambroſ. in 1. Timoth. 1. Confeſſos es bonam confeſſ. Hieronym. in Amos. 6. Ambroſ. 1. de ſacrament. capit. 2. lib. 9. in Luc. cap. 82. lib. 10. capit. 20. Auguſt. ſerm. ad Neoph. Bonifac. cap. igitur, de conſecrat. diſtinct. 4. quod votum commune vocant Doctor. cum Magiſt. 4. diſtinct. 38. vbi Bonauent. art. 2. quæſt. 2. ad 1. Durand. D. Thom. Maior. & fatetur D. Thom. 2. 2. quæſtio. 88. 2. ad 1. & Recent. Caietan. Mant. Peña ſolitum fieri olim à cate-
y chumenis, vſque ad tempora Auguſt.[y] quia per baptiſmum vbi fit profeſſio totius legis poſitiuæ Chriſti, & Eccleſiæ, (vt olim Galat. 5. circumciſione fiebat profeſſio legis veteris) ea iungi videtur ea prior obligatio voti: & ideo Theolog. vocant votum commune. vt bene Caietan. dict. art. 2. ad 1. dub. 1. Paludan. diſt. 38. quæſt. 2. Soto lib. 7. iuſt. quæſt. 1. 3. ad primum, diſtin. 6. quæſt. 2. 1. ad 3. Victor. §. 37. Nauar. cap. 12. nume. 32. §. 12. dicetur infra
z cap. 20.[z] D. Thom. quod obſcurius dixit. quæſtio. 68. 2. explicat. quæſtio. 69. 4. ad ſecundum. Auguſt. lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. Soto, diſtinct. 5. artic. 2. poſt med. diſtinct 6. quæſtio. 1. artic. 7. concluſ. 4. Vualdenſ. de ſacrament. cap. 97. 103. Caietan. verbo. confeſſion. condi. 12. Vega. lib. 5. Trident. capit. 14. Cordub. lib. 1. quæſtion. 16. Ledeſm. ſupra, & fatetur Cano relect. de pœnitentia. par. 5. ad gratiæ impetrationem ſatis eſſe votum
a implicitum baptiſmi ſicut & fidem implicitam. de Chriſto.[a] D. Thom. 1. 2. quæſtio. 109. 6. ad ſecundum, qui auxilio facit totum, quod in ſe eſt, & habet contritionem propter Deum ſumme di-

lectum, quamuis ex ignorantia aut inaduertentia non habeat actum fidei explicitæ de Chriſto, nec votum explicitum baptiſmi iuſtificatur: huic enim diſpoſitioni de lege repugnat manere in peccat. vide eundem D.Thom.quæſt.112.3.Bonauent.2.diſtinct. 28. art.2. quæſt.1. Concil. Arauſic.2.ca.7. & 25. Mileuit.ca.5. Aug.2. contra duas epiſtolas Pelag. Taper. ar.7. hominem non facere totum quod in ſe eſt, niſi præueniatur ſpeciali Dei auxilio. b So to,d.5.art.1. Cano, relect. de pœnitentia. p.5. & dicetur lib.de fine, cap.12. generaliter enim id quod eſt mediū neceſſarium ad primã gratiæ ſalutem; ſi excuſatus iuſtificetur, manet adhuc neceſſarium ad vltimam ſalutem. vt contritus tenetur re ipſa recipere ſacramentum baptiſmi, pœnitentiæ, vel euchariſtiæ: & habere fidem explicitam de Chriſto: cõfiteri integre omnia peccata, q̃ ex morbo, & alia cauſa nõ potuit: idq́ue omnino, & per ſe ante mortem ex Chriſti inſtitutione ſecluſis alijs circunſtantijs. c d etiam Beata Virgo, & Apoſtoli qui ſine ordine ad baptiſmum, ante illius inſtitutionẽ receperant gratiam, tenebantur baptizari præcepto diuino, poſt promulgationem Euangelij. & baptiſmus fuit efficax in Beata Virgine: quæ tamen nullum peccatum habuit, & contraxit, vt ſic fiat membrū Eccleſiæ viſibilis, & capax ſacramentorum: Diuus Thom. q.68.1. ad 2. e hæc eſt 2. ratio obligationis, quia contritio poſt promulgatum euangeliū, non habet vim iuſtificãdi, ſine voto ſacramenti. Trident.ſeſſ. 14.capit.4. ſeſſio.6. cap.4. f licet actu contritionis applicẽtur homini merita Chriſti ad remiſſionem peccati, ſine depẽdentia ab vlla cõditione de futuro: Deus tamen offenſus, qui ab homine exigere potuit quã vellet compenſatio nẽ offenſę, inſtituit, ut applicatio meritorum Chriſti non

5 Baptiſmus dicitur ſimiliter medium & ſufficiens, & neceſſarium ad vltimam ſalutem b gloriæ: quia in iuſtificato per contritionem, uel ſanctificato etiam in matris vtero ex priuilegio, c manet ſemper diuina obligatio per ſe recipiendi baptiſmum, d ſi poteſt, ut fiat actu & numero Chriſtianus, & membrum Eccleſiæ viſibilis, extra quam non eſt ſalus: Nam poſt promulgatum Euangelium contritione iuſtificatus, eſt ſub onere & obligatione recipiendi ſacramentum ante mortem, e vt ſic reali ſolutione Chriſti per ſacramenta applicata ſatisfaciat f Deo: niſi neceſſitas excludat potentiam, ne vnquam recipere poſſit ante mortem.

6 In quo differt ab aliis virtutum præceptis, quæ nõ obligant niſi ſub certis temporis, & loci circunſtantiis: quibus non extantibus, non tenetur homo ad illarum actus, nec ſupplere ante mortem alio æquiualenti, licet poſſit. At qui ſponte omittit baptiſmum, peccat contra ius diuinum de accipiendis mediis neceſſariis, & ſi decedat abſque illo, aut alio remedio ſupplẽte vicem baptiſmi, non intrabit in regnum cœlorum: ut de catechumenis, qui nondum competentes dicuntur, dicit D. Auguſt. g qui tamen ſemel atque iterum habita opportunitate, neglexit baptiſmum, & tamen eius culpæ contritus decedit, ſaluabitur: quia baptiſmus flaminis iteratus ſupplet, & purgat culpam etiã negligentiæ.

7 Vt qui creditori ſoluit ante prę fixum terminum, implet debitum iuſtitiæ ſecundum ſubſtantiam: ita qui ſacramentum baptiſmi, uel pœnitentiæ ſuſcipit eo tempore, quo nondum obligabatur ſub noua culpa, implet debitum: quod cum ex delicto prouenerit, de ſe obligat ſtatim h ſolui & ſatisfieri læſo, & creditori: niſi ille inducias temporis concedat.

8 Deinde baptiſmus eſt medium neceſſarium tanquam ianua aliorum ſacramentorum, ſup.ca.2.§.1. quia homo ante baptiſmum eſt iure diuino incapax fructus aliorum. A quibuſdam tamen Chriſtus dicitur cum Apoſtolis diſpenſaſſe, ut in vltima cœna ante baptiſmum reciperent euchariſtiam, & ordinem ſacerdotalem. i At ſecluſa tali diſpenſatione, eſt ordinis incapax: quod ſi catechumenus etiam iuſtus recipiat veram euchariſtiam, nullum fructum ex operato participabit, ſupra cap.2.§.1. ſic ergo baptiſmus eſt medium neceſſarium ad gratiã, & ad gloriæ conſecutionem, ei qui poteſt recipere: & ad alia ſacramenta recipienda.

fieret pro remiſſione peccati mortalis ſine ſacramento in re, vel in voto. g ſup. R. & inf.c.20. h ſic D.Tho.2.2.q.62.art.8. comparat præceptum reſtitutionis affirmatiuum, quod includit quandã negationem non retinendi aliena inuito Domino cum præcepto pœnitentiæ, ad quod Deus offenſus poſſet ſtatim poſt peccatũ obligare: niſi inducias cõcederet: ſicut homo tenetur ſtatim ſatisfacere homini quem læſit iniuria, aut furto. i refert D.Tho.q.73.art.5. ad 4. & dicetur inf. de extrema vnctione ex Marc.6. cuius oppoſit. eſt certius.

CAPVT IIII.

Quo tempore præceptum baptiſmi obliget adultos, aut paruulorum parentes.

§.1. *Qui petit non differat baptiſmum.*
2 *Eccleſia cur differt adultos?*
3 *Paterfamilias tenetur curare, vt baptizentur filii, & domeſtici.*
4 *Cur quidam ſancti diſtulerint baptiſmum?*
5 *Quomodo olim obligabat circunciſio?*
6 *In primitiua eccleſia tempore Paſcha Reſurrectionis, & Pentecoſtes fiebat baptiſmus ſolennis.*
7 *Interdictum nõ impedit conferre quadam ſacramenta.*
8 *Quomodo infideles obligentur ad baptiſmum, & fidem.*

Tempus in quo baptiſmus eſt conferendus non eſt per eccleſiam determinatum. a expedit ne communiter tenelli infantes ante diem octauum b baptizentur ob myſterium Reſurrectionis, ſecluſo periculo. c Patres docent enã adultis non eſſe differendum, d quia proprius huius ſacramenti finis, & effectus eſt inchoatio vitæ Chriſtianæ. e

2 Eccleſia adultis baptiſmum differt, f vt probet, an facti ſint idonei ad militiam Chriſti: & in illis præmittatur diſpoſitio, inſtructio g in Symbolo fidei, & præceptis Dei ac Eccleſiæ, & orationibus. nec enim expedit cito credere petenti: ſed probat ſpiritus an ex Deo ſint, ne quis forte ficte recipiat. Infideles egent tempore, ut inſtruantur, & probentur: nequando dicant ſe metu aut fraude fuiſſe attractos, & fiant apoſtatæ, quæ dilatio auget deſiderium, deuotionem, & reuerentiam ſacramenti concupiſc. ſed non multum differt aut vltra 40. dies communiter, h ne tepeſcat catechumenus, & propoſitum reuocet. Iudæis per 8. menſes differebatur, i ut magis probarentur. At ex parte adultorum vrget præceptum, vt homo curet ex ſe ſtatim petere, & idoneus fieri ad baptiſmum: & poſito Chriſti præcepto, vrget ratio naturalis fidei coniuncta, k vt ſtatim inchoet vitam Chriſtianam ſuſcepto baptiſmo: alias enim tolleretur militia Chriſtiana, ſi liberum eſſet omnibus differre ad tempus mortis.

3 Similiter pater tenetur curare, vt ſtatim baptizentur filii, & dome

CAP. IIII.

a Diuus Tho. a q.68.3. Soto, d.5. art.3. Ledeſ.q.9. Sylu. baptiſ.4. cõis Doct.d.4. b c Soto d.5.art.10. ad 1. & ar.1.& 3. Cypr.li.3. epiſt.8. ex ſent. 60. cpiſcoporum refert, baptizare ante 8. diem infantes eſſe cõtra ſ dei doctrinã: niſi neceſſitas vrgeat, aut periculū. ſic olim circunciſio nõ dabatur ante 8. diẽ Gen.17. At cõſuetudo regionis excuſare poteſt. d D.Th.ar.3.So.ar. 3.Led.Syl. bap.4.§. 5. colligit ex conc. Trid.ſeſ.7.ca.12. Cypr.ſup. Aug.3. de pec. mer.c.5. Chryſ.ho. 1.in Acta.ho.13.ad Epheſ. & ho.19. in moral.ad Heb.7.hĩ c.quãdo q3, de conſ. d 4. Baſil.ſer.40. de bap. & ho.13.Doct. d.4. Palac.d.5. e dicetur ſtatim & Pieſ cit.c.2. B.Bellar.de bapt.c.8.col.4. f D. Tho.Sot. Led.ar.3. Sylu.§.11. Aug. de fide & oper.c. ante 20.c. non liceat, de conſ.d.4.Nau.Hiſp. c.24.nu.25. g ſic per multos dies inſtituũtur catechumeni de Symbolo. vt Eunuchus, & Cornelius, Acto.8.& 10. Matt. vlt. docete baptizãtes. Conc.Laodic.& Agath. c.Symbolũ. ca.baptizandus, de conſ.d.4. Nau. ſup. Soto d.6.q.2.ar.1.ad 2.D.Tho.q.67.8.q. 71.1. h Greg.c.nec abſit Soto,d.5.ar.3. ad 2. D.Th.q.68.3. ad 2. i D.Th.ar.3. ad 2.Sot. Led.c.Iudęi.de cõſ.d.4. Tab. bapt.7.§.10.ſi.refert ſe ad verb. Iudæi.§. vlt.Syl.bap.4.§.11. k rõ iuuat, ſed nõ conuincit:

l ſtici eius: l non tamen peccat ſi in-
fanti baptiſmũ differat circiter duo-
m decimum diem. m diu vero pro-
craſtinans ſine cauſa Paterfamilias
aut tutor, qui curam ſuorum ha-
bere tenetur, peccat mortaliter con
n tra legem caritatis. n Paruuli præ
cepto non ligantur, ſed quia ſine ba
ptiſmo ſaluari non poſſunt, decen-
ter feſtinat eccleſia illos baptizare:
o o preſertim vbi periculum eſt mor-
p tis: p ne alias irreparabiliter pere-
ant. idem præceptum diuinum vr-
q get adultos. q

4 Eximu quidam, ut Diuus Mar
r tinus, Ambroſ. r & Conſtantinus
ſ Magnus, ſ qui tandem per baptiſ-
t mum dicitur à lepra ſanatus t diſtu
liſſe leguntur per annos receptio-
nem baptiſmi ob reuerentiam, aut
ob aliud ignotum nobis impedimẽ
tum: in quo tamen imitandi non
u ſunt. u Catecbumeno ſi digne pœ-
nitet & diſpenſatus eſt, ob nulla pec
cata differendus eſt baptiſmus, in
x finem vitæ: x quamuis quibuſdam
Chriſtianis ob graue crimen com-
munio olim differretur ad mortis
y articulum, y Valentinianus Im-
perat. ita diſtulit, ut ſine baptiſmo
mortuus ſit: quem tamen de pie-
tate, & religione commendat B.
Ambroſ.

5 Diuinum præceptum de baptiſ
z mo omnibus adultis proponitur, z
a & ſicut præceptum fidei, a omnes
obligat, mox vt rite proponitur.
At olim circuncisio maſculis vnius
tantum populi ex Abraham deſcen
dentis per Iſaac, & Iacob, indicta
fuit, ſupra lib. de ſacrament. cap. 6.
iniurius verò eſſet, qui adultum &
filium, vel ſeruum baptizari cupien
tem impediret: & hic iure poſſet
vim vi repellere. Vt iniuſtus eſt
Princeps, qui non ſinit ſuis ſubdi-
tis pacificè promulgari euãgelium,
& illum impedientem poſſet illa-
to bello Pontifex compellere, vt
prædicari fidem ſinat, & libere ac-
b ceptari. b

6 In primitiua Eccleſia deſigna-
tum erat tempus vigiliç Paſchæ Re
c ſurrectionis, c vt in eo fieret ſo-

uincit: & ex caritate ſui vrgetur homo ſtatim baptizari, ne ſe pri
uet magnis bonis quæ habet ex baptiſmo, & participatione ſacra-
l mentorum, & ſuffragiorum, & vt vitet pericula. l m Sot. d. 5. art.
m 3. Led. & Recent. quod præceptum probat vſus eccleſiæ, & ſcan-
dalum, ſi paterfamilias aut tutor non curet ſuos opportune bapti-
zari. Quamuis Ter
tul. de bapt. cap. 18.
non obliget paren-
tes, niſi in articulo
neceſſitatis. Viues,
& ſentit Auguſt. 1.
ciuit. c. 27. Chryſoſ.
hom. 49. Imperfect.
Dam 4. cap. 10. ſo-
lum ait non oportet
baptiſmum differ-
re. Nazianz. ora. 40.
de baptiſmo, ait, ut
in neceſſitate ſtatim
baptizetur: ſed ex-
tra illam expectan-
dum eſſe ſaltem 3.
ætatis annum. & ta
men affert bonas ra
tiones ob quas ex-
pedit ſtatim cõferri,
contra dæmonis po
tentiam ne arripia-
tur, aut ne præuen-
tus repentino peri-
culo obruatur. & D.
Tho. art. 9. ex Dio-
nyſ. ait, quod dila-
tio quædam in adul
to facit, vt ſtabilius
adhæreat religioni
n Chriſtianæ. n con-
ſuetudo Eccleſiæ ſatis arguit peccatum mortale, vt aiunt Recent.
Sot. d. 3. art. 10. Tabien. bapt. 5. §. 15. Bellarm. de bapt. c. 8. § his ac-
o cedant. carpit Viues ſup. o D. Thom. art. 9. Clem. 6. lib. conſtit.
Apoſt. c. 15. Dion. c. 6. eccleſ. hier. p. 3. ad fin. Iuſtin. ad gent. q. 59.
Irenæ. lib. 2. cap. 39. Orig. lib. 5. ad Rom. verſ. 9. fin. Baſil. hom. 13.
ex varijs, quæ eſt exhort. ad bapt. Chryſoſt. to. 5. hom. ad Neoph.
Hieron. dialog. 3. contra Pelag. fi. & citat Cypr. & Aug. Proſper,
de vocat. gent. c. 8. Greg. lib. 7. epiſt. 57. & reſponſo 10. ad Auguſt.
Anglor. eṕm. Bern. ſer. 66. cant. epiſt. 77. 240. ſic circuncisio olim
dabatur 8. die, nec differebatur ſine graui cauſa. Trident. ſeſſ. 6. de
bapt. can. 12. damnat dicentes neminem baptizandum niſi ætate
qua Chriſtus, vel in mortis artic. quod tamen aiunt Eraſm. pręfat.
in Matth. Viues in Auguſt. 1. ciuit. cap. 27. & refert Prateol. verb.
Anabaptiſtæ. & Trid. can. 13. & 14. paruulos baptizandos, quam-
uis non habeant actum credendi: nec cum adoleuerint interrogã
dos, an ratum habeant baptiſmum. Bellarm. de bapt. c. 8. reijcit
Viues, & c. 9. ſoluit argum. vbi arg. 17. non eſſe facta Chriſti ſem-
per imitanda ait Nazianz. orat 40. in ſanct. baptiſmum, vt quod
ieiunauit quadraginta diebus abſque omni cibo. quod euchar. de-
dit in cœnaculo clauſo, & poſt cœnam: item quod circuncisus eſt,
& legalia ſeruauit, D. Thom. 3. p. q. 37. 1. ad 2. Soto, lib. 2. iuſt. q.
5. art. vlt. col. 15. Couar. 1. var. c. 17. num. 1. Orig. hom. 14. in Luc.
& quodam can. Apoſt. ex Pamphyl. quem refert Turrian. lib. 1.
pro can. Apoſt. cap. 25. Nauar. ca. 11. num. 23. contra Caiet. 3. p.
p q. 37. 1. p quod fatetur etiam Tertull. & Nazianz. in articulo
mortis quilibet tenetur ex caritate baptizare: ſed arctius tenetur
pater, & parochus etiam cum periculo proprij damni, Nauar. ca.
24. nu. 17. & c. 14. nu. 9. 23. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 132.
videtur cont. Sot. d. 3. art. 8. vbi addit ad fi. ſi infanti immineat pe-
riculum ex lotione frigidæ, calefiat aqua: aut baptizetur cum aſ-
perſione. quod ſi imprudens baptizando acceleraret mortem in-
fantis per accidens, hic quia habet ius baptizandi in periculo, non
fiet irregul. bene Soto cũ Scot. d. 3. q. 3. cont. Palud. d. 3. q. 3. ad fin.
& non inconuenit baptizare ante 8. in periculo, quod tamen non
licebat in circuncisione, Gen. 17. vt figura apte reſponderet my-
ſterio de 8. die Reſurrectionis, D. Tho. 3. p. q. 70. 3. ad 3. & addit.
art. 4. ad 3. quod tunc vice circuncisionis, paruulis applicabatur
oblatio, & remedium legis naturæ: quale applicabatur fœmel-
q lis. q Adultos contritione iuſtificatos non tam vrget præceptum,
vbi baptizanti, aut baptizato imminet periculum graui damni: &
tamen tenentur præcepto diuino. Ioan. 3. niſi quis renatus. ſup. c. 5.
§ 4 lit. Z. Act. 2. baptizetur vnuſquiſque. Trid. ſeſſ. 7. can. 5. D.
Th q. 68. 1. Soto d. 5. art. 1. Richard. d. 4. ar. 1. q. 3. Gabr. q. 2. art. 3.
dub. 1. Bonauen. diſt. 6. art. 2. q. 1. Palud. q. 1. Adrian. q. 5. de bapt.

& quamuis Matth. vlt. docete omnes gentes baptizantes (ſicut &
Ioan. 20. quorum remiſeritis) imponatur præceptum Paſtori mi-
niſtrandi bapt. pœnitentiam, & doctrinam: ex conſequenti tamen
obligantur alij recipere: quia de omni medio neceſſario, quod eſt
r actus liber, eſt præceptum diuinum. r Ambr. diſtulit qui ante-
quam eſſet baptiza
tus electus eſt eṕs.
Niceph. 11. hiſtor.
cap. 32. lib. 12. c. 41.
Couar. 4. var. c. 16.
nume. 5. ex Paulin.
Socrat. Theodoret.
Sozom. & Tripart.
Martinus per 8. an-
ſ nos diſtulit. ſ de
Conſtant. Imperat.
refert Euſeb. Pam-
phyl. lib. 2. de Vita
Conſtantini diſtu-
liſſe baptiſmum ad
finem vitæ: quem
vnum ſequuntur hi
ſtorici Socrat. 1. hi-
ſtoriç. c. 39. Sozom.
lib. 1. cap. 24. Caſ-
ſiod. & Aymon. 9.
tripart. c. 7. Pompo.
Lætus. & in epiſto.
conciliabuli Arimi-
nen. ad Conſtantin.
idẽ in ſuis Chron.
anno. 336. dicunt
Hieronym. Sulpit.
Iſidor. Herman. &
Ioan. Camerar. in
catal. Impera. cap. 1.
cuius cauſam addit
Hieron. in Chro. & Theod. 1. hiſt. c. 31. diſtuliſſe, quia voluit bapti
zari in Iordane, vt Chriſtus baptizatus eſt. ſed morte præuentus
baptizatus eſt Nicomediæ ab Euſeb. eṕo Nicomed. Arriano: cui
ſucceſſit in Epiſcopatũ Euſeb. Pamphili Arianis valde fauens. ſic
Ambr. orat. de obitu Theodoſ. ad fin. ait, baptizatum Conſtant.
dum in vltimis eſſet cõſtitutus. At reuera Conſtant. magnus mul
tis ante mortem annis recepit Romæ baptiſmum à Syluest. PP.
(Romæ enim adeſt baptiſterium in Eccleſ. Later.) quod teſtatur
Conſtant. in ſua confeſſione, quæ habetur, to. 1. Concil. & apud
Damaſum in vita Sylu. Papæ. idem Marian. Scot. Platin. in vita
Marci. Sabell. Nicephor. 7. hiſt. c. 35. lib. 8. c. 54. & ait oppoſitum
confictum fuiſſe ab Arrianis, quod ſeductus per Conſtantiã illius
ſororem, & presbyterum Arrianum receperit prope mortem ba-
ptiſmum 2. Nicomediç ab Euſeb. Arriano. idem de baptiſmo per
Syluest. dicunt Nicolaus I. epiſt. ad Michael. Imper. Leo epiſt. 6.
ad Nicol. Imperat. Hierony. tom. 9. epiſt. ad Euſtoch. de vincul.
Petri Clemen. 6. & Conc. Rom. ſub Syluest. cap. 1. & in Actis Li-
berij PP. cap. 1. & 46. Adria. PP. in epiſt. quæ in 7. Synod. Act. 2.
approbata eſt. & in 6. Syn. Act. 4. D. Thom. opuſc. 20. lib. 3. de re-
t gim. Princip. cap. 16. 17. Cano, lib. 11. de locis. c. 5. ad 14. t ſanatũ
à lepra per baptiſmum ait Nicephor. lib. 7. cap. 33. Lipoman. &
Surius in vita S. Syluest. Couar. pract. cap. 31. num. 2. D. Thom.
quæſt. 69. 8. ad 4. & patet ex Synod. 7. Acto. 2. Synod. Rom. ſub
Syluest. can. 1. Clemens 6. extrauag. vnigenitus. de pœnitent. &
remiſſio. Nicol. cap. fundamenta, de elect. in 6. quamuis ſine cau-
ſa hanc hiſtoriam de ſanatione lepræ reprobent. Cano ſup. Caiet.
d. artic. 8. ad 4. Platin. ſupra Viues de corrupt. diſciplin. Alciat. 7.
parerg. cap. 19. cum tamen legatur in Breuiar. Rom. in vita Syl-
u ueſt u Soto, diſt. 5. art. 3. Diuus Thom. artic. 8. ad 4. vide ſupra
lit. O. fin. nam illi viri in bellis, & negocijs publicis occupati, pu-
x tarunt ſe in Paſcha nõ ſatis diſpoſitos, excuſari à baptiſmo. x eſſet
enim de ſe peccatum mortale. Quidam Recent. cum Caiet. ar. 3.
y Soto, art. 10. Nauar. c. 14. nu. 17. 21. y vt iubet Conc. Eliber. ſeu
Granat. cano. 68. ſic quidam ob graue crimen priuabantur com-
munione vſque ad mortis articulum. d. Concil. can. 3. 47. 78. In-
nocent. 1. epiſt. 3. c. 2. Vtrumque ſublatum eſt, vt ait idem Conc.
Eliberi. cap. 5. Ancyr. cap. 6. Nicen. 1. cap. 12. & Innoc. I. epiſt. 1.
z cap. 7. Sottcal. verb. communio. §. 3. z Diuus Thom. quæſt. 63.
artic. 1. & cit. Q. quia Chriſtus qui eſt legulator Trident. ſeſſ. 6.
a cano. 21. ſua lege totum orbem obligauit generaliter. a quare
Matth. vlt. ſimul proponitur præceptum de fide, & de baptiſmo.
Marc. vlt. qui crediderit, & baptizatus fuerit. Soto, diſtinct. 5.
b artic. 2. Diuus Tho. 2. 2. quæſt. 2. artic. 5. & quæſt. 6. b D. Thom.
c 2. 2. quæſtio. 10. artic 8. & 10. vbi Baſies. c de hoc vno tempore

Baſil.hom.13. exhortat. ad baptiſm. Victor. PP. epiſtol. ad Theophyl. capit. celebritatem. de conſecratio. diſtinct. 3. Concil. Altiſiodorenſ. cap. 18. & refert miraculum Paſchaſ. epiſtola ad Leon. Papam, quæ habetur ante epiſtol. 64. in Leonem. Bellarmin. de baptiſm. cap. 26. fin. D. Thom. quæſtio. 66. artic. 10. ad primum. Soto, diſtinctio. 3. art. 10. ad primum, diſtinctio. 5. artic. 3. Victor. §. 34. Ledeſ. quæſtio. 7. artic. 10. nunc Romæ ſeruatur dum fit adultorum infidelium, aut Iudæorum ſolennis baptiſmus. Cyrill. ſuas catech. habuit in Quadrageſima, vt præpararet adultos ad baptiſmum ſolénem in Paſcha. Hieronym. epiſtol. ad Pammac. Auguſtinus de cura pro mort. capit. 12. Ambroſ. in Epheſ. 4. d Siric. epiſt. 1. cap. 2. Leo epiſto. 4. cap. 6. epiſt. 80. Gelaſ. epiſtol. 1. capit. 12. 15. capit. duo tempora. de conſecratio. diſtinct. 4. Gregor. 2. epiſto. 3. ad clerum. Conc. Roman. ante annos 1300. Gerunden. cap. 4. Matiſcon. 2. capitu. 3. Vuormatic. capit. 1. Bellarmin. D. Thomas. Soto, ſupra. e D. Thomas. addit. quæſtio. 6. articu. 5. Victor. Ledeſm. Soto, diſtinctio. 5. artic. 5. Caietan. quæſtione 68. articu. 3. Peña. & Recent. vt de primitiua Eccleſia dicit Ambroſ. ſupra. f ſic per tempus Quadrageſimę ante Paſcha ſolebant catechizari. Hieronym. ſupra. Siric. cap. ante 20. de conſecratio. diſtinctio. 4. Caietan. cum D. Thom. quæſtio. 68. 3. Soto, diſtinctio. 5. Ledeſm. quæſtio. 9. Syluest. baptiſm. 5. princip. Tabien. baptiſm. 5. §. 12. g Beda. 2. hiſtor. cap. 14. Victor. Pap. ſupra. Concil. Laodicen. capit. 44. Elibertin. capit. 38. D. Thomas. quæſt. 66. artic. 10. ad 1. quæſtio. 68. 3. vbi Caietan. Soto. diſtinct. 5. art. 5. h ex hac, & ſequenti ratione habet eccleſia ius, Caietan. Soto, Ledeſ. Recent. & competentes emittebant votum, aut promiſſionem ante baptiſmum, vt

i dictum eſt. i Dionyſ. capit. 2. eccleſiaſt. hierar. Clemens epiſt. 3. k & dicetur infra. k Nauar. capit. 27. num. 178. 189. Couar. cap. alma. 1. p. §. 3. num. 1. idemque licet tempore ceſſationis. Nauar. l num. 189. Couar. §. 4. num. 7. l Nauar. c. 27. nu. 188. Couar. §. 2. m & §. 3. num. 2. & 3. m D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 8. inſ. cap. 25.

lennis baptiſmus adultorum catechumenorum, qui Symbolum, & orationem dominicam ſcirent. deinde additum eſt tempus Pentecoſtes, d & per octauam: cuius rei eo tempore ſpecialis mentio fit in canone miſſæ. ſed baptiſmum abſque ſolennitate conferebat eccleſia alijs etiam temporibus. e iam vero diu obtinuit conſuetudo, ut alijs temporibus baptizentur, qui ſunt per quadraginta dies, aut minus tempus ſufficienter inſtructi: f maxime vbi vrget periculum mortis. g hos catechumenos obligat eccleſia dicto tempore, tum ex communi lege, quæ ſecundum rationem colligitur ex proprio fine baptiſmi, qui eſt regeneratio, & inchoatio nouæ vitæ: eccleſia enim habet à Chriſto poteſtatem baptizandi & determinandi tempus in quo obliget diuinum ius baptiſmi, tum ex pacto quodam, h quo catechumeni dabant nomen, i & paciſcebantur ſe ſuſcepturos baptiſmum, cum eccleſia voluiſſet. peccarentque detrectantes non minus, quàm miles, qui poſtquam nomen dedit, reſiſtit præcepto ducis: aut nouitius ſi elapſo tempore nolit profiteri, qui prius emiſerat votum profitendi.

7 Nulla cenſura loci, ut interdictum aut ceſſatio, impedit quin omni tempore liceat etiam extra vllam neceſſitatem conferre, & ſuſcipere ſacramentum baptiſmi, confirmationis, pœnitentiæ, & matrimonij k abſque nuptiarum benedictione. non tamen licet abſque priuilegio, prædicto tempore recipere reliqua ſacramenta niſi ſolam euchariſtiam in articulo aut periculo mortis, l in quo obligat diuinum præceptũ. Qui baptizatur adultus tenetur diuino præcepto non recipere indigne: nec inducere ſine cauſa illum quem nouit ſolenniter miniſtraturum in peccato, nec ſine cauſa recipere à laico, uel ab eo, qui non eſt ſuus paſtor, infra cap. 29. fin.

8 Cum iam per orbem ſit euangelica lex promulgata, ſi adultis infidelibus debita prædicatione proponatur inſtigante conſcientia à Deo per oblata auxilia cooperante, obligantur omnes recipere fidem explicitam Chriſti, & baptiſmum. m Sed ſi audita pacifice prædicatione, nolint euangelium ſuſcipere, non reliquit Chriſtus Pontifici, aut regi vim compulſiuam, ut per bellum, aut pœnas cogat recipere.

CAPVT V.

Ante Chriſti mortem quoſdam fuiſſe baptizatos abſque præcepto.

§. 1. *Paruuli ſine præcepto ſibi impoſito baptizantur: ſed non ſine parentum voluntate, niſi polleant rationis vſu.*

3 *B. Virgo baptiſmum, & quædam alia ſacramenta recepit.*

3 *Chriſtus quoſdam diſcipulos immediate baptizauit.*

4 *Et Ioannem Baptiſtam: non tamẽ bonum latronem.*

5 *An quidam ex Apoſtolis fuerint liberi ab obligatione confitendi peccata.*

BAptiſmus adultorum fuit in vſu antequam eſſet ſub præcepto neceſſarius: & baptiſmus paruulorũ cum parentum conſenſu. ſed nunquam licuit pueros inuitis ambobus parentibus infidelibus ſub quorum poteſtate & cura manent, baptizare. ſi tamen infideles parentes ſubijciãtur ſeruituti hominis Chriſtiani, licebit hero prolem ſeruam à cura parentum ſeparare, animo illam baptizandi: de quo dicetur, cap. 25. in paruulis baptiſmus etiam iniuſte collatus parentibus inuitis, a validus & efficax eſt: a & hi cum ad vſum rationis peruenerint compellendi ſunt ab eccleſia ſeruare fidem. poſſuntque per Papam liberari ab obedientia & iure Patris, & Principis infidelis, prę ſertim quando ſubeſt periculum ſubuertendi illorum fidem. adultus ſponte conſentiens nulla alterius expectata voluntate licite baptizatur, ſi iniuſto metu compulſus cum vera intẽtione recepit baptiſmum, & compellendus eſt ſeruare legem Chriſti. b

2 Tempore quo Chriſtus vitam mortalem agebat in terris baptizata c eſt Beatiſs. Virgo mater eius: c quia quamuis tunc eſſet gratia plena, & ſemper immunis ab omni peccato originali & actuali, recepit characterem Chriſti, cum eo poteſtatem recipiendi fructum euchariſtię quã quotidie ab Apoſtolo Ioãne ſuſcipiebat deuotiſſime: confirmationẽ d & extremam vnctionem d recepit non tamen ordinem. cuius fœmina e eſt iure diuino incapax: e nec f ſacramentum pœnitentię, f cuius capax non fuit, quæ peccatum non habuit. matrimonium vero quod cum Ioſeph cõtraxit non erat tunc ſacramentum.

3 Chriſtus per ſe ipſum dignatus g eſt matrẽ ſuam, & Petrũ baptizare, g Petrus Andream & filios Zebedęi,

CAP. V.

a b Diuus Tho. a b 3. p. quæſt. 68. art. 10. & eundem articulum repet. 2. 2. quæſtio. 10. artic. 12. vbi Bañes. Soto, diſtinctio. 5. art. 10. Ledeſm. quæſtio. 9. Richard. Durand. & communis diſtinct. 4. Bellarm. de baptiſm. capit. 8. late probat Caſtro & Sebaſt. Medices, de hęreſ. verb. baptiſm. hære. 5. Syluest. baptiſm. 4. §. 1. 13. 14. Tabien. baptiſm. 7. c c Albertus Magnus de laudibus Beatæ Virginis, capit. 81. quem ſequitur Caniſ. lib. 1. Marial. capit. 9. Nicephor. 2. hiſtor. capitu. 3. ex Euod. Apoſtolorũ diſcipulo. Euthym. in Ioan. 3. Turrecrem. c. quando de conſecr. diſt. 4. Lundan. 4. Panopliæ. c. 81. at Scotus, diſt. 4. q. 6. Gabr. quæſt. 2. art. 3. dub. 1. aiunt forte ex diſpenſatione Dei non fuiſſe baptizatam. quia in incarnatione recepit totam gratiam. ad quam potuit peruenire. ſed & dubitatio eſt inanis, & ratio nimis falſa, & eos reijciunt omnes Recent. Bellarmin. libro. 1. de Roman. Pontif. cap. 23. Bañes. 2. 2. quæſtio. 1. artic. 10. Soto, diſtinct. 5. artic. 2. & ea diſpẽſatio potius d noceret. d vt ex bonis autoribus Alber. & Caniſ. ſupra, & Sylu. dicetur lib. de e extr. vnctio. e infra lib. de ordin. Caniſ. f Albert. f Quare error eſt vulgi, quod B. Virgo confiteretur Ioãni, ſaltem in g generali. g ex Euodio tenet Nicepho. Euthym. Lind. Caniſ. Bañes ſup. Bellarm. ſup. & lib. de baptiſmo. capit. 23. ad fin. ex Ioan. 13. qui lotus eſt, & vos mundi eſtis propter ſermonem, colligi ante cœnam fuiſſe baptizatos, ne alias eſſent

eſſent incapaces ſacramenti Euchariſtiæ, & ordinis tunc collati.
ſed cum Chryſoſtom. D.Thom. non putat improbabile. quæſt.
73. 5. ad quartum, diſpenſatum eſſe cum illis: ſed reuera erant
h baptizati: nec eſt admittenda diſpenſatio. [h] ita Euod. & auto-
res citati, certum vero eſt Apoſtolos recepiſſe baptiſmum Tert.
de baptiſmo. Augu.
epiſto. 108. dicit ſi-
ne dubio. cap. quan-
do. de conſecratio.
diſtinct. 4. cap. eos.
Beda. Acto. 1. Eu-
thym. in Ioan. 3. gl.
ordin. in Ioan. 13.
vos mundi eſtis. &
qui lotus eſt, vt etiã
exponit Auguſt. epi
ſtol. 163. & lib. 3. de
orig. animæ. cap. 9.
Scot. diſt. 4. quæſt. 6.
Soto, diſt. 2. quæſt.
1. artic 4. diſtinc. 5.
artic. 2. D. Thomas
3. part. quæſt. 38. 6.
ad 2. quæſt. 73. 5. ad
4. ſi. Vualdenſ. to. 3.
doctrinal. art. 2. cap.
32. Paludan. diſt. 6.
quæſt. 1. art. 2. diſt.
17. quæſt. 2. ſi. Ca-
i ſtro. verb. baptiſm. [i]
Euod. Nicephor. &
alij ſupra citati. Ca
ietan. quæſtion. 68.
k artic. 2. [k] quod fal-
ſo affirmat Tertull.
lib. de baptiſmo. ca-
pit. 11. Chryſoſto.
ho. 1. in Acta Theo
phyl. in Ioan. 3 quia
putant baptiſmum
Chriſti nõ fuiſſe in
ſtitutum niſi poſt re
ſurrectionẽ. Matth.
vlt. vbi forma ex-
preſſa eſt. idẽ Chry
ſoſtom. hom. 16. ad
Rom. & homil. 28.

h hi deinde reliquos Apoſtolos, [h] di-
ſcipulos vero 70. baptizauit Petrus
& Ioannes Theologus, ſeu Apoſto
i lus. [i] certe ſeruato ordine, Chriſtus
antequam in vltima cœna initiaret
Apoſtolos ordine ſacerdotali, & epi
ſcopali, dixit, iam omnes eſſe per la-
uacrum baptiſmi mũdos. nec enim
ſatis eſſet fuiſſe tinctos baptiſmo
Ioannis Baptiſtæ, ut quidam pu-
k tant, [k] quia per illum abluti non
recipiebant characterem, ſed erant
l rebaptizandi baptiſmo Chriſti. [l]

4 Ioannes Baptiſta à Chriſto for-
taſſe baptizatus eſt cum Matth. 3.
petiit, ego à te debeo baptizari: &
m dictum eſt ei, ſine modo. [m] quia
Ioannes pertinebat ad nouum te-
n ſtamẽtum, [n] tanquam amicus ſpõſi
& præcurſor, qui præparauit homi-
nes ad legem, & baptiſmum Chri-
ſti. Bonus latro qui cum Chriſto
crucifixus eſt, non fuit baptiſmo
o aquæ unctus, [o] vt quidam Patres
p obiter dicunt: [p] necdum enim lex
Chriſti obligabat, ſed baptiſmo fla-
minis: nec ſanguine ſuo fuit bapti-
q zatus, [q] niſi forte ob publicam
de Chriſto cõfeſſionem acrius fuit
r tortus in confractione crurum. [r]
Paulus Acto. 9. baptizatus eſt per
ſ Ananiam qui laicus erat. [ſ] & Apol
lo, cuius mentio fit 1. Corinth. 1.
t & Act. 18. [t] idem de Timotheo,
& Tito Pauli diſcipulis, licet ſcri-
ptum non ſit.

in Ioan. 7. Euthym. & Ferus. in Ioan. 3. Rupertus in Ioan. lect. 3.
ad fin. ſignificat Cyprian. epiſtol. 73. ad Iubaianum. Fulgent. de
incarnat. cap. 11. Hieronym. dialog. contra Lucifer. & cum Chry-
ſoſtom. tranſit D. Thom. in Ioan. 3. & quæſtio. 73. 5. ad quartum.
Alex. 4. p. quæſt. 12. m. 3. ar. 1. Bernard. epiſt. 77. ad Hugon. quam
ſententiam Cano lib. 8. de loc. cap. 5. ad 3. ait nulla nota dignam
eſſe. ſed ex Ioan. 3. & 4. ſatis colligitur Chriſtum & Apoſtolos
baptizaſſe baptiſmo Chriſti, qui tanquam inſtrumentum confe-
l rebat gratiam ex operato, vt d. eſt cap. 1. §. 8. [l] D. Thom. 3. part.
quæſt. 38. 6. ad 3. reprobat Chryſoſt. colligitur ex Trident. ſeſſ. 7.
de bapt. can. 1. & ex Acto. cap. 19. Bellarm. de baptiſmo. cap. 22.
Caniſ. lib. 1. de ſæculo Baptiſtæ. cap. 7. ex origin hom. 14. in Luc.
tom. 8. in Ioan. lib. 5. 10 Rom. Cyprian. ſerm. de baptiſm. Chriſti.
Cyrill. lib. 1. in Ioan. cap. 26. Auguſt. lib. 2. de bapt. contra Donat.
cap. 57. & ſæpe. Hierony. in Marc. 1. Iuſtin. ad Orthodox. quæſt.
37. Raban. de inſtitut. cleric. lib. 1. cap. 26. Sixtus lib. 6. Biblioth.
cap. 11. & id etiam fatetur Tertull. de baptiſmo, in quo errat Ma-
giſt. diſtinct. 2. negans rebaptizandos, ſi vere receperant baptiſ-
mum Baptiſt. quod ſequuntur quidam hæretici, de quibus Bel-
m larm. capit. 19. [m] Nazianz. orat. 40. in ſanct. baptiſm. D. Thom.
3. par. quæſt. 38. 6. ad 3. & citat. Chryſoſtom. hom. 22. imperfect.
tenuit Hieronym. Matth. 3. tenent Recent. Beauxam. tom. 1. fol.
n 145. [n] Caniſ. lib. 1. de corruptelis, ſeu de ſæculo Baptiſtæ. cap. 6.
ex Tertull. lib 4. contra Marcion. Theodoret. in cant. D. Thom.
3. par. quæſt. 38. 1. ad ſecundum, & 2. 2. quæſt. 174 4. ad 3. quam-
uis quidam ex illo Matth. 11. lex & Prophetæ, vſque ad Ioan.
dicant pertinuiſſe ad legem veter. vt Chryſoſtom. hom. 3. imper-
fect. Hilar. Can. 13. Matth. Auguſt. quæſt. 69. noui & vet. teſta-
menti. At id intelligitur, quod prophetarunt de futuro vſque
ad Ioannem: qui digito oſtendit agnum Dei, in quo fuit pluſ-
o quam Propheta. [o] Auguſt. 4. de baptiſm. contra Donat. cap. 22.
vbi negat fuiſſe martyrem. Bellarm. de baptiſm. cap. 6. colum. 1.
fin. quia Stephanus celebratur Protomartyr. (& tamen Auguſt.
refert Cyprian. dicentem fuiſſe martyrem) idem communis Do-

ctorum cum Magiſt. diſtinct. 4. & conſtat iuſtificatum ante mor-
tem Chriſti, cum ei Chriſtus dixerit, hodie mecum eris in Para-
p diſo. idem Auguſt. lib. 83. quæſtionum. quæſt. 62. [p] Auguſt. 2.
de retractat. cap. 18. 26. 55. dicit credibilius. & tenet. 1. de origin.
animæ ad Renatum. cap. 9. & lib. 2. capit. 10. 12. quamuis lib. 3.
cap. 9. dubitat. ha-
betur capit. eos. de
conſecrat. diſtinc. 4.
idem Chryſoſtom.
orat. de reditu ſuo
ex Aſia. hoc autem
Auguſt. dixit, quia
putauit ibi à tem-
pore quo dictum
eſt Ioan. 3. niſi quis
renatus: obligaſſe
baptiſmum, & ſine
eo non ſaluari quod
ſupra reiectum eſt,
& conſtat latronem
iuſtificatũ ante mor
tem Chriſti, & for-
te obijt, antequam
Chriſti latus aperi-
retur: ac ſubinde
non fuit baptizatus
aqua quæ fluxit de
q latere Chriſti. [q] Au
guſtin. 4. de baptiſ-
mo. capit. 22. Bel-
larmin. de baptiſm.
capit. 6. de quo in-
fra lib. 1. de pœni-
tentia. cap. 14. m.
r [r] ſic Magiſt. diſt. 4.
vbi in expoſitione
liter. D. Thom. &
Bonauent. citat. Au
guſt. 4. de baptiſm.
capitu. 23. citantem
Cyprian. & in ſerm.
130. de tempore. &
ſ in Pſalm. 68. [ſ] Bel
larmin. 1. de ſacram.
cap. 24. de baptiſm.
t capit. 7. [t] in Acto.
18. Chryſoſtom. &

5 Porro ad recipiendum pœni-
tentiæ ſacramentum, Apoſtoli non
fuerunt obligati, ſi poſt reſurre-
ctionem (à qua cœpit obligatio le-
gis nouæ, & poſt illam inſtitutum
u ſacramentum pœnitentiæ [u]) non
x peccarunt mortaliter. [x] peccata ve-
rò quæ poſt baptiſmum fecerant, &
in triduo ante reſurrectionem, non
erant materia neceſſaria ſacramenti
pœnitentiæ, quod fuit poſtea ſub
præcepto inſtitutum: & tamen ve-
y nialia de facto confitebantur. [y]

CAPVT VI.

De materia remota baptiſmi.

§. 1. *Aqua naturalis cur ſit conueniens materia.*
2 *De artificiali aqua, aut dubia.*
3 *Quid ſit Matth. 3. baptizari igne.*
4 *In aqua non requiritur qualitas, aut benedictio.*

VT in omni ſacramento Chri-
ſtus propriam materiam, ſupra
lib. de ſacram. cap. 7. ita in hoc pri-
mo, & præcipuo decenter deſigna-
uit materiam neceſſariam eſſe ve-
a ram aquã naturalem: [a] puta rẽ quæ
omnibus præſto eſſet, ſic enim ſen-
ſus ſcripturæ intelligendus ſemper
eſt iuxta verborum proprietatem;
b niſi ſequatur abſurdum. [b] quod
quidam hæretici negãt & interpre-

u Oecumen. Bellarm. de baptiſm. cap. 23. [u] vt ex Ioan. 20. colli-
x git Trident. ſeſſio. 14. cap. 1. [x] vt de Ioanne & Petro Apoſtolis
y creditur nõ peccaſſe mortaliter poſt Chriſti reſurrectionẽ. [y] quia
venialia ſunt materia ſufficiens, vtile eſt ea confiteri. Trident. ſeſſ.
14. cap. 5. can. 7. fin. Nauar. cap. 2. num. 6. & commun. Theolog.

CAPVT VI.

a A Ct. 2. [x] 3. 8. ecce aquam Ioan. 3. renatus ex aqua, vt ibi pro
bant Patres cit. cap. 2. § 4. & Cyprian. lib. 2. epiſt. 3. vide lib.
4. epiſt. 7. & 1. Ioan. 5. hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem.
infra ſpiritus, aqua & ſanguis. Epheſ. 5. mundans lauacro aquæ
1. Corinth. 10. baptizati in mari. 1. Petri 3. de aquis diluuij, quas
dicit figuram baptiſmi. cap. firmiter. de ſumm. Trinit. cap. detra-
he. 1. quæſt. 1. Concil. Florent. Trident. ſeſſio. 7. can. 2. D. Thom.
quæſt 66. 3. Ledeſm. quæſt. 7. Doctor. diſt. 3. Soto, art. 3. Palud.
quæſt. 3. Bonauent. Richard. Carthuſ. item Maior. diſtinct. 2. q. 1.
Guillel. de ſacramentis. cap. de bapt. Innocent. cap. in quadam. de
celebrat. miſſ. Patres, vt Cyril. Catech. 3. Tertul. de baptiſmo. &
lib. de reſurrect. carn. Hieron. in Ezech. 16. 36. tom. 3. epiſt. 83. ad
Ocean. Cypr. ſup. & lib. 2. ad Quirin. cap. 25. Ambr. 3. de Spiritu
ſancto. cap. 11. Auguſt. 1. de peccat. mer. cap. 20. lib. 2. cap. 17. & hi
probãt ex Rom. 6. vbi Orig. lib. 5. Chryſ. hom. 24. in Io. Nazianz.
& Nyſſ. orat. de baptiſmo. baſil. hom. 13. quæ eſt de exhort. bapt.
Irenæ lib. 2. c. 19. Recent. Pius V. in Catech. Caniſ. cap. 2. Huſius.
c. 36. Alan. lib. 1. de ſacram. cap. 13. 18. Sonni. cap. 20. Taper. art. 2.
Caſtro. & Medices bapt. hær. 3. Cuchus. lib. 5. inſtit. Maior. tit. 2.
nu. 26. Vega 5. in Trid. c. 14. 16. Victor. §. 9. & 12. Cano relect. de
ſacram. p. 1. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 1. §. 30. cap. 13. §. 1. Angel. bapt. 3.
Syluest. bapt. 2. Tabien. baptiſm. 14. Armil. §. 21. Nauar. cap. 22.
num. 5. Montal. lib. 4. tit. 4. p. 1. Petrus Gregor. in Syntag. tit. de
baptiſm. & ſic Gentiles in ſuis ſacrificijs adhibebant aquam, vt re-
fert Alex. ab Alex. 4. Geneal. cap. 17. Bellarm. de bapt. cap. 2. & 4.
b [b] de qua regula Mart. lib. 7. Hypot. cap. 1. & lib. 10. reg. 36. & 47.

tantur typice aquam, [c] alii pro baptiſmo vtuntur igneo ſigno per ferrum carni impreſſo. [d] ex Matth. 3. baptizabit in Spiritu ſācto & igne. quod tamen intelligitur de Spiritu ſancto dato in Pentecoſte. [e] ſufficit aqua cuiuſcunque generis, vt maris, fluuii, paludis, putei, fontis, pluuiæ etiam impuræ, & alii elemētari admixtæ: vel balnei, etiam ſulphureis vel reſolutæ ex niue, gelu, rore, grandine, glacie: & ex ſale reſoluto [f] ſufficit, quia ſal fit ex aqua maris, uel putei ſalſi congelata. at ante reſolutionem non fit baptiſmus, licet gelu non differret ſpecie ab aqua. [g] quia non poteſt in illo fieri ablutio ſimpliciter. [h] in figuram huius, Io. 19. de latere Chriſti fluxit vera aqua. [i] aquæ reſpondet digna ſignificatio, [k] quia vt aqua ita baptiſmus hominē mundat à maculis peccati, refrigerat concupiſcentiæ ardorem, & velut humidum ſemē regenerat ex matre Eccleſia, & virtute Spiritus ſancti.

2 Nihil prodeſt artificialis aqua: vt roſacea, [l] nec ceruiſia, & ptiſana, aut ſimilis liquor potabilis. nam & qui vouit ieiuniū panis & aquæ non debet hæc bibere: ut nec vinū lac, aqua quæ diſtillatur ex vite: nec in auro potabili, uel aqua ardēti, & aliis quæ arte alchimica exprimuntur, [m] nec in ſudore, [n] lachrymis, [o] aut flegmate, uel ſaliua, [p] vrina. dum eſt probabile dubium, an facta mixtione luti, uel cineris in lixiuio, uel cum vino, brodio ex elixatis carnibus aut piſcibus, [q] vel farina, ſi minor videbatur pars aquę nō ſufficit: niſi forte per artem depuretur aqua luti. [r] peccatq; mortaliter cōtra ſacramenti reuerentiā baptizās in aqua fœda, aut in aliquo brodio, ſi facile habere poteſt purā. multo grauius peccat ſi baptizet in aqua de qua ſit magnum dubium, niſi periculū neceſſitatis vrgeret: [ſ] Tunc enim melius eſt, vt puer cum dubio baptiſmo decedat: ſi tamen tempus ſuperſit eſt ſub conditione rebaptizandus. [t]

3 Præter aquam non eſt baptizādus etiam ignis aduſtione: [u] quia ſcriptura per ignem, Matth. cap. 3. intelligit Spiritum ſanctum in figura ignis datum Apoſtolis. & in aliis locis, intimum Spiritus ſancti effectum, aut martyrium. [x] nec valuit illius Iudæi baptiſmus, qui defectu aquę fecit ſe baptizari arena: [y] & tamen baptiſmo flaminis ſaluatus eſt propter fidem ſacramenti. [z]

4 Nihil nocet, [a] vt aqua ſit calida vel frigida, tincta colore, denſa &c. quia pertinet ad qualitatem accidentalem. nec requiritur, ut materia baptiſmi, & euchariſtiæ (quia Chriſtus illa vſus eſt) [b] ſit ſanctificata: rite tamē eccleſia addit aquę benedictionem ſanctificationis [c] ad excitandam reuerentiam, quod tamen non eſt de neceſſitate ſacramenti. [d] hanc ſic benedictam laicus prohibetur tangere. [e] quod ſi cum illa baptizet in neceſſitate laicus, debet aſpergere abſque contactu. ſi aqua ſanctificata congeletur, & igne liqueſiat non eget noua benedictione. [f] hæ materia remota, vt aqua à quibuſdam dicitur ſacramentum: [g] intelligitur tamen cauſaliter. [h]

CAPVT VII.

Ablutio, quæ eſt materia propinqua, fit tribus modis.

§. 1. Merſio, infuſio, & aſperſio.
2 Satis eſt aſperſionem attigiſſe paruulam hominis partem, aut pilos.
3 Demerſio infantis in puteum non eſt baptiſm.
4 De trina merſione.
5 Baptiſmus ex receptione dicitur vnus dum plures baptizant, non rebaptizat qui finit poſterior.

Materia propinqua eſt ablutio, cui ſi forma addatur, dicitur baptiſmus. [a] modus abluendi non mutat rationem ſacramēti: fit enim tripliciter. [b] 1. per immerſionem & emerſionem, in ſignum mortis, & reſurrectionis Chriſti. [c] 2. fieri poteſt per infuſionem, [d] vt tempore hyemis, ne infans periclitetur, [e] vel ob honorem in filio regis, vel

ex Auguſt. 3. doctr. cap. 16. Turrian. tract. de euchar. c. 3. Claud. de euchariſt. repet. 3. cap. 1. [c] refert Bellarm. de bapt. cap. 4. ſupra in proœmio. lit. Y. quia Matth. 3. baptizabit in igne, ſumitur ſpiritualiter pro gratia. [d] ſup. in proœm. §. 3. B. Bellarm. cap. 2. [e] de Spiritu ſancto dato in linguis igneis exponunt Matth. 3. Hierony. & Bed Cyril. Catecheſ. 3. Ianſen. concord. cap. 19. 2. exponitur de effectu baptiſmi, qui ſignificatur per purgationē ignis. Chryſo. hom. 11. Matt. Baſil. orat. de bapt. 3. at Beauxam. ſolus tom. 1. Harmon. pag. 143. explicat de igne purgatorij: vt de loco 1. Corinth. 3. ſaluus erit, quaſi per ignē. Bellarmin. lib. 3. de purgat. cap. 4. [f] D. Tho. q. 66. 3. Soto. Led. Summiſt. ſup. & de ſale reſuluto (qui fit ex aqua ſalſa, ut experimento conſtat, & ait Ariſt. 2. meteor. capit. 3.) ſufficere, tenet cō munis contra Sylu. & Tab. bapt. 4. §. 7. ad fin. [g] Soto, d. 3. art. 3. ait gelu differre ſpecie ab aqua: ſed nihil obſtat propoſito. [h] Sot. Vict. §. 12. Cano, relect. de ſacram. & Recent. ſic humor dū latet intra vuas, aut vinum congelatum non eſt materia cōſecrabilis, niſi exprimatur aut liqueſiat: quia non eſt ſub forma potabili. [i] Innoc. c. in quodam. de celebr. miſſ. Leo epiſt. 4. D. Thom. q. 66. 4. ad 3. q. 74. 7. ad 3. & in Ioan. 19. aiunt Chryſoſtom. Cyril. Theoph. Euthym. Beda. ibi Auguſt. & tract. 9. li. de Symb. c. 6. Dam. lib. 4. cap. 10. Cyril. Catech. 3. Ambroſ. lib. 10. in Luc. cap. 105. [k] vt probant Patres cit. & Cyrill. Catech. 3. varijs rōnibus. D. Thom. art. 4. Doct. d. 3. Tabien. bapt. 4. prin. [l] [m] D. Th. art. 4. Sot. Ledeſ. Summiſt. Tab. §. 7. At Luth. apud Bell. de bap. c. 2. verſ. 5. dixit valere baptiſmum in ceruiſia, lacte, aut alio liquore in quo fieri poſſit balneum. ſed errat. [n] [o] [p] Soto, art. 4. Led. Tab. §. 7. de ſudore, & lachrymis, de flegmate, habetur c. in quadam, de celebratione miſſ. de ſaliua, c. non vt apponas. de baptiſmo. [q] D. Thom. Soto. art. 4. Led. Palud. d. 4. q. 3. col. 1. Tab. §. 6. Sylu. & id nota pro his quibus imponitur ieiunium in pane & aqua, qui non poſſunt in brodio ſi tamen facta eſſet parua decoctio, ſicut & parua admixtio vini, manet aqua ſufficiens pro baptiſmo. [r] D. Tho. art. 4. ad 2. Soto, ar. 4. ad 2. Led. & commun. [ſ] Soto, art. 4. ad 2. fi. Led. q. 7. Scot. q. 3. Recent. [t] cap non dubium, c. de quibus, de bapt. & d. eſt ſupra de ſacram. [u] contra hæret. cit. Bellarm. de bapt. c. 2. D. Th. ar. 3. ad 1. Caiet. Soto. Led. Caſtro. bapt. hær. 9. Clichto. in Dam. lib. 4. c. 10. Pius V. Caniſ. lib. 1. de corrupt. verb. Dei. ex Cypr. Hilar. Baſil.

Aug. & Bart. Led. in ſumma. 4. tit. de bapt. difficult. 4. [x] ſup. D. & c. 1. §. 1. [y] quod factū refert Pratum ſpirituale, c. 176. Niceph. lib. 6. hiſt. fi. Innoc. c. debitum, de bapt. [z] dicto c. debitum. nec valet forma: ego me baptizo: cū ſit regeneratio, quæ requirit diuerſos. Pan. d. c. debitū. nu. 3. D. Th. ar. 3. ad 4. q. 67. 7. Pal. d. 3. q. 2. Iac. Barnerius. i enchir. Iudicum eccleſ. not. 170. [a] D. Tho. ar. 4. Soto. Led. [b] D. Th. ar. 4. Sot. Led. & d. eſt. de ſacr. c. 7. [c] D. Th. ar. 4. ad 2. Soto. Led. Conc. Colon. Pius V. Sylu. bapt. 2. §. 3. Bellarm. de bapt. c. 26. cū Dion. eccl. hier. c. de bapt. Cypr. li. 1. epiſt. vlt. Ambr. 1. de ſacram. cap. 5. Aug. lib. 6. in Iulian. c. 8. & ho. 27. ex 50. tract. 118. in Ioan. fi. & id haberi ex traditione Apoſtolica, ait Baſil. de Spiritu ſancto. c. 27. Ayal. 3. p. de tradit. Modernus ad l. dominic. in C. Theodoſ. de ſpectaculis. & c. 1. de conſ. d. 4. [d] D. Tho. ar. 4 ad 2. & oēs cit. Soto. Led. Conc. Colon. Pius V. Sylu. §. 3. c. 1. de conſ. d. 4. [e] c. Sabbatho ſancto. de conſ. d. 4. c. in ſancta. c. veſtimēta. de conſ. d. 1. c. 1. de ſacram. non iteran. [f] Ant. 3. p. tit. 14. c. 13. §. 1. & cōmun. vſus habet, dū congelatur aqua benedicta, ſatis eſſe liqueſieri ſine noua benedictione. Soto tū qui d. 3. ar. 3. putat gelu differre ſpecie ab aqua, fortaſſe dicet requiri nouā cōſecrat. [g] ſic vocāt Hug. lib. 1. p. 9. c. 2. lib. 2. p. 6. c. 2. Alex. 4. p. q. 11. m. 3. ar. 1. Bon. & Maior. d. 3. & olim D. Th. d. 27. q. 1. 2. 1. & probabile dicit Alenſ. fauet Aug. trac. 80. in Ioā. accedit verb. ad elementum. hinc Gandulph. in gl. c. detrahe. 1. q. 1. concedit q; aſinus bibit bapt. at exponēdi ſunt. [h] ita exponit D. Th. q. 66. 1. ad 2. bapt. eſt aqua. i. vſus aquę. Sot. ar. 1. Led. & d. eſt. c. 1. §. 9. Turrecr. d. c. detrahe. cōis eſt Mag. d. 3. Scot. q. 3. Palu. q. 3. Rich. ar. 1. q. 1. Palac. q. 2. & cit. Orig. Tert. Cypr. Amb. Dion. c. 3. eccl. hier. Naz. orat. in ſanct. bapt. qui omnes bapt. vocant non aquam, ſed ipſam ablutionem. & colligitur ex Aug. ſup. quia mox vocat ablotionē, & fluidum elementū. & tract. 15. in Ioan. Eph. 5. mūdans eā lauacro aquę. Pius V. Taper. ar. 1. Alber. Tarātaſ. Gab. Durand. Hernæ. d. 3. q. 1. Capr. Carth. q. 1. Caiet. Sylu. Tabien. Soto. d. 3. art. 1. d. 1. q. 1. art. 5. ad 8. art. 1. fi. & omnes. Recent.

CAPVT VII.

[a] [b] Doct. cit. [a] c. 6. fi. [b] D. Thom. q. 66. 7. Soto, d. 3. Led. q. 7. omnes Doct. d. 4. alij d. 6. [c] vt colligitur Rom. 4. & 6. [d] [e] communis licet Cypr. lib. 4. epiſt. 7. dubitat, & carpit ſic baptizantes.

At

At aduertit Soto, d. 3. ar. 8. ad fin. vt ſi periclitetur infans, aſpergatur tantum aqua calefacta. & addit cum Scot. diſt. 3. q. 3. ſi per accidens acceleretur mors infantis ex baptiſmo fieri homicidam contra caritatem tantum: ſed non irregul. quod dicit contra Pal.
f d. 3. q. 3. ad fi. quia utitur quodam iure ſuo. [f] vt Act. 2. quando Petrus baptizauit tria millia. D. Tho. Sot. Ledeſm. c. proprie. verb. tria millia. de conſecr. d. 4. Claud. de euchar. rep. 10.
g c. 4. [g] D. Tho. q. 68. art. 11. ad 4. Sot. d. 5. ar. 11. Gab. diſt. 4. q. 2. dub. 4. dicetur
h inf. [h] ſi ſolum caput natum eſt non rebaptizandus, eſt plene natus ſoret
i inf. ca. 21. [i] fatetor Sot. quia capilli ſūt pars hominis conſtituta ad ornatum. & Ariſt. dicit eos viuere vita vegetatiua, quia creſcunt & caneſcunt. idem Recent. ſed tutius eſt, vt ſub cōditione re
nus reo qui ſponte petit baptizari, deberet pœnam condonare. [g] In hac remiſſione totius pœnæ baptiſmus excedit reliqua ſacramenta: [h] & per illum quotidie multæ myriades hominum intrant ſtatim in gloriam: [i] vt qui ante decennium ætatis, in quo ſolet aduenire rationis vſus, decedunt cum gratia baptiſmi, uel adulti qui paulo poſt baptiſmum aquæ aut ſanguinis moriuntur quotidie, in ampliſſima eccleſia per orbem diffuſa.

5 Idem effectus remittendi cum culpa totam pœnam communis eſt baptiſmo ſanguinis ſeu martyrio: [k] quia præter rationem eximii meriti, quod iuſtus martyr adultus habet ex opere operantis, reſpondet gradus vlterior gratiæ ex opere operato infra capit.34. quamuis ſacramentum non ſit. remittit vero omnem pœnam, cum pleniſſima indulgentia, ſicut & baptiſmus: quia martyr expreſſius configuratur Chriſto paſſo commoriens ei, quam morte typica baptiſmi: & iniuriam facit Martyri qui orat pro Martyre, [l] quia ſtatim euolat in cœlum. 3. baptiſmus aquæ excellit, quia cauſat vt inſtrumentum Dei, & characterem imprimit: ſed baptiſmus ſanguinis confert aureolam, [m] & prodeſt puero etiam intra matris vterum, infra cap.38. quia ad illum pertingit vulnus, aut percuſſio matris, quæ cum prole in odium Chriſti occiditur à tyranno: aqua vero baptiſmi non pertingit ad infantem vtero matris conditum.

6 Miniſter vtriuſque interdum vtitur autoritate publica, ut parochus, vel tyrannis iudex: interdum alius priuata autoritate. at reſpectu baptiſmi quæ eſt bona, & religioſa actio, & propter ſe quærenda, requiritur intentio in rectum obiectum fidei: reſpectu vero martyrii actio eſt iniuſta contra cultum Dei, nec eſt temere quærenda, ſed oblata patienter toleranda. 2. de baptiſmo eſt neceſſitas medii pro omnibus, & inſuper adultis eſt præceptum, quod obligat ſtatim à principio, poſtquam rite promulgata eſt ſibi fides. Martyrium vero non obligat communiter, ut quis ſe offerat tyranno, ſed ſecundum præparationem animi. & martyr qui ob lethale vulnus recepit martyrii gratiam, non excuſatur à præcepto baptiſmi, ſi commode recipere poteſt, aut ſi forte per miraculum reſurgat: ut dicetur cap.37. cum ſequent.

7 Baptiſmus dat ſacramentalem gratiam, ideſt, aſſiſtentiam diuini auxilii præparati quo mitigatur fomes, ne regnet & noceat concupiſcentia, & ad quædam alia. [n] ſupra libro de ſacrament. capit. 12. & tamen ad agonem relictus eſt fomes in renatis [o] (qui dicitur peccatum, non quia culpa ſit, ſed quia eſt effectus peccati, aut cauſa incitans in peccatum [p]) vt eius occaſione miles Chriſti ſtrenuè decertet, & vigilantius gratiam & virtutes quærat, & ex victoria maiorem coronam conſequatur. in quo effectu excedit gratiam olim in circunciſione datam. [q]

CAPVT XVII.

[a] TRident. [a] ſeſſ.7. de ſacram. can.9. & de bapt. can.11. ſeſſ.23. cap.4. D.Thom.q.63.1. facit quæſt.69.9. quia diſpoſitio recipientis non impedit effectum characteris, Palac.d.4.q.1. Caſtro bapt. hære.6. & alii cit.lib. de ſacramen. cap.12. Clem.lib.6. conſtit. Apoſt.c.15. Damaſc. lib.4.c.10. Cyril. præf. in ſuas catecheſ. Cypr. ſer. de ablutione pedū. Aug. ſæpe libris de bapt.contra Donat. & de 5 hęreſ.cap.7. tracta.11. & 15. in Io. epiſt. 203. 204. Bellarm. cap.12. refert ſe ad lib.2.de ſacram.cap.18 & ſeq. Nauar.c.22.num.7. quod autem Hugo. lib.2.p.6.c.13.ait baptiſmum ex inſtitutione Patrum non eſſe iterabilem, interpretādus eſt, pro mulgationem huius effectus conſtare ex traditione Patrum. [b] In Epheſ.4.vnum baptiſma: vt eſt vna fides obiectiua reſpectu omnium, & vnus numero Deus. atque ita in vno homine iterari nō poſſe baptiſmum, qui vnicus eſt exponit ibi Anſelm. D.Tho. Leo epiſt.35. & 77. aliās 37. & 79. cap. vlt. Ambr.2.de pœnitent.c.2. [c] Refert Epiph.hær.42.quid autē ſenſerit Cypr. iubens rebaptizari baptizatos ab hær. infr. cap.28.§.2. D. Tho. q.64.9. q.66. 9. ad 3. [d] Hebr.6. impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt .i. baptizati, rurſus renouari, uē pe baptiſmo, vt ex Patribus probatum eſt de ſacram. c.13. Bellar.2.de ſacram. cap.22.lib.1. pœnit. cap.13. D.Thom.q. 84.10.cap.1. [e] Refert Auguſt.2. contra liter. Petil. cap. 25. [f] ex literarum. de apoſtat. cap. eos quos, de conſec.d.4. & aliæ pœnæ addun tur. l.1. & 2. C. ne ſanctum bapt.iteretur. Nauar. cap.27. nu.247. [g] Dicetur ſuis locis: & de confirma. cõmunis.d.7. Scot.q.3. Palu.q 2. Soto.q.1.art.9. Gabr.q.vnic. Ledeſm.q.13. artic.9. Caſtro.1. leg. pœn.c.7. docum.3. Couar. Clem. ſi furioſ.1.p.princip.nu.4. cum Ant.3.p.tit.14.c.14.§.4. Ang. Armil. quamuis quidam falſo dicāt fieri irreg. ex iteratione confirmationis, ut Richard. Maior. d.7. Nauar. ſup.Manl.de irreg.lib.3.c.15.nu.1. [h] Couar. & Theolog. diſt.

CAPVT XVII.

De effectu 4. qui dicitur character.

§.1. *Ob characterem non poteſt bapt. iterari: contra hæret.*

2 *Iteratio facit irregularem in ſolo baptiſmo.*

3 *Character qualis potentia ſit, eſt res & ſacram. ſimul.*

4 *Manet poſt mortem. homo beatus ſacerdos quid poſſit.*

5 *An baptiſmus det æqualem effectum.*

BAptiſmus eſt primum ex tribus, quæ non iterantur: quia imprimunt characterem [a] ſpiritualem indelebilem, confitemur enim cum Apoſtol. Epheſ.4. [b] & ſymbolo Nicen. vnum baptiſma, contra Marcionem dicentem poſſe vnum ter baptizari. [c] & ut impoſſibile eſt hominem bis naſci: ita ex Chriſti inſtitutione, impoſſibile eſt bis renaſci, [d] Hebræo.6. nec baptiſmus, ſi rite collatus eſt à laico, uel hæretico iterandus eſt, vt concilia, & Patres definiunt, nec Donatiſtæ iterabant, niſi putantes primum non fuiſſe verum baptiſmum. [e]

2 Ei qui ſciens, & culpabiliter miniſtrat aut recipit baptiſmum ſecundum, imponitur irregularitatis pœna, [f] in odium quorundam hæreticorū rebaptizantium, nō autem ſi iteret ſacramentum confirmationis, [g] aut ordinis. [h] Vbi tamen probabile dubium eſſet de baptiſmo,

diſt.24.contra Nauar.Maiol. ſup.num.9. Tabien. irreg.4.§.7. Alber.verb.diſpenſatio.verſ.10.verbo ordinatus.verſ.penult. Anton. Trotius.lib 2.de perfect.cler.c.9. ſed nullo iure probant. & de baptiſmi regeneratione fuit ſpecialis ratio in odiũ quorũdam hæreticorum.[i] Nauar.ſup.& communis Soto,ſup.c.fin. de presbyt.non bapt.[k] c.de quibus. de bapt. Leo. d epi. 35.& 77. aliàs. 37. & 79.de conſecr.diſtin 4 c.placuit. ca. paruulos.c.itaque.c. ſi nulla.[l] Soto,& Recent.per c.ſi.de presbyt.non bapt.[m] Supra de ſacram c.12. & de bapt. c.2.§.1. lit. C.[n] D. Thom. q.63.4.c.ad 3.& ar. 5. Soto, diſt.1.q.4. Ledeſm. q.4.[o] Diuus Tho. ibi. art.3. ad 2.artic.6.ad 2.q. 66.1.& ar.12. ad 1. Soto, Ledeſ.[p] q.66. 1. ad 2. art.2.ad 4. Soto.Ledeſ.[q] Colligitur ex D. Thom. q.69.artic.10.ſupra de ſacram. ca.12. & 25.[r] Diuus Thom. q.63. 1. diſt.4. q. r. 1.cum Aug. Bellar. 2.ſacram.c.22. Soto,diſtin.1.quæſt.4. art.1. Ledeſm. q.4.[ſ] D.Thom. q.150. art.4. ad 3. q.64.9. ad 3.q.66.9.quæſt. 82.articu.8.[t] q.63. 5.ad 3.& diſt.2 q.1. Sot.d.1.q.4.artic.5. Ledeſm. Alten.ſi.4. ti.1.ar.6. Armi. ſacr. §.1.Aug.c quod q. dam.1.q.1. c.licitè. 32.q 2.[u] colligunt Patres ex Rom.7.ſi autẽ dormierit vir. Palud.d.27.ibi Sot. q.1.ar.4.circa 2. cõ. Sylu. diuort. §.2.& ver.reſtitutus. Ang. mort.§.3.cont. Perez.l.1.ti.1.l.5.ord. pag.23.cum mult.[x] Palud. diſt. 27. q.2. [y] D.Tho.q.69.a.8. Ledeſ. q.16. Sot.d. 6.q.1.ar.8.[z] Colligitur ex Trid.ſeſſ.6. c.7.pro cuiuſque diſpoſitione. D.Th.1. 2.q.112.ar.4.Soto. d.6.q.1.ar.6. ſup.de ſacr.c.13.cont. Sco. & Palu.d.4.q.2.

Innocen. Henric.Goffred. Guillel.Tabien. bapt.8.§.1.fin. & citat alios.[b] quia hæc licet non procedat ex culpa, procedit tamen ex facto uoluntario: Nau. Caiet.Syl. & communis contra Archidiac. Dominic.Præpoſ.Hoſtien.Ioan.And.Anton.Anchar. quos ſequitur Villadieg.de irreg. quæſt.ult. Richard. quolib. 2.quæſt.2. & l. 17.u.6. par.1. Borgaſius de irreg.5.p. tit. de his quæ impediunt promotionem.[c] Pan.ca.gaudemus. de diuort. cum Auguſt.ca.acutius. 26.diſt. Naua. Couar. dicit communem Canoniſt. & Theolog.diſt.27. Diuus Thom. addit.quæſt.66. artic. 4.Soto. diſtinct.27. quæſt.3.art.2. Auguſt. de bono coniuga.ca.18 cap.acutius. 28. quæſtio.3. Ambr.1.offic.c.vlt. c.deinde. c.una.16. d.Sylu.Bigam. §.4. irregu.§.28.baptiſmus 6 §.1. Arm. irreg. §.87. quamuis utramque uxorem duxerit ante baptiſmum.[d] Armil. §. 87.& bapt.§.71.dicit communem Syl. irreg. §.28. bapt.6. §.1.Felician. de irreg.c.11. in quo tamen expẽdenda eſt noua conſt.Sixti V. anno 1588. de illegitimis regularibus ex ſacrilego aut inceſtuoſo coitu natis.[e] olim iure cõmuni profeſſio legitimabat ad ordines, ſed non ad dignitates. Nauar. c. 27.nu.201.[f] Colligitur ex DD. Nauar.c.27.nu.202.& ſequ.[g] ſup.cap.4.§. 4. T. ſic unctio Iacob.5. & Trid. ſeſſ. 14. dat ſanitatem, dum expedit. Nicepho. lib.7. cap.33.[h] Naua c.22.num. 40. fin. cap.16. nu. 34.ſi. Ant.3.p. ti.2. c.15.§.3. Couar.2. p.ſpon. c.6. §.4.nu. 4.D.Thom. add.q. 56.1. de quo male dubitat Soto. d.37. ar.1.diſt.42.quæſt. 1. 1. & falſo. dicit quod epiſcopus diſpenſat.[i] gloſ. c. in baptiſmate. de conſe.d 4. Ang Roſel. uerb. baptiſ.cum tamen ex parte pagani baptizantis, non contrahatur impedimentum eccleſiaſticum: vt bene dicunt Palu. diſt.42. q.1. uidetur Rich.

non incurrit culpã aut pœnã hanc, qui ſub conditione iterat.[i] Hęc exprimenda eſt ob vitandum ſcandalum, quando præfuit baptiſmus, ſed dubius: quia tunc tenetur iterare,[k] propter ſummam baptiſmi neceſſitatem. ſi vero infans expoſitus aut alius natus ex fidelibus eſt inter illos fideliter educatus, hic certo præſumitur baptizatus,[l] nec eſt rebaptizandus etiam ſub conditione.

3 Character baptiſmi eſt potentia paſſiua, vt cum fructu liceat recipere aliqua ſacramenta:[m] inhæret immediate intellectui, ſed ſecundario extenditur ad voluntatem:[n] quia intellectus, vt per fidem credit, ita per ſacramentum, & per characterem, qui eſt res, & ſacramentum ſimul,[o] proteſtatur fidem & religionem Chriſti. dicitur quidem ſacramentum nempe aliquomodo ſenſibile ex coniunctione ad verba:[p] (vt corpus Chriſti ex ſacramentali cõiunctione ad ſpecies, & contritio ex coniunctione ad confeſſionem ſit pars ſacramenti ſenſibilis) quia ſignificat gratiam ad quam diſponit, ſupra lib. de ſacram.c.12. quod ſi ficte baptizatus eſt, recedente fictione baptiſmus per characterem cum contritione, tanquam per virtutem ſeminalem ſortitur effectum regenerationis.[q]

4 Hoc charactere baptizati, quaſi oues minio aut ferro ſignatæ, diſtinguuntur à reliquis infidelibus:[r] & manet in hæretico, & in animabus ſeparatis etiam damnatorũ.[ſ] quod ſi forte per miraculum ſuſcitetur homo, non eſt rebaptizandus, nec initiandus confirmatione & ordine qui ſacerdos obut:[t] ſed retinet indelebiliter priſtinam dignitatem, virtutem & officium ſacerdotis, ita vt beatus reſumpto corpore, poſſet abſoluere aut conſecrare euchariſtiam: ſed non facit de lege quia vſus poteſtatis ſolis viatoribus commiſſus eſt à Chriſto. ſi verò coniugatus ex mortuis reſurgat, ita ſolutum fuerat matrimonii etiam conſummati vinculum, ut poſſit inculpate, & abſque periculo bigamiæ aliam ducere, uiuente etiam prima uxore:[u] vt per mortẽ ciuilem profeſſionis ſoluitur matrimonium ratum; & profeſſus ſi poſt mortem reſurgat non tenetur ad monaſterium: nec epiſcopo ſuſcitato debetur eccleſia, quam in ſponſam duxerat.[x]

5 Aequalem effectum gratię confert baptiſmus paruulis:[y] adultis verò, quibus æqualiter de ſe remittit omnem pœnam, confert ex opere operato maiorem quam pueris gratiæ gradum:[z] & varium pro ratione melioris diſpoſitionis.

CAPVT XVIII.

De effectibus ſecundarijs.

§.1. *Quas irregularitates tollit baptiſmus.*

2 *Ex illo fit interdum ſanitas: & contrahitur cognatio.*

3 *An contrahatur ſi baptizet in neceſſitate.*

BAptiſmus habet quoſdam effectus ſecundarios. vt tollit omnem irregularitatis ſpeciem ex culpa[a] etiam homicidii, & eam quæ ex defectu lenitatis ſine culpa prouenit in iudice aut milite iuſte occidente hominem.[b] At eccleſia non concedit auferri irregularitatem bigamiæ,[c] quamuis homo ante baptiſmum eam contraxerit ex matrimonio, etiam cum uidua, nec illegitimus fit iure habilis ad ordines per profeſſionem baptiſmi.[d] vt profeſſus religionis fiebat aptus ad ordines, ſed non ad prælaturam, aut dignitatem.[e] baptiſmus non tollit ea corporis uitia quæ habent naturalem indecentiam ad ordines ſacros,[f] vt ſi habet morbum caducum, defectum membri. nec tollit uitium animi, puta ob defectum ſcientiæ in rudi idiota, uel ob dilationem baptiſmi affectatam ad peccandum, vel ſi ab hæretico adultus extra neceſſitatem ſponte permiſit ſe baptizari: hunc enim defectum, quia ſicut & fictio ineſt in ipſa ſacramenti receptione, non concedit ius tolli per baptiſmum. Delet tamen infamiam, quam ex ſuo aut parentum delicto contraxerat: vt ſuo loco dicitur.

2 Baptiſmus interdum ſanat morbos, ut fertur de lepra Conſtantini:[g] ſicut extrema unctio confert aliquando ſanitatem, dum expedit animæ. baptizatus etiam in extremæ neceſſitatis periculo,[h] contrahit cognationem ſpiritualem filii cum eo qui baptizauit etiam ſi paganus ſit,[i] & cum ſuſceptore, qui, quamuis non reſponderit ad interrogationes, præſentat puerum, & præſentatum tenet ad baptiſmum. Contrahitur etiam compaternitas inter hos parentes ſpirituales, & parentes illius carnales ſed per concil. Trident. ſublata eſt fraternita-

CAP. XVIII.

[a] CAp. ſi[a] quis viduam. 50.d.ſecundum Pan.Cald. & Præpoſ. c.gaudemus.de diuort. Card.Cle.1.de homic. vbi Couar.1.p.§.2. nu.5.ad ſi.Nauar.c. 27.nu.209.218. Palu.d.4.q 1.Sco.Maior.diſtin.26. quæſt.6. Soto, diſtin.16. quæſtio.2.3. Ledeſ.1.par. quæſt.30.artic.3.Syluest.irreg.§.28.bapt.6.§.1.homic.3.§.8.cum

artic.1.quæſt.3.ibi Sot.artic.3.ſpecul.1.p.artic.56.conc.6.Nauar. c.22.num.36. quare Paganus qui baptizauit, poteſt valide contrahere

tis cognatio, [k] & ea quam patrinus transferebat in uxorem cum qua matrimonium conſummauerat: in concubinam vero nec olim transferebatur cognatio. Ex catechiſmo ſolo, quando puero prius domi baptizato ſupplentur ſolennes ritus in eccleſia, nulla cognatio videtur manere,[l] vt cap. 15. fin. dictum eſt.

3 Si fidelis uir vrgente præcepto ob periculum, baptizet filium vxoris ſuæ, aut ipſam ſuam uxorem infidelem, non priuatur iure exigendi debitum: [m] vt nec ſimilem pœnam incurrit, qui per ignorantiam excuſatur ab ea culpa, aut culpæ ſpecie, ob quam canones priuant iure petendi debitum. [n] ſuſceptor tamen quia non eſt neceſſarius, ſi teneat infantem in neceſſitate, contrahit impedimentum petendi debitum. [o]

CAPVT XIX.

De effectu obligationis.

§. 1. Baptizatus tenetur ad præcepta poſitiua Chriſti & eccleſiæ.

2 An olim fieret votum ante baptiſmum.

Reſultat item tanquam effectus ex baptiſmo, obligatio recipiendi ſacramenta confeſsionis & communionis: [a] & implendi præcepta ſanctæ matris eccleſiæ: [b] ac ſi in ſuſceptione baptiſmi, fieret implicitum, [c] & commune uotum ſeruandi fidem & præcepta Chriſti & eccleſiæ, (ſuſceptor vero nomine pueri baptizati facit eam ſolennem ſponſionem, & renuntiat pompis Diaboli [d]) vt enim ex religionis profeſsione tenetur homo ad propria ſtatuta ſuæ religionis, [e] ita ex profeſſione Chriſtianæ religionis per baptiſmum (vt olim Galat. 5. per circuncifionem) tenetur quaſi uoto ad proprias leges, quæ iure diuino, vel eccleſiaſtico imponuntur ſolis Chriſtianis: [f] & qui baptiſmum, qui eſt inchoatio nouæ vitæ ſuſcipit, habet in uoto ſeu propoſito ſeruare omnia mandata, etiam ea quæ iure poſitiuo annectuntur ſtatui Chriſtiano.

2 In primitiua eccleſia ex Pontificum mandato, aut conſuetudine à catechumenis adultis nomen ſuum dantibus exigebatur votum aut iuramentum, [g] non deficiendi à Chriſti religione per Apoſtaſiam (quod duraſſe videtur tempore. B. Hieronym. Auguſt. & Ambroſ.) vt ab his qui nomen dant militiæ exigitur iurata obligatio, ne deficiant a proprii Ducis exercitu: & nunc concilium Trident. ſeſſ. 25. reform. cap. 2. ab epiſcopis exigit ſponſionem obedientiæ Romano Pontiſ. & ſeſſ. 24. reformat. capit. 1. à beneficiariis profeſſionem fidei. [h] Tandem propter eximium beneficium de regeneratione baptiſmi debemus Deo ſummam gratitudinem, [i] vt conſepulti Chriſto per baptiſmum, ſimul reſurgamus cum illo in nouitatem vitæ. [k]

CAPVT XX.

De baptiſmo flaminis, & in voto.

§. 1. Catechumenus ex contritione cum bapt. in voto etiam implicito iuſtificatur.

2 Quæ bona proſint his catechumenis.

3 Competentes cur dicuntur ſaluari: non autem catechumeni.

Sequitur de altero baptiſmo qui dicitur Flaminis. hic conuenit cum baptiſmo aquæ, vt cap. 1. dictum eſt: quia catechumenus per illum iuſtificatur, ſed contritio debet in illo includere baptiſmum aquæ in uoto explicito, [a] eo quod baptiſmus eſt inchoatio uitæ. Satis tamen eſſet votum implicitum ei qui laborat inuincibili ignorantia baptiſmi. Differt à baptiſmo aquæ. 1. quia contritio non confert gratiam ex opere operato: & communiter dat minorem quam baptiſmus. 2. communiter non remittit totam pœnam, [b] 3. non dat characterem, nec alios effectus baptiſmi. 4. ſi adultus non haberet peccatum mortale ſed tantum originale, ſupplet, abſque pœnitentia, vicem baptiſmi dilectio ſupernaturalis Dei fide cogniti: [c] vt interdum forte accidit pueris paganorum bene inſtitutis, dum primum ueniūt ad uſum rationis. [d]

2 Catechumenus iuſtus qui dicitur Chriſtianus merito, ſed non numero (cum nondum ſit membrum viſibili ſacramento copulatum eccleſiæ) pertinet ad communionem ſanctorum, quam in Symbolo profitemur, & tanquam membrum Chriſti viuum participat fructum ſatisfactionis ex ipſa communicatione priuata, aut communi iuſtorum. Pro catechumenis ſpecialiter orat eccleſia fer. 6. hebdomadæ ſanctæ, & in canone miſſarum, qui additur per octauas paſchæ & Pentecoſtes (quando fieri ſolebat ſolennis illorum baptiſmus) dicitur pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto. Ex miſſarum tamen ſacrificiis non participant fructum ex opere operato: [e] quia nondum ſunt membra eccleſiæ, & multò minus prodeſt eis ex operato receptio eucharistiæ, [f] quamuis bona fide reputarent ſe baptizatos, [g] nec hominem facit de attrito contritum. Indulgentiæ, quæ per claues eccleſiæ applicantur uidentur catechume-

trahere cum matre infideli, cuius prolē baptizauit: non tamen cum filia baptizata. [k] Trid. ſeſſ. 24. c. 2. [l] Colligitur ex Trid. c. 2. Specu. add. 1. p. art. 22. fin. & facit. artic. 55. & multi Recent. contra Nauar. c. 22. nu. 40 & 71. [m] Nauar. c. 22. nu. 40. colligitur ex D Th. addi. q. 56. 1. Dur. Palud. Soto. diſt. 37. art. 1. diſt. 42. q. 1. 1. col. 3. Victor. §. 288. Specul. 1. p. artic. 26. & 57. concl. 5. Ledeſ. q. 58. 1. fi. Caſtro. 2. leg. pœnal. c. 14. Nauar. ca. 22. num. 39. fin. [n] Nauar. c. 27. nu. 155. 246. [o] communis, & Nauar. c. 22. nu. 40 contra ſolum Sotum. diſtin. 42. art. 1.

CAP. XIX.

[a] Colligitur ex [b] Triden. ſeſſio. 7. de bapt. can. 7. & 8. Bellarm. de baptiſ. cap. 15. & 16. [c] vt qui ſponte ſuſcipit ordinem ſacrū, emittit īplicite votum ſolenne continentiæ, Triden. ſeſſ. 24. can. 9. [d] ſup. ca. 14. & tamen Patrinus ſuo voto non obligat alium quia votum eſt perſonalis obligatio ex libera cuiuſque uoluntate deſcendens. Caieta. 2. 2. q. 88. 2. ad 1. Soto. lib. 7. iuſt. q. 2. art. 2. diſt. 6. q. 2. 1. ad 3. Nauar. ca. 12. nu. 32. 56. populus tamen uoto & iuramento cōmuni obligat ſucceſſores. c. veritatis. de iureiur. D. Th. 2. 2. q. 98. 2. ad 4. Nau. c. 12. nu. 79. fin. Couar. c. requiſiſti. de teſta. ca. quamuis pactum. 1. par. §. 5. nu. 4. [e] Sylue. & Summiſt. ver. Nouitius. [f] ſup. ca. 3. ſic dicuntur leges propriæ Romanorum aut Hiſpanorum, quæ obligant iſtos & non alios. [g] vt aduertit Caiet. & Recen. 2. 2. q. 88. 2. ad 1. & communis cum Magiſt. diſ. 38. [h] Trid. ſeſſ. 24. reform. c. 12. iuxta formulam iuramenti datam Pio pa. 4. ann. 1564. [i] hic eſſe ctus gratitudinis ex Tit. 3. ſaluos nos fecit. colligitur p Ambr. de ijs qui miſſg. init. c. 2. Chryſ. homil. 21. ad Popul. Aug. 4. de Symbo. ad catechumen. c. 1. Caniſi. de bapt. c. 4. [k] Aug. d̄ fide & operibus. c. 16. colligit ex Rom. 6. Gal. 1.

CAP. XX.

[a] Diuus Tho. [a] q. 69. 4. ad 2. & c. eſt, c. 3. [b] Triden. ſeſſ. 6. cano. 30. ſeſſ. 14. can. 12. Soto, diſtin. 19. q. 1. artic. 3. nec obſtat. c. debitū. de bapt. de illo qui ſe ignorant er bapti zauit. quia ſi huic remiſſa eſt tota pœna, fuit ob īngētem contritionem & deuotionem. [c] D. Th. add. q. 2. ar. 2. de originali ſolo nō requiritur formalis pœnitentia. [d] D Th. 1. 2. q. 89. 6. ubi Caiet. Conrad. fr. Med. & Recent. Vict. relec. de inſtanti vſus rationis. Soto. 1. de natu. & grat. c. 21. li. 2. c. 11. lib. 2. iuſt. q 3. ar. 10. Ledeſ. 1. p. q. 28. ar. 4. col. 3. & 2. p. q. 71. ar. 1. Bañes. 2. 2. q. 10. ar 1. dub. 2. q. 44. 1. dub. 1. ad 3. Syl. ver. oratio. fi. Summ. confeſ. f. 68. Nauar. ca. 11. nu 6. & 14 de orat. not. 3. nu. 11. 15. Henric. quodli. 5. q. 20. [e] D. Th. q. 79. 7. ad 2. Augu. li. 1. de anima & eius orig. c. 9. lib. 3. c. 2. Aug. de Anco. de poteſtate eccleſiæ. q. 32. ar. 3. Ant. 3. p. ti. 12. c. 5. §. 6. Demochar. li. 4. de ſacrif. alt. c. 18. & dicetur, lib. de miſſa. [f] D. Tho. q. 68. 6. ad 1. vbi Caiet. & Recent. Soto. d. 11. q. 1. 3. ad 2. d. 39. q. vn. art. 2. colligitur ex Aug. tract. 11. & 96. in Io. li. 2. pecc. mer. c. 20. Torren. 3. con feſſ. c. 6. §. 1. ſi. quia bap. eſt ianua ſacramentorum, cōc. Floren. & c. de hoc. 32. diſt. [g] ſup. c. 2. B. quāuis gl. d. c. de hoc. & Dion Alex. putauit euchariſtiā prodeſſe homini, qui bona fide reputabat ſe baptizatum, refert Euſeb. 7. hiſto. c. 8.

Ni-

nis prodeſſe per modum ſuffragii,[h] (quo modo ſatisfactio & indulgentia applicatur defunctis) non tamen fit eis applicatio de iuſtitia per modum abſolutionis:[i] quia eccleſiæ clauis & poteſtas limitatur circa ſolos baptizatos, vt eos ſoluat per ſacramentum pœnitentiæ, vel per indulgentias: aut vt eoſdem liget per pœnitentias iniunctas, præcepta canonica, & cenſuras.[k]

3 Catechumeni non dicebantur competentes, niſi quando ſufficienter inſtructi, & perſuaſi de lege Chriſti petebant ſponte baptiſmũ,[l] parati ſtatim ſine mora recipere: hi nomina ſua dabant conſcripta,[m] cum ſponſione uiuendi ſecundum diuinam conuerſationem euangelii, dabaturque eis deſignatus ſuſceptor: hi admittebantur ad miſſam quæ dicitur catechumenorum vſque ad offertorium[n] tantum. De his competentibus affirmant Patres ſaluari, (nempe baptiſmo flaminis) licet ita decederent abſque baptiſmo aquæ: & pro his defunctis offerebantur quædam ſuffragia.[o] At qui nondum petebat baptiſmum, retinebat commune tantum nomen catechumenorum, quos Patres negant ſaluari ita decedentes: ac ſubinde adhuc eſſe membra Diaboli,[p] & damnationi æternæ obnoxios, cum ex negligentia aut tarditate ſua non haberent baptiſmum in uoto, aut contritionem: & pro his ita decedentibus in publico illo peccato, non licebat miſſas offerre, nec publicas orationes eccleſiæ,[q] cum eſſent filii perditionis.

Niceph. lib. 6. c. 9. nec confirmatio prodeſt ſine bapt. D. Tho. q. 72. 6. Sot. d. 7. Ledeſ. q. 13. Nau. c. 22. nu. 8. per ca. nouiſſime. de conſe. d. 5. nec ſacramentum ordinis. Soto. Nau. D. Th add. q. 35. 3. per c. veniens. de presb. nõ baptiz. nec abſolutio confert gratiam attrito, qui reputat ſe baptizatum. Syl. bap. 6. §. 3. cont. Ange. bap. 7. §. 12. cum Alb. & ſum cõfeſ. lib. 3. ti. 22. q. 8. ſed falſo. cit. D. Th. [h] Nau. §. in Leuit. no. 28. nu. 18. no. 19. nu. 10. no. 30. no. 13 no. 31. nu. 48. & clarius no. 32. num. 8. ſicut prodeſt exorciſmus. D. Th. q. 71. 3. & olim panis benedictus dabatur catechumenis. dicit Aug. 2. pecc. mer. c. 26. Paulin. epiſt. 35. ad Alipium. & defunctis catechum. eccleſia applicat orationes & miſſas p modũ ſuffragij, vt dicit Nau. §. in Leu. [i] quod tantum intẽdit D. Th add. q. 26 art. 1. & generaliter. q. 20. 2. c. DD. d. 21. Alb. Bon. Rich. Duran. Palud. Alex. 4. par. q. 85. Summiſt. verb. indulg. Aſten. lib. 5. tit. 40. artic. 3. Cordub. li. 5. q. 12. [k] D. Tho. add. q. 22. art. 1. [l] vt ex Patribus explicatum eſt. ca. 3. c. 4. Bellar. lib. 2. de pœnitentia. c. 14. §. 16. obiectio. & lib. de bapt. c. 25. Turrian. in Cle. li. 2. conſt. Apoſt ca. 20. li. 8. c. 9. Taper. ar. 2. & glo. magna. ca. 1. 30. q. 1. [m] Dion. c. 2. eccl. hier. Canſi. ti. de ſacram. c. 8. lit. F. Clemens epiſto. 3. Pius V. in catech. [n] D. Tho. q. 80. 4. ad 4. [o] quia Trid. ſeſſ. 22. c. 2. ait miſſas generaliter offerri pro omnibus uiuis & defunctis. & expreſſe pro catechume. defuncto. cap. Apoſtolicam. de presb. non bapt. Ambroſ. orat. funeb. dicit, ſe obtuliſſe pro anima Valentiniani catechumeni. & in memento Miſſæ dicitur, pro omnibus fidelibus defunctis, qui dormiunt in ſomno pacis. & his ſatis eſt diſpoſitio fidei & caritatis ad effectum ſacrificij D. Th. q. 79. 7. ad 2. [p] citat. lit. L. quod nõ aduerterunt D. Th. q. 68. 2. ad 2. & ibi Sebaſtia. Soto. diſt. 5. 2. ad 2. in terdum competentes dicuntur generali nomine catechumeni, & ſic pertinent ad eccleſiam & ſaluantur. Hiero. in Eſa. 19. numerat. 5. ordines, epiſcopum, presbyterum, diaconum, fideles, & catechumenos. Bellar. lib. 3. de eccleſia. c. 3. lib. 1. de laicis. c. 11. [q] concil. Brachar. 1. c. 35. Chryſ. ho. 3. in Philippen. Aug. 3. de orig. animæ. c. 52. ad Vinc. & lib. 1. de anima & eius orig. ad Renat. c. 9. quod non ſatis intellexit Bellar. de bapt. c. 6. & lib. 3. de eccleſ. ca. 3. quamuis, de baptiſmo. c. 25. agnoſcat cum Patribus. nec id percepit Sixtus, lib. 6. biblio. c. 311. dicens in pœnam negligentiæ qua baptiſmum diſtulerant uſque ad mortem, prohiberi offerri miſſas pro illis. at reuera ſenſus eſt, illos qui nunquam baptiſmum ſibi prædicatum petierant, decedere in notorio peccato. ſic ſi conſtet aliquẽ decedere in notorio concubinatu, nõ eſſet ſepeliendus in loco ſacro. Nau. c. 25. n. 80. c. 3. nu. 5. li. G. cũ Pan. & cõs. c. Veſtra. de coh. cle. & mul.

CAPVT XXI.

De ſubiecto baptiſmi.

§. 1. *Omnis homo viuens etiam infans eſt capax baptiſmi. non ita mortuus.* §. 6.

2 *Cur infantes recipiant baptiſmum Chriſti: non ſic olim baptiſmum Ioannis.*

3 *Oportet eſſe natum vt renaſci & baptizari poſſit. & quid periclitante partu.*

4 *Sat eſt gutta baptizari natum.*

5 *Si prægnans ſit damnata ad mortem, aut moriatur quomodo baptizanda ſit proles.*

6 *De nato cum duplici capite.*

Baptiſmi capax eſt omnis & ſolus homo,[a] non baptizatus, cuiuſcunque ſexus[b] vel ætatis: quamuis ingens peccator fuerit, & baptiſmum ad mortis vſque articulum diſtulerit:[c] qui ob eam dilationem irregularis eſt.[d] Pigmæi, Satyri, vel ſi qui ex bruto & homine concipiantur, ideo baptizari non poſſunt, quia homines rationales verè non ſunt: alioquin ſi brutum maſculum ex humana muliere generaret hominem (quod tamen eſt impoſſibile) hic ſane non contraheret peccatum:[e] cum peccatum in prolem non niſi per virilem virtutem traducatur naturali origine ex Adam.

2 Infans indiget baptiſmo, vt medio neceſſario: quia licet legitime ſit procreatus ex matrimonio & ex parentibus & proauis Chriſtianis & iuſtis[f] (qui dicuntur filii Abrahæ non carne[g] ſed fide Rom. 4.) habet proprium, & uerum peccatum origine contractum: quod ei dicitur voluntarium uoluntate naturæ, & capitis,[h] non uoluntate perſonæ: eſt enim peccatum hoc naturæ, non perſonale. Simili ratione puer licet humana intentione & libertate careat, capax eſt baptiſmi cum fructu regenerationis:[i] quia à Chriſto capite (cui per hãc regenerationem unitur, & cui ſimilitudine baptiſmi conformatur) participat uitam in ſe: ob eamque dignitatem uitæ, & adoptionem,

Cyprian. [a] lib. 4. epiſt. 12. poſt med. alias 76. contra quoſdam hæret. ſic ſacramentum pœnitentiæ prodeſt etiam in artic. mortis ſup. de ſacram. c. 21. at Angelus non eſt capax ſacramenti ſenſibilis. imo nec pœnitentiæ poſt peccatum. [b] differt à circuncisione, quæ pro maſculis tantum & peculiari populo data eſt Geneſ. 17. [c] c. quãdo de conſ. d. 4. de quo Cucchus. lib. 5. Maior. inſt. ti. 2. nu. 86. Borgaſ. de irreg. 5. p. tit. de his quæ impediunt promotionẽ Maiol. de irreg. [d] quia præſumitur non omnino ſponte baptizari, eſt irreg. Syluest. irreg. §. 21. Armil. §. 85. Sum. cõfeſ. lib. 3. ti. 14. Cou. Clem. p. 1. §. 2. nu 7. Nau. c. 27. nu. 205. Palac. 4. d. 25. q. 1. col. 11. At Amb. li. 10. epi. 82. de ſeipſo refert adulta ætate baptizatũ & electum epũ. & id aliquãdo licuiſſe. c. Neophytus. 61. d. vbi prius Grat. vid. ſup. c. 4. §. 4. Turria. li. 1. pro. Canon Apoſt. c. 13. & 28. vide Cordub. lib. 1. q. 54. Simãc. de cath. inſt. c. 47. nu. 84. Perez. l. 4. & 40. ti. 3. li. 8. ord. fr. Med. 12. q. 108. 3. ad 1. Pet. Nauar. li. 2. de reſt. c. 4. nu. 450. [e] D. Tho. 1. 2. q. 81. 2. 5. Trid. ſeſ. 5. can. 3. ſeſ. 6. c. 3. vt ſi quis miraculoſe ex humana carne formaretur, non cõtraheret. D. Tho. ſupra a. 4. vbi fr. Med. & eſt certa ſentẽtia cont. Henric. quodlib. 1. q. 21. [f] ſup. c. 3. §. 2. Q. Bellar. ca. 4. col. 6. vbi explicatũ eſt id 1 Cor. 7. filij veſtri ſancti ſunt Vuald. to. 3. ſacramental. c. 53. 54. Taper. ar. 2. Lindan. 4. Panopl. c. 55. contra quoſdã hæret. negantes filios fidelium & iuſtorum naſci in peccato, quos impugnat Aug. 2. peccato. mer. c. 9. 25. 27. & ſeq. lib. 1. de nupt. 2. cap. 17. lib. 6. contra Iulianum. c. 3. & probat vt circuncisus, quia agit virtute naturæ generat incircunciſum: & triticum mundum generat triticum cum palea: ſic Adam poſt peccatum iuſtificatus, aut alter Pater iuſtus generat filium in peccato: quia agit uirtute naturæ vitiatæ D. Th. 1. 2 q. 81. 1. [g] At ex Gen. 17. ero Deus tuus. & ſeminis tui: Calu. cum quibuſdam Hebræis putat, olim ſat fuiſſe deſcendere ex Abraham ſecundum carnem. cont. quos Rom. 9. nõ omnes qui ex Iſrael ſunt: ſed qui filij promiſſionis. i. qui in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus (in quo non eſt Iudæus & Gentilis, vt ait Gal. 3.) renaſcuntur ad imitationem fidelis Abrahæ, & ſunt filij ſecundum ſpiritum. Aug epiſt. 200. Bellarm. c. 4. de bapt. & lib. 1. de laicis. c. 1. [h] D. Th. 1. 2. q. 81. 3. cum Aug. [i] ſup & Chriſtus. Luc. 18. ſinite paruulos venire ad me. Brephi Græc. i. infantes, quos ait geſtatos ab aliis. & de his etiam Io. 3. non poſſe introire in regnum Dei niſi renatos ex aqua. Act. 9. & 16. integra familia nempe cum infantibus baptizata eſt. & 1. Cor. 1. Triden. ſeſſ. 7. can.

can.12.13.14.D.Th. q.68.9.Soto.d.5.Bellar. de bapt.c.8.(in quo errat Viues in Aug.27.ciuit.c.1.dicens neminem olim ſolitum baptizari,niſi adultum,qui peteret & ſciret qoid eſſe baptizari.)Ledeſ.q.9.Taper ar.1.& 2.fr.Med.12.q.113.3.Victor.§.25.Bar.Ledeſ.de bapt.difficul.26.Sonnius.ca.13.Alan.lib.de ſacram.c.31.& de conſe d.4.c.1.2.3.& alijs.& quidā errabant tempore Bern. quos reprobat ſerm.66.cant.& epi.240. [k] vt uoluntarium Adæ applicatur puero per generationem,quæ eſt actus naturæ uitioſæ:ita Rom.5.& 1.Cor.15.fortiori virtute applicatur pueris meritū Chriſti per regenerationem baptiſmi,& ei de iuſtitia debetur hæreditas gloriæ Rom.8.Galat 4.ſic Iacob. aſſimilatus primogenito ſub veſte Eſau,obtinuit benedictionem patris. Soto 1.de nat.& gra.c.14.& d.45.q.112.ſine baptiſmo decedens puer dānatur pœna damni:ſed non cruciatur igne. [l] cōmunis colligit ex Matt.3. [m] d.eſt ſup.c.2.& 33. [n] ſup.c.21.Augu.epi.57.Sot.d.5.ar.11.Ledeſ.q.9.a.11.dub.2.cum D.Tho.q.68.artic.11.Aſten.lib.4.ti.6.ar.2.§.7.Syl.bapt.4.§.2.Armil §.32.Tabie bapt.5.§ 4.cum Palud. Anton. Piſan.& commonere dicit Barbatia i Clemen.vn.§ ſi d ſum.Trin. [o] D.Th.Sot.Ledeſ.ar.11.& experimento patet egreſſo capite nō periclitari infantem. [p] Sumoiſte ſup.[p]er l.cum in diuerſis.ff.de relig.& ſumpt.funeris. [q] D.Tho.& omnes. [r] Palu.putat certum.ſed D.Th.ar.11.ad 4.probabilius.& d.6.q.1.2.Innoc.Soto.d.5.ar.11.ad 4.d.3.art.7.ad 3.Victor §.32.Ledeſ.Scot.d.4.q.3.Gab.q.2.Syl.bapt.4.§.1.recent.Roſel.bap.4.§.1.Ang.bap.4.§.2.& dicit communius teneri.idem dicit Caieta.Gerſ.Raym.Lyr.Burgen.inf. [ſ] D.Tho.per c.2.de bapt.Syl.bap.4.§.1.Arm.§.32.Tab.bap.5.§.3.& 4.cum Palu.Ant.Piſan.& D.Th.d.3.Sot.d.5.ar.11.Ledeſ.q.9.a.11.dub.2.Aſten.ſup.dicit communem & omnes Recent. [t] cōmunis cum Abb.& Inno in c.debitum.de bap.Soto.ait ſatis eſſe aſpergi in capillis.& gl.c.vulgaris,de pœnitentia.d.1.arg.illius tex.& gl.c proprio veſ.tria milia.de conſec.d.4.arg.l.3.§.1.in fi.ff.de acquir.poſſ.vbi gl.id probat.Sco.d.4.q.4 & multi quos refert Tiraq.l.ſi unquam § ſuſceperit.nu.32.item C.de poſthumis hære.inſtit.vbi in l.3 Bar.& Iaſ.dicit communiter hoc teneri.& tamen idem Bar.in l.3.ff.de acquir.poſſ.dubitauit de hoc.ſi autem occiput tantum apparuit,& ibi baptizatus eſt,debet plene natus rebaptizari ſub conditione.Dur.d.6.q.1.& alij ſup.D.Th.ar.11.ad 4.probabilius tamen eſt valere bapt.ob neceſſitatem,in quanis parte:vt in artic.mortis ſatis eſt conſiteri quoduis peccatum,vt abſoluatur. [u] ſup.c.7.B & lib.de euchar.

debetur huic puero ex iuſtitia hæreditas gloriæ, non per merita propria, ſed per meritum actumque Chriſti capitis ipſi gratis applicatū [k] per gratiam cum alijs donis, & habitibus infuſis: atque ita eſt cohæres Chriſti, qui ſic filius Dei factus eſt. puer vero ſua ipſius indigentia cenſetur petere remedium, cuius capax eſt. ſi enim infans olim erat capax circuncisionis & gratiæ (quę Coloſſ.2.eſt figura baptiſmi) & capax eſt baptiſmi ſanguinis: cur baptiſmum negabit miniſter, qui nulla lege prohibetur dare, nec pueri recipiendo peccant, & vera eſt forma baptiſmi? At Baptiſta ſolos adultos eo humili baptiſmo inducebat ad pœnitentiam. [l]

3 Chriſtus natus & bis natus vere dicitur: ſed non renatus [m] ex baptiſmo, quem a Ioanne ſuſcepit: reliqui homines ex baptiſmo renaſcuntur.ſed renaſci non poteſt,puer niſi iam natus ſit,ex matris vtero. [n] vel ſaltem aliqua ſui parte ſit editus in lucem, & oſtenſus. quare ſi mater in partu periclitetur, & proles ex vtero eduxit totū caput in quo baptizatur, non eſt poſt plenū egreſſum rebaptizandus: [o] quia cenſetur ſimpliciter natus eo ipſo, quod principalis pars, in qua integritas vitę & ſenſuum & rationis cōſiſtit, nata ſit in lucem. [p] ſi ſolam manum de vulua eduxit, vt Zaram, aut ſi pedem vel digitum, & in eo baptizetur (vt expedit baptizari periclitante partu, [q] quia tota anima eſt in qualibet parte) videtur baptiſmus: [r] ſed quia hic abſolute natus non dicitur vt renaſcatur, & quidam dubitant de hoc baptiſmo, debet plene natus rurſus baptizari, ſed ſub conditione. [ſ]

4 Si natus eſt perfecte, ſufficit ſtylla aquæ per aſperſionem tangi ſolum hominis pedem, manum, [t] aut etiā capillos, qui hominis pars ſunt ad ornatum, ſupra cap.7. nato enim facile eſt ſic renaſci, cui applicatur forma cum intentione, & debita materia. Nec materia requirit certam quantitatem, ſi modo ſenſibilis ſit: ut panis aut vini quantitas quantumuis parua, [u] ſi ſenſibilis eſt, poteſt conſecrari.

5 Si ex morbo aut vulnere, periclitetur proles cum matre prægnante, non eſt ob pueri neceſſarium baptiſmum viua mater ſcindenda [x] (quāuis iudex ream matrem iuſte ad mortem damnaſſet, & timeretur ne dilata ſententiæ executione uſque ad partum, [y] præmoriatur mater, & prolis anima pereat) quia nō iubet nec vult Deus, vt cum morte vnius detur ſpiritualis vita alteri. [z] mortua tamen prægnans non debet ſepeliri quouſque aperto utero extrahatur puer poſthumus, & viuus baptizetur. [a]

6 Qui iam mortuus eſt, baptizari nullo modo poteſt: [b] nec licet ori illius infundere euchariſtiam, [c] vt quidam hæretici feciſſe leguntur. ſi quis cum duplici capite mōſtruoſe natus eſſet, hic, quia fortaſſe habet duas animas in membris caſu connnectis, ſic initiandus eſt, ego vos baptizo. [d]

[x] D.Th.ar.11.Sot.d.5.ar.11.Ledeſ.q.9.Palud.q.1.Tab.bapt.5.§.5.Anto. [y] Palud.q.1.Sic ll.iubent differri executionem ſentētiæ.l.prægnans.ff.de pęnis. [z] Palu.Ant.Tabien. [a] ſic Cæſar dictus eſt à cæſo matris vtero.l.poſthumus.ff.de inoff.teſt. [b] ſupra ca.21.§.6. [c] vtrumque vetat, conc.4.Carthag.c.6. [d] Soto.diſt.5.ar.11.Tab.bapt.6.ſi.

CAPVT XXII.

Nulla oblatio aut baptiſmus in voto parentum, prodeſt infanti contra Caiet. ſed bapt. aquæ aut ſanguinis.

§. 1. 2. *Puer intra vterum nunquam habuit remedium, præter martyrium.* §.4.

3 *De inſcrutabili Dei iudicio in reprobatione.*

PEriclitante partu, ſi nulla pueri pars poſſit aqua aſpergi, orandus eſt Deus vt ſinat prolem in lucem edi. [a] Nam pro eo puero intra vterum latente, (licet parens offerat oblationes, miſſas, & orationes, & illum ſignet ſigno crucis cum inuocatione Trinitatis [b]) nullum eſt in lege Chriſti remedium præter baptiſmum ſanguinis, nec illæ preces patris proſuut puero ad ſalutem, etiam in caſu extremæ neceſſitatis: [c] vt quidam viri pii putarunt, vt vitent quædam incommoda: ſed incidunt in maiora, (puta quod ille puer non indigeat baptiſmo ad ſalutem [d]) ob quæ temeritatis cenſura, aut duriori damnātur, [e] vt alii qui contra ſtatutam legem

CAP. XXII.

[a] SIc temperanda eſt ſententia Caiet.& aliorū de quibus inf. [b] quaſi ſic proferatur quędam forma baptiſmi, cū inuocatione Trinitatis. [c] in quo caſu neceſſitatis, quidā uolunt defendere ſententiam Caiet. de qua ſtatim. Vt in lege veteri ſacramentorum legis naturæ, ſeu oblatio non proderat paruulis ante 8.diem, niſi in extrema neceſſitate, ex quadam virtuali diſpenſatione Dei. Eſt ſimile qd Victor. ſumma. §.208.fin. Ledeſ.1.p.q.u.xii.25.ar.9.dub.5.Vega li.13.in Triden.c.23,26.aiunt, quod ſi quis in art. mortis,cui ai facere quod in ſe eſt,& nihil aliud ſibi occurrit quam actus attritionis (quo dicit, Domine miſerere mei cum animo placandi Deū) hic iuſtificabitur, ſupplente Deo ob neceſſitatem.quod Mant. dixit probabile. eſt tamen renera falſum. ſed ſic facienti quod in ſe eſt, Deus dabit tempus côtritionis, qua iuſtificetur, ſeruata lege ordinaria. [d] quod eſt contra concil.Trid.ſeſſ.6.c.4.ſeſſ.7.de baptiſmo,can.4. Flor.Conſt.ſeſ 15. damnat dicentem paruulos poſſe ſaluari ſine baptiſmo, & contra Patres Aug.1.de anima & eius orig.c.9.lib.2.c.12.& ſæpe cont.Pelagium.Amb.2.de Abraham.c.vlt.Greg.lib.7.epiſt.13.& clarius Iſid.lib.2.offic.diuinorum,c.de baptiſ.alios citat Bellar.c.4.& 8.D.Tho.q.68.2. [e] eam ſententiam quidam recent. merito uocant erroneam aut hæreticam quam tenuit Caiet q.68.ar.11.non ſerio aſſerit, ſed dicit fidendum eſſe Deo quod oblatio pueri facta Deo cum inuocatione Trinitatis uel ſigno crucis, in illo tantum mortis

periculo,

loquuntur. [f] nec iam iis precibus puer natus ſaluari poteſt in voto parentum fidelium: [g] vt olim in fide, oblatione, & voto parentum ſaluabatur.

2 Numquam olim puer nõdum natus habuit licitum remedium. [h] nec habet in lege Chriſti, niſi prodeat ex matris vtero, [i] vt baptizari poſſit. Nec ſatis eſt matrem prægnantem baptiſmo tingi, [k] vice latentis pueri: quamuis infans cenſeatur pars quædam matris per colligationem, qua ſumit alimentum à matre, & ab eodem angelo matris cuſtode protegatur. [l] Sic extrema vnctio non prodeſt, niſi ei qui ex morbo & vulnere eſt in mortis periculo. [m] decennus enim fuit vt Chriſtus in ordine ad totam eccleſiam prouiderit immutabili lege remedium de ſe facile & unicum baptiſmi, [n] vt hoc tantum modo renaſcantur homines, & hac ianua intrent in ouile eccleſiæ: quàm ut ob priuatum bonum vnius infantis in tam raro caſu, legem hanc eneruaret diſpenſatione ſua.

3 Vult quidem Deus de ſe voluntate antecedente, omnes homines (& infantem etiam hunc) ſaluos fieri [o] vt 1. Timot. 2. dicitur. nempe in cauſa de ſe ſufficiente, quam omnibus offert. communiter facile eſt applicari omnibus etiam fœminis baptiſmum, quod olim circuncisio non habuit. Nec eſt iniuſtus aut improuidus Deus, ſi pro ſua iuſtiſſima voluntate, & tremenda reprobatione permittat quoſdam [p] odio ob peccatum originale dignos decedere in illo ſine baptiſmo: aut ſi inſcrutabili iudicio permittat quoſdã infantes mori cœpta prolatione formæ, quæ illis nihil proficiet: [q] aut quoſdam adultos, poſtquam mort. peccarunt, verti in perpetuam amentiam, ſine ſalutis remedio, quod per accidens illis applicari non poteſt. [r] qui tamen vſu rationis præditus eſt, ſemper habet oblata omnibus, & præparata quantum eſt ex parte Dei auxilia, quibus præuentus ſi faciens totum quod eſt in ſe, bene uteretur, impetraret donum contritionis & gratiam, qua ſemper ſaluari poteſt. [s] quam conſtantem veri-

periculo, reputetur baptiſmus in uoto uirtuali eccleſiæ. ſicut cõſtat martyrium inſantis dici baptiſmum in voto. Gerſon. to. 3. ſerm. de natiuitate B. Mariæ, quem habuit in conc. Conſtan. nec legitur de hoc reprehenſus. probabile putat Gabr. diſt. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. ad fin. & Maior ſentit. Marſil. q. 2. a. 1. dub. 2. quia Deus uirtutem ſuã non alligauit ſacramento integro: & ſat uidetur in ea neceſſitate applicare partem ſacramenti ſibi poſſibilem: putaformam cum alia materia ſimili. vt remedium legis naturæ. 2. oblatio cum fide parẽtum olim prodeiat vice circũciſionis infanti periclitanti ante 8. diẽ. cui fauet Amb. li. 2. de vocat. gent. ca. 8. & Bern. epi. 77. poſt princ. dicit, an etiã nunc proſit, penes Deum eſt non meũ definire. & Aluiſ. ſed clare cum Caiet. tenet. Tilman. de ſacram. c. 1. p. 43. Th. Eliſius in Clypeo piorum hominum. ti. 11. art. 2. ubi laudat Caiet. pro qua ſententia Ledeſ. q. 9. art. 11. col. 3. citat Raimũd. Martinez. quem citantes partim ſequuntur Lyra & Burgenſ. in id Geneſ. 17. infans cuius caro circunciſa non fuerit, peribit. Magiſt. d. 4. id Io. 3. niſi quis renatus: exponit de his tantum qui baptizari poſſunt. ſetus in periculo.

f [f] vt abſque miniſtri intentione occulta, quidam dicunt Deum ſupplere in puero effectum gratiæ. vt Alexan. Bon. Dur. Gabr. Sylu. & olim. D. Thom. quos tamen reprobauimus de ſacram. c. 9. §. 3. alii dicunt quod ſi ſacerdos vnam tãtum perſonam protulit, interceptus morte: ſupplere Deum in puero effectum gratiæ, & ſepeliendum in loco ſacro. qui reiecti ſunt ſupra c. 8. Vuicleph dixit, cum incertum ſit puerum ſic oblatum ſaluari, ſtolidus & præſumptuoſus eſt qui damnat. ſed illum hæreticum in hoc iuſte damnat Vualden. to. 2. de ſacram. c. 99.

g [g] vt (cõtra Caieta. & alios cit.) eſt certa ſententia. c. qui in maternis, de cõſec. d. 4. D. Tho q. 68. a. q. 73. 3. & 1. 2. q. 113. 3. ad 1. & ex profeſſo quodl. 6 a. 4. d. 4. q. 3. 3. a. ad 3. uidetur Alex. 4. p. q. 13. Bon. diſt. 4. ar. 1. q. 1. ad vlt. ſummiſt. verb. baptiſm. Tabien. bapt. 7. §. 1. bapt. 5. §. 4. Armil. §. 38. Ang. bapt. 6. §. 1. Syluest. bapt. 4. §. 1. Alten. lib. 4. ti. 6. communis. d. 3. Scot. Richard. Durand. & plures alii. Palac. d. 4. q. 5. & late. d. 5. q. 5. Soto. d. 5. ar. 2. & 11. lib. 2. de nat. & grat. c. 10. Ledeſ. q. 9. art. 11. Catharin lib. 5. contra Caiet. cap. 6. & 7. Pet. Soto. ti. de bapt. lect. 6. Honcal. opuſc. de baptiſmo. f. 75. Vega. lib. 5. in Trident. ca. 16. Ferrar. 4. contra gent. c. 59. Couar. c. alma mater. 2. p. §. 2. nu. 7. Cordub. lib. 2. quæſtionum de ignorant. q. 5. ad fi. Vualden. to. 2. cap. 99. Franc. Cartagen. lib. de prædeſt. diſcurſu 8. Viguer. c. 15. §. 2. verſ. 3. Nau. lib. de orat. no. 19. nu 64. Beaoxam. to. 1. harm. p. 192. cum Aug. ſer. 14. de verb. Apoſt. & ſæpe aliás. c. firmiſſime. de conſec d. 4. Nazian. orat. 40. in ſanctum bapt. vbi Nicetas aduertit Nazian. dicere, decedentem abſque baptiſmo puerum neque gloria affici nec ſupplicijs: nempe pœna ſenſus. & omnes Recent. qui poſt Caietan. ſcribunt, illum acriter reprehendunt. Couar. dicit periculoſum. Peña dicit erroneum. Caſtro. & Medices verb. bapt. hær. 9. dicunt hæreticum, quia concilia & Patres ſine vlla exceptione negant quenquam ſaluari ſine baptiſmo in re vel in voto. Triden. ſeſſ. 6. cap. 4. ſeſſ. 7. de ſacram. can. 4. & de bapt. can. 5. ſeſſ. 14. c. 2. fin. c. Maiores. de baptiſmo. Aug. epi. 23. lib. 6. hypognoſt. Diony. c. vlt. eccl. hier. Cypr. lib. 3. epi. 8. Bed. li. 1. in cant. Bern. ſer. 66. cant. vide Bellar. de bapt. c. 4. & 8. & Caiet. fauet hæreticis dicentibus filium fidelium iuſtorum ſaluari ob meritum parentum. contra quos ſupra c. 21. §. 2. quare Pius. 5. in impreſſione Rom. fecit auferre eam ſent. Caiet.

h [h] Aug. epiſto. 57. q. 2. Bona. d. 6. q. 1. ibi D. Tho. quæſt. 1. Viguer. c. 25. §. 2. verſ. 3. D. Tho. q. 68. artic. 11. Soto. diſt. 5. art. 11. Ledeſ. q. 9. artic. 11. Nauar. lib. de orat. Cartagen. Palac. diſtin. 4. q. 5. & multi ex ſup. citatis (cont. Caiet. art. 11. Gerſon. Tilman. & Thom. Eliſium) & Pius V. in partibus D. Thom. Romæ impreſſis ſubtraxit id dictum Caiet. alias ſi olim aut etiam nunc in utero matris iuſtificaretur puer, non celebraret eccleſia quaſi rarum miraculum, quod B. Virgo & Io. Bapt. ex priuileg. ſanctificati fuerint intra uterum. quod tamen exaltat Aug. epi. 57. D. Thom. 3. par. q. 27. art. 3. Caniſi. lib. 1. Mariæ c. 9. & li. 1. de Baptiſta. c. 1.

i [i] ea Patribus citatis D. Thom. q. 68. art. 11. Aug epi. 57. Fulgem. de fide ad Petrum. c. 27. Soto. Ledeſm. art. 11.

k [k] Aug. 6. contra Iulian. cap. 5. & 6. c. ſi quidquid. c. ſi ad matris. c. qui in maternis. de conſ. d. 4. concil. Neocæſar. can. 6. Soto cum D. Th. artic. 11. Ledeſ. q. 9. art. 11. vbi nec ſatis eſt hominem corio incluſum baptizare, Gabr. diſt. 4. q. 2. Syl. baptiſmus, 4. §. 1. dicit eſſe ſententiam omnium.

l [l] D. Thom. art. 11. ad 2. vbi Soto. Ledeſ. infantem eſſe partem matris per colligationem, ut probant medici. & 1. p. quæſtio. 113. 5. ad 3. hac ratione ait unum eſſe Angelum cuſtodem talis pueri & matris: nec dari proprium quouſque naſcatur ex utero.

m [m] quia Iacob. 5. requiritur ut infirmetur: vt affirmant omnes Theolog. diſt. 23.

n [n] vt bene deducit D. Thom. diſt. 6. q. 1. a. 2. ad 3. Soto. diſt. 5. q. vnic. ar. 2. uide. diſt. 2. q. 1. ar. 3. Ledeſ. q. 9. art. 2. quamuis Caſtro uerb. baptiſ hær. 9. dicat remedium legis naturæ fuiſſe quidem facilius & vniuerſalius, quam nunc ſit baptiſmus: & tamen excellit baptiſmus, quia eſt maioris uirtutis.

o [o] in id 1. Timot. 2. vult omnes ſaluos fieri uoluntate ſigni & antecedente, ſeu in cauſa Ambr. D. Thom. Caiet. idem Scholaſt. in ſentent. 1. d. 46. vbi Scot. Okam. & ſane, Greg. Arim. q. 1. D. Thom. 1. par. q. 19. artic. 6. alij. Patres, ſic Diony. c. 1. eccleſ. hierar. Deum comparat ſoli, qui de ſe illuminat omnem hominem, vt dicitur Io. 1. Dam. lib. 2. c. 29. At Augu. epi. 107. enchir. c. 103. de prædeſt. Sancto. c. 8. lib. 6. hypognoſt. (quem ſequitur Anſel. 1. Tim. 2 & Diuus Thom.) per diſtributionem accommodam: omnes qui ſaluantur, non niſi uoluntate Dei tanquam cauſa, ſaluos fieri. Noſter Ludou. Molina in concord. ad 1. p. q. 19. art. 6. dub. 1.

p [p] vt probat D. Thom. 1. p. q. 23. art. 2. & paſſim Auguſt.

q [q] vt dictum eſt. c. 8. Soto. diſtin. 5. artic. 2. col. 8.

r [r] ſic Greg. Arim. 1. diſtin 46 quæſtio. 1. ad 3. art. Deus de ſe in communi confert ſufficiens remedium prædicationis, inſpirationis & ſacramentorum: quod curat per miniſtros, vt ad omnes deueniat. per accidens autem eſt, quod de facto ad quoſdam nõ perueniat, qui ignorantes fidem, aut qui ſacramenta recipere non potentes damnantur pro peccatis præteritis, quæ ſibi non ſunt remiſſa. & ſatis eſt iſtos etiam pueros in Adam potuiſſe uitare peccatum naturæ, in quo fuit uoluntarium: & ſic pueris imputatur uerum peccatum, quod formaliter in ſe habet vnuſquiſque proprium, vt ait Trid. ſeſſ. 5.

ſ [ſ] D. Thom. 3. p. quæſt. 86. 1. Soto. 1. de nat. & gratia. ca. 18. & diſt. 15. q. 1. 5. Ledeſ. 1. par. quæſt. 27. 1. fr. Med. 1. 2. q. 109. art. 10. dub. 1. ad 3. & dub. 2. Cartag. de prædeſt. diſcurſu 8. Vega. lib. 13. in Trident. c. 9. 12. 13. 23. lib. 15. cap. 25. Caſtro uerb. peccatum hær. 6. Natal. Beda. contra Fabrum prop. 39. Siatos lib. 6. biblio. cap. 28. 59 Medin. C de pœnitentia. tracta. 1. q. 11. Ferrar. 3. cont. Genel. c. 159. Dried. de captiuitate & redemptione, tract. 5. Altiſ. lib. 3. tract. 11. cap. 1. quæſt. 5. Alexand. 2. par. quæſt. 124. m. 8. & 3. p. q. 68. m. 3. & 4. par. quæſt. 17. m. 2. & hi citant multos Patres. tandem Aug. 1. retract. c. 16. colligitur ex concil. Later. cap. firmiter Triden. ſeſſ. 6. c. 12. Eſ. i. 59. ecce ego ad gentes. & hinc Rom. 10. probat, ne dixeris quis aſcendet in cœlum. 2 Per. 3. patienter agit propter vos, nolens aliquos perire. Roma 2. ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam, &c. Chryſ & Ambroſ. in 1. Timot. 2. vult omnes homines, &c. Dionyſ. cap. 9. eccleſ. hierar. Ireng.

lib. 4.

tatem, ſine cauſa quidam autores videntur negare. [t]

4 Soli martyrio quo prægnans ſimul cum prole occiditur in odiū Chriſti & fidei, dedit Chriſtus priuilegium, vt proſit puero etiam intra uterum matris. [u] nec inconuenit vt huic baptiſmi vicario, (includit enim baptiſmum, in uoto) Chriſtus dederit maius priuilegium, [x] quàm principali baptiſmo, cuius eſt vicarius: quia baptiſmus ſanguinis attingit infantem in vtero, quē non attingit baptiſmus aquæ. [y] ſolum vero martyrium in pueris, includit baptiſmum non in voto proprio, ſed in uoto eccleſiæ, & in virtute & priuilegio Chriſti, quod votum non ſupplent parentum preces & oblationes, [z] vt dictum eſt.

CAPVT XXIII.

Pro baptiſmo recipiendo quando liceat data pecunia redimere vexationem.

§. 1. *Licet emere aquam pro paruulis neceſſaria baptiſmo, & redimere vexationem.*

2 *Quia eſt defenſio.*

3 *Aliquando idem licet pro adultis.*

Pater habet pro infante ſuo moriente ſummum ius [a] in baptiſmum procurandum, ne infans pereat irreparabiliter. quod ſi iniquus pro infante morti proximo nollet gratis dare aquam neceſſariam, licebit pro paruulo aquam emere, quamuis ſanctificata eſſet. [b] baptiſmus vero valet ſine aquæ ſanctificatione [c] 2. ſi pater pueri eſſet mutus, vel ſine manibus, aut neſciret formam baptiſmi, nec haberet aquam: & improbus miniſter nollet morientem baptizare, niſi data pecunia ematur baptiſmus: licebit offerre pecuniā [d] pro puero ne in æternum pereat: nec enim eſt proprie emptio, ſed redemptio uexationis, [e] dum infans innocenter patitur grauiſſimam iniuriam damni alioquin irreparabilis: & neceſſitas extrema concedit ſummum ius, quod æquatur iuri in re. [f] At contra parochum qui tunc negaret baptiſmum, niſi offeratur pecunia, habet Pater maius ius. [g] Clamuſque licet minis & precibus importunis (quæ alias pretio æquari ſolent [h]) redimere uexationem, [i] & cogere iniqnum hunc miniſtrum, vt baptizet infantem.

2 Hæc vexationis redemptio pro infante eſt iuſta defenſio [k] illius cui proximè paratur iniuria cum periculo damni irreparabilis: vt inimicum qui præparat inſidias & necem, licet in caſu præueniendo occidere, [l] pro ſui neceſſaria defenſione. quod ſi forte Pater ab illo com-

nitendum eſſe de illo, iuxta Acto. 2. pœnitentiã agite, & baptizetur. At ſi peccati immemor ſit, dilectio Dei ſup. omnia ſupplet vicẽ pœnitentiæ. D. Thom. & Caiet. 3. p. q. 87. 1. inf. lib. 1. de pœnitentia. cap. 3 [r] communis ſententia ſupra c. 26. [ſ] D. Tho. addit. q. 96. artic. 6. 11. & 2. 2. q. 152. 5. Bergom. §. 262. Soto. diſt. 49. q. 5. art. 2. martyr habet aureolam cum inſignibus quibuſdam, & decore cicatricum. gloſſa in Exod. 25. Iubetur imponi vna corona ſuper alterã Doctor. 4. diſtin. 49. Richard. Aſſen. lib. 2. tit. 45. art. 3. de aureola virginis. [t] ſup. cap. 34. §. 1. fin. [u] a ſup. cap. 26. §. 1. ſi. L. Caiet. q. 87. 1. ad 2. fatetur de martyrio: ſed negat baptiſmum, vel aliud ſacramentum conferre effectũ ei, qui tunc peccat venialiter. Cano relec. de pœnitentia p. 3. è cõtrario negat de martyrio, ſed admittit ĩ baptiſmo. At ĩ vtroque admittendum eſt, vt bene recent. [y] Cyprian. tract. 3. de ſimplic. prælat. & lib. 1. epiſto. 2. aliâs 54. epiſt. 52. ad Antoniani. & li. 4. epiſt. 2. aliâs 73. ad Iubaianum. nu. 6. Aug. 1. de baptiſmo. contra Donat. c. 9. 11. lib. 3. cap. 16. lib. 4. cap. 17. cont. Florẽt. [z] Aug. lib. 1. de bapt. c. 5. & 18. dicit de Cyprianũ errãte in rebaptizatione. & epiſt. 48. de quo ſup. c. 28. §. 3.

quidem à noua culpa, ſed non iuſtificabitur per baptiſmũ, [r] nec per vllum ex aliis ſacramentis. 2. martyri debetur aureola, [ſ] ſicut Doctori, & Virgini. 3. ſtatim canonizatur cum feſto ſolenni, ſi cõſtet illum propter confeſſionem Chriſti obiiſſe, [t] quãuis non conſtet de formali pœnitẽtia illius. 4. commune eſt martyrio, & aliis ſacramẽtis, ut ſi incidenter adiungatur venialis complacentia, non impediatur effectus operis operati, [u] qui datur ex Chriſti merito. ſi tamen iuſtus dormiens, qui manet in virtuali affectu peccati venialis, ut mendacii, recipiat digne baptiſmum ſanguinis, vel aquæ, per illum non remittitur hæc venialis culpa, aut reatus pœnæ temporalis ſibi reſpondens. [x]

4 Si hæreticus, vel ſchiſmaticus mortẽ pateretur pro unius veri articuli defenſione, nõ eſt martyr Chriſti: [y] cum ſpõte maneat extra eccleſiam Chriſti: nec illum articulũ crẽdit, aut defendit ex motiuo ſupernaturali: ſed proprio & tenaci iudicio ad eum modum quo pertinaciter credit ſuos errores, pro quibus ſimiliter oppeteret mortẽ ex ſuperba ambitione. ſi tamen in eo mortis articulo faciat diligentiam quam poteſt, & pœnitentiam agat reſipiſcens, in eo iſta ignorantia fieret inuincibilis, & huic vere pœnitenti Deus non denegabit auxilium gratiæ, cum nullum viatoris peccatum ſit irremiſſibile. Hic ergo ita diſpoſitus ex Dei auxilio, & pro vera fide moriens, conſequetur vtranque ſalutem gratiæ, & gloriæ. ſic enim B. Aug. [z] de B. Cypriano errante in rebaptizandis hæreticis docuit, ſi quid errauerat ex culpa, id martyrii falce amputatum eſſe.

CAPVT XXXVII.

Martyrium includit obedientiam præceptorum: & requirit cauſam ex parte recipientis, & inferentis.

CAP. XXXVII.

SVp. [a] cap. 34. H. Soto. d. 3. art. 11. Mãtius, & recent. [b] Soto. d. 17. q. 2. ar. 6. Cano relect. de pœnitentia. p. 4. recent. contra. Vict. ſumm. §. 19. Vega opuſc. de iuſtific. q. 13. ad primum. cõtra 3. conc. lib. 13. in Trid. c. 20. & ſentit Med. C. de pœnitẽtia, quod recordatus tenetur habere formalem contritionem: de qua eſt præceptum naturale. [c] [d] cit. c. 36.

QVi martyr odit animam ſuam, ac ſubinde omne peccatũ cui adhæſerat, licèt excuſari videatur à formali dolore pœnitentiæ, ut dictum eſt, cap. 36. non tamen eximitur ab obediẽtia præceptorum, quæ iure diuino Chriſtus imponit hominibus. [a] quare ſi commode poteſt ante mortem, tenetur diſcere fidem explicitam Chriſti: & catechumenus tenetur recipere ſacramentum baptiſmi: Chriſtianus ſi poteſt tenetur cõfiteri peccatum mortale, cuius recordatur, & ſuſcipere euchariſtiam: quia hæc valenti ſunt media ad ſalutem primam, & vltimam neceſſaria ex Chriſti inſtitutione: & ſub pręcepto poſitiuo obligant ſaltem in mortis articulo eum qui hanc fidem explicitam, aut ſacramentum habere poteſt. martyrium vero cum tanquam actus exterior procedat ex quadam dilectione Dei, includit propoſitum implendi omnia præcepta, quæ pro eo mortis articulo obligant, ſi modo implere poſſit. at contritio formalis non obligat illum qui digne recipit ſacramentum baptiſmi, uel pœnitentiæ: [b] cum ea contritio ſuppleatur per remedium æquiualens, & per ſe inſtitutum, vt peccatori cũ attritione nota diſpoſito remittat peccatum, quod ſimiliter de martyrio eſt credibile. [c]

2 Præter conſenſum, aut diſpoſitionem martyris, requiritur cauſa quædam tam ex parte adulti patientis, quam ex parte tyranni. Quare ſi quis ex ambitione, ut hæreticus [d] patiatur mortem, & tradat corpus ſuum, ita ut ardeat, nihil ſibi prodeſt, vt Apoſtol. ait 1. Corinth. 13. ſi excludat proprium motiuum caritatis, generaliter præcedere debet quædam cauſa eius fidei quæ per dilectionem operatur, [e] & cum motiuo ex ſupernaturali cognitione fidei.

3 Prima & præſtantiſſima cauſa martyrii eſt confeſſio, & defenſio fidei Catholicę, & religionis Chriſtianæ. [f] Secunda cauſa, ſi pro defenſione alterius virtutis, [g] & pro illius obſeruatione malit mori quã fœdari. ſic enim multæ virgines, & matronæ pro conſeruatione caſtitatis, quã religioſo voto Deo conſecrãuerant, celebrantur ab eccleſia, tanquam martyres. [h] tertia pro vtilitate eccleſiæ, & conſeruãda illius immunitate: ut glorioſus Thomas Cãthuar. epiſcopus celebratur. quarta, vt Ioannes Baptiſta pro reprehenſione adulterii occiſus eſt à tyranno Rege. [i] & forte rex excitatus eſt à Phariſæis, eo quod Ioannes Chriſtum eximiè prædicaret. [k] tandem ſi virtus pro cuius cuſtodia patitur martyrium, ſit de iure tantum naturali, ut caſtitas, referenda eſt in ſupernaturale motiuũ, [l] fide cognitum, & in finem caritatis, aut religionis.

4 Eadem pia cauſa intercedere debet ex impia intentione tyranni, qui miniſter eſt huius cruenti baptiſmi: nempe ut ille occidat hominem in odium, aut contemptum fidei, aut religionis, aut alterius virtutis. [m] Nam ſi ille interficiat Chriſtianos in bello pugnantes ac reſiſtentes: aut in pace, ex eo quod ſunt, aut reputantur hoſtes temporales: uel vt eos deprædetur in terra aut mari: non eſt ſufficiens cauſa ad martyrium, quãuis inculpate mortem patiantur. Hactenus de martyre adulto.

L. Y. & rationes in text. [c] D. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5. d. 49. q. 5. 3. 2. ad 9. 11. vt motiuũ virtutis procedat ex practica cognitione fidei operatoriæ. [f] D. Tho. in Epheſ. 3. lect. 1. & d. q. 124. 5. cap. & ad ſecundũ, & d. 49. q. 5. Bergõ. §. 846. Alleniſ. lib. 2. tit. 42. artic. 1, Tabien. & alij verbo. martyr. 8 [h] Diuus Thom. in Epheſ. 3. & d. 49 ad 9. vt Beata Agatha. [i] D. Tho. d. q. 124. artic. 5. [k] ſic veriſimile eſt, vt ſit præſtantior cauſa martyrij in Baptiſta. [l] ſup. E. [m] D. Thom. in Epheſ. 3. & d. q. 124. artic. 5.

CAPVT XXXVIII.

Infantibus prodeſt martyriũ, etiam nondum natis.

CAP. XXXVIII.

COmmunis [a] Patrum, & Theolog. contra paucos cit. ſup. capit. 34. E. [b] [c] quia eccleſia celebrans generale feſtum de Innocentibus non errat: & ſeruat illorum corpora cum veneratione, non diſtinguens, an fuerint infantes priori circuncißione iuſtificati. [d] reperiũtur. n. oſſa, ita parua quorundam ſanctorum Innocentiũ, vt credibile ſit quoſdam interfectos ſtatim, vt nati ſunt, vel in vtero matrũ. [e] falſo fingit Armach. & Adrian.

INfantes ſine propria ipſorũ, aut parentum intentione, ut vere baptizantur: ita ſi pro Chriſto occidantur fiunt vere martyres. [a] ſic Eccleſia celebrat feſtũ Innocẽtum martyrium, qui iuſſu Herodis, vice Chriſti interfecti ſunt. [b] Inter quos videntur occiſi paruuli gentilium quorundam, qui iuſtificati non erant, [c] & infantes Iudæorum, qui ante octauum diem nondum erant circunciſi. [d] & tamen de omnibus illis pro Chriſto occiſis celebratur ſolenne feſtum: non quidem ex aliquo ſpeciali priuilegio, [e] ſed ex generali martyrii conferentis primam gratiam, & aureo-

Adrian. ex ſpeciali priuilegio conceſſum fuiſſe illis innocentibus, eo quod in ſingulis tyrannus quærebat occidere Chriſtum, contra quos citati ſunt Patres, cap. 34. E. & Leo ſerm. 1. & 2. Epiph. id tribuit his infantibus ex generali priuilegio martyrij, de quo dict. eſt cap. 36. F. [f] Chryſoſtom. tom. 2. ſerm. 31. ſed illum reijcit D. Thomas, dic. quæſt. 124. 1. ad 1. ſed melius eſt, vt pie exponat vt in tex. [g] [h] ſup. cap. 22. fin. Richar. diſt. 4. artic. 2. q. 3. & alij DD.

lam. nec vero in illis infantibus qui abſconditi à parentibus clamabant, & intrepide clamoribus exoptaſſe martyrium viſi ſunt, acceleratus fuit vſi•s rationis, vt eis martyrium prodeſſet: nec id affirmat D. Chryſoſto. [f] ſed loquitur per tropum & metaphoram, quaſi facto ipſo videantur habuiſſe vſum liberi arbitrii, qui clamore, & eiulatu ſe manifeſtabant.

2 Baptiſmus ſanguinis excellit, ut ſolus prodeſſe poſſit infantibus nõdum natis: [g] ſi mater cum prole occidatur in odiũ Chriſti, & quia Chriſtiana eſt: quamuis nulla memoria prolis haberetur: ꝓles enim quæ adhuc vnum cum matre reputatur, [h] particeps fit eiuſdem martyrii. nam nulle vulnus, aut percuſſio poteſt ad infantem martyrem attingere: quem tingere aqua baptiſmi non poteſt. ac ſubinde intra vterum latens, & nondum natus renaſci non poteſt ex aqua.

CAPVT XXXIX.

Quo temporis inſtanti confert gratiam. & quomodo differt à baptiſmo.

INſtans temporis, in quo martyrium primam gratiã infanti, aut adulto confert, nõ eſt certum apud autores. Quidam putant mortem ita eſſe de ratione martyrii, vt ea gratia non conferatur, nec debeatur aureola, niſi in termino viæ extrinſeco, cum primum non eſt homo. [a] ſicut & Angelus in termino ſuæ viæ ſecundum quoſdam mereri potuit. [b] cæterum non eſt probabile, ut homo longo totius vitę tempore fuerit inimicus Dei, & tamen per martyrium volet ſtatim in cœlum: fiatque beatus in anima, (martyrium enim delet omnẽ pœnam) qui nunquam viator, & homo manens habuerat gratiam Dei. De Angelis quidem (quia in termino, & via manet eadem perſona) non ita repugnat, ut libere mereatur in termino: at impius qui in via tantum homo eſt, quomodo iuſtificabitur, aut meretur in termino vię: in quo iam nec homo nec viator eſt?

2 Quidam ſatis probabiliter aiũt hominem, quia habet animam indiuiſibilem & immortalem, deſinere per vltimum ſui eſſe: [c] & in eo inſtanti accipere irreuocabilem ſententiam Chriſti iudicis. cadauer vero hominis per accidens generari per vltimum non eſt. quo admiſſo facile eſt concedere in eo vltimo inſtanti dari homini attrito adhuc viatori primam gratiam, cum remiſſione totius pœnæ. & ei deberi aureolam martyrii. ſed quia id non facile conceditur à philoſophis opinantibus omnem generationem ſubſtantiæ completæ, ac ſubinde etiam cadaueris humani perfici in inſtãti poſitiuo. [d] aſſignandum eſt vnum inſtans vitæ humanæ, in quo gratia martyri conferatur: nempe quando homo habet vulnera pro Chriſto ſuſcepta, quæ naturaliter ſunt de ſe lethalia. [e]

3 Quod ſi per miraculum, aut alia ratione euadat, oportet ad rationem martyrii, ut gratiam ſic ſemel receptã homo conſeruet vſque ad mortem. ſic Ioannes Apoſtolus in dolium feruentis olei miſſus bibit, vt Chriſtus Matth. 28. promiſit calicem Domini, & de illo celebratur officium martyris: [f] quamuis poſt multos annos ſenio confectus ſine alio martyrio animam efflauerit. & quidam alii diu poſt tormenta de ſe lethalia ſuperuixerunt, conſeruata ſemper gratia, quos eccleſia merito celebrat ſub martyrum officio: [g] & de Beato Martino epiſcopo canit Eccleſia ad Veſperas, etſi animam gladius perſecutoris non abſtulit, palmam tamen martyrii non amiſit. atque ita mors recte dicitur pertinere ad complemẽtum martyrii.

4 Conuenit baptiſmus ſanguinis & aquæ: quia vterque conſiſtit in receptione paſsiua: [h] & in adulto requirit diſpoſitionem, remittitq́ue omnem culpam, & pœnam ex opere operato. differunt tamen, quia actio baptiſmi bona & religioſa eſt, & propter ſe quærenda, & eſt ſacrament. ſup. cap. 16. §. 6. ſed actio tyrãni martyrium inferentis non eſt ſacra, nec ſacramentum. ſup. cap. 34. §. 4. ſed impia, & contra cultũ Dei: nec eſt temere quærẽda [i] (peccat. n. qui temere ſe exponit martyrio [k]) ſed illata eſt patienter toleranda. Deinde baptiſmus eſt in præcepto: ſed vix obligatur homo, ut non quæſitus ſe offerat tyranno ad arduum opus martyrii: [l] ſatis enim eſt in præparatione animi velle ſuſtinere mortem, [m] cum ſe grauis neceſsitas, & cauſa obtulerit. Atque hæc de variis baptiſmatibus dicta ſufficiant.

CAP. XXXIX.

[a] SVp. cap. 9. §. 2. & de ſacrament. cap. 19. & eſt. 1. ſententia Caietan. 2. 2. quæſt. 124. 4. ad 4. Almain tract. 3. moral. capit. 2. baptiſmum aquæ, vel ſanguinis dare gratiam in 1. ſui non eſſe, ac ſubinde cum primũ homo nõ eſt. quem caſum admittunt, qui falſo putant cõtritionem non eſſe vltimam diſpoſitionem gratiæ, niſi ſit certę intẽſionis, aut cõtinuetur certo tẽpore. quæ ſententia bene impugnatur in text. [b] de Angelo minus inconueniens id admittere cum Caietan. 1. p. quæſtio. 62. 5. quia Angelus in 1. inſtanti tãquam pure viator habuit gratiam, & in 2. eam conſeruat libere, quia potuit peccare: & in termino manet integer Angelus, ſicut in via. ſed homo in termino non manet homo. [c] Vega lib. 9. in Trident. cap. 43. refert eam ſententiam gratãter ſuſceptam fuiſſe à multis patribus, dum in Conc. Trident. tractaretur quæſtio de certitudine gratiæ, & Soto. diſt. 19. q. 3. art. 3. concl. 3. dicit probabile. & verbo retulit ſe. dum adeſſet concilio, ita aſſeruiſſe. quod probabile putat D. Th. 4. diſt. 14. q. 2. 5. ad 5. Guenar. & quidam Recent. [d] ex Ariſtot. colligũt expoſitores illius, & ſæpe D. Thom. ut etiam cadauer incipiat per primum ſui eſſe, ac ſubinde homo deſinat per primum non eſſe. vide D. Tho. 1. 2. quæſt. 113. 7. ad 5. Soto ſupra. [e] 3. ſententia vera, ut gratia detur martyri, cum habet vulnus de ſe lethale, ratione cuius in cauſa efficaci dicitur mortuus (ſicut 1. Corinth. 15. dicuntur omnes mortui eſſe in Adam: tanquam in cauſa de ſe efficaci idem habetur 2. Corinth. 5. & Roma. 5. omnes in Adam peccauerunt. cum tamen B. Virgo non contraxerit peccatum.) hanc ſententiam ſequitur D. Thom. d. quæſt. 124. 4. ad 4. & in 4. diſtinct. 49. quæſt. 5. 3. 2. ad ſeptimum. Vega lib. 6. in Trident. c. 37. & ſup. Soto, & omnes fere Recent. [f] vt colligunt Patres ex Matth. 20. calicem meũ bibetis Bern. ſerm. de feſtis poſt natiuitatem Domini, ſed D. Thom. d. 49. q. 5. 3. 2. ad 3. habere aureolam. ſi martyr fuit ſola voluntate. [g] aduertit Onufr. ſup. Platin. in vita Dionyſ. PP. ot Felix, Euthychianus, Caius PP. [h] ſupra de bapt. cap. 30. §. 3. [i] [k] D. Thom. d. quæſt. 124. 1. ad 4. Nauar. c. 11. nu. 40. cap. 15. num. 12. Sylu. & Summiſt. verbo. martyrium. Aſtenſ. lib. 2. tit. 42. art. 2. Couar. 1. var. cap. 2. nu. 9. Simanc. de Cathol. inſtitut. c. 17. nu. 39. & citat. Nazianz. Ambroſ. Chryſoſtom. Theophyl. Clem. Alex. Sozom. 6. Tripart. cap. 22. Nicephor. lib. 10. hiſtor. capit. 16. [l] D. Thomas, 4. diſtinct. 49. ſupra Bonauent. 3. diſtin. 39. martyrium eſſe aliquando in præcepto: ſed raro Nauar. [m] D. Thom. quæſtio. 124. 1. ad tertium, & artic. 3. ad primum, quodlib. quarto artic. 10. & diſt. 49. quæſtio. 5. 3. ſecunda, ad primum, addit Nauar. capit. 11. nume. 25. capit. 27. nume. 56. excuſari ab excommunicatione, qui mero fingit ſe paganum, vide Caietan. & Bañes. 2. 2. quæſtione 3. artic. 2. dubio 1.

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS

Tomi Primi,

Doctore HENRICO HENRIQVEZ è Societate IESV Authore, in Academia Salmanticenſi Sacræ Theologiæ profeſſore.

De Sacramento Confirmationis, & Extremæ vnctionis.

LIBER TERTIVS.

Authores qui tractant de hoc Sacramento.

DOct. cum Magiſt. d.7.vbi Soto & alij D.Thom. vnicam fecit quæſtionem. 3.par.q.72. Ledeſ.1.p.q.13.Caſtro. verb.confirmatio. Sylueſt.Angel.Tabien.Armil.& alij Summiſt.verb.confirmatio. Ant.3.p.tit.14.cap.1.§.3.Aſten.lib.4.ti.7.Victor in ſum.§.40.Alex.4.p.q.24.Pius V. in Catech.Hoſius,Sonnius.cap. 9.Card.de Aracæl.ti.de confirmat.Bar.Ledeſ.10 ſum.ti.de coofirm. Aogles. in Flor.Theolog.Pet. Soto, de ioſt.Sacerdo.tit.de confirm.in duplici lect. Petrus Greg.lib. 2.Syntag.cap.15.Cucchus lib.5.Maio.inſtit.tit.3.Taper.art.12.Ayala.3.par.de tradit.Vualden.to.2.de ſacram.cap.113.Alan.lib.1. de ſacram.cap.41. Couar.1.var.cap.10.Nauar.c.22.num.8.Bellarm.lib.de confirmatione.Torrenſis.lib.3.confeſſio.Auguſt.cap.5.Maiol.lib.4.de irregul.c.12.Hugo lib.2.ſacram.par.7.c.3.Durand.in rational.offic.Pachimer.in Dionyſ.cap.4.eccleſ.hierar.& lib.11.hiſt.Gerſ. in Compend.Theolog.tract. 3.& in euchologio Græcorum.cap.95.97.Turrian. io Clem. lib.8. conſtit.Apoſtol. cap.8.Turrecremat.de conſecr.diſtin.5.Ploue.de ſacramen.Pauinus.2.par.de viſitatione.quæſt.10.Regino de eccl.diſcipl. qui lib.1.c.115. agit de extrema vnctione.Alger.lib.3. de euchar.cap.4.Minard.epiſt. ad Guntherum.Anſelm.epiſt.de diuerſit.ſacramen.Berno. ſerm.de Pentec.Iuo.ſerm.de ſacram.Microlog.de eccleſ.offi c.Bandin.lib.4.Rupert.5.offic.ac.15.Honor.ſpeculo eccleſiæ.

CAPVT I.

§. 2. *Eſt ſacramentum. datur ſtatim poſt baptiſmum: dicitur perfectio baptiſmi.*
3 *Ex Chriſti diſpēſatione ad tēpus, manus impoſitio habuit vicē materiæ.*
4 *Materia chryſm. non ab Apoſt. ſed à Chriſto inſtituta eſt, die vltima cœna. vetus chriſma conſumitur.*
5 *Confirmatio data eſt Apoſtolis die Pentec. ſed præſignata Matth.19.*
6 *Definitur.*
7 *De illa non eſt præceptum.*

DE cōfirmatione & deinde de extrema vnctione dicemus. 1. de nomine, inſtitutione & definitione. 2. de materia, forma & ritu. 3. de effectibus. 4. de ſubiecto recipiente, & diſpoſitione illius. 5. de miniſtro. Errant Lutherani. 1. Dum negant confirmationem eſſe vnum ex ſacramentis à Chriſto inſtitutis. 2. irrident materiam chriſmatis, & negant habere vim vllam cōferendi gratiam. negant item effectum characteris: & aiunt iterari poſſe. 3. formam negant, vt quæ à Patribus non ſit integrè expreſſa. 4. negant miniſtrum ordinarium illius eſſe epiſcopum.

2 Confirmatio eſt proprie verum ſacramentum: vt probant ex Chriſti traditione Patres Græci ac La-
a tini [a] communi conſenſu: & con-
b cilia ſua definitione declarant. [b] & probari poteſt ex diuinis ſcriptu-
c ris. [c] cōtra antiqtios hæreticos No-
d uatianos, [d] quos recentiores hæ-

CAPVT I.

a Probatur [a] ex Patribus Diony. eccleſ. hierar.c. 2.par.2. & 3.c.4.p.3.Clem.lib.3.conſtit. Apoſt.c.16.17.lib.8. c.8.& epiſt.3. Tertul. lib. de reſurr. carn. & 1. contra Marcion. Clem.Alexand.apud Euſeb.3.hiſt. c.17.Iuſtin.q.137. ad Orthod. Nazianzen. orat.40. in Sanct.baptiſm. Dam.lib.4.c.10. Melchiad. Euſ. Vrban.habentur de conſecrat.d.5. Cornel. PP.epiſt. ad Fabian.apud Euſeb.6. hiſt.c.43.vid.35.Pacian.de bapt.& epiſto.1. Cyprian. lib. 1.epiſt.vlt.lib.2. epiſto.1.& epiſt.73. ad Iubaianum. ſermo. de operibus Card. Chriſti. Euſeb. Emiſſen.ſerm. Pentecoſt.Hieron.dialog. contra Lucif. Bed. lib.6. in Luc.22. & egreſſus ibat. Aug. lib.15. Trin. ca.26. 3.de bapt.cont. Donat.c.16. lib.2.contra lit. Petil. ca.34. 104.Amb.3.de ſacramen.c.2. Cyril.catech.3.Optat.li.2.cont. Donat. Amphiloch.in vita Baſil.Theodor.cantic.1. Bern. in vita Malach. Petrus Damianos.ſerm.1.dedic.eccl.Iſidor.lib.2. offic.c.25.
b 26.Raban.Maur.lib.1.inſtit.cler.cap.30. [b] conc. Trident.ſeſſ.7.tit. de confirm.ſeſſ.23.c.4.Floren.& 6.ſyn.can.7.Elibert.c.38.77.Laodicenſ.cano.48. Melden. ca.6.45.Conſtantien.ſeſſ.15.concil. Roman.ſub Syl.can.5.Tolet.1.can.20.Carthagin.2. can.3.Carth.3. can.36.& 4.can.36.Vaſen.1. can.3.Colonienſ. par.8.Senonen. & Maguntin.Hiſpalen.2. ca.7.& Sylu.PP. mox vt Conſtant.Imper. baptizauit, eundem cōfirmauit vnctione chriſmatis.habetur.to. 1.
c conc. in edicto eiuſdem Conſtantini, col.4. Bellar.c.4. [c] Act.8. & 19.habetur effectus gratiæ. quia per manus Apoſtolorum, qui erant epiſcopi, dabatur Spiritus ſanctus cum gratia: quod homo propria autoritate facere non poteſt. id donum Chriſtus promiſit Ioan.14. 15.16.& Luc.vlt.ſedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Act.1. accipietis virtut.ſuperue.Spiritus ſancti,& ca.2. repleti ſunt Spiritu ſancto, die Pentecoſtes, in quo Apoſtoli receperunt ſigno viſibili ſacramentū confirmationis, vt ait D.Thom. q.72. 2. ad 1.& art.4. ad 1. & conc. Florent. aut certe receperūt characterem & effectum confirmationis abſque ſacramēto, ex diſpenſatione Chriſti: quia hoc ſacramentū non eſt tam neceſſarium. at ipſum baptiſmum & ordinem receperunt Apoſtoli regenerati ex aqua & Spirituſancto, & viſibili ordinatione initiati; nē prob.Hebr.c.6.inter res quæ pertinent ad fundamentum religionis, numerat ſacramentum baptiſmi. & pœnitentiæ, & impoſitionem manus ideſt confirmationem: ut ibi exponunt Chryſoſt.Theodor.Theoph.& alij Patres.Bellarm. lib.2.
d de ſacramen.c.24.lib. de confirm.ca.2. & 11. [d] refert Theodoret. lib.3.de fabul. hæret. quia Nouatianus baptizatus ſine ritibus eccleſ.noluit recipere poſtea ritus & confirmationem, refert Euſeb. 6.hiſto.c.33. Donatiſtæ nō tam negant quam ſpernunt confirmationem,

retici [e] ſequuntur. Habet ſecundum locum inter ſacramenta confirmatio. non ordine dignitatis vel neceſſitatis, ſed generationis, [f] quia ſtatim confertur baptizato: vt id, quod Deus per baptiſmum operatus eſt, confirmet, [g] & firmum hominem robuſtumque reddat ad defendendam fidem, quam in baptiſmo profeſſus eſt. Patres [h] quidam aiunt ſine confirmatione vim à baptiſmo datam non eſſe omnino perfectam, & per confirmationem fieri plene Chriſtianum. Hæc à Patribus uocatur confirmatio, ab effectu: conſignatio frontis aut manus impoſitio. videtur in vet. lege fuiſſe adumbrata per unctionem Pontificis: [i] ſed nullum ex ueteribus ſacramentis reſpondet huic, vt dictum eſt lib. de ſacram. ca. 7. §. 3. quia Io. 7. nondum erat ſpiritus datus in plenitudine.

3 Sicut quidam Docto. aiunt ex Chriſti diſpenſatione ante Aſcenſionem ipſius licuiſſe baptiſmum datum in nomine Chriſti: ſup. lib. de bapt. cap. 10. ita certum eſt ex diſpenſatione Dei licuiſſe Apoſtolis (eo tempore quo Spiritus ſanctus in ſigno viſibili dabatur [k]) confirmare ſola manus impoſitione, vice materiæ: [l] atque hinc confirmatio vocatur, id eſt manus impoſitio, [m] ſimul tamen proferebant ſolitam verborum formam. [n] (Nec oportet ſcripta reperiri omnia, quæ tunc ab Apoſtolis facta, dictaque ſunt in ſacramentorum adminiſtratione: multa enim habemus per manus traditionem [o]) ſic per impoſitioné manus. 1. ad Timoth. 4. dicitur data gratia cum ſacramento ordinis: ubi aduertit B. Ambr. quòd id non fiebat abſque uerborum forma. [p] 2. uocatur ſacramentum chriſmatis à materia. [q] 3. conſignatio in fronte dicitur ex materia proxima unctionis, quam Chriſtus immediate inſtituit, [r] vt permanentem. hæc vnctio licet fiat in fronte, dicitur manus impoſitio quia manu & digito epiſcopi fit. [ſ] Probabile uidetur quibuſdam ſemper materiam fuiſſe chriſma: [t] quia eius mentio extat à principio Apoſtolorum.

4 Non fuit materia Chriſmatis ab Apoſtolis ex priuilegio, (ut olim quidam Doctores Catholici uidentur dixiſſe [u]) inſtituta ſed promulgata: [x] & multo minus à Græco B. Melchiade PP. ſacram. inuêtum: [y] cum de illo mentionem faciãt Pontifices & Patres Græci ac Latini priores B. Melchiade. [z] ſed materia fuit immediate inſtituta à Chriſto, [a] in die ultimæ cœnæ: [b] (ut refert

tionem, ait Optat. lib. 2. cont. Parmen. Prateol. Caſtro. Medices verb. cõfirmatio. Lindan. lib. 4. Panopl. c. 26. Roffen. art. 12. Vuald. to. 2. c. 110. 113. to. 3. doctrinal. lib. 2. ca. 57. Bellar. de confirmat. c. 1. lib. 4. de eccleſia. cap. 9. § 6. Sander. lib. 7. viſib. monarch. hær. 165. [e] refert Caſtro. Lindan. Bellar. lib. 1. de ſacram. c. 1. lib. de confirm. c. 1. & probat falſo tribui Montano, de quo antiqui Patres nullam faciunt mẽtionem. [f] ita numeratur 2. loco. à concil. & Patribus & in Catech. & Theol. diſtinctio. 7. Diuus Thom. 3. par. quæſtio. 65. 4. Bellarm. lib. 2. de ſacramen. ca. 28. Soto, diſtin. 1. quæſt. 6. articu. 4. Ledeſ. q. 6. [g] quare eccleſia petit, cõfirma hoc Deus q operatus es in nobis: nempe per baptiſmum. [h] Melchiad PP epiſto. ad Epiſc. Hiſpan. & ante illum Dionyſ. eccleſ. hierar. cap. 2. par. 3. ad fin. Clem. epiſt. 4. Euſeb. 6. hiſtu. ca. 43. Ambroſ. 3. ſacram. cap. 2. & de ijs qui myſter. init. c. 7. Euſeb. PP. & Vrban. epiſt. decret. cap. 7. Cornel. epiſto. apud Euſeb. cap. 33. Auguſt. tracta. 118. in Ioan. Cyprian. lib. 1. epi. 12. aliàs 70. & ſerm. de vnctione Chriſmat. ſignificat Theodor. Cantic. 1. oleum effuſum. vbi de baptiſmo & confirmat. videtur loqui quaſi de uno ſacramento. Cyril. catecheſi. 3. ex his quoſdam refert Caniſ. cap. 5. & Pius. V. in catech. Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 8. §. 7. & de cõfirmat. cap. 3. ſed exponendi ſunt cum D. Thom. quæſt. 72. 7. ad. 2. vt hortentur fideles muniri confirmatione per illud tempus, quo vrgebat perſecutio: huius enim ſalubri effectu gratia data in baptiſmo perficitur in finem defendendi fortiter fidem. Vt in ſtatu innocentiæ parum gratia iuſtitiæ originalis dabat maiorem vigorem ad vitanda omnia etiam venialia, & perſeuerandum, quàm nunc ingens gratia D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 8. & 9. [i] D. Tho. d. 7. quæſtio. 1. 1. 1. ad tertium. Bergom. §. 382. Cyprian. ſerm. de vnct. chriſm. Petrus Damian. ſerm. Dedicat. Bellarm. ca. 8. verſ. 2. accedit. [k] quia dum Spiritus ſanctus dabatur in ſigno viſibili, Acto. 8. 10. 19. non mirum ſi Deus ſuppleuerit quandam materię partem: (aut Apoſtoli confirmati ſunt die Pentecoſtes abſque chriſmate.) [l] ſic diſpenſatum ait Diuus Thom. artic. 2 ad primum art. 4. ad primum. Alexand. 4. par. quæſt. 24. mem. 1. & 2. Bonauen. diſt. 7. articu. 1. quæſt. 1. & 2. Gabrie. quæſt. 1. Soto. quæſt. vnic. artic. 2. ad fin. Ledeſ. quæſt. 13. Palud. quæſt. 1. num. 12. Durand. quęſt. 1. Taper. articu. 12. & communis Recent. concil. Colon. in doctr. de confirm. Magunt. cap. 18. Torrenſ. 3. confeſſ. cap. 5. §. 4. uidetur id colligere ex Tertul. Aug. Hieron. fauet Dionyſ. c. 4. Fabian. epi. 2. & Flor. dicit Apoſtolos vſos fuiſſe manus impoſitione, quod nos vocamus & facimus vnctione. & clarius Innoc. III. c. cum veniſſet. de ſacra vnctione. quod probabile ait Bellarm. c. 9. col. 2. fin. At col. 5. probabilius putat cum Vualdenſ. nõ fuiſſe talem diſpenſationem. inf. lit. S. [m] ſic vocatur Act. 8. & 19. Hebr. 6. Euſeb. PP. epi. 3. ad fi. Vrban. I. Innocen. III. ca. vnico. de ſacra. vnct. Cypr. 2. epiſt. 1. aliàs 72. & epiſto. 73. ad Iubaianum. D. Thom. Sot. Ledeſ. Palud. Durand. concil. Colonien. Taper. & paſſim Patres. & inſinuatur Math. 19. dum Chriſtus pueris manus impoſuit. [n] Diuus Thom. diſtin. 7. quæſt. 1. 3. 1. ad 2. dicit formam nõ fuiſſe ſcriptam, ne irrideretur à gentilibus. Scot. Richard. art. 1. quæſt. 1. ad 1. Soto. Vuald. ca. 113. Ayal. 3. par. Taper. articu. 12. nec id excludit D. Thom. q. 72. 1. ad 2. ſed ſolum explicat olim materiæ fuiſſe manus impoſitionem. [o] D. Tho. quæſt. 64. 2. ad 1. cum Augu. epiſt. 108. & 118. & lib. 4. de bapt. c. 24. [p] vt notat Ambroſ. & alij in 1. ad 1. Timot. 4. Taper. ar. 17. Ayal. de ord. Bellar. de ord. ca. 9. [q] Tertul. 1. cont. Marcio. vocat oleum. Cypr. lib. 1. epi. 12. lib. de Cardinalibus Chriſti operibus. Auguſt. 5. de baptiſ. contra Donat. c. 20. Cyril. catech. 3. D. Tho. Soto. Bellarm. de confirm. cap. 8. [r] conſtat ex traditione & vſo eccleſiæ. & hinc Græce chriſma ſignificat vnctionem. oppoſitum eſt error propter concil. Floren. & Triden. inf. lit. Z. & ſequẽ. & Patres, quos citant Soto, articu. 1. Palac. q. 1. Bellarm. ca. 8. & lib. 1. de ſacram. ca. 23. fin. ſupra lib. de ſacram. cap. 6. contra quoſdam cit. inſ. V. [ſ] Hug. lib. 2. par. 7. cap. 2. Bellar. c. 2. & 9. col. 3. Quare dum Marc. 7. rogatus eſt Chriſtus imponere manus: explicatur quod digito tetigit, vt ait Vualden. ca. 113. idem colligitur ex Tertul. & alijs Patribus, qui dum ſimul coniungunt manus impoſitionem & vnctionem, aut dum promiſcue nunc hac, nunc illa voce utuntur, ſignificant nunquam fuiſſe manus impoſitionem, ſine vnctione chriſmatis. [t] Bellar. c. 9. col. 5. vt citatum eſt. L. Vualden. c. 113. Caſtro. verb. confir. ſentit. Hoſi. inſtit. c. 38. & probabile dicunt Durand. q. 2. ad primum. Palud. quæſt. 1. ar. 3. ad fin. num. 24. Soto. articu. 2. quia Chriſtus in cœna confecit chriſma, vt ait Fabian. Papa, & quia dum Patres hoc ſacramentum vocant manus impoſitionem (vt Euſeb. Papa. Vrban. I. Auguſt. 3. de baptiſ. c. 16. & in Epiſto. Ioan. tracta. 6. Cypria. epiſt 73. ad Iubaian Beda. Act. 8.) loquuntur de eo tempore, in quo ijdem fatentur cum manus impoſitione fuiſſe vnctionem chriſmatis. & Bellar. exponit dictum Innoc. & concil. Floren. quod Apoſtoli fecerunt manus impoſitione (ita tamen, vt non excludant unctionem) id nos vocamus vnctionem chriſmatis. [u] Alexan. 4. p. q. 24. m. 1. q 28. Bona. diſt 7. art. 2. q. 2. Bachon. quæſtio. 1. in conc. Meld. quod non extat in concilio ſed apud Grat. c. vt epiſcopi. de conſecr. diſt. 5. Hoſi. c. 38. Taper. art. 12. Bacho. d. 7. refert. Diuus Thom. art. 2. arg. 1. quod reiectum eſt, lib. de ſacram. cap. 6. Soto. Palac. ſup. R. [x] ſed exponendi ſunt vt magis explicite fuerit promulgatum ab Apoſtolis, & in concil. Meldenſ. [y] vt putant Recent. hæret. & Caluin. qui impudenter damnat Melchiadem: quem tamen ſanctum Papam & Martyrem commendat Aug. epiſt. 162. Bellarm. ca. 1. [z] vt dicunt Pontif. Clem. I. Vrb. I. Cornel. item Dionyſ. Clem. Alexan. Iuſtin. Orig. & ex Latin. Tertul. Cyprian. coæqualis Victoris PP. qui præceſſerunt Melchiadem. ritum confirmationis haberi ex traditione. Apoſt. ait Hiero. Dial. contra Luciſer. & ipſum uocant ſacramentum non ſolus Melchiad. ſed Cyprian. Euſeb. Emiſſe. Auguſt & Patres in concil. quare hæret. conuicti aiunt, late dici ſacramentum, refert Bellarm. c. 7. col. 2. & 6. quod Auguſt. lib. 3. de bap. c. 16. apud Grat. cap. Ariani. 1. quæſt. 1. dicit. manus impoſitionem in eo differre à baptiſmo quod iterari poteſt. dicetur cap. 4. K. [a] definit omnia ſacramenta à Chriſto inſtituta conc. Trid. ſeſſ. 7. de ſacr. ca. 1. & de hoc ẽt ſeſſ. 23. c. 4. Flor. cõc. Senonen. decr. morum. c. 38. Mogunt. c. 17. & cõis conſenſus eccleſiæ probat. Soto. d. 1. q. 5. ar. 4. Fab. papa. c. ex lit. de conſec. d. 3. Bellarm. 1. de ſacr. c. 23 fi de confirmatione, c. 2 & ſeq. Patres cit. & generaliter D. Tho. q 64. 2. Soto, d. 7 ar. 1. ait oppoſitum eſſe erroneum: quia Chriſtus nemini communicauit poteſtatem excellentiæ, qua inſtituit ſacramenta. Cypr. ſermo. de vnctione chriſm. ait hoc ſacramentũ diuinitus eſſe inſtitutum. [b] Fabian. papa. epi. 2.

habetur

habetur in d.cap ex litteris. ait, in cœna vbi Chriſtus eandem pro miſſionem Spiritus ſancti fecit, chriſma conficere docuit. ſicut præ deceſſores (noſtri à ſanctis Apoſtolis acceperunt, & nobis reliquerunt. & cit. infr. D E. Bellar. c. 8. citat concilia, præter Fabian.
a quia à quibuſdam negatur ea epiſt. eſſe authentica, ᶜ prius promiſerat paracletū Io. 14. & 15. cum uenerit paraclet. (quæ promiſſio non tantum Apoſtolis ſed toti eccleſiæ ſacta eſt, Matth. 28. vobiſcum ſum uſque ad conſum.) Io. 16. vado parare uobis locum. i. omnibus electis. Actor. 3. probat ex Ioel, effundam de ſpiritu ſup. omnem carnem. & Eſai. generalem promiſſionem: & addit baptizetur: & accipietis donum Spiritus ſancti: vobis enim repromiſſio facta eſt. quod donum ex ſolo baptiſmo non acceperant Samaritani Act. ca. 8. & alij c. 19. quouſque per Apoſtolos ſunt confirmati. Luc. 24. manete in ciuitate, donec induamini, Bellarm.
d c. 2 ᵈ Soto. artic. 1. D. Tho art. 3. & 1. 2. ad 3. & d 7. catech. Pij V. Caſtro. confirm. Ledeſ. q. 13. Bar. Ledeſ. tit de confir. diff 2. Angles. ar. 1. conc. 3. Hoſi. c. 38. Taper. artic. 12 Victor. §. 40. Caniſi. c. 4. Palac. q. 1. Bellar. c. 8. omnes probant ex Fabian. papa d. epiſt. 2. ad epiſcopos Orient. & epi. ad epiſcopos. Hiſpan. c. ex literis. de conſecr. diſt. 3. & ex Patribus
e ſtatim citand. ᵉ Fab. Cyprian. ſerm. de vnct. chriſm. Alcuin diui. offic. e. de feria. 5. in cœna. Amalar. lib. 1. de offic. eccleſ. ca. de eadem, fer. 5. Iſidor. Raban Ruper. Bellarm. c. 8. & 13. nec obſtat concil. Tolet. 1. ca. 20. & Martin. epiſcopus Brachar. in collect. can. Græcor. Caniſi. to. 2. concil. cap. omni tempore, de conſec. diſtin. 4. quia intelligitur, omni tempore. i. omni anno confici chriſma nouum, vt dicit ibi glo. At Ang. Sylue. Tabie. Arm. verbo. oleum. cum D. Thom. articu. 12. ad tertium. Soto. intelligunt. d. c. ex Martin. vt liceat omni tempore conſecrare chriſma. ſed oleum infirmorum prohibetur confici extra diem cœnæ. ca. quoniam. de ſent. excom.
f in 6. ᶠ cap. ſi quis de alio. conſ. d. 4. c. quoniam. de ſent. excom. 6.
g ibi glo. ver. dubium. & Summiſt. ſup. Nauar. c. 25. num. 75. ᵍ Soto. d. 7. art. 1. cum D. Tho. art. 1. ad 1. quia Chriſtus id ſacramentum inſtituit, non tam exhibendo per ſeipſum, quam promittendo viſibilem Spiritus ſancti plenitudinem, Ioan. 16. ſi non abiero Paracletus non ueniet: ſi abiero mittam eum ad vos. cap. 14. Paracletus quem mittet Pater in nomine meo. Addunt Soto, & Victor. §. 35. fin. ſubſtantiam huius ſacramenti fuiſſe inſtitutam in cœna (licet vſus & effectus illius fuerit poſt Aſcenſionem Chriſti) quia putant ante Reſurrectionem Chriſti inſtituta fuiſſe plene omnia ſacramenta quod fundamentum tenet Soto. diſt. 1. q. 1. ar. 1 ad 3. ar. 2. & lib. 2. inſt. q. 5. a. 4. idem de ſacram pœnitentiæ & poteſtate abſoluendi à peccatis: Soto. d. 20. q. 1. & 2. & d. 24. q. 1. ar. 4. & probabile putat. Io. 20. (vbi & Hug. Card) non fuiſſe datam nouam poteſtatem ordinis, ſed declaratam eam quæ in cœna fuerat conceſſa. idem Ledeſ. 2. p. q. 19. ar. 1. fin. con 4. Marſi. q. 12. a. 2. Taper. ar. 5. Armach. lib. 11. c. 14. & 15. Cano. relect. de ſacram. 1. par. Victor. de clauibus. §. 2. & 8. & videtur Sco. d. 19. ar. 3. d. 14. ar. 3. fauet Turre. lib. 1. ſumm. eccleſ. c. 95. ad 1. contra 6. con. idem aiunt quidam Recent. ſed iſtorum ſententia videtur contra concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. ait ſacramentum pœnitentiæ fuiſſe. Ioan. 20. poſt reſurrectionem præcipue inſtitutum. & ſeſſ. 6. c. 14. ſeſſ. 23. c. 1. & can. 4. id ait abſque illa limitatione præcipue & dicetur. lib. 2. de pœnitentia, c. 1.
h Bellar. lib. 1. de pœnitentia. c. 10. ʰ quod tamen ſignificat Scot. d.
i 7. q. 1. ⁱ conc. Flor. D. Tho. 2. 2. ad 1. ar. 4, ad 1. Bon. ar. 2. q. 2. Bellar. de confirm. c. 8. col. 4. princ. & Patres qui ſimiliter plenam ordinis epiſcopalis poteſtatem putant collatam cum aduentu SS. quos ſequitur Turria. lib. 6. in Clem. de conſt. Apoſt. c. 12. D. Thom. in id Io. 7. nondum erat ſpiritus datus, ſcilicet in hac plenitudine: quia Chriſtus nondum erat glorificatus. idem Patres ſignificant, qui aiunt ad tempus diſpenſatum, vt cum ſola manus impoſitione da
k retur. ᵏ Quidam dum Chriſtus Matth. 19 Marc. 10. Lucæ 18. paruulis manus impoſuit: putant inſtituiſſe confirmationem. conc. Senonen. decret. fidei. c. 10. Caniſ. tit. de confirm. in prin. Sonnius. c. 1. & ſeq. & olim Cou. 1. var. c. 10. in prin. ſed ſuſtulit in vlt. editio. nam reuera ibi tantum fuit ſignificata: ſicut vnctio infiuuata eſt Marc. 6. vt dicit Triden. ſeſſ. 14. cum enim nondum eſſent baptizati pueri, non erant capaces confirmationis: nec Chriſtus vlli exhibuit id ſacramentum, quo datur plenitudo Spiritus ſancti: quia Io. 7. nondum erat glorificatus, vbi D. Thom.
l ˡ D. Tho. art. 1. Soto. Ledeſ. Nau. num. 9. Hoſi. Sonni. Alan. 1. de ſacram. c. 41. & colligitur ex conc. Flor. & ca. Spiritus
m ſanctus cum ſeq. de conſ. d. 5. ᵐ dicetur. c. 4. §. 2. & ſup. de ſacramen. c. 6. §. 3. confirmatio confert maiorem gratiam quam baptiſmus.
n ⁿ D. Thom. art. 1. ad 3. art. 8. ad 4. q 65. 4. ad 3. Soto. art. 8. ad 4. Ledeſ. quæſt. 9. artic. 8. Victor §. 47. Albert. Tarant. Palac. q. 3. Scot. quæſt. 2. Paludan q. 1. num. 9. vbi D. Thom. q. 1. 1. 2. Alexan. 4. par. q. 25. memb. 2. Adrian. q de confirm. artic. 1. Aſten. tit. 7. articu. 2. Armil. & alij verb. confirm. Nauar. c. 22. num. 9. Taper. art. 12. Couar. 1. var. cap. 10. num. 5. inf. ca. 8. K nec conſuetudo eſt tanta vt in-
o ducat præceptum aut ſcandalum. nec id negat Syluest. ᵒ Melch. epiſt. cap. 2. de conſecr. d. 5. Couar. 1. varia. c. 10. num. 5. Sot. Ledeſ. art. 8. negant tunc ſolitum dari. At D. Thom. ar 8. ad 4. cum Hug. & d. 7. q. 3. 2. 2. Bon. art. 3. q. 1. ad arg. Richard. articu. 3. quæſtio. 2. Gabr. articu. 3. dub. 7. Palac. q. 3. Alexand. quæſt. 25. mem. 2. & 3. Petr. Sot. titu. de confirm. lect. 2. Palud. q. 4. colligitur ex cap. illud ſuperfluum. 95. d. Tab. confirm. §. 6. affirmant concedi morituris
p licet illis occaſio pugnæ ſubtrahatur. ᵖ D. Thom. art. 1. ad 3. art. 8. ad 4. Caie. verb. confirmat. ſignificant obligari ſub veniali. ſed probabilius uidetur non obligare ſecluſo ſcandalo. inf. lit. S. Sot. diſ. 7. ar. 8. ad 4. Alber. Tarant. Palac. quæſt. 3. Scot. q. 2. Palu. q. 1. num. 9. ibi D. Thom. q. 1. 1. 2. Alex. 4. par. quæſt. 25. m. 2. Aſten. lib. 4. ti. 7. ar. 2. Ledeſ. ar. 8. Nauar. num. 9. Adr. de confir. ar. 1. Armil. confirm. Cou. li. 1. un. 5. Victor. §. 47. At dum glo. c. ueniens. de tranſaction. glo. c. uir autem. de ſecund. nupt. negant confirmationem eſſe ſacramentum. Quidam pie exponunt, non eſſe ſacramentum neceſſarium ex præcepto. Nauar. num. 1. Ploue. de ſacram. in prin. Pauinus,
q 2. par. de viſit. q. 10. ᑫ Bellarm. 1. ſacram. c. 22. omnia ſacram. eſſe de præcepto, ſed non ſingulis. Alij eſſe præceptum eccleſ. in eo periculo. Alexan. quæſt. 25. memb. 2. Bonauen. artic. 3. quæſt. 2. Palud. quæſt. 1. num. 9. Richard. artic. 3. quæſtio. 1. Maior. Marſil. quæſt. 5. art. 4. Durand. quæſtio. 1. Syluest. confirm. Petr. Sot. titu. de confirmat lect. 2. Anton. 3. par. titu. 14. cap. 14. §. 5. Turrecrem. cap. 1. de conſecrat. diſtin. 5. ſignificat Turrian. annot. in Clemen. lib. 8. conſtit. Apoſtol. cap. 8. per cap. 1. cum ſequen. de conſecrat. diſtin. 5. & concil. Laodicenſ. cap. 8. dicit oportet Hoſi. cap. 38. Gabriel. quæſt. 1. in quo caſu loquitur Scot. quæſt. 2. D. Amalar. diuin. offic. cap. 27. Pamel. in Tertul. lib. de baptiſ. cap. 8. Richard. citat Hugon. lib. 2. par. 7. cap. 3. quem tamen explicat Diuus Tho. artic. 8. ad 4. propendet Tabien. §. 1. ad fin. Sylueſt. §. 3. fin. Vualdtom. 2. de ſacram. cap. 111 At ſi quod fuit præceptum iuris, eſt con
r ſuetudine abrogatum. ʳ in ſimuli vtitur hac ratione Cyprian. lib. 1. epiſt.

B. Fabian. antiquiſſ. Pont. & martyr epiſto. 2.) vbi Chriſtus repetiit
c promiſſioné Spiritus ſancti, ᶜ quo Apoſtoli erant confirmandi in die Pentecoſtes. Eadem nocte cœnæ
d docuit conficere ſacrum chriſma: ᵈ hinc enim Eccleſia morem ſeruat, ut ſingulis annis epiſcopus in die
e cœnæ chriſma conficiat, ᵉ & mittit eccleſiis ſuæ diœceſis. ſi auté morbo impeditus eſt, aut eccleſia uacat, defertur nouum Chriſma ab epiſcopo vicinæ eccleſiæ cōſecratum:
f & vetus iubetur igne conſumi. ᶠ

5 Quod ſi in die cœnæ fuit (vt quidam putant) inſtituta ſubſtantia ſacramenti: ſed tunc non fuit illius vſus, nec collatum eſt Apo-
g ſtolis. ᵍ Nec quando Ioan. 20. inſufflauit dicens, accipite Spiritum
h ſanctum. ʰ ſed poſtquam glorificatus aſcendit in cœlum, & miſit Spiritum ſanctum in ſigno viſibili, eo ſigno dedit hoc ſacramentum & ef
i fectum illius Apoſtolis. ⁱ cum uero Chriſtus ante paſſionem ſuam Matt. 19. paruulis manus impoſuit,
k non inſtituit: ᵏ ſed deſignauit futuram huius ſacramenti inſtitutioné.
l 6 Definitur: ˡ Confirmatio eſt ſacramétum quo baptizatus, in fronte ab epiſcopo inungitur chriſmate, ſub præſcripta verborum forma. Ex effectibus. mox explican-
m dis conſtat dignitas ᵐ & vtilitas cō firmationis. de huius receptione non conſtat ex ſcriptura, aut traditione, eſſe præceptum diuinum,
n etiam in mortis articulo, ⁿ (in quo tamen concedi non ſolet, ut ait B. Melchiad. PP. cum tamen expe-
o diret dari ad augmentum gratiæ. ᵒ Ex Chriſti enim inſtitutione non colligitur eſſe ſalutis neceſſariam, tanquam medium per ſe ordinatū in remedium peccati: nec tanquam ſinem ſacramentorum, vt eſt euchariſtia. (nam in ſolis tribus baptiſmo, pœnitentia, & euchariſtia explicuit Chriſtus præceptum, ſup. lib. de ſacram. cap. 4.) ſed nec in iure re-
p periuntur verba, ᵖ quæ indicēt præceptum eſſe eccleſiaſticū ſub mort. Quidam Doct. opinantur obligare vrgente neceſſitate proteſtandi fi-
q dem coram tyranno. ᑫ & ideo à Patribus vocari complementum baptiſmi, vt dictum eſt. & contra rationé videri, ſine armis ad pugnam
r accedere. ʳ At ſubſunt alia arma Epheſ. 6. vt orationis, confeſſionis & communionis: quibus miles ſa-

tis munitur ad luctam. Ergo ſeclu
ſo contemptu, nullum per ſe eſt pec
catum omittere confirmationem.
Nec vero epiſcopi, & prædicatores
inducunt timoratos, tanquam ſub
præcepto teneantur confirmari.

7 Tenetur tamen epiſcopus op-
portunis temporibus offerre & mi
niſtrare omnibus petentibus ſacra-
ſ mentum hoc, ſ ſicut & ordinis.
Peccat tamen mort. qui confirma-
tionem, vel extremam vnctionem,
quę in ſingulorum vtilitatem inſti-
t tuitur, t contemnit ſuperba volun-
tate, cum decenter deberet recipe-
u re: u putà repugnans id ſacramen.
eſſe indignum cui iſte ſe ſubiiciat,
quaſi ſolis pueris aut vilibus homi-
nibus aptum ſit. Nec eſt tanta ra-
tio de ſacram. matrimonii & ordi-
nis, quæ ſunt propter bonum com-
mune: nam coniugatus non erat,
nec contemnit ordinem ſacrum, ſi
intellectu, & affectu ſentiat ſibi nõ
eſſe decentem, nec vtilem: quia nec
debet, nec poteſt recipere: & multo
minus ſacerdotem decet ſacramen-
tum matrimonii. Vix autem cum
peccato mort. contemneret homo
ſacram. ordinis, vel matrimonii in
x ſeipſo, ſine errore intellectus. x

CAPVT II.
De materia & forma.

§.1. Chriſma requirit balſamum.

2 *Et benedictionem epiſcopi, nec con-
commitis ſacerdotis.*

3 *Vnctio in forma crucis in fronte eſt
materia proxima.*

4 *& 5. Forma variatur accidentali-
ter.*

a COngrua ſimilitudine ſigni a
Chriſtus inſtituit materiã con-
firmationis eſſe chriſma cõfectum
b non ſolũ ex oleo b oliuarum, c ſed
c mixto cum balſamo d aliquo odo-
d rifero, ſaltem adulterino, e vt In-
e dico. quod non tantum eſt de præ-
f cepto diuino, & integritate, f ſed
g ex vſu Apoſtolorum & Eccleſiæ, g
h ac Patrum doctrina, h videtur ex
Chriſti voluntate inſtitutum tan-
i quam de neceſſitate ſacramenti. i
k licet quidam ſine cauſa id negent. k
Quod ſi quis ex ignorantia confir-
matus eſſet ſolo oleo, non eſt itera-
l tio, l rurſus chriſmate confirmari:
m vt abſque conditione m ſunt confir
mandi repetita verborum forma.
Ritus tamen qui ad ſolennitatem
pertinent, non eſſent tunc iteran-
n di. n

2 Similiter de ſacramenti neceſ-
ſitate iure diuino eſt, vt hæc ma-
teria ſit benedictione aliqua con-
o ſecrata o (ut probat uſus eccleſiæ
cum traditione Pontif. & Patrum
tam Græcorum quam Latinorum:
idque paſſim in conciliis totius or-
bis definitur) cum ſit materia ex-

ſ epiſt. 2. alias 54. ſ ſupra lib. de ſacramen. cap. 4. §. 4. colligitur Eze chiel. 3. 33. 34. ſic Petrus paſtor Ioan. 21. interrogatur de caritate. Syluestr. confirm. §. 1. Tabie. §. 1. Angel. §. 1. Adrian. de confeſſ. q. 5. dub. 8. ad 1. Sot. d. 1. quæſt. 5. art. 6. col. 11. propoſi. 4. Generaliter de ſacramentis, & diſtin. 18. q. 4. a. cum Adrian. de miniſtranda confeſſione etiam extra tempus præcepti. Nauar. c. 25. nu. 131. facit. ca. 21. num. 57. cap. 22. nu. me. 16. c. 24. nu. 13. cap. 26. num. 4. fin. & in cap. placuit. de pœnitentia. diſt. 6. num. 156. ſimiliter Victor. §. 145. ſi tenetur parochus mi niſtrare matrimonium, & epiſcopus etiam ordines propter bonum cõmune eccleſiæ, quamuis ſubditi non teneantur ad hæc ſacramenta. quare falſo excuſat parochos & epiſcopos negligentes. Richard. diſtin. 18. Medin. C. de cõfeſſ. quæſt. 51. 99. Sylu. confeſſor. 1. num. 14. Armil.
t abſolutio. §. 27. t ſupra de ſacram. cap. 4. Ledeſ. q. 31. art. 9. fin. ait difficile eſſe explicare, quãdo ſit contẽptus in uoluntate. vt ſuperbus Lucifer peccauit cũ contemptu donorũ Dei, quaſi ea non accepiſſet gratis à Deo: ita ſi quis ſacramentum confirmationis reputet indignum ſe, quaſi tantum pueris & ignobilibus ſit aptum, hæc inæſtimatio aut irriſio ironica, eſt peccatum mort. ſic ſchiſmaticus eſt qui ita ſe ſub-
u trahit ab obedientia Papæ, quaſi non recognoſcat eſſe caput. u at ſponte omittens non contemnit Nauar. nume. 9. contra Paludan. diſtin. 7. quæſt. 1. quamuis non moueatur ex negligentia, ita, vel
x alia paſſione, ſed quia ſponte non vult. x vt raro datur ſchiſma ſine errore intellectus. D. Tho. 2. 2. q. 39.

CAPVT II.

a CAniſi. a ca. 4. Pius V. catech. D. Thom. art. 2. Sot. Ledeſ. Cypr. epiſt. 70. ſer. de vnctione chriſm. Orig. ho. 9. Leuit. Cyril. catech. 3. Theodoret. in cant. 1. & alludit Tertul. de reſurrect. carn. &
b lib. de bapt. Bellar. c. 8. b de fide, conueniunt omnes, & Patres interdum ſolius olei mentionem faciunt, Dionyſ. c. 2. p. 2. ad fin. Iuſtin. q. 137. ad Gent. Cyril. catech. 2. & 3. de qua videtur loqui Baſil. de S. ſancto. ca. 27 Auguſt. 5. de bapt. c. 20. ſer. 106. de tempore. Proſper. ſententia. 342. Innoc. I. epiſt. 1. ca. 3. Innoc. III. c. vnica. de ſacra vnct. Bellar. c. 8. & in general. conc. Floren. Brachar. 2. can. 4. ſignificat Trid. de confirm. can. 2. & patet ex forma huius ſacramen
c ti. c D. Thom. ar. 2. ad 1. Sot. Ledeſ. Palac. q. 2. Nauar. num. 8. & in
d hoc omnes conſentiunt, ſicut & in extrema unctione. d cuius mentionem facit Dionyſ. c. 4. ſignificat conc. Flor. Trid. can. 2. glo. recepta quam ſequuntur Innocen. IIII. & Hoſtien. c. 1. de ſacramentis non iterand. & dicit communem Paludan. q. 1. Scot. q. 1. Dur. q. 3. Adria. q. 1. D. Tho. ar. 2. ad 4. Palac. q. 2. Soto. Ledeſ. Bario. Ledeſ. diffic. 3. Theſaurus ſacerdot. 1. p. titu. de confirm. fol. 19 Ferrar. 4. cont. gent. ca. 60. Syluc. confirm. §. 1. Hoſi. lib. 2. contra Bren. cum
e Chryſ. hom. 5. imperfect. e ſic Pius IIII conceſſit epiſco. Indiarum conficere chriſma cum quodam balſamo illius regionis, vbi non reperitur Syriacum. & fatentur Soto. Ledeſ. & alij. & Paulus III. ſimiliter diſpenſauit, ait Bellar. c. 9. col. 7. Nau. conſil. in c.
f vnt. de ſacra vnct. f ſic tantum eſſe de præcepto, & integritate materiæ tenet Nauar. num. 8. & in conſil. Caieta. ar. 2. ad 4. vbi Soto. Ledeſ. q. 13. Victor. §. 41. Hoſi. c. 38. Angles. art. 2. con. 2. Bar. Ledeſ. Cardin. are cœli. ca. 19. & dicunt communem canoniſt. Couar. 1. var. c. 10. num. 4. & probat ex. c. 1. de ſacram. non iterand. quod probabile dicunt Cano. & F. Ambr. Soto, ait eſſe ex Chriſti inſtitutione, & in uſu Apoſtolorum: ſed negat eſſe de neceſſitate ſacramenti. vt in eucharistia mixtio aquæ cum uino eſt ea inſtitutione, & præcepto Chriſti: ſatisfactio immuncta eſt de integritate ſacramenti pœnitentię, ſed neutrum eſt de neceſſitate ſacramenti. aliàs non diſpenſaret Pontifex vt liceat in balſamo adulterino. Quare concil. Flor. diuerſimode loquitur de oleo, & de miſtione
g balſami. g h citati.
h B. & ita vulgata eccleſiæ uoce uocatur chriſma, vt includit balſamum. ſic uocat Tertullia. Cyprian. Proſper. ſup. Aug. ſerm. 206. de tempore. Inno. I. & III. ca. literis. de conſecr. d. 3. Vuald. ca. 113. & de fragãtia propter mixtionem balſami. Dionyſ. ca. 2. par. 3. ad fi. & de confectione chriſm. ca. 4. §. 3. & Fabian. papa. epi. 2. Gregor. cantic. 1. in vineis Engaddi D. Tho. art. 2. ad 4. dat rationem, ut odore ſignificet plenitudinem gratiæ, quæ in alios redundet. erat autem in Palæſtina frequens balſamus in vineis, Genebrar. Chro. p. 56. ex Ioſeph 8. antiq. cap. 3. refert Reginam Saba plantam balſami attuliſſe Salomoni, quam ipſe plantauit in agro Ierico, & eã poſtea ſola Iudæa aluit. Plin. lib. 12. ca. 25. hodie ſola Ægyptus alit. Bellarm. cap. 8. prop. 2. Caniſi. cap. 3. Pius V. Hieron. Dialog. contra Lucifer. Cypr. ſer. de vnct. chriſm. & epi. 70. Baſil. de Spiritu ſancto. ca. 27. Auguſt. in Pſal. 78. Bed. lib. 6. in Luc ca. 6. Theophyl. Luc. 22. Nazian. apologet. Ambro. de his qui myſte. init. c. 6. Torren. lib. 3. confeſſ. cap. 5. Cornel. apud Euſeb. 6. hiſt. c. 35. Theodor.
i lib. 3. de hæret. fabul. in Nouato. i hæc eſt ſententia omnino ſequẽda in praxi vt certa: quia colligitur ex traditione Patrum, & con-
k cil. & uſu eccleſiæ præter paucos autores ſup. cit. k citati lit. F. Quidam Recentes dicunt oppoſitum probabile, ſi Papa in caſu neceſſitatis diſpenſet in eo iure diuino: ſicut diſpenſat quod ſacerdos ſit miniſter confirmationis, aut ut celebret in pane tantum.
l l ſic Turrecrem. c. literis. de conſecrat. diſtin. 3. dicens, ſi defuit balſamum, non eſſe iterandam confirmationẽ, ſed ſupplendum quod defuit. explicat primo, quia non dicitur iterari quando prius factum fuit irritum: non tamen negat quin denuo ſit conferendum ſacramentum. idem Paludan. Durand. Adrian. II. Recent. Innocen. IIII. & Hoſtien ca. 1. de ſacramen. non iteran. quod quia prior vnctio fuerat publice facta, netat iterari publice propter ſcandalum: ſed tamen ſupplendum eſt caute. i. in occulto eſt denuo con
m ſecranda vnctio cum mixtione balſami. m quia hæc ſententia eſt certa in praxi, ea Innocen. III. cap. paſtoralis. de ſacram. non iter.
n Bellarm. c. 8. col. 3. n vt quando baptiſmus publice datus non fuit verus ſed præſumptus, & iteratur: non ſunt iterandi ritus iam fa-
o cti. o eſt certa omnium ſententia Tertul. Cypria. Baſil. Auguſt. Bellarm. cap. 8. propoſit. 3. Dionyſ. c. 4. Innocen. III. cap. cum veniſſet. de ſacra vnctione. Quare concil. Laodicen. cano. 48. vocat ſacratiſſimum chriſma. Theophilus epiſcopus Antioch. epiſto. ad Autolycum tom. 5. biblio. ſanct. vocat diuinum oleum. Optatus, lib. 2. ſacroſanctum chriſma. Dionyſ. dicit ſe ab Apoſtolis didiciſſe eam conſecrationem. Fabian. dicit haberi ex traditione

p terior permanens, [p] qua Chriſtus
q nunquam vſus eſt. [q] Hanc præ-
uiam conditionem voluit Chriſtus
eſſe in materia neceſſariam, licet
benedictio nihil phyſicum materię
imprimat: tribuit tamen vim in-
r choatam, [r] vt cum forma concur-
rat ad productionem excellentis
ſ gratiæ. Quidam [ſ] contra receptum
eccleſiæ vſum contendunt poſſe Pa
pam huiuſmodi conſecrationē ma-
teriæ committere ſacerdoti, quia
forma conſecrandi chriſma, & alia
ſacramentalia commiſſa fuit diſpo-
t ſitione eccleſiæ. [t] at conſuetudo
eccleſiæ probat id benedicere eſ-
ſe proprium ordinis epiſcopalis:
& concilia definiunt presbyteris
omnino prohiberi diuina autori-
u tate. [u]
3 Vnctio cum chriſmate eſt ma-
x teria proxima, [x] vt ablutio in bap-
tiſmo (nam Græcè chriſma ſigni-
y ficat vnctionem [y]) nec ſic vnctus
deberet ablui propter reuerentiam
chriſmatis, ſed ſiccari vitta impo-
z ſita. [z] hæc vnctio ſimilitudine ſua
deſignat athletam Chriſti vngi, vt
ſtrenue pugnans vincat in certami
a ne. [a] De neceſſitate etiam ſacra-
menti huius ſolius eſt ut formam
b crucis, [b] fieri vnctionem in fron-
c te, [c] nil aliud pertinet ad eſſentiam
& neceſſitatem huius ſacramen-
ti ex parte materiæ, vel ſubiecti.
olim hæc vnctio extendebatur ad
d alios corporis ſenſus. [d] quod iam
diu ceſſauit.
e 4 Formam vnam [e] eandemque in
ſenſu ex traditione eccleſiæ conſtat
f à Chriſto, immediate inſtitutam, [f]
qui ſolus per poteſtatem excellen-
tiæ inſtituit eſſentiam ſacramento-
g rum. [g] Sed apoſtoli promulgarunt
& hoc, & ſacramentum extremæ
vnctionis. quamuis in eodem ſen-
ſu ſummus Pontifex, & alii patres
vtantur aliis uerbis, pro forma, vt
b Ambroſ. & Amalar. [h] ſed con-
uenienter dicitur per hæc verba,
conſigno te ſigno crucis, & con-
firmo te chriſmate ſalutis in nomi-
ne Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,
quæ ſunt tota eſſentia formæ, vbi
expreſſa inuocatio Trinitatis ſub
propriis nominibus relatiuis eſt nō
i minus de neceſſitate formę, [i] quam
in baptiſmo: quia confirmatio di-
citur à Patribus complementum
quoddam baptiſmi, vt c. 1. dictum
eſt: & cōfirmatur ad profitendum
primum & præcipuum myſterium

Apoſtolorum. idem Innocent. I. Cyril. catech. 3. conc. Roma. ſub
Syluest. can. 5. Nicen. ex Arab. cano 69. Toleta. 1. can. 20. Hiſpalen.
2. cano. 7. Brachar. 2. cano. 37. Vuormat. cano. 2. & 8. Carthagin. 2.
cano. 3. Carthag. 3. can. 36. Carthag. 4. cano. 30. Florent. Damaſc.
epiſt. 4. Innocen. I. epiſto. 1. ca. 3. Leo. I. epiſt. 88. Gelaſ. I. epiſto. 1.
Innocen. III. epi-
ſtol. vnic. Gregor. I.
in cantic. 1. Diuus
Thomas. articu. 2.
Palac. quæſt. 4. Sot.
Ledeſ. & oēs Theo
log. quare temere
Paludan. quæſt. 4.
artic. 3. ad primum,
nume. 34. Capreol.
quæſt. 2. dicunt be-
nedictionem non eſ
ſe de neceſſitate, cū
nihil reale impri-
mat materiæ: ſed
eſſe ex inſtitutione
eccleſiæ, quæ id poſ
p ſet tollere. [p] At in
confeſſione, vbi nō
eſt materia extrin-
ſeca non tam pro-
prie reperitur ſan-
ctificatio materię à
miniſtro eccleſiæ:
ſed ſanctificatur per
contritionem. & in
matrimonio quodā
modo ſanctificatur
cum honeſta qua-
q dam traditione. [q]
Hæc eſt ratio Di-
ui Thomæ, artic.
2. quam congruen-
tiam bene defendūt
Paludan. Capreol.
Caietan. Soto. Le-
deſ. licet illam impugnat Durand. & affert aliam bonam cōgruen
tiam quam tamen impugnēt Paludan. & alij. aqua uero baptiſmi,
& materia euchariſtiæ quibus Chriſtus uſus eſt, non egent bene-
dictione: & tamen decenter eccleſia benedicit aquam ſup. de ba-
r ptiſmo. cap. 6 §. 4. [r] Trident. ſeſſ 7 de confirmatio. can. 2. Cyril. ca
tech 3. & fauent alii quos citat Bellarmin. cap. 8. quare ſimplex ſa
cerdos ex commiſſione Papæ vtens tali chriſmate habente vim,
confirmat & dat gratiam. At vt non eſt ſacramentum niſi in fieri:
ita chriſma non habet habitualem vim (qualem habet ſacerdo-
tis character quo actiue abſoluit & conſecrat) niſi vt aqua depu-
tata à Chriſto habet vim regeneratiuam, dum aſſumitur in ablu-
ſ tione baptiſmi. ſupra de ſacramen. cap. 18. [ſ] Scot. quæſt. 1. Palud.
quæſtio. 4. Victor. §. 42. propendet Soto. artic. 3. fin licet dubius ſen
tit Capreol. quæſt. 2. Palac. quæſt. 4. Ledeſ. quæſt. 13. artic. 3. quia
dicit decreta prohibent hunc actum ſacerdoti, ſed non irritant.
imò cum Caiet. articu. 3. ſimpliciter ait id poſſe ſacerdotem: quia
conficere chriſma eſt quid ſacramentale: ſicut poteſt conſecrare
euchariſtiam, quod maius eſt & citant concil. Carthag. 3. cap. 36.
Brachar. 2 capite 37. Vuormat. cap. 2. addit. Caietan. ſi ſacerdos
abſque commiſſione Papæ conſecret Chriſma. valet, propendet
Soto dicens, Chriſtus commiſit eccleſiæ vt ab hoc vel ab illo mi-
t niſtro ſit conſecratum. [t] ſic eccleſia priuare poteſt epiſcopum ne
conſecret ſacramentalia quæ ſunt de inſtitutione eccleſiæ, vt di-
u cetur. [u] concil. Toletan. 8. cap. 7. dicit diuina autoritate prohibi-
tum ſacerdotibus. idem Cyprianus ſer. de vnctio. chriſm. Pius V.
colligitur ex Dionyſ. cap. 4. facit Tolet. 1. cap. 20. Carthag. 2. cap. 3.
& 4. capit. ſi iubet. 26. quæſt. 2. Florent. Innocen. I. cap. presbyte-
ris. de conſecrat. diſtin. 4. cap. 1. de ſacra vnctione. conc. Colonien.
ſatis probat mos eccleſiæ, quia nunquam commiſſum eſt ſimplici
ſacerdoti. Bellarm. de confirmatione. c. 8. col. 5. conc. Rom. ſub Syl-
ueſt. Act. 1. can. 5. D. Tho. diſtin. 7. q. 1. 2. 3. communis antiq. Theo
x log. [x] eſt de fide: vt vnctio in extrema vnctione eſt de eſſentia ſa-
cramenti, ut patet ex uſu eccleſiæ. ſic uocant Pontifices & Pa-
tres. Tertullian. de reſurrect. carn. capit. 8. Cyprian. lib primo, epi
ſto. 12. alias 70. & ſermo. de vnctio. chriſmat. Baſil. ſupra Auguſt.
tracta. 118. in Ioan. Bellarmin. lib. 3. de Roman. Pontiſ. cap. 11. de
y confirmatione. cap. 8. [y] ſic uocant concil. & Patres chriſma, ideſt
z vnctionem. Auguſtinus. ſermo. 47. de uerbis Domini. [z] Diuus
Thomas, diſtinctio. ſeptima, quæſtio. vltima, articu. vlt. Tabien.
§. 3. Sylueſtr. §. 5. Paludan. quæſtio. 3. articu. primo, addit Hu-
go. lib. ſecundo par. 7. cap. 6. Tertul. de baptiſ. quod olim per ſe-
ptem dies ferebat vittam. at nunc ſatis eſt ferre donec ſiccetur
chriſma. Sylue. §. 5. & bene Palud. vt Tertul. & Hugo. loquuntur
de vnctione verticis quæ fit poſt baptiſmum Bellarm. de baptiſ.
a cap. 13. [a] Dionyſ. cap. 4. Bellarm. de baptiſ. cap. 9. col. 2. cum Chry
ſoſto. Ambroſ Au-
b guſtin. & aliis, [b] Di-
uus Thomas artic.
4. ad tertium. ideo
dicitur conſignatio
ſeu ſignaculū. Cor
nel. apud Euſeb. 6.
hiſto. cap. 33. Greg.
lib. 3. epiſt. 9. Sylu.
papa habetur in E-
dicto Conſtantini.
to. 1. conc. Tertul.
de corona milit. Cy
ril. catech. 4. & 13.
Baſil. de S. ſancto. c.
27. Chryſoſt. hom.
55. Matth. omnia ſa-
cramen. perfici ſi-
gno crucis. & libro
quod Chriſtus ſit
Deus. Bellarm. lib.
2. de imag. Sancto.
c. 29. ſed ſpirituali-
ter in confirmatio-
ne eſt de neceſſita-
te ſacram. Soto. ar-
ticu. 4. Victor. §. 46.
& vterque Ledeſ.
Duran quæſt. 2. nu.
9. Gabr. articu. 1. &
ſignificat Scot. quæ
ſtio. 1. colligitur ex
forma, & conc. Flo
rent. Dionyſ. cap. 2.
p[illegible] ...in. Steph. ca.
nunquid de conſe-
cratio. diſtinct. 3. Auguſt. ſermo. 181. tracta. 118. in Ioan. Ambroſ.
c 6. ſacram. cap. 2. Bellarm. de confirmatio. cap. 8. prop. 4. cap. 13. [c]
Bellarmin. cap. 8. prop. 4. ex. Pontiſ. Damaſc. Innocent. I. Leo.
Ioan. 3. Gregor. 1. conc. Hiſpalen. 2. cano. 7. Florent. Tertullia. de
præſcript. Cyril. catech. 3. Pruden. in Pſychomachia Auguſtin.
Pſalm. 141. Ambroſ de iis qui myſt. init. cap. 7. Petrus Damian.
Diuus Thom. diſtinct. 7. quæſtio. 3. articu. 3. quod uero Ambroſ.
cap. 6. dixit vngi caput, loquitur de vnctione quæ fit poſt baptiſ-
d mum. Bellarmin. cap. 9. fin. [d] Cyril. catech. 3. Bellarmin. capit. 9.
e fin. [e] quia confirmatio eſt una ex forma, ut unum baptiſmus. col
ligitur ex concilio Florent. & uſu eccleſiæ. cap. ad abolendam, de
f hæret. [f] Diuus Thom. articu. 4. Ledeſ. Victor. §. 4. Soto. articu. 3.
Aſtenſ. articu. quarto. Hoſi. capit. 38. Caniſi. capit. quarto. Alan.
Sonnius. Taper. articu. 12. Bartol. Ledeſm. difficul. 4. Tabien. §. 3.
cap. presbyteris. cap. Spiritus ſanctus, cum ſequent. de conſecratio.
diſtin. 5. cap. 1. de ſacramen. non iteran. cap. vnic. de ſacra unctio.
Innocen. I. epiſto. 1. cap. 3. dicit, uerba dicere non poſſum, ne pro
g dere uidear. [g] Diuus Thom. quæſtio. 64. 2. ſupra de ſacramen. ca-
h pit. 3. Soto. diſtinct. 1. quæſtio. 5. articu. 2. [h] Sylueſt. PP. (tom. 1.
concil. in Edicto Conſtant. & refert Platin. & Illeſcas.) his uerbis
vſus eſt, ſignet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine P. F. SS. in con
ſignationem fidei. At hi non referunt totam formam, ſed hiſto-
riam. Alcuin. diuin. offic. capit. de Sabbatho ſancto, ait, Papa
dicit orationem qua petit, vt Deus det ſeptiformem ſpiritum, &
illos conſignet ſigno Chriſti in vitam æternam. deinde facta cum
pollice cruce in frontibus eorum, quos confirmat, dicit: in nomi-
ne P. & F. SS. pax tibi. idem refert Durand. lib. 1. rationalis cap. 84.
Amalar. de eccleſ. offic. cap. 27. & Ambroſi. 2. ſacram. c. vlti. dicunt,
poſt orationem per modum deprecationis epiſcopus confirmat:
quia Act. 8. orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum.
& quidam aiunt ſatis eſſe eam formam per modum deprecationis,
quæ indicet effectum dari à Deo: quaſi homo confirmans non
dicatur dare Spiritum ſanctum, quia vt ait D. Thom. 1. part. q. 43.
art. 8. cum Auguſt. homo non dat Spiritum ſanctum. At plus re-
i quiritur, vt ſtatim dicetur [i] Pontifical. Roman. concil. Florent.
Diuus Thomas, artic. 4. Soto. Ledeſm. Victor. §. 43. Nauar. cap. 22.
num. 8. Hoſi. cap. 38. Caniſi. ca. 3. Pius V. conc. Colonien. & colli-
gitur ex Ambr. de iis qui myſteriis init. capit. 7 & lib. 1. de Spiritu
ſancto. capit. 6. ad ordo Rom. in officio Sabbathi ſancti dicit ſic
epiſcopus orat, ſigna eos domine ſigno crucis deinde tāgens pol-
lice

fidei de Trinitate. recte vocatur ab effectu chriſma ſaluns: licet hæretici irrideant.

5 Sans videtur, ut in baptiſmo Græcorum, pro forma: confirmetur ſeruus Chriſti: uel, confirmet te Deus: &c. vt colligitur 2. Co-
k rinth. 1. [k] dubia eſſet forma, confirmo te in nomine Patris, &c. quæ habetur in antiquiſſimo Ordine
l Rom. [l] ſed B. Ambroſ. & Amalar. ſup. qui exprimunt longiorem tantum deprecanonem: prudenter occultant formam. ut olim propter vitandam infidelium irriſionem Beatus Dionyſius, & Innocentius I.
m ſcribunt eſſe formas occultandas. [m]

6 Exprimitur de neceſſitate formæ actus miniſtri, & perſona, quæ confirmatur, dum dicitur conſigno
n te. [n] vt in baptiſmo dictum eſt requiri. duplicatur verbum cōſigno, & confirmo, quod pertinet ad ſub-
o ſtantiam, [o] & diuerſa ſignificant: nempe cōſigno ſigno crucis (quod eſt de neceſſitate ſacramenti) & cōfirmo, ſignificat vnctionem chriſmatis, & effectum. In voce ſalutis, & ſequentibus, quæ non tantum ſunt de præcepto, ſed videntur
p de neceſſitate formæ, [p] ſatis inclu-
q ditur id, quod quidam addunt. [q] vt repleaтis Spiritu ſancto, & habeas vitam æternam.

7 Si fiat mutano quæ non variat
r ſenſum, nihil nocet: [r] vt corroboro te, & confirmo vnguento vel
ſ oleo ſanctificationis. [ſ] cauenda tamen eſt ea verborum mutatio, additio, aut tranſpoſitio, quæ ſenſum mutat.

CAPVT III.

Ritus circa confirmationem, & in confectione chriſmatis.

§. 1. *Epiſcopus ſalutat S. chriſma. frons ligatur vitta.*

2 *Induuntur albis, tempus, alapa, cereus.*

3 *Suſceptor.*

4 *Contrahitur cognatio.*

Ritus pii, quamuis eſſentiales non ſint, ſed ad ornatum, &
a ſolennitatem ſeruandi ſunt [a] in confectione ſacri vnguenti, in qua tamen aliqua benedictio epiſcopi, cum quibuſdam orationibus eſt de neceſſitate materiæ: ſicut & mixtio balſami cum oleo, ſupra capit. 2. §. 2. epiſcopus ſalutat ſanctum chriſ-
b ma, [b] vt ſalutamus ſanctam crucē,
c quæ inanimata eſt. [c] adeſſe debet ſuſceptor. deinde recitātur variæ preces cum manus impoſitione ſuper caput. 3. frons ligatur vitta, & ſiccatur vnctio, ac poſtea abluitur. alicubi mos eſt geſtare vittam per tres aut 7. dies, vt cap. 2. §. 3. dictum eſt. 4. olim à ieiunis ſumebatur confir-
d matio. [d]

2 Olim poſt baptiſmum veſte alba indutum deferebant ad Ponti-
e ficem, ut ſtatim confirmaret. [e] & tempus idem erat in duplici Pa-
f ſcha, [f] in quo confirmatio, & baptiſmus ſolēnis conferebatur. nunc hæc non ſunt in vſu. impingitur alapa in ſignum roboris, & patien-
g tiæ cōtra iniurias, offertur cereus: [g] quæ tamen ſi omittantur, non eſſet
h peccatum. [h]

3 Suſceptor tanquam pædago-
i gus, [i] iis qui habentur quaſi modo
k geniti, debet eſſe unus. [k] & diuerſus à ſuſceptore baptiſmi, niſi ne-
l ceſſitas vrgeat, [l] & eſt de præcepto
m Eccleſiæ, non tam, vt inſtruat, [m] quàm propter ſignificationem propriam. quod ſi ſuſceptor confirma-
n tus nō eſſet, non eſt admittendus: [n] & non contraheret ſpiritualem co-
o gnationem [o] cum puero, aut pueri parentibus.

4 Hæc cognatio ſimiliter contracta eſt ad filiationem, paternitatem, & compaternitatem, ſicut in baptiſ

lice frontem dicit, ego te confirmo in nomine Patris, &c. imò Alcuin. refert Papam pauciora verba dicere. alij dicunt confirmo te chriſmate ſanctificationis. vnde falſo Angel. confirmat. §. 9. negat probari formam. Bellarm. de confirmatio. non eſt mirādum,
k ſi Patres multis de cauſis, in hoc non exprimant integram formā. [k] in id 2. Corinth. 1. Theodoret. & Anſelmos, & ex eo loco probat Ambroſius de his qui myſterijs init. capit. 7. Bellarm cap. 8. qui confirmat, vnxit, ſignauit, & dedit pignus ſpiritus. vbi cō firmat, denotat formam: vnxit, materiam: ſignauit effectū characteris: dedit pignus ſpiritus, denotat effectū caritatis, qua datur Spiritus ſanctus iuſto, Roman. 5. caritas Dei diffuſa eſt &c. 1. Ioan. 2. & vos vnctionē quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. in quem locum Aug. in tract. 3. Cyrillus catech. 3. Bellarm. capite 8. probat cōfirmationem. ſic olim Exod. 30. ſacerdotes, & tabernaculum vngebantur oleo, cum mixtione ſtactis, & balſami. quod fuiſſe figuram noſtri chriſmatis, ait Cyprian. ſermo. de vnctio. chriſmat. Petrus Damianus. ſermo. 1. dedicat. & huc alludit Dionyſius, capit 4. eccleſ. hierar. dicens, ſumptum à Iudæis, nēpe in figura. Tertullian. lib. de baptiſm. ait chriſma ſumptū ex veteri diſciplina. Bellarm. cap. 8. D. Thom. d. 7. quæſt. 1. art. 1. quæſt. 1. ad 3. Berg. in concord. §. 382. & tamen nullum ſacramentum vet leg. Reſpondet confirmationi, quia Heb. 7. nihil ad perfectum adduxit lex. D. Thom. quæſt. 65. 1. ad 4. quæſt. 72. 1. ad 2. & 2. 2. quæſt. 102. 5. ad 3. Soto, diſtinct. 1. quæſt. 6. 1. ad quartum.
l Led. quæſt. 6. art. 1. & quidam Doctores. 4. diſtinct. 2. [l] Bellarm. cap. 10. putat eam formam ſufficere. ſed ſane dubia videtur: quia
m in ea non explicatur materia vnctionis. [m] Bellarm. cap. 10. cum Dionyſ. cap. vlt. eccleſ. hierar. Innocent. I. epiſto. 1. cap. 3. ſic. Magiſt. diſtinct. 7. tacuit dicens formam eſſe verba, quibus epiſcopi
n vbique vtuntur. [n] communis Doctor. lib. de ſacrament. cap. 8. retinetur in Eccleſia Romana, cuius rei quia neſcitur principium habuiſſe ab vllo Concil. aut Pontific. conſtat eſſe à Chriſto per
o traditionem Apoſtolorum: ex regula Auguſt. 4. de bapt. cap. 24. [o] communis. D. Thomas, artic. 4. Sot. Ledeſm. Alexand. quæſt. 24. mem. 2. artic. 2. §. 2. Paludan. quæſt. 1. num. 24. Scot. princ. Gabr. artic. 1. ad med. Bonauent. art. 1. quæſt. 1. ad vlt. Richard. art. 1. quæſt. ſecunda, & ſignificat Ambroſ. de his qui myſter. init. cap. 7. & vtrumque verbum ponit Concil. Florent. & Pontificale no-
p uum. [p] eſſe de neceſſitate formæ, ut ſenſus his verbis fiat expreſſior, habet vſus Eccleſiæ Conc. Florent. D. Thom. & Doct. cit. Gabriel. refert quoſdam pro voce ſalutis dicere ſanctificationis.
q Gerſon. ſic ait: firmo te ſigno crucis, & chriſmate ſalutis. [q] Ho-
r ſius capitulo 38. [r] dictum eſt libro de ſacrament. capit. 8. Diuus Thomas, quæſtione 60. artic. 7. & 8. Soto, diſtinctione prima,
ſ quæſtione prima, artic. 7. & 8. [ſ] Soto, & ſic vocant quidam ex Patribus citat. §. 3. C.

CAP. III.

a Trident. [a] ſeſſ. 7. de ſacramēt. cano. 14. D. eſt de ſacrament. cap. 11. Caniſi. capitulo 5. Pius V. in Catech. D. Thomas, art. 12. Soto, Ledeſ. q. 13. Vualdenſ. tom. 3. de ſacramental. titn. 6. cap. 56. Ploue. 2. p. de ſacrament. cap. 2. Sūmiſtæ verbo. confirmatio. Bellarm. de confirmat. capit.
b 13. [b] ſalutat chriſma per onomatopœiam. i. fictionem perſonæ Martin. libro 1. hypot. cap. 3.
c lib. 7. cap. 1. [c] Bellarm. lib. 2. de imagin. Sanctor. cap. 21. a 2. de confirmatione. cap. 13. D. Thomas. 3. par. quæſtio.
d 25. 4. [d] cap. vt ieiuni. cap. vt epiſcopi, de conſecrat. diſt. 5. Summiſt. verbo. cō firmat. Bellarm. ca. 13. ſed iam non conſuetudo habet, vt confirment poſt prādium. Paludan. diſt. 7 quæſtio. 3. artic. 2. Soto, artic. 8. col. 5. Ploue. 2. parte, c. 2. Angel. confirmat. §. 6. Syluell. §. 5. Tab.
e fin. [e] catech. Pij V. cum Dionyſ. cap. 2. Auguſt. de eccleſia. dogmat. cap. 52. & tractat. 6. in epiſto. Ioan. col. 6. Amphiloch. in vita Baſil. Bellarm. de confirmatio. cap. 8. & 13. libro 1. de ſacram. capit. 27. col. 6. Cyril. & alij. Armach. libro 11. capitu. 4. Vualden. tom. 2. ſacrament. cap. 140. tom. 3. de ſacramental. cap. 55. ſi tamen epiſcopus eſſet abſens, dabatur adultis baptizatis ſtatim communio ante confirmationem.
f [f] Diuus Thomas, artic. 12. Soto, Ledeſma, artic. 12. ſup. de ba-
g ptiſmo, cáp. 4. §. 6. [g] Bellarm. cap. 13. Soto, & qui ſcribunt de of-
h fic. diuin. [h] Soto, artic. 1. 2. Ledeſma, & Recent. vide Caniſ. cap.
i 5. fin. [i] cap. ſi quis cap. de his 30. quæſtio. 1. capit. ſi quis ea vno. 30. quæſtio 4. cap. in Catechiſmo, de conſecrat. diſtinct. 4. Diuus
k Thomas, quæſt. 72. 10. Soto, Ledeſ. ſup. de bapt. cap. 14. [k] Leo cap. non plures de conſecr. d 4. D. Thom. artic. 10. Soto, Ledeſm. Ploue. cap. 2. Angel. §. 11. Sylu. §. 5. verſ. 6. quod confirmat Trid. ſeſſ. 24. de matrimonio. c. 2. Nauar. cap. 22. nume. 36. & ſequent. Doctor. diſtinct. 42. vbi D. Thom. Durand. Soto, quæſt. vni. art. 2. Specul. 1. p. artic. 22. Couar. 2. p. ſponſal. cap. 6. §. 4. Perez. l. 1. tit.
l 5. lib. 5. ord. p. 96. [l] dict. cap. in Catechiſmo. de conſecrat. diſt. 4.
m [m] quia nullo iure exprimitur, niſi de patrino baptiſmi, quod te-
n neatur inſtituere filios ſpirituales. [n] Soto. art. 10. putat peccare mortaliter, & Recent. id colligunt ea D. Thom. art. 10. quia eſt de præcepto Eccleſiæ, vt patrinus confirmationis ſit confirmatus.
o [o] expreſſe habetur cap. in Baptiſmate. de conſecr. diſt. 4. quod adueтus

p mo, ſublata fraternitate, [p] & reliquis huius cognationis antiquis impedimentis. nec religioſo licet, ut
q fiat patrinus. [q] ſi vir tanquam ſuſceptor teneat in confirmatione filium, aut vxorem, niſi inuincibili ignorantia excuſetur, peccat: nec ei
r licet debitũ exigere ab vxore: [r] nulla enim neceſſitas cogit, ut hic fiat ſuſceptor: quæ tamẽ obligat, ut pater morientem filium baptizet, nec ideo priuetur iure exigẽdi debitum
ſ ab vxore: [ſ] quia impletio præcepti diuini in neceſſitate, non debet priuare iure quæſito.

CAPVT IIII.

Effectus.

§. 1. *Iuuat gratiam baptiſmi: dat gratiam etiam ſacramentalem: interdum attritum iuſtificat.*

2 *Dat characterem. explicatur D. Auguſt. iterans confirmat. non fit irregul.*

3 *Qualis potentia ſit hic character.*

a CONfirmatio dicitur à Patribus complementum baptiſmi, [a] nõ quaſi baptiſmum iuuet ad tollen-
b dum peccatum originale: [b] ſed quia ad fidem (cuius ſacramentum dicitur baptiſmus) proteſtandam dat robur. effectus præcipuus eſt
c augmentum gratiæ. [c] idque ma-
d ius, quàm in baptiſmo, [d] ſi præciſè comparentur: quia eſt perfectius ſacramẽtum. generatio enim dat minorem quantitatem infanti, quam ſolet augmentatio, quia fit perfectus vir. Deinde datur gra-
e tia ſacramentalis, [e] quæ eſt ſpeciale auxilium præparatum diuinæ aſſiſtentiæ, & robur, quo iuuatur, ut intrepide fidem confiteatur coram tyranno. 3. confert aliquando pri-
f mam gratiam [f] ei, qui bona fide reputat ſe contritum, cum ſit attritus tantum.

2 Confert indelebilem chara-
g cterem [g] ob quem iterari non poteſt. ſupponit characterem baptiſ-
h mi: [h] & re differt ab illo. [i] ma-
s nus impoſitio, quam D. Auguſt. libro 3. de baptiſm. dicit iterabilem, non intelligitur hæc confirmatio,
k ſed reconciliatio pœnitẽtis, [k] quam in Oriente ſolitam fieri cum vnctione quadam chriſmatis refert idem Auguſt. 5. de bapt. capit. 23. vt dictum eſt, ſup. lib. de ſacram. cap. 31. & ipſe Auguſt. lib. 2. contra lit. Petil. c. 104. ſacram. confirmationis agnoſcit iterari non poſſe. qui de facto iterat miniſtrando, aut ſuſcipiẽdo confirmationem peccat, ſed non
l fit irregularis: [l] cũ ea pęna expreſſa non ſit in iure, niſi de iterante ba-
m ptiſmum. [m] reconfirmans tamen
n incurrit aliam pœnam. [n]

3 Hic character eſt potentia po-
o tius paſſiua: [o] eſt enim impreſſus à Deo tanquam ſignaculum ſpiritua-
p le. [p] vt ſit miles ad pugnam deſignatus, cum morali poteſtate, & tamen
q dicitur actiua poteſtas [q] in ordine ad ſuos actus, quos confirmatus habet. effectus etiam confirmationis eſt cognatio ſpiritualis: ſup. c. 3. §. 4.

uertit Aſtenſ. tit. 7. articu. 8. Sylueſt. confirmatio. §. 6. Tabien. §. 7. Victor. §. 46. contra Panorm. & Sotum diſtinct. 42. quæſt. prima,
p artic. 3. [p] Concil. Trident. ſeſſio. 24. capit. 2. Couar. ſup. Nauar.
q cap. 22. nu. 36. ſpecul. coniug. in append. [q] capit. non licet. de conſecrat. diſtinct. quarta, cap. placuit. 16. quæſtione 1. Soto, artic. 10. Sylueſt. Tabien. An-
r gel. [r] cap. ad limina. 30. quæſtione 1. colligitur ex Nauar. capit. 22. nume 40. facit capit. 16. num. 34. fin. contra Sotum, diſtinctio. 42.
ſ articulo 1. [ſ] Nauar. capit. 22. nume. 40. per d. capit. ad limina. Soto, diſtinctio. 42. articulo primo, colum. 3. & diſtinctione 37. articu. 1. Victor. §. 288. D. Thom. addit. quæſtione 56. articu. 1. Durand. Paluda. & commu. diſtinct. 42. Caſtro. libro 2. leg. pœn. cap. 14. ſpecul. coniugat. 1. p. artic. 26. & artic. 57. concluſio. 5. & Recent. Mant. Fra. Ambroſ. Gallo. ſic per ignorantiam, aut bonam fidem excuſatus à certa ſpecie culpæ, ob quam imponitur excõmunicatio, ſuſpenſio, aut pœna irregul. hic ex conſequenti excuſatur à prædictis pœnis, ut probat Nauar. cap. 27. nume. 27. 155. 246. Couar. & communis.

CAP. IIII.

a SVp. [a] citat. capit.
b primo. H. [b] communis contra Raimun. Lullum, quem in hoc damnauit Gregor. Pap. XII. vt habe-
c tur in Direct. Inquiſit. & refert Palac. diſtinctione 7. quæſtio. 3. [c] D. Thom. articulo 7. & Patres citati. capit. 1. H. dum aiunt conferre perfectionem quandam baptiſmi, & plenitudinem Spiritus ſancti. & generaliter dictum eſt libro de ſacrament. cap. 12. Soto, articulo 7. Ledeſma, Caniſi. cap. quarto, cum Auguſt. 15. Trinit. capit. 26. Pacian. de baptiſm. & epiſt. 1. Conc. Florenc. & Trident. ſeſſio. 7. de ſacrament. cano. 6. de confirmatio. cano. 2. ait chriſma habere virtutem aliquam ſanctificandi: quod ait Cyril. cateche. 3. quem laudat Concil. Conſtantinopol. epiſtola ad Damaſ. apud Theodoret. 5. hiſtor. capit. 9. Bellarmin. de confirmatio. capit. 11. capit. Spiritus ſanctus, capit. nouiſſime. de conſecrat. diſtinctio. 5. omnes Doctor. diſtinctione 7. vbi Paludan. Summiſtæ verbo. con-
d firmatio. [d] Magiſt. diſtinctione 7. capitu. 2. colligit ex Actor. 8. nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant. ſignificat Hieronym. dialog. contra Luciſer. Melchiad. & alij Patres. citat. capit. 1. H. Diuus Thomas, quæſtione 65. 3. Soto, diſtinctione 1. quæſtione 6. artic. 3. Ledeſma, quæſtione 6.
e artic. 3. [e] libro de ſacrament. cap. 12. §. 5. Diuus Thomas, artic. 7. ad tertium. Magiſt. & communis Palac. quæſtione prima, ſed eam gratiam ſacramentalem. Hoſius inſtitut. cap. 38. cum Raban. putat
f eſſe, ut prædicet, nempe intrepide coram tyranno. [f] de ſacram. capit. 12. D. Thom. articu. 7. ad ſecundum, & colligitur generaliter ex Conc. Trident. ſeſſio. 7. de ſacrament. cano. 6. & ſequent.
g & de euchariſtia dicetur infra. [g] Trident. ſeſſio. 7. de ſacrament. cano. 9. ſeſſio. 23. capit. 4. ſupra lib. de baptiſm. capit. 12. capit. dictum. conſecrat. diſtinctione 5. quod non eſt ex Conc. Tarracon. ſed Cabil. 2. cap. 27. D. Thom. articu. 5. Soto, Ledeſma, Aſtenſ. artic. 5. Tabien. §. 4. Conc. Toletan. 8. cap. 7. Gregor. 3. epiſto. ad Boniſac. Gregor. 2. cap. de hiſtor. cap. de homine, de conſecratio.

diſtinctio. 5. Cyprian. ſerm. de ablutione pedum. Auguſt. 2. contra liter. Petilian. cap. 104. Raban. 1. de inſtitutione cleric. cap. 30. Amalar. lib. 1. capit. 27. & id probatur ex illo Hebr. 6. non rurſus renouantes: impoſitionem quoque manuum, quod de confirmat. ibi exponunt Chryſoſtom. Theodoret. Theophyl. Anſelm. & alij. Bellarm. de confir-
h matio. capitu. 11. [h] D. Thom. articu. 6. Soto, Ledeſma, & colligitur extra capit. 1. & 3. de preſbyter. non baptiz. quia baptiſm. eſt ianua ſacramẽtorum, vt dictum eſt. libro de bapt. c. 2. B. Quidam putant, quod cum Cornel. Acto. 10. refertur ante baptiſmũ habuiſſe Spiritum ſanctum: diſpenſatum eſſe, ut prius reciperet confirmationis effectũ, quam baptiſmum. ut ait ibi Bed. & diſpenſatum eſſe cum paucis alijs, de quibus videtur loqui Nazianzen. ora. 24. quę eſt. 4. ſuę Theologiæ. idem Augu. libro 2. contra epiſt. Parmen. capitu. 15. libro 2. contra epiſt. Petilian. cap. 35. & admittit D. Thom. artic. 2. ad primum, artic. 4. ad primum, artic. 6. ad primum, diſtinctio. 7. quæſt. prima, a. 1. ad ſecũdum, & tertium, & multi Doct. diſtinctione 7 ſic quidam putant diſpenſatum de Extrema vnctione ante baptiſmũ, de qua aiunt loquĩ Marc. 6. & de euchariſtia ante baptiſmũ data Apoſtolis in Cœna probabile putat cum Chryſoſtom. D. Thom. quæſtione 73. 5. ad quartum, at non oportet ſine certa autoritate, & neceſſitate admittere prædictas diſpenſationes. ſed Cornel. per contritionem cum baptiſmo in voto receperat Spiri-
i tum ſanctum. [i] D. Thom. art. 5. Soto, Ledeſma, Palac. quæſt. 3. Gabriel. articulo primo, dub. 4. contra Altiſiodor. tractat. 4. nam Conc. Trident. ſeſſio. 7. de ſacrament. cano. 9. & Patres numerant 3. characteres imprimi per tria ſacramenta. imo & characteres. 7. ordinum differunt re, ut probat D. Thom. addit. quæſtione 35. 5.
k [k] Auguſt. 3. de baptiſm. cap. 16. apud Grat. cap. Arriani. 1. quęſt. 1. vbi Grat. negat loqui de ſacramento. eſt difficilis locus. Bellarm. de confirmat. cap. 7. Vualdenſ. tom. 2. ſacrament. cap. 115. Petrus Sot. tit. de confirmatio. lect. 1. verum eſt quod ibidem Auguſt. miſcet ſermonem de ſacramento confirmationis, & loquitur æqui-
l uoce de manus impoſitione. [l] ſupra libro de baptiſm. capit. 31. D. Thom. ſentit, quæſtione 72. 5. Soto, Ledeſma, quæſtione 13. 5. Scot. diſtinctione 7. quæſtione 5. Gabriel. quæſt. vnica, Paludan. quæſtione 3. Anton. 3. par. tit. 14. capit. 14. §. quarto, Turrecrem. capit. dictum. de conſecratio. diſtinctione 5. vbi tamen imponitur reconfirmanti alia pœna. Caſtro. 1. leg. pœna. capitu. 7. docum. 3. Couarruu. Clement. ſi furioſus. 2. part. princip. num. 8. Sylueſtr.
m Armil. & facit Dueñas regul. 287. omnes Recent. [m] Soto, art. 5.
n bene probat, quod non militat eadem ratio. [n] poſita eſt pœna. dict. capit. dictum. de conſecratio. diſtinct. quarta, vt clericus irregularis qui iterat mancipetur diuino cultui. quod Grat. falſo citat ex Conc. Taracon. ſed habetur in Cabilon. 2. c. 27. vid. emend.
o Gregor. XIII. [o] lib. de bapt. c. 12. §. 4. [p] D. Th. q. 63. art. 6. Vuald.
p cap. 9. & in id Epheſ. 1. ſignati ſpiritu promiſſionis Sancto. Ambr.
q & [q] Anſelm. idem Ambroſ. 3. ſacrament. capit. 2. Cyprian. ſerm. de ablut. pedum.

CAPVT V.
De ſubiecto, & illius diſpoſitione.

§. 1. *Datur etiam pueris.*
2 *Expedit non conferre ante ſeptennium.*
3 *Datur phreneticis, & amentibus.*
4 *Datur in fronte.*
5 *Requiritur intentio, & quædam diſpoſitio.*
6 *Non requiritur præmitti confeſſionem, aut ieiunium. recipitur ante ordines.*

Recipere non poſſunt confirmationem, niſi baptizati. [a] datur pueris [b] ſine propria voluntate, & diſpoſitione. Nam in ſignum confirmationis Chriſtus Matt. 19. impoſuit pueris manus ſup. capit. 1. §. 1. augeturque eis robur gratiæ non otioſè, ſed qua ſuo tẽpore poſt vſum rationis bene vtãtur. & olim vt capit. 3. §. 1. dictum eſt, Epiſcopus ſtatim poſt baptiſmum infantes confirmabat chriſmate in fronte, [c] & nunc decenter poteſt, & ſolet infantibus dari propter honeſtas cauſas. [d]

2 Magis tamen expedit, ut puer confirmetur illuſcẽte rationis vſu, vt poſt ſeptennium [e] (in quo, & ordines minores dentur, & ſponſalia fiunt) quando gratia ſacramentali vti poteſt, & confiteri fidem, & meminiſſe admonitionis & alapæ, & ne per incuriam iterum confirmetur: nec vltra decimumquartum annum [f] eſſet differenda confirmatio, ut puero ſeruiat in remedium, antequam aſſueſcat peccatis.

3 Iis qui poſt rationis vſum inciderunt in furiam, aut amentiam habẽda eſt ratio vltimi actus quem ſani habuerant. [g] vt de Extrema vnctione, & euchariſtia dicetur. quidam dubitant, an perpetuo amẽtibus ſit conferenda. [h] quaſi otioſè detur iis qui tali robore nunquã vtetitur. At ſane capaces, & digni ſunt ut pueri, & ſine obice, & irreuerentia recipiunt augmentum gratiæ: licet videantur reſiſtere: vt cap. 13. dicetur.

4 In fronte fit vnctio chriſmatis de neceſſitate ſacramenti. [i] vt moneatur ſuſcepiſſe ſignum ſub vexillo Chriſti Imperatoris, ne erubeſcat aut metuat, ducem ſuum, & eius crucem vbique confiteri. in quo excedit, ut ait B. Auguſt. occultum circunciſionis ſignum, de cuius eſſentia erat deſignata pars, quam natura poſt lapſum occultare iubet.

5 Recepturus adultus tenetur habere intentionem, [k] vt in baptiſmo: & accedere cum diſpoſitione gratiæ, ſaltem vt bona fide ſe putet contritum, [l] cum fide viua quam defenſurus eſt, ne indignè, & ſacrilege ſumat. de quo Epiſcopus adultos præmonere debet, [m] antequam miniſtret. ſi cum peccato recipit confirmationem, reuiuiſcit ſemper effectus quantum ad ſacramentalem gratiam auxilii, & augmentum gratiæ, quod fuit impeditum redditur remoto obice, vt libro de ſacrament. capit. 25. dictum eſt.

6 Olim tam confirmator quàm qui confirmandus erat, accedebant ieiuni, [n] & præmiſſa cõfeſſione. [o] ſed vtrumque de cõſilio: mos enim obtinuit, vt veſpere poſt prandium conferatur ab Epiſcopis: ante ſolam Euchariſtiæ ſumptionem eſt in præcepto cõfeſſio peccatorum mortalium, & ieiunium. [p] ſi confirmationem non habet ante ordines, quidam putãt perinde irregularem, [q] ac ſi per ſaltum promotus eſſet. & Epiſcopus tenetur id inquirere. [r] At decet quidem recipi ante ordines: nec tamen ſub graui præcepto, aut irregularitate. [ſ]

CAPVT V.

Diuus Thom. [a] quæſt. 72. artic. 8. Paludan. Soto, Ledeſma, Victor. Aſten. artic. 7. Sylueſt. confirmat. §. 4. Tabien. §. 6. cap. omnes fideles. conſ. d. 5. ſupra. cap. 4. H. [b] D. Thom. artic. 8. Sot. Ledeſm. quia & auget gratiam, vt baptiſmus cuius dicitur complemẽtum: & dat robur pro adulta ætate. [c] quod Gregor. I. cap. preſbyter. prohibuit preſbyteris. dictum eſt de ſacrament. c. 11. §. 5. [d] Soto, artic. 8. vt quia epiſcopus rarius viſitat ea oppida remotiora: aut quia eſt filius Principis. & in articulo mortis liceret ſupra cap. 1. M. [e] Gloſſ. c. vt ieiuni. de conſec. diſtin. 5. (vbi tamen text. id non probat) dicit quod 12. anno eſt confirmandus. Marſil. quæſt. 5. art. 4. dub. 2. At ſatis eſt ſeptennium, catech. Pij V. Concil. Colonienſ. de adminiſtratione ſacramẽtorum. ca. 9. Palud. d. 7. quæſt. 4. Soto, artic. 8. per bonas rationes. Ledeſ. q. 13. Barto. Ledeſm. difficul. 7. Victor. §. 44. Sylueſt. confirmat. §. 4. Tabie. §. 6. Anton. Maiol. 4. de irreg. cap. 24. num. 3. & forte de hoc exponi poſſunt quidã Patres qui monent differendum eſſe baptiſmũ. nempe quãtum ad complementũ cõfirmationis. ſic loquitur Nazianz. Chryſoſt. Auguſt. de quibus lib. de baptiſmo. cap. 3. §. 6. [f] Soto, artic. 8. & quidam Recent. [g] Sylueſt. §. 4. Tabie §. 6. cum Palud. & communi. ſupra libro de baptiſm. capitu. 14. ad fin. ſenſit plane D. Thom. artic. 8. ad quartum, quia pueris morituris fatetur eſſe conferendum. vt dictum eſt. capit. 1. M. cum Hugon. & communi Peña, & Recent. ideo autem pueris differtur, quia expectatur commodius tempus: quæ ratio ceſſat in amentibus. [h] Soto, & Marſil. negant eſſe confirmandos, eo quod nunquam egebunt auxilio ſpeciali confirmationis: ſatis vero eſt, ut augeatur gratia: ſicut olim etiam euchariſtia dabatur infantibus. ut refert Trident. ſeſſione 21. capit. quarto, ſed ordines ſacri non ſunt pueris conferendi, imo nec multis adultis: quia requirunt dignitatem quandam perſonæ. [i] D. Thom. articulo 9. ſed clarius Scot. Paludan. Durand. Gabriel. Soto, articulo nono, Ledeſma, quæſtione 13. Aſtenſ. articulo 8. Bartol. Ledeſma, diff. quarta, & Canoniſtæ per capit. vnic. de ſacra vnctione, & capitulo nunquid. de conſecr. diſtinctione quinta, Innocent. I. Gregor. I. Auguſtin. Pſalm. 141. Caniſius capit. quinto. Pius Quintus in catech. Concil. Florent. At falſo Victor. §. 46. negat frontis locum eſſe de neceſſitate ſacramenti. (hinc Gregor. capitulo preſbyteri: monet ne ſacerdos baptizans vngat frontem infantis, ſed verticem) ſic de neceſſitate Extremæ vnctionis eſt vngi determinatas quaſdam partes ſenſuum, aut ſenſibus propinquas. quod vero Cyrill. catech. 3. ait præter frontem, ſimul vngi alias partes. dictum eſt. capit. 2. F. & forte id magis pertinebat ad ritum baptiſmi, cum quo ſtatim ſolebat adhiberi confirmatio per Epiſcopum. [k] ſupra de ſacrament. capitulo 22. Paludan. Tabien. confirmatio. § 3. [l] D. Thomas, articulo 7. ad ſecundum, Soto, Ledeſma, & dictum eſt de ſacrament. capitulo 22. atque ita confirmatio interdũ confert primam gratiam ſupra capitulo quarto. F. [m] Soto articulo 7. & hunc morem ſeruant Epiſcopi: ſed non opus eſt, ut accedant probati de hac diſpoſitione per parochũ. [n] Diuus Thomas, articulo 7. ad ſecundum, Conc. Aurelianen. capitulo, vt ieiuni, & capitu. ſequent. de conſecrat. diſtinctione quinta, vbi Greg. XIII. aduertit id non reperiri in vllo ex multis Conc. Aurelian. Cyprian. ſermo. de vnctio. chriſm. Ambroſ 3. ſacramento. capit. ſecundo, Tab. § 9. & 11. fin. ſed iam vſus ſuſtulit id conſilium: præſertim cum non eſſet introductũ per concilium notum. [o] dicto capitu. vt ieiuni. dicit, admoneãtur. Tabien. confirmat. §. ſecundo, cõfeſſio. §. 41. Soto, artic. 7. Syluest. § quinto, & communis. vt Trident. ſeſſio. 24. cap. primo, hortatur ad confeſſionem antequam recipiant ſacramentũ matrimonij: At falſo Marſ. putat præcipi confeſſionem antè confirmationem: [p] D. Thomas, quæſtione 80. articulo 8. infra libro de Euchariſt. capit. 49. [q] Maior. libro quarto, de irregul. capit. 3. numero primo, & capitu. 12. fin. propter Trident. ſeſſione 23. capit. quarto, Diuus Thomas, diſtinctione 24. quæſtione prima. 2. 4. Tabien. confirmatio § ſecundo. [r] Epiſcopus deberet capere informationem nec credere aſſerenti etiam cum iuramento ſe eſſe confirmatum. Maiol. dict. capitulo 3. numero 7. per capit. inter quatuor de cleric. peregrin. Alberic. verbo. peregrinus. ſicut nec creditur clerico peregrino dicenti ſe eſſe ordinatum. Alberic. Maiol. libro quarto, capitulo 19. nume. 5. [ſ] Soto, diſtinctione ſeptima, articulo 6. & 8. poſt tertiam concluſionem. diſtinctione 24. quæſtione prima, quarto, fin. quæſtione ſecunda, articulo primo, colum. 7. diſtinctione 25. quæſtione prima, artic. primo, colum. 6. Ledeſma, quæſtione 13. articulo 6. quæſtione 37. articulo quarto, & Diuus Thomas, addit. quæſtione 35. articulo quarto. Victor. §. 131. Nauarr. capitulo 22. numero nono, fin. capitulo 25. numero 68. & 108. fin. citant Trident. Sylueſtr. ordo. ſecundo. §. primo, & Recent. nec Epiſcopus in hac re inquirenda, nimius eſſe debet.

CAPVT VI.

De miniſtro.

§. 1. *Epiſcopus eſt ordinarius miniſter.*
2 *Etiam hæreticus Epiſcopus confirmat.*
3 *Sed cur ordo ab hæretico receptus dicatur irritus.*
4 *Solus Papa committit ſacerdoti confirmare.*
5 *Diacono etiam Cardinali non poteſt committi. Philippus Actor. 8. non erat Apoſtolus.*
6 *Epiſcopus ne confirmet alienos.*
7 *Intentio miniſtri, de tempore, & loco, vbi fit chriſma, & confirmatio.*

MInister ordinarius confirmationis eſt ſolus Epiſcopus ordinatus: [a] quia Act.8. & 19. ſoli Apoſtoli [b] adducuntur, ut confirment baptizatos ab inferioribus miniſtris, vtpotè quorum officium eſt perficere, [c] & vſus Eccleſiæ declarat id feciſſe non ſecundum ordinē ſacerdotalem, in quo eis ſuccedunt presbyteri euchariſtiam conſecrantes, [d] ſed ſecundum ſupremam ordinis poteſtatem, ratione cuius ſoli Epiſcopi dicuntur ſimpliciter ſucceſſores Apoſtolorum: [e] de quibus Acto.20. [f] in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. vt ſolus poteſt conſecrare chriſma confirmationis. [g] quod habet quandam virtutem collatiuam gratiæ. ſupra capit. 5. ita ſolus ratione characteris epiſcopalis indelebilis poteſt ordinariè ex officio cum tali chriſmate confirmare.

2 De Epiſcopo qui rite ordinatus eſt, certum eſt non amittere characterem, [h] id eſt ſupremam ordinis poteſtatem, per hoc quod fiat hæreticus. & baptiſmus ab hæretico etiam laico datus cum forma, & intentione Eccleſiæ, valet [i] ſed olim quidam putarunt hæreticum Epiſcopum (præſertim quem eccleſia denunciatum, aut degradatum priuat omni actu quem poteſt) impediri ne efficaciter exerceat actus ordinis, [k] puta ne confirmet, ordinet aut conſecret Euchariſtiam: & quidam Patres [l] dicunt ſacramenta, quæ adultus ſponte recipit ab hæretico eſſe inutilia, & ſine fructu gratiæ.

3 At conſenſus Theologorum probat errare eos qui negant Epiſcopos qui in hæreſim inciderunt, vel in hæreſi ſunt cum vera intentione, & forma Eccleſiæ ab Epiſcopis conſecrati, conficere vera ſacramenta confirmationis Euchariſtiæ, & ordinis. [m] quamuis Epiſcopus per ſententiam Eccleſiæ ſit priuatus, & degradatus, quia character, & poteſtas ordinis indelebiliter imprimitur autoritate Chriſti, nec in homine mortali

a Definit [a] Trident.ſeſſ.7. de confirmat.can.3. ſeſſio.24.cap.4. can.7. Florent. Hiſpalen.2.can.7. Conſtant. ſeſſ.8.errore 28. Innocent.I. epiſt.1. ad Eugub. cap.3. Damaſ.epiſt.4. Leo.I. epiſt. 86. aliàs 88. & innuit epiſto.73.aliàs 75. Euſeb.Pap.epiſto.3. ad fin. ſignificat Clem.lib.7.conſtitut. Apoſt. ca.16. Dionyſ. eccleſ.hier. ca.2.p.2. Torren.3. confeſſ.c.5.§.5.probat ex Augu.q.42. nou. teſtam. & 15. Trinit. c.26. Cypr. epiſt.73. ad Iubaia. D.Thom.q.72. art. 11. Altiſiod.tract.4. cap.3. Doct. diſt.7. Bonau artic.1.q.3. Durand. Palac.q.4. Soto, artic.11. Led. q.13.art.11.Victor. Aſtenſ. art.6. Summiſtæ confirma. vbi Sylu.§ 1. Tabien.§. 5. Sorel.§.3. Bellar. de confirm. cap.12. & omnes catholici, de quibus ſtatim. [b] Nam Acto.8. poſtquā Philip. Diaconus baptizauit, miſerunt ad eos Petrū & Ioannē, qui erant Epiſcopi, & imponebant manus, id eſt confirmabant, dabaturque Spiritus ſanctus in ſigno viſibili. Bed.10 Act.8. ibi Chryſoſto.hom.18. Epiph.hær.21. Cyprian. epiſto.73. ad Iubaia. Iſid.7.etym. cap.12. Vualden.cap.114. dicetur inf.§.4. A. [c] Dionyſ.cap.2. ſicut ſupremorum Angelorum officium ait, eſſe perficere inferiores. [d] Sic Trid.ſeſſ.23.cap.1. dicit Apoſtolis quantum ad officium offerendi ſacrificium ſucceſſores dici ſacerdotes. & ſic quidam Patres interdum aiunt presbyteros eſſe Apoſtolos ſucceſſores. Bellarm. de confirm.c.12.colum.4. & lib.1. de cler.cap.15. ex Clem.lib.2. conſt.Apoſt.c.32. Ignat.epiſt. ad Smyrneſ. aliquando hi duo Patres aliter loquuntur alibi. nam Clem.cap.30. & Ignat.epiſto. ad Trallian. ſic aiunt, Epiſcopus tenet locum Dei: Presbyter locum Chriſti (nempe in altari) Diaconus locum Apoſtolorum. nempe, quia cantant, & explicant Euangelium, & miniſtrant ſacerdoti: vt Apoſtoli prædicabant euangelium, & miniſtrabant Chriſto, communiter tamen Patres aiunt Epiſcopos ſuccedere in locum Apoſtolorum. [e] ſic vocat Trident.ſeſſ.23.c.4. Anaclet.epiſt.2. cap.2. epiſt.3. cap.1. habetur cap.in nouo.21.d. Clemens epiſt.1.cap.12. Dam.epiſt.4. Leo epiſt 88. Hieronym.epiſt. ad Marcellam de erroribus Montani. Aug.in id Pſalm.44. pro patribus tuis.cap.quorum.68.d. Dionyſ.cap.3. & 5. eccleſ.hierar. vbi Carthuſien. Beda lib.3. in Luc.cap.15. Torren.lib.3. confeſſ.cap.11.§.9. Exius to.4. hom.59. Roffen.art.9. Anton.democar.lib.3. de ſacrific.altar.c.4. Caſtro verb.Epiſcopus. Turrecrem.1. ſum.eccle.c.69. & dicit eſſe communem Sanctorum. Cano, lib.6. de loc.cap.8. ad 10. Sot.lib. 10.iuſt.q.1. artic.3.d.24.q.2.2. Caſſan.catalog. gloriæ mundi.p.4. conſider.25. Bertachin. de Epiſc.1.p. Barbar.de præſtantia Card. in princip. Selua de benefic.1.p.q.4. Duen.regu.72.fallen.1. Ioan. Ocom.repet.de cler.non reſidente, nu.48. & Conc. Florent. Neoceſar.can.13. Bellarm.de confirmat.cap.12.lib.4. de Rom.Pontif. c.25. & ſecundum quandā ſimilitudinem Epiſcopus ſuccedit Apoſtolis, qui vt ſub Chriſto erant.1. Apoſtoli, deinde 72. diſcipuli: ita ſub Papa Chriſti Vicario ſunt, id eſt, Epiſcopi deinde alij presbyteri. conſtat tamen Epiſcopos nō ſuccedere in omni poteſtate, aut vniuerſali iuriſdictione Apoſtolorum: vt patet de multis Epiſcopis quos adhuc viuentes Apoſtoli elegerunt pro ſpeciali diœceſi. at generaliter vnus Papa ſuccedit alteri Papæ, imo & Petro Apoſtolo: quare Papa non dicitur Vicarius Petri, ſed ſucceſſor. dum vero in cap.ego Ludou.63.d. vocatur Vicarius Petri. intelligitur quaſi Petrus adhuc in ſua ſede viuat, & præſideat. Turrian lib.2. pro epiſt. Pontif.cap.9. Bellarm.2. Rom.Pont.c.17. [f] ex Act.20. colligit Trident.ſup. Sot.d.24.q.2.art.2. Palac.q.2. Pet.Sot.tit.de ord lect.2. Bellarm. lib.de confirm.c.2. [g] ſup.cap.2.§.3.conc. Flor. & omnes Patres qui de hac re mētionem faciunt. quidā probant, quia qui iure ordinario poteſt in finem principalem (id eſt confirmare) poteſt & in media neceſſaria: nēpe cōficere chriſma, ſine quo non fit confirmatio. At ratio non eſt efficax, quia presbyter poteſt miniſtrare ſacramentum vnctionis, non tamen cōſecrare oleū. porro chriſma, & oleum Sanctum non ſunt numeranda inter ea ſacramentalia, quæ ecclesia inſtituit: quia Papa non poteſt impedire Epiſcopum etiam hæreticū ne valide cōficiat chriſma: priuare tamen poteſt ne cōficiat ſacramentalia, ut ſunt conſecratio calicis, eccleſiæ, aut Virginum, ut probat Caſtro.2. de iuſta hær. pun cap.22. Couar. 1.variar.c.10. nu.8. Bollo lib.3. œcono. canonicæ. [h] vt character ordinis ſacerdotalis eſt indelebilis; ita noua poteſtas addita Epiſcopo conſecrato (quæ eſt ſupra ordinem Sacerdotalem) pertinet ad poteſtatem ordinis indelebilem. Trid.ſeſſ.23.cap.4.can.7. Caiet. cum D.Thom.2.2.q.184. art.6. add.q.40.art.4. Led.q.42. art.4. Soto lib.10. iuſti.q.1.1. & diſt.24.q.2. artic.2. & artic.3. ad ſecundum. Caſtro. Epiſcopus Auguſt. de hæreſ. cap.53. Epiphan. hære.75. Vualdenſ.lib.2.doctrin. fidei artic.3.cap.60.tom.2.ſacrament.cap. 117. Mich.Med. lib.1. de ſacrorum hominum contin.cap.6. Turrian.lib.5. pro epiſt.Pontifical. cap.21. Ayala.3.p. de tradit.tit.de ordine. Pighin.lib.2. eccleſ.hierar.cap.9. & 10. Taper. articu.17. Ioan.Arbor.lib.5.Theoph.ca.17. Perion.lib.2.Topicæ Theolog. ad fi. Siatus lib.6. biblioth. c.324. Marin.lib.6. hypot.in progm. Torren.lib.3. confeſ.cap.11.§.7. Roffen.artic.9. Anton.democar. lib.3. de ſacrific.altar. cap.4. Dueñas regu.72. Bellarm.de ordine. cap.5. hi probant ex Patribus. Dum vero Hieronym. aliquando ſignificat Epiſcopos ſola dignitate, & iuriſdictione eſſe ſuperiores ſacerdotibus: eſt pie interpretandus. [i] Trident.ſeſſio.7. de bapt. can.4 & probatum eſt de baptiſ.cap.28. contr. B.Cyprian. [k] non quod Epiſcopus hæreticus amittat characterem, ita ut dum reconciliatur, indigeat noua conſecratione: ſed aiunt impediri ab vſu, & executione, ſicut ſi fiat amens. Magiſt.diſtinctio.13. cap.4. & diſtinct.25. Guilielm. Pariſienſ. in ſacramental. gloſſ.in capit. accidens.50.diſtinctio. Gratian. capit.manus. prima quæſt.prima, probat ex quibuſdam Patribus. [l] ſic dixit ſæpe Cyprian. & quidam Patres quos citat Bellarm. lib.2. de ſacrament. cap.26. [m] D. Thom. quæſtione 82.8. Auguſt.2.contra Parmen. capit.13. probat, quia quando Epiſcopus hæreticus reconciliatur cum manus impoſitione non reordinatur. Soto, diſtinctione 13. quæſtione 1. artic.8. vbi Albert. artic.30. & ſequent. commonis. diſtinctio.25. vbi Albert. artic. primo, Tarantal. Bonauent. Richard. Scot. Durand. Argent. Antiſiodor. quos ſequitur Carthuſ.4.diſtinct.5. & 25.quæſtione 1. Syluest. ordo.3.§.6. Conc. Conſtantien. ſeſſio.8. & generaliter D.Thom.3.p.quæſt.64.6. ad ſecundum, & artic.9. in miniſtro ſacramentorum fidem non eſſe neceſſariam, ut va-

& cordato poteſt impediri, [n] quin valide efficiat proprios effectus in ſubiecto diſpoſito. ordo tamen ab hæretico receptus dicitur irritus: [o] quia caret debita, & licita executione, cum ſic ordinatus ſit ſuſpenſus. & ſacramenta alia ſic ſponte recepta ab adultis ſunt informia, & ſine fructu gratiæ, propter indiſpoſitionem recipientium. [p] At ſi confirmatio foret ritus ſacramentalis ab eccleſiâ inſtitutus, ut fingunt hæretici: [q] aut ſi ordines quidam eſſent quid ſacramentale tantum, vt quidam catholici putant de minoribus: [r] poſſet Eccleſia priuare Epiſcopum vſu valido iſtius effectus. [ſ]

4 Si propria autoritate ſimplex ſacerdos tentet confirmare cum chriſmate vero, nihil faceret: [t] in quo quidam errant. [u] nec Chorepiſcopus id poteſt, [x] nec conſecratus Abbas. [y] Epiſcopus licet non prohibeatur, non poteſt ſimplici ſacerdoti committere, ut valide confirmet: [z] quia confirmare non eſt actus iuriſdictionis tantum, ſed ordinis. [a] ſolus Papa [b] poteſt ſacerdoti communicare, ut valide confirmet, ſed cum chriſmate per Epiſcopum conſecrato, [c] à quo participat vim ſanctificandi, [d] quia cum plenitudine poteſtatis Papa habet à Chriſto multa; quæ inferiores Epiſcopi non poſſunt aliis delegare. [e] & ſic committit quædam ſacerdoti quæ Ordinario iure pertinent ad poteſtatem ordinis Epiſcopalis, [f] vt conferre ordines minores, [g] & conſecrare Eccleſias, Calices; & Virgines. ſed quia tunc ſacerdos agit, ut inſtrumentum eleuatum à Pontifice, quidam [h] putant neceſſarium, ut Pontifex viuat, & ſit iam Epiſcopus conſecratus, qui per ſacerdotem talem confirmare videtur. At id non probatur efficaci ratione, ſed poſſet Papa ita cõmittere, ut etiam Sede vacante valeat confirmatio data à Presbytero. [i] & factum tenet, licet hæc diſpenſatio ſine cauſa fieret. [k] ſed id ſine graui, & neceſſaria cauſa, non ſolet Papa committere. Quidam [l] inficiantur hanc delegandi poteſtatem in Papa, & reiiciunt, & hiſtoriam quam planè Concil. Florent. acceptat ex B. Greg. Pap. I. [m] quæ inconſiderata

n liſde conficiat. [n] Secus in amente, & anima ſeparata: quia non poteſt actu libero, & vitali proferre verba vocalia formæ. [o] Grat.
o cap. manus. 1. quæſtio. 1. Cyprian. lib. 1. epiſto. 12. ad Cornel. Pap. Eraſm. præfat. in Cyprian. dicunt, non valere baptiſmum euchariſtiam, ordinem, & vnctionem datam ab hæretico. quod exponit D. Thom. quæſtio. 82. 8. ad primũ, artic. 5. ad primum. Grat. procedere inquiſitione. quia mox cap. quod quidem. cap. intra eccleſiam. exponit, ſic ordinatos non recipere iuridicam ordinis executionem licitam: cũ ſit ſuſpenſos, aut irregularis. idem D. Thom. addit. q. 38. articu. 2. ad 3. Bellarm. ſup. Sixtus 5. biblioth. capit. 258. Sotteal. verb. ordo. ſic explicatur conc. Chalcedon. cano. 6. ordinatus ſacerdotio, ſine eo, ut certæ Eccleſiæ aſcribatur, irrita ſit eius ordinatio, & nuſquam poſſit miniſtrare, id eſt, ne ordinatio ſic cum executione licita. Cyprian. tamen errauit, ut probatũ eſt. ſup. lib. de bapt.
p capit. 18. [p] Sic Patres explicat Bellar. 1. ſacrament. ca. 26.
q & Doctor. [q] quos damnat Trident. ſeſſ. 7. de confirmat. cano. 1. & refert Bellarm. de
r confirmat. cap. 1. [r] Sic falſo putant Soto, Mich Medi. Nauar. cap.
ſ 22. nu 18. & alij, dicetur lib. de ord. Bellarm. de ord. cap. 8. [ſ] ſup.
t G. fin. [t] cita. ſup. § 1. B. Euſeb. Pap. epiſt. 3. cap. manus, de conſec. diſt. 5. dicit, ſolus Epiſcopus: aliàs eſſe irritum. Gelaſ. epiſt. 1. ad Epiſcopos per Lucaniam. cap. 8. excedit modum ſacerdos vſurpãs quæ propria Epiſcopalis faſtigij ſunt. Innoc. III. capit. quanto, de conſuetud. colligitur ex Triden. ſeſſ. 7. de confirmat. can. 3. ſed clare ſeſſ. 23. cap. 4. ad fin. dicit, harum functionum inferiores Epiſcopo poteſtatem nullam habent. & can. 7. D. Thom. q. 72. artic. 11.
u communis Theolog. d. 7. Palud. q. 4. num. 20. Palac. quæſt. 4. [u] in quo errat Armach. lib. 11. capit. 4. & quidam Græci, ut referunt Ambroſ. in Epheſ. 4. & Aug. q. 101. nou. & vet. teſtam. imo Armeni non agnoſcunt ſacramentum cõfirmationis, vt refert Vuald. cap. 114. Bellarm. de confirma. cap. 1. falſo Platin. in vit. Syluest. Pap. quod hic abſtulit ſacerdotibus confirmare. idem probabile
x cum Armach. putat Durand. d. 7. q. 3. & obſcure Scot. q. 1. [x] Conc. Hiſpalen. 2. can. 7. Dam. epiſt. 4. Leo epiſt. 86. aliàs 88. Chorepiſcopus enim i. villæ epiſcopus communiter non erat conſecratus, ſed ſacerdos Vicarius Epiſcopi in villis, qui miniſtrabat ordines minores: ſed paulatim cœpit ſe ingerere in munia Epiſcopi de quo dicetur lib. de ordin. cap. 6. Bellarmin. de ordin. capit. 7. fin. putat quod interdum erat Epiſcopus conſecratus, vt nunc titulares epiſcopi: & ob id contuliſſe ſubdiaconatum, & confirmationem
y cum licentia proprij Epiſcopi. [y] Conc. Senonen. in decret. morũ can. 38. cum tamen Abbas iure communi poſſit conferre minores ordines. nunc tamen per Trident. ſeſſ. 23. capit. 10. reſtringitur ne
z minores conferat, niſi ſuis ſubditis regularibus. [z] Communis Palud. quæſt. 4. nume. 20. Palac. quæſt. 4. ſentit D. Thom. artic. 11. Couar. 1. variar. cap. 10. nume. 5. & ſequent. & alij cit. infra O O. qui negant etiam Papam cõmittere ſacerdoti. in quo præter Armach. Scot. & Durand. citatos, excedit Caiet. art. 11. Sot. Ledeſ. q. 13. art. 11. dicentes id poſſe Epiſcopum committere, niſi Papa ſibi reſeruaſſet. quod explicat Sot. dicens Chriſtum facultatẽ miniſtrandi confirmationem, ita dediſſe etiam ſacerdotibus, vt tamen reliquerit Pontifici facultatem limitandi: vt de facto reſeruat ſolis Epiſcopis, ſed cum facultate, ut poſſit Papa committere ſacerdotibus. Quæ ſententia parum differt ab Armach. eſſet enim poteſtas ordinis cuius actum Papa impedire non poſſet. & videtur contra Trident. & Florentin. vbi ſolus Epiſcopus dicitur Ordinarius miniſter: nempe iure diuino, & Eccleſiaſtico: quomodo ſacerdos fieri non poteſt, ut ſit Ordinarius miniſter: etiam ſtando
a in ſolo iure diuino. [a] Quod plane ait Trident. ſeſſione 23. cap. 4. & fauet ſeſſione 6. vt citatum eſt. A. tenet Couarru. 1. variarum. capit. 10. qua ratione quidam probant nec Papam poſſe committere inferiori quæ pertinent ad poteſtatem ordinis Superioris. cuius oppoſitum probat Couar. 3. variarum. cap. 20. num. 3.
b [b] Communis Doctor. præter paucos ſupra cit. nempe Armach Soto, Caiet. Ledeſma, & forte Scot. id eſſe propriũ ſolius Papæ, quod autem ſacerdos ſic delegatus valide cõfirmet, probatur in
c fra liter. P. [c] Conc. Florent. & fere omnes qui negãt ſacerdoti committi poſſe, vt cõficeret chriſma ſupra capit. 2. §.
d 3. V. [d] Veritatum
e eſt. §. 1. H. [e] ſic ſolus Papa habet infallibilem autoritatem definiendi res fidei & morum, approbãdi religiones, canonizãdi ſanctos, quam tamen committit Concilio generali à ſe legitime congregato, ſi tamẽ coniũctum maneat huic capiti, & ſub obedientia Papæ. nihil tamen ſolius ordinis exequitur Papa per ſeipſum, quin idem poſſit Epiſcopus. ita ſolus Papa habet à Chriſto, ut ſalua ſacramenti ſubſtantia mutet miniſtrum, & committat tantum ſacerdoti qui eſt conſiois, & & immediatus Epiſcopo. Diuus Thom. artic. 11. & ad primum, quod bene explicat Soto. ſacerdos vero non tantum applicat materiam, (vt olim laicus dedit euchariſtiam, & nunc in neceſſitate
f dat diaconus) ſed conficit ſacramentum confirmationis. [f] Pro-
g bat Couarru. 3. variarum. cap. 20. nume. 3. [g] Vt dictum eſt B. C.
h & dicetur lib. de ordine. [h] Paludan. diſtinct. 7. quæſt. 4. num. 51. negat Papam electum antequam ſit conſecratus poſſet per ſeipſum confirmare, aut id committere ſacerdoti, ſed ſolus id aſſerit
i falſo. [i] Soto diſtinct. 7. artico. 11. fin. ſignificat D. Thom. quæſtione 64. ſecundo, ad primum. Ferrar. 4. contra Gent. capitu. 60. & plane Alexand. 4. par. quæſt. 28. memb. 1. artic. 3. ad ſecundum. Richard. Palac quæſtione quarta, & communis, quia etiam Sede vacante in ſacerdote, cui Papa id commiſerit, manet virtus à Papa prius data. & ex facultate Chriſti manet eleuata. aliàs periculum eſſet mortuo Papa, dum talis ſacerdos longe diſtat à Papa confirmat. vt olim in Anglia commiſit Gregorius I. & Adria. VI. anno 1521. die 25. April. petentibus Fratre Galapion. & Franciſco de Angelis conceſſit pro Indijs, & regionibus; vbi nõ ſunt Epiſcopi, vt ſacerdos regularis ex Minoribus poſſet cum chriſmate ab Epiſcopo conſecrato confirmare. habetur authenticum Hiſpali in
k Monaſterio Sancti Franciſci. [k] Quia id pertinet ad poteſtatem ordinis: aliàs enim res eſſet ſcrupulo plena, an valeat confirmatio ſacerdotis, ſi forte Papa non habuit idoneam cauſam delegandi. diſpenſatio tamen in voto, & iuramento, quod pertinet ad legem diuinam, non reddit tutum in conſcientia, niſi ſubſit cauſa quæ videatur probabilis: vt Epiſcopus non diſpenſat in lege Papæ, niſi
l adſit cauſa, ob quam præſumat ratihabitionem ſuperioris. [l] Negant Papam id poſſe committere ſacerdoti. Bonauent. diſtinct. 7. poſt liter. Altiſiodor. libro 3. Scot. quæſtione prima, qui lubrice loquitur. & maxime Durand quæſtione tertia & quarta. Maior. quæſtione vnica. Gabriel. quæſtione vnica, Ioan. de Rubion. Albert. articulo quarto, & quod magis mirandum eſt Adrian. (qui poſtea fuit Papa) quæſtio. de confirmat. articulo 3. Caſtro, verbo confirmat. & libro 2. de iuſt. hæret. pun. capit. 11. Medices, de hæreſ. verbo confirmat. fauet Petrus Soto de confirmatio. lectio. ſecunda. Ayala. 3. par. de tradit. propendet Guillielm. Durand. in rational. & probabile dicit Alexand. 4. par. quæſtio. 28. memb. 1.
m art. 3. ad ſecundum. [m] Conc. Florent. referens hiſt. dicit, legitur

per

recectio poſt Concil. Florent. non
n caret temeritate, [n] & eſt contra
o receptam ſententiam Theolog. [o]
& praxim.

5. Si quando Patres quidam ſa-
cerdoti tribuant confirmare: lo-
quuntur de illo tempore vbi ob pe-
nuriam miniſtrorum ſacerdos, uel
Chorepiſcopus erat cōſecratus epi-
p ſcopus. [p] Diacono vero licet ſit
Cardinalis non poteſt committi,
q ut confirmet: [q] aut conferat or-
r dines minores: [r] ſed ſupremum
infimi eleuatur, ut attingat infi-
ſ mum ſupremi. [ſ] ſolus ſacerdos ele-
uari poteſt, ut attingat quędam Epi
ſcopalia officia ex commiſſione. ſic
enim Actor. 8. Philippus vnus ex
t Chriſti diſcipulis. [t] 72. quia erat
u tantum diaconus, [u] non potuit cō-
firmare. Epiſcopus non confirma-
x tus poteſt confirmare valide: [x] ſed
qui per electionem, & poſſeſſionē
epiſcopatus habet Epiſcopalem iu-
riſdictionem, licet ſit Cardinalis
y ſacerdos, [y] non poteſt, antequam
z ſit conſecratus Epiſcopus. [z]

6. Non licet ordinario exerce-
re Pontificales actus, qualis eſt
a confirmare extra diœceſim ſuam. [a]
Titularis Epiſcopus prætextu priui
legii non poteſt Pontificalia exer-
cere in alterius diœceſi, niſi de
b ordinarii loci expreſſa licentia: [b]
& in perſonas tantum ſubiectas
c eidem Ordinario. [c] Si tamen

per diſpenſationem Papæ ex vrgēti cauſa ſacerdotem miniſtraſſe Confirmationem. alludit ad Gregor. Pap. I. qui fuit Sanctiſs. & doctiſs. & lib. 3. epiſto. 26. ad Ianuar. vbi diſpenſauit. ita enim vera, & plana litera Gregor. habet (vt eam etiam refert Grat. cap. peruenit. cap. presbyteros. 95. diſtinct. D. Thom. Bellarm. de confirmat. c. 12. Quamuis nunc litera aliter legatur) & conſtat Gregor. diſpenſaſſe. quia eodem lib. 3. epiſto. 9. prohibuerat presbyteros vngere in fronte, ideſt, confirmare. At iſti, ut falſam ſententiā defendāt, tripliciter reſpondent ad Beati Gregorij factum. 1. Durand. Palud. Maior. & Adrian. aiunt irreuerenter, quod Gregorius primus errauit non quidem in doctrina, ſed in priuato facto diſpēſationis. quod Bellarm. admittit, ut probabile: ſic interdum Pontifex diſpenſauit in matrimonio rato, vel in voto etiam ſolenni profeſſi pro matrimonio, & tamen quidam dicunt erraſſe in facto priuato. licet excuſetur à culpa propter opinionem probabilem. nec Conc. Florent. approbare omnino factum, ſed referre hiſtoriam facti dicens legitur. 2. gloſſ. in capit. 1. 95. diſtinctio. & Bonauent. dicunt Gregor. non conceſſiſſe, ſed permiſiſſe ad vitandum ſcandalum. 3. Scot. ſacerdotes illos fuiſſe Epiſcopos titulares, aut certe ea conceſſione factos fuiſſe à Papa Epiſcopos ſecundum quid, nempe quantum ad illum actum. 4. Adrian. negat fuiſſe chriſmationem confirmationis, ſed ritum vngendi verticem poſt baptiſmum. quod tamen prohibitum erat ſacerdotibus præſente Epiſcopo. Sed iſta diffugia ſunt plena falſitate. nam plane Concil Florentin. quod errare non poteſt, fatetur tunc fuiſſe ſacramentum Confirmationis miniſtratum à ſacerdotibus qui nullo modo erant conſecrati Epiſcopi. & id refert non vt permiſſionem illicitam, ſed vt rem commēdatam, nec Papa abſens ſolo verbo poteſt conſecrare Epiſcopos, vt fingit Scot. præſertim quia ea conceſſio extendebatur etiam ad

n futuros ſacerdotes. [n] Sana ſententia, & certa in praxi eſt Papam Gregor. rite diſpenſaſſe (vt nunc ex cauſa licite diſpenſaret) quare temerarium eſt reijcere diſpenſationem Gregor. Pap. cum integro regno, quaſi deceptum fuerit à prudentiſſimo Pontifice, ſimilem diſpenſationem conceſſit Alexand. VI. & Greg. XIII. pro

o Indijs. [o] Diuus Thom. quæſtio. 72. artic. 11. vbi Caietan. Ledeſma, quæſtio. 13. communis Doctor. diſtinctio. 7. Soto, artic. 11. Paludan. quæſtio. 4. Capreol. & Hiſpalenſ. quæſtio. prima. Palac. quæſtio quarta, Richard. artic. 2. quæſtio. prima, Petrus Taran. quem ſequitur Carthuſ. quæſt. 5. fin. Victor §. 49. & plane Petr. Soto, de confirmat. lect. 2. Ferrara 4. contra gent. cap. 60. Alexan. quæſt. 28. memb. 1. artic. 3 ad ſecondum. Hug lib. 2. par. 7. cap. 3. Taper. artic. 12. par. 220. Hoſius libro 2. contra Brent. Lindan. 4. panop. cap. 36. Bellarm. de confirmat. capit. 12. & lib. 4. de Rom. Pontiſ. cap. 10. ad fin. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 14. §. 6. Aſten. lib. 4. tit. 7. artic. 6. Sylueſt. confirmat. §. 2. Tabien. §. 5. Angel. §. 2. Roſel. Piſan. Armil. §. 3. & tractans Couarr. in vltima editione. 1. variar. cap. 10. nume. 2. & 5. cum Turrecrem. Dominic. Præpoſ. Archi. qui approbant gloſſ. in cap. peruenit. in 1. 95. diſtinct. Innocent. cap. quanto, de conſuet. Barth. Ledeſm. difficult. 9 Cucchus lib. 5. inſtitut. Maio. tit. 3. num. 10. & omnes Recent. Theolog. & vtriuſque Iuris periti Nauar. cap. 22. num. 8. Canoniſtæ, cap. presbyteros. 95. diſt. gloſſ. cap. manus, de conſecrat. diſt. 5. gloſſ. fauent Ambr. in Epheſ. 4. & Auguſtin. inſ. referunt in Ægypto presbyteros abſente Epiſcopo confirmare. nec id carpunt, ſed de his ſtatim lit. P. Armach. refert Armenos, & Græcos ſacerdotes eligere coadiutorem, qui confirmat: quaſi apud illos nunc duret diſpenſatio Gregor. Pap. in capit. presbyter (ideſt, coadiutor Epiſcopi) 95. diſtin. nec mirum, quod ſicut diaconus miniſtrat Euchariſtiam à ſacerdote qui eſt proxime ſuperior, conſecratam: ita ſacerdos miniſtret chriſma ab Epiſcopo conſecratum. Sic Gregor. capit. multi. prima quæſt. prima, numerat ſacramenta, baptiſmum, chriſma, corpus Domini. quaſi chriſma habeat vim in ſe ab Epiſcopo datam, & inchoatiue ſit ſacramentum: in quo interueniens poteſtas

p Epiſcopi chriſma conſecrantis. [p] Ambroſ. in Epheſ. 4. & libro 3. ſacrament. cap. 2. & Auguſtin. quæſtio. 101. noui, & vet. teſtamen.

Hieronym. contra Lucifer. loquitur de illo tempore, & loco vbi ſacerdotes non erant inferiores Epiſcopo: quia ob penuriam ſimul erant Epiſcopi: & Victor Papa apud Euſeb. 5. hiſtor. cap. 24. Bellarm. lib. 4. de Eccleſia. capit. 8 dicetur infra lib. de ordin. cap. 5. & ſane non reprobant illum morem, ut bene aduertit Palac. quæſtio. quarta, conc. 5. par. 206. contra Sotum dicentem hos Patres dānare. aut 2. ex tacita Papæ diſpenſatione id faciebant. aut 3. certe dicunt ex conceſſione Epiſcopi ſacerdotes viſchriſmate, non quidem pro confirmatione, ſed reconciliatione ſolēni epiſcopi hæretici, quæ in Oriente fiebat cum quadā vnctione chriſmatis, vel de vnctione verticis poſt baptiſmū cum tamen præſente epiſcopo ſacerdos pro nullo officio vteretur chriſmate, ſine licentia epiſcopi. vt dictum eſt de ſacrament.

q cap. 13. §. 5. [q] Colligit Auguſt. d. quæſtio. 101. ex Actor. 8. quia Philippus diaconus non potuit confirmare. Sot. art. 11. colum 2. fin. Palac quæſt. 4. concluſ. 5. Ledeſma, Tabien §. 5. cum D. Tho. artic. 11. ad ſecundum, iuncta quæſtio 82. 3. ad tertium, & dicetur litera. T. in quo errat gloſſ cap. quanto. de conſuetud. cap. manus. de conſecrat. diſtinct. 5. dicens quod Papa poteſt committere etiam laico, quia pertinet ad iuriſdictionem tantum; ut laicus poteſt baptizare. ſed Pan. & Innocent. dic. cap. quanto. Angel. confirmatio. §. 2. Roſell. aiunt committi poſſe cuilibet clerico confirmato. & quod Papa facere poteſt, ut epiſcopus ſeu miniſter confirmationis, & ordinis degradatus ſi attentet facere nihil faciat: dummodo id prohibeat facta conſtitutione. quæ omnia falſa ſunt, ut probat Sylueſt. §. 2. Tabien. §. 5. cum D. Thom. diſtinctione 7. quæſtio. 3. t. 3. Soto, Ledeſma, Palac. & communis Doctorum.

r [r] Dicetur libro de ordine. [ſ] Dictum eſt §. quarto, liter. E. ex re-
ſ gula Dionyſ. quam ſequitur D. Thom. quæſtione 72. 11. ad primum, & in ſimili quæſtio. 81. 3. ad tertium. Soto, ut ſupremum

t infimi attingat infimum ſupremi. [t] [u] Soto artic. 11. colum. 2. fi.

u probat illum Philippum non fuiſſe ex 12. Apoſtolis, ſed ex ſeptem diaconis, ex Anaclet. epiſt. 1. Innocent. I. epiſtola ad Alexan. Hieronym. Dialog. contra Lucifer. Chryſoſtom. homil. 18. Raban. Beda in Actor. 8. adde Hilar. in Pſalm. 67. Auguſtin. quæſtione 101. noui & veter. teſtamen. Euſeb. 2. hiſtor. capit. primo. Epiphan. libro 1. contra hæreſ. tom. 2. in princip. Oecumen. Lyran. & gloſſ. interlin. in Actor. 8. Cyprian. tracta. de hæret. rebaptizand. Nicephor. libro 2. hiſtor. capit. 6 Concil. Florentin. Colonienſ. & Moguntin. Sixtus libro 6. biblioth. capit. 207. Turrian. ſuper Clemen. libro 6. conſtitut. capit. 7. citat Iſidor. Peluſiotam epiſtol. ad Agigantium. & communis Recent. Lindan. libro 4. panopl. capit. 36. nec obſtat quod Abdias libro 7. hiſtor. Apoſtol. in vita Matthæ. dicit hunc Philippum qui prædicauit Samaritanis fuiſſe Diaconum, & Apoſtolum. & Diuus Thom. in id Ioan. 12. acceſſerunt ad Philippum lectio. 3. ait fuiſſe Apoſtolum hunc qui baptizauit eunuchum, ſed non impoſuit manus. Nam non intelligunt quod eſſet ex 12. Apoſtolis Epiſcopis (multum enim diſtat inter Diaconum, & Apoſtolum, ſeu Epiſcopum, vt patet Actorum 6.) ſed quia in prædicatione geſſit officium Apoſtoli. ſic non fuiſſe ex numero duodecim Apoſtolorum, ſed ex ſeptem Diaconis fatetur Diuus Thom. 4. diſtinctione 2. quæſtione 2. 4.

x ad primum, & quodlib. 10. articu. 7. [x] Quia Epiſcopus non agit per characterem confirmationis tanquam per poteſtatem actiuam confirmandi: ſed per poteſtatem quæ eſt character ſacerdotis, & Epiſcopi, & tamen Epiſcopus per ſaltum ordinatus non poteſt conferre alteri ordinem, quem non habet. vt bene Syluestr.

y verbo ordin. 2. §. primo, & communis. [y] [z] Colligitur ex dictis.

z §. quarto, liter. F. quia ſolus Papa id poteſt ſi ſit ſacerdos. Paluda.

a Tabien. Armil. confirmatio. §. 3. [a] Conc. Trident. ſeſſione 6. reform. cap. 5. vbi declaratio congrega. Card. explicat intelligi etiam de confirmatione, quæ extra diœceſim non eſt conferenda ſine licentia Ordinarij. facit ſeſſione 14. reformat. cap. 3. & 8. ſeſſio. 23. cap. 8. Conc. Antioch. cap. 13. Couar. 3. variar. cap. 20. num. 3. ad

b medium. c. nullus Primas. 9. q. 2. c. 1. c. ſignificaſti. de foro compe-

c tenti. [b] [c] De quo intelligitur Trid. ſeſſ. 6. reform. c. 5. facit ſeſſ. 14. reformat.

epiſcopus in ſua diœceſi confirmet etiam alienos, ut quia concurrunt in locum ſuæ diœceſis vbi ſuos cõfirmat, nullam ſuſpenſionem incurrit: [d] nec culpa videtur, [e] quia præſumendum eſt, id proprio epiſcopo ratum, & gratum fore: poteſtque in alterius diœceſi ſine illius licentia dare ſubditis ſuis tonſuram, [f] benedictionem ſolennem, [g] & celebrare miſſam de Pontificali. [h] quia hi actus non pertinent ad iuriſdictionem contentioſam cum ſtrepitu iudicii.

7 Dum miniſtrat hoc, vel aliud ſacramentum, debet habere intentionem ſaltem virtualem. [i] & eſſe ſine cõſcientia peccati mortalis, nec oportet eſſe ieiunum, uel fieri die feſto, [k] ſed quando maluerit. non prohibetur confirmare tempore interdicti, [l] quia cõfirmatio eſt quoddam cõplementum baptiſmi, [m] qui licitus eſt omni tempore. [n] qua ratione chriſma conficere licebit tempore interdicti, [o] quod ſemper intra Eccleſiam cum ſolenni ritu conſecratur: [p] cum tamen confirmatio etiam extra Eccleſiam conferatur [q] in palatio Epiſcopi.

d reformat. cap. 2. [d] Palud diſt 7. q. 4. artic. 3. Tab. confirmatio. §. 5. e fin. Armil. [e] Colligitur ex prædictis, & cum iuriſdictio non ſit de neceſſitate huius ſacramenti, facilius præſumi poteſt ratihabitio, quam in ſacramento pœnitentiæ, vbi requiritur iuriſdictio de præſenti, de quo Nauar. cap. 9. num. 5. Syluest. confeſſor. 2. §. 6. verſi. vlt. & § 15. Caiet. verb. abſolutio. c. 1. Soto, diſtin. 18. q. 4. artic 3. Ledeſ. 2. p. q. 7. artic. 5. dub. 13. f Vict. §. 153. [f] [g] Couar. 3. variar. capit. 20. num. 9. [h] Couar. ſupra. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 2. nume. 6. vide lib. 3. i cap. 23. [i] Supra de Sacrament. capit. 9. D. Thom. q. 64. 8. Trident. ſeſſio. 7. de ſacrament. cano. 11. Soto diſtinct 1. q. 5. artic. 8. Ledſm. q. 5. artic 8. & commu- k nis diſtinc. 4. vbi Bonauent. art. 2. Nauar. cap. 22. num. 7. [k] Quod l tamen conſulitur in cap. vt ieiuni. de conſecrat. diſtinct. 5. [l] capit. reſponſo. de ſentent. excommunicat. cap. quoniam, eodem tit. in 6. Nauar. cap. 27. num. 178. Couar. cap. Alma mater. 2. p. §. 2. nu. 7. facit. §. 5. num. 6. Sylueſt. interdictum. 6. §. 2. Armil. §. 45. Angel. m § 26. Palud. diſt. 7. q. 3. d. 18. q. 2. artic. 2. concl. 1. [m] Patres citati n cap. 1. lit. H. [n] cap. non eſt. de ſponſal. pro paruulis, & pro adultis. d. cap. quoniam & fieri poſſunt ſacramentalia publice, ut catechiſmus, exorciſmus, vnctio cum oleo, & chriſmate in vertice: quia ſine his non licet parocho baptizare extra neceſſitatem. Nauar. Sylueſt. Palud. diſtinct. 7. quæſt. 3. Couar. §. 5. num. 6. o [o] Nauar. ſup. Ang. Sylueſt. Arm. verb. oleum. In feria 5. hebdomadæ Sanctæ tantum conſecratur chriſma. cap. ſi quis de alio. conſ. diſt. 4. nec licet veteri chriſmate vngere aut cõfirmare: & ideo dic. cap. quoniam, conceditur tempore interdicti conſecratio chriſmatis. Nauar. Angel. interdict 6. §. 26. idque etiam in eccleſia ſpecialiter interdicta, ſi non eſſet alia, Couarr. dic. §. 2. nume. 7. & tempore etiam ceſſationis. Couarru. dict. 2. par. §. 4. num. 7. & in congregatione Doctor. Salmanti. quam refert Frat. p Med. lib. 1. inſtruct. cap. 11. §. 14. [p] [q] Palud. diſtinct. 7. quæſt. 3. q artic. 3. Hactenus de Confirmatione.

DE EXTREMAE VNCTIONIS SACRAMENTO.

Authores qui tractant de hoc Sacramento.

DOct.4. cum Magiſt.d.23.vbi Soto.D.Thom.add.q.29. vſque 33.Victor.§.212. Ledeſ.2.p.quæſt.31. Alex.4.p.q.8. Summiſtę verb.vnctio. Angel.Tab.Sylueſt.Caiet.Armil.Sotteal. Alten.lib.5. tit.41. Anton.3.p.tit.11. cap.7.tit.14. cap.8. Altiſ.lib.4. tract.7.cap.1. Hugo.lib.2.p.11. Petrus Soto de inſtit.ſacerdo.tit.de vnctio.in duplici lectio. Victoria.ſumm.§.212. Nauar.cap. 22.num.12. Hoſi.inſtit.tit.49. Catechiſtæ,vt Pius V. Caniſi.Sonnius,Ayala.3.p.de trad.Vualden.tom.2.de ſacram.cap.163. ſeu penult.Caſtro, & Medices.verb.vnctio. Angelus in Flor.Theolog. Viguer.cap.16.§.4.Taper.art.13. Linda.lib.4.Panopl.cap.96. Sander.lib.7.viſibilis Monarch.hær.151. Alan.lib.1.de ſacrament. Cucchus lib.5. inſtitut. Maio.tit.5. Prateol.verb.Rutheni. & Lutherus. Bellarm.lib.de extr.vnct. Horantes in loc. commun.lib.7. cap.9. Regino lib.1. eccleſ.diſciplinæ. cap.115. & cit.ſup. de ſacram. & de confirmat. Pont.Innoc.I. epiſt.1. ad Decent. cap.8. Leo I. cap.ſuperfluunt.95.d. Innoc.III. cap.cum veniſſet. de ſacra vnct. Patres Dionyſ.eccleſ.hierar. cap.7.p.3.fin. Auguſt.ſerm.215. de tempore lib.2. de viſit.infirmo.cap.4.lib.de rectitudine catholicæ conuerſatio.col.4. vide Torren.lib.3. confeſſ.cap.10. Chryſoſtom.lib.3. de ſacerdotio, videtur loqui de hoc Bernard. in vita S.Malach. Petrus Damianus ſerm.1. Dedicat.eccleſ. Beda lib.2. in Marc. cap.24. & lib.3. in Luc.cap.7. Theoph. in Marc.6. vbi Hieronym. Beda. Occumen. aiunt inſinuari id ſacramentum. Pius V.citat Ambroſ. & Gregor. tradino probatur per Surium qui ſæpe in vitis Sanct.to.2. id aduertit notatione marginali. Amalar.lib.1. diuinorum offic. cap.20. Alcuinus de offic.eccleſiaſt. cap.in feria 5. de Cœna Domini. idque etiam ſemper tenuiſſe Græcos patet ex Conc.Florent. & Hierem. Patriarcha Conſtantinop. in noua reſponſione ad confeſſ. Auguſtanam. Simeon Theſſalon. lib. de 7. ſacrament. Nicol. Cabaſyl. in Liturg.cap.29. & rituale ſeu euchologium Græcorum. Conc.Aquiſgranen. ſub Ludouic. cap.8.Vuormatien.cap.72. Cabilonen.2.can.48. Moguntin. cui præſedit Rabanus,cap.26. aliud Mogunt.tom.4.concil. c.34. Meldenſ. quod non extat in cōcil. ſed apud Burchar. cap.75. Senonen.tit.de extre.vnct. Lateranen.ſub Alex.III. c.22. Triburien.Colonien.Antididagma compilatum per Gropperum. ſed præſertim Florent. Trident. ſeſſ.14. poſt ſacram. pœnitentiæ. Conſtantien. ſeſſ.15. Nicen. ex Arabico can.69. Canoniſtæ in cap.1. de ſacra vnctione. Iuo. 1.p.ſui decr.cap.269. Burchar.lib.4. cap.75.

CAP. VII. Lib. III.

Quod eſt primum Capitulum de Extrema vnctione.

Hoc ſacramentum fuiſſe à Chriſto inſtitutum.

§.1. *Finis huius ſacramenti. Cur coniungatur cum tract. de Confirmat.*

2 *De cura ne quis decedat abſque vnctione.*

3 *Et 4. promulgata eſt Iacob.5. inſinuata Marc.6.*

POſt Confirmationem ſequitur 3. loco de ſacramento Euchariſtię, deinde de ſacramento Pœnitentię, cui 5. loco adiungitur Extrema Vnctio, quæ eſt conſummatio quædam pœnitentię contra reliquias peccati. inf.c.9. & lib. de ſacram. cap.7. At nos ob affinitatem quandam, & breuitatem coniungimus vno libro tractationem de Confirmatione, & Extrema vnctione. Chriſtus volens totum hominem, & corpore, & præcipue animo curare [a] (dum propinquā mortis cauſam in ſe habet;[b] inſtituit immediate [c] ſalubre ſacramentum Extremæ vnctionis: [d] vt ex Conciliorum, & Patrum declaratione conſtat, [e] contra varios hęreticos: [f] quod vſus fidelium in Eccleſia tam Latina quam Græca [g] comprobat. id vero in oleo miſericordiæ ſigno. vt ſpem & vim excitaret contra inſidias quas ad finem vitæ [h] præcipuè parat aduerſarius, vt animas deuoret, & à fiducia diuinæ miſericordię deiiciat, eosque etiam qui pie vixerant deſperatione penitus diſperdat.

2 Conuenit cū ſacramento Confirmationis, quia chriſmatis & olei per epiſcopum cōſecrati vnctio datur ad robur imbecillitatis humanæ: & de neutra extat præceptum ſupra cap.1. niſi ne contemnantur: cum tamen vtriuſque vtilitas conſtet ex proprijs effectibus. ſeruandus eſt pius mos, vt parochus, qui

CAPVT VII.

a QVia omne Sacramentum præcipue inſtituitur, vt medicamentum contra morbos, & debilitatē animæ, hoc vero ſimul habet ſecundario effectum ſanitatis in corpore, dum expedit. [b] Trident. cap.3. dicitur ſacramentum exeūtium. Pius V. D.Thom. quæſt.65.1. ad 4. vt baptiſmus dicitur ſacramentum intrantium, nempe in Eccleſiam: cum ſit vltima ſacramētorum D.Thom.ibi. art.2. lib. de baptiſ. capit. 2.B. [c] Conc.Trid. ſeſſ.7.de ſacrament. can.1. ſeſſio.14.c.1. can.1. (& generaliter quod ſolus Chriſtus ſacramenta inſtituit. D Tho.3.p. quæſt.64. 2. ſupra. lib.de ſacram. c.3.) Soto,diſt.23.q.1.1. Petr.Soto lectio.1. Conc. Colon. c.illud 95. d. capit. ad abolendam.de hær. cap.1. de ſacra Vnctione. DD. quos ſequitur Couarru. capitu.alma mater. ſecunda parte. § 2. on.7. [d] Pius V. ſic vnctio excellit eam quę fit in baptiſmo, & aliás quæ ſunt ritus ſacramentalis ad ſolennitatem, de quibus lib.de ſacrament.cap.11.§.5. [e] Præſertim Conc.Florent. & Tridēt. ſeſſio.14. cano.1. Nicen. Cabiloneſ. Vuormat. quod renouat decretum Innocent.I. & Innoc.III. ſupra Melden. apud Burchar. Aquiſgranen.2.can.8. Moguntin. Bellarm cap.1. & 4. [f] Vt hæret. Vualdenſes, Albigenſes, Flagellantes, Vuicleph, Luther. negant eſſe ſacramentum, de quibus. Anton.4.p.tit.11. cap.7.§.5. Bernard. de Luzemburg. catal.hær. Bellarm. cap.1. Guid Siluius de origen. Bohem. capit.35. Vualdenſ. tom.2 ca.163. Caſtro, Medices. verbo. vnctio Prateol. Sander.2. Græci negant effectum quendam, nēpe prodeſſe corpori, & alleuiare infirmum 3. alij negant miniſtrum illius eſſe ſacerdotē: quos damnat Triden. [g] Vt de Gręc. conſtat ex Concil. Nicen. ex Arabic. & Florent. in vnione Armen. idem Patres Cræc. Chryſoſtom.lib.3. de ſacerdot. Dionyſ. cap.7. Theophyla. & Euthym. Marc.6. Oecumen. Iacob.5. & Rituale Gręc. quod nunc etiam fatētur Recentiores Græc. vt Ierem Simeon, & Cabaſil. ſupra. in Latina vero Eccleſia eudem eſt vſus vnctionis. [h] Trid. ſeſſ.14. in procem. de vnctione, & cap.1. fin. Theophyl. Marc.6. Pius V. D.Thom.addit.quæſt 29.4. Caniſi.cap.1. quod in generali docent de inſidijs diaboli ad finem vitæ, Gregor. hom.39. in euang.

ex officio, & præcepto tenetur ſacramenta etiam non neceſſaria dare, [i] dum periclitanti infirmo affert viaticum, inducat illum, vt petat hanc vnctionem. idem etiam curare debet Paterfamilias. [k]

3 Hæc vnctio non fuit per eccleſiam inſtituta: [l] nec per ea verba Apoſtoli Iacob. capit. 5. Infirmatur quis, (vbi expreſſe loquitur de hoc ſacramento) [m] ſed promulgata, quã epiſtolam conſtat eſſe canonicam. [n] Quo ad ſecundarium etiam effectum ſanandi interdum corpus, inſinuata eſt Marc. 6. [o] vngebãt oleo infirmos, & ſanabantur, vbi ſimul ſanabatur anima [p] ex Chriſti inſtitutione: & proferebant formam deprecatiuam: [q] licet id non ſit ſcriptum. alioquin ad ſananda tantum corpora infirmorum, non egebant oleo: cum haberent gratiam ſanitatis & curationis. [r] quidam aiunt Chriſtum diſpenſaſſe cum Apoſtolis, ut antequam eſſent ſacerdotes, [ſ] id miniſtrarent ex officio, ut ſacramentum baptiſmi, [t] ita Extremæ vnctionis, de qua multi interpretãtur id Marc. 6. [u] quia aiunt omnia ſacramenta fuiſſe à Chriſto inſtituta ante paſſioné. [x] ſed prius baptizabant, quàm vngerent, quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorum, [y] & curabant, vt ſine obice peccati dignè reciperent ſacramentum. [z]

4 Ne tot diſpenſationes admittamus, certe Marc. 6. ſacra hæc vnctio inſinuata tantum eſt, [a] quantum ad effectum ſanitatis. ſed Ioã. 20. quorum remiſeritis, &c. inſtituta, [b] & cum poteſtate ſacerdotali abſoluendi a peccatis, data ex conſequenti eſt poteſtas hæc liberandi à reliquiis peccati per ſacramentum vnctionis, Nobis ſatis eſt quod vſu, & perpetua Eccleſiæ traditione apud Latinos & Græcos conſtet eſſe ſacramentum Chriſti. [c] & id certo colligi ex Iacobi 5. [d] infirmatur quis in vobis, in quo declarat hunc ritum ſemper in Eccleſia permanſurum quamdiu erunt infirmi: & indicat formam, [e] & eſſe ſignũ efficax remiſſionis quæ fit per gratiam: & quis ſit miniſter, & ſubiectum capax [f] huius ſacramenti. dum vero quidam Doctor. aiunt à Iacobo fuiſſe inſtitutum: [g] interpretandi ſunt de promulgatione, [h] ſine qua lex vim ſuam non exercet.

euang. & lib. 24. moral. capit. 17. 18. Cyril. orat. de exitu animæ. Climach. de gradi §. 7. Emiſſen. hom. 1. ad monach. Sulpit. in vita B. Martin. Bellarm. capit. 5. [i] ſup. de confirmatio. capit. 1. §. 6. & 7. [k] lib. de baptiſ. cap. 23. A. Nauar. cap. 14. nume. 17. [l] D. Thom. addit quæſt. 29. artic. 3. & 3. p. quæſt. 64. art. 4. Soto, Led. & ex citatis hi. C. nec inſtituta eſt ab Innoc. I. qui epiſt. 1. capit. 8. vocat ſacramentum. nam ibi id probat ex Iacob. 5. [m] in Iacob. 5. citat. inf. §. 6 D. nec enim Apoſtolus potuit inſtituere, ſed promulgare ſacramẽtum. [n] Probat Bellarm. de vnctione capit. 3. & tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, c. 18. quia hæc epiſt. Iacob. numeratur in catal. ſacræ ſcript. in Conc. Laodic. Carthag. 3. Florent. Trident. ſeſſio. 4. Innoc. I. epiſto. 3. Gelaſ. Orige. Athanaſ. Epiphan. Hieronym. Ruffin. Auguſt. Iſid. Dam. & citatur à Concil. Mileuit. Dion. Cyprian. & legitur in Miſſa. quãuis olim dubitaſſe quoſdam refert Euſeb. 3. hiſt. cap. 25. Hieronym. de ſcript. eccl. in Iacobo. at errãt Eraſ. & Caieta. in Iacob. dum ſimiliter dubitant. vide Sixt. lib. I. biblioth. & lib. 8. Nicephor. lib. 2. capit. vlt. Couar. 4. variar. cap. 14. num. 9. [o] Trident. ſeſſ. 14. c. 1. dicit inſinuatum Marc. 5. & 6. Taper. artic. 12. Bellarm. cap. 2. D. Thom. addit. quæſt. 29. 3. ad primum, vbi falſo habetur Matth. pro Marc. Ledeſm. quæſt. 31. art. 3. Ayala, Caietan. Ianſen. in Marc. 6. conc. Colonien. Pius V. Sot. diſt. 1. quæſt. 5. artic. 2. diſtinc. 23. quæſt. 1. 1. col. 8. quia illa vnctio non erat ſacramentalis, ſed initium quoddam, & figura ſacramenti: dabatur enim etiam non baptizatis, per Apoſtolos antequã eſſent initiati ſacerdotio: initiati vero ſunt in vltima Cœna, Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. [p] [q] Ea vnctione, & deprecatione, impetrabant Apoſtoli donum contritionis, quo iuſtificabantur vncti. quia ita Chriſtus inſtituit, vt ex Marc. 6. colligũt Patres, inf. cap. 13. fin. [r] vt patet Matth. 10. Luc. 9. dedit eis poteſtatem ſanandi infirmos, de qua gratia curationum. 1. Corinth. 12. & Marc. vlt. ſuper ægros manus imponent. [ſ] Sic diſpenſaſſe Chriſtum, ut Apoſtoli cõmunicarent antequam eſſent baptizati, admittit ut probabile D. Thom. 3. p. quæſt. 73. 5. ad quartum, cum Chryſoſtom. Tertul. [t] De miniſtratione baptiſmi patet Ioan. 3. & 4. [u] De ſacramento hoc exponunt in Marc. 6. Bed. Hierony. Theophyl. Oecumen. Euthym. Albertus Magnus. Carthuſ. Beauxam. Harmon. tom. 2. fol. 516. fin. & ex eodem loco Marci 6. id ſacramentum probant Beda, & Oecumen. in Iacob. 5. idem Beda lib. 3. in Luc. cap. 7. Petrus Damianus ſerm. dedicat. Pius V. in catechiſm. Antididagma Conc. Colonien. Vualdenſ. cap. 163. Caſtro, & Medices. verb. vnctio. Petrus Soto lect. 1. Victor. §. 196. fi. aliàs 213. [x] Quod fatetur Armacha. lib. 11. cap. 14. & colligitur ex Soto, diſt. 3. quæſt. vnica, artic. 2. & lib. 2. iuſt. quæſt. 5. artic. 4. generaliter dicit totã legem Euangelij, & omnia ſacramenta fuiſſe per Chriſtum inſtituta ante paſſionem eius: ut citatum eſt ſup. cap. 1. §. 3. & tamen idem Soto, diſt. 23. quæſt. 1. 1. col. 4. negat vnctionem inſtitutam ante paſſionem Chriſti. [y] [z] per hoc probabiliter ſoluuntur obiectiones. nec eſt cur Soto, diſtinct. 23. dicat Bedam in hac re eſſe caute legendum: cum hæc ſententia placuerit tot viris ſapientibus citatis. & tamen probabilius eſt vnctionẽ Marci 6. non fuiſſe ſacramentum, vt dictum eſt. O. [a] ſup P. & ita loquitur Conc. Trident. cap. primo, ſic confirmatio non eſt inſtituta cum Chriſtus Matth. 19. manus impoſuit pueris. ſed tantum inſinuata, ut dictum eſt. capit. primo. §. 4. & tamen ſanabant oleo, & impetrabant oratione donum contritionis. ſup. P. [b] quia data eſt Ioan. 20. vera poteſtas contra peccata, & inſtitutus eſt miniſter ſacramenti Pœnitentiæ, & Extremæ vnctionis, tunc inſtitutum eſt ſacramentum pœnitentiæ (ait Trident. ſeſſio. 14. cap. 1. can. 3. & 10. ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſſio. 23. can. 4.) quod ſacramentum inchoauerat Matth. 10. dum leproſos clamantes miſit ad ſacerdotes, (vt Patres aiunt, & ideo Trident. ſeſſio. 14. cap. 1. dicit præcipue inſtituit) ita Ioan. 20. dedit complementum inſtitutionis vnctioni, ut ſignificat Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdotio. & in Ioan. hom. 85. Cyrill. lib. 12. c. 55. quia per ly, accipite SS. exponunt poteſtatem remittendi. vt refert Bellar. 1. ſacramen. cap. 26. ad ſecundum, item Cyrill. ibi. & c. 56. vt refert Bellarmin. lib. 1. de pœnitent. cap. 10. & Trident. ſeſſio. 14. in proœm. dicit à Patribus vocari ſacramẽtum cõſummatiuum pœnitentiæ. Cum tamẽ vnctionis inſtitutionem inchoaſſet, & inſinuaſſet Marc. 6. nam & Ioan. 20. fecit etiã vt ex officio eſſent miniſtri baptiſmi, ut dicit ibi Cyril. lib. 12. in Io. cap. 56. Chryſoſto. homil. 85. in Ioan. Hierony. epiſt. 150. ad Edib. quæſtio. 9. quia ſimilia uerba Luc. vlt. habentur, ut fatetur Auguſt. 3. de conſenſ. euang. cap. 25. quem Luc. conſtat ſimul loqui de baptiſmo, quod aduertunt Bellarm. lib. 1. de pœnitentia cap. 10. lib. 1. de Roma. Pontif. cap. 12. Probabilius tamen eſt, ut dicit Taper. art. 3. cum Oſiandro, & Ianſen. verba eſſe diuerſa in ſenſu, & tempore. nam Ioannes loquitur ſtatim poſt reſurrect. & de ſolo ſacramento pœnitentię: ſed Marc. vlt. & Luc. vlt. in die Aſcenſionis, de ſolo baptiſmo. At ſaltem ex his Patribus habemus, quod Ioan. 20. inſtitutus eſt per ſe miniſter trium ſacramentorum quæ ordinantur contra peccata, ſcilicet Baptiſmo, Pœnitentia, & Extremæ vnctionis, quamuis D. Tho. q. 29. 3. dicit, neſcitur vbi Chriſtus inſtituit ſacramentum vnctionis. [c] ut patet ex cita. à princip. & § 1. F. late Bellarm. à capit. 2. [d] Innocent. I. epiſt. 1. cap. 8. Orig. hom. 2. Leuit. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdotio, Auguſt. in ſpecul. ſerm. 215. lib. 2. de Viſitatione infirmorum. cap. 4. Petrus Damianus ſerm. de dedicat. Bed. Oecum. D. Thom. Lyra. Caiet. in Iacob. 5. & ex eodem loco Iacobi, probant Beda Theophy. Euthym. & alii in Marc. 6. D. Thom. 4. cont. gent. cap. 72. & omnes Theolog. cum Mag. diſt. 23. ibi D. Thom. Summiſt. verb. vnctio. Aſten. ar. 2. Soto. art. 1. Bellarm. de vnct. c. 3. & lib. 2. de ſacram. c. 24. & definit inde colligi Conc. Floren. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. can. 1. 3. & 4. contra hær. dicentes, Iacob. 5. agi tantum de curatione corporali: ſicut & Mar. 6. quare hic locus Iac. 5. facit fidem. [e] [f] Iacobus indicat primam formam per modum deprecationis, orabunt pro eo ſecundã, eſſe ſignum gratiæ, alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit dimittentur ei tertiã, ut miniſter ſit vnus, vel plures presbyteri, ĩducat presbyteros quartã ſubiectum capax, infirmatur quis in vobis: nempe, qui eſtis Chriſtiani & adulti, & qui poteſtis inducere, & vocare presbyteros. nã pueris non prodeſt vnctio. [g] Hugon. lib. 2. p. 15. cap. 2. Alex. 4. p. q. 8. m. 2. Magiſt. diſt. 23. Bonau. art. 2. q. 1. Card. cap. quod in te, de pœnitent. & remiſſ. quod D. Thom. addit. q. 29. art. 3. vocat opinionem ſuo tempore. Soto, diſt. 1. q. 5. art. 2. & 4. dicit quod non audet illam damnare erroris, ſed temeritatis. (locutus enim eſt ante Trident.) & tamen diſtinct. 7. q. vnica, artic. 1. damnat erroris. ſed nunc poſt Trident. eſt hæretica. Ledeſm. q. 31. art. 3. Couar. capit. alm. 2. par. §. 2. nume. 7. & communis Recent. ſed explicanda eſt, ut in text. [h] quia Chriſtus voluit ne lex euangelica haberet vim obligandi, niſi poſt promulgationem factam per Apoſt. vide ſup. de ſacrament. cap. 3. de bapt. cap. 3.

CAPVT VIII.

Definitio: materia, & forma.

§. 1. Eſt vnum ſacramentum, licet ex multis conſtet.

2 Materia per Epiſcopum benedicta. PP. ſacerdoti poteſt committere benedictionem. oleo benedicto fit additio.

3 Forma deprecatiua.

DEfinitur [a] Extrema vnctio eſſe ſacramētum vnctionis in oleo conſecrato inſtitutum à Chriſto, quod in ſalutem animæ, & interdum etiam corporis ægroto periclitanti applicatur. licet ex pluriū partium hominis vnctionibus, & multis formis conſtet, eſt vnum numero ſacramentum [b] ex fine proximo, & vnitate perfectionis: quia omnes vnctiones, ſicut & partes pœnitentiæ concurrunt, ut vnum completum ſignum, [c] & vna cauſa inſtrumentalis: quia non datur per illam gratia ex opere operato, quouſque poſtrema vnctio cū ſua forma perficiatur. [d] ſupponit pro materia, ut ſubſtat formæ, ſupra de ſacram. cap. 7.

2 Materia neceſſaria eſt ſimplex oleum oliuarum: [e] idque decenter, hanc per epiſcopum oportet eſſe cōſecratam. [f] poſſet tamen Pontifex ſacerdoti, qui eſt Ordinarius miniſter huius ſacramenti, committere facultatem conſecrādi oleum: [g] ſicut ex ſimili commiſſione conſecrare poſſet calices, [h] altare, eccleſiam, & Virgines. Olim pro oleo videtur ſuffeciſſe chriſma. [i] ſolennitas enim quorundam ſacramentalium mutari poteſt ex cauſa, ſalua ſacramenti ſubſtantia. [k] dum oleo benedicto fit additio debet paulatim miſceri in minori quantitate. [l] at non eſt de neceſſitate ſacramēti, quod vnctiones fiant in modū crucis. [m] de præcepto non eſt renouari oleum ſingulis annis. [n]

3 Formam verborū fieri per modum orationis deprecatiuæ, eſt de neceſſitate ſacramenti: [o] non ſunt omnia verba deprecatiua apud omnes eccleſias, nec tamen vnquam in Eccleſia bene inſtituta videtur fuiſſe in vſu ſola indicatiua enunciatio, [p] dicendo tantum: vngo hos oculos oleo ſancto in nomine Patris, &c. vt quidam opinantur: [q] ſed ſimul addebatur deprecatio, per iſtam vnctionē indulgeat tibi Deus, quidam addunt, ſed non de neceſſitate, & per noſtrā interceſſionem, [r] vel per ſuam piiſſimam miſericordiam. [ſ] ſed ſatis videtur ſi dicat, per vnctionē indulgeat tibi Deus &c. ſi modo repetatur cum ſingulis vnctionibus, [t] alias dubium eſſet ſacramentum ſi ſemel dicat, per has vnctiones, [u] &c. Poſſet eccleſia mutare in ſimilem aliam deprecandi formulam, [x] ſaluo ſenſu.

4 In hac forma congrue explicatur. 1. actio miniſtri nempe vnctio, quæ eſt materia proxima, & ſimul cum forma cauſat effectum, quem apte ſignificat. 2. forma explicat cauſam præcipuam quæ operatur effectus, per miſericordiam Dei 3. dum dicit: quicquid peccaſti: intelligitur non tātum culpa, ſed reliquiæ. [y] id eſt pœna, & infirmitas mentis, ac corporis ex peccato relictæ: quæ vera, & efficax de ſe eſt, licet recipiens ſit liber ab omni reatu culpæ & pœnæ, ut dicetur cap. 11. §. 8. ea forma indicatur, quod hac aliena oratione infirmus prope deſtitutus à ſe, commendatur alteri foro, in quod tranſit. [z] addere, in nomine Patris, &c. non pertinet ad formam. [a]

5 Ritus obſeruandi ſunt, ut in cæteris ſacramentis. [b] ſeruanda eſt coniunctio materiæ, & formæ, [c] & ne fiat verborum mutatio, uel detractio: vt de alijs ſacramentis dictum eſt. [d]

CAPVT VIII.

COlligit [a] Sot. d. 23. art. 1. Caniſ. de vnct. cap. 1. ex Patribus, & Concil. ſed parum aliter definit. & aliter Nauar. cap. 22. num. 22. [b] ſic numeratur, vt vnum ex 7. ſacram. D. Thom. q. 29. a. 2. Ledeſ. Sot. Aſten. artic. 1. Tabien. §. 2. Sylueſt. ſic ſacram. pœnitent. licet habeat plures partes dicitur vnū ſacram. D. Thom. 3. p. q. 84. artic. 1. & euchariſt. ex duplici ſpecie materiali, cum duplici forma eſt vnum. q. 73. 2. imo & ſeptem ordines ſunt vnum ſacramen. add. q. 34. artic. 3. [c] ſup. de ſacram. capit. 2 §. 3. [d] infra de neceſſitate ſacramenti eſſe, ut ſaltē vngantur quinque ſenſus, D. Tho. addit. q. 30. 1. ad 3. per quod explicandus eſt q. 29. 2. corp. & ad 1. vbi aſſimilat euchariſt. ſub duplici ſpecie, & tamen dū manducatur prima ſpecies datur tota gratia. [e] ita Concilia Theophyl. & Beda in Marc. 6. D. Thom. q. 29. 4 Soto art. 3. Iac. 5. Marc. 6. Conc. Florent. Trident. ſeſſio 14. cap. 1. & 3. quam materiam decuiſſe probat Theophil. Marci 6. Ibi D. Thom. Soto. art. 3. Victor. § 199. quia oleum lenit dolorē, emollit, penetrat ad intima: ſignificat pinguedinem, & robur ſpiritus, contra luctam. [f] Beda Iac. 5. vnguētes oleo in nomine Domini. patet vſu, & traditione eccleſiæ, vt dicunt Alcuinus, & Amalar. Clem. lib. 8. conſtit. cap. 35. Baſil. de Spiritu ſancto. cap. 37. conc. Melden. apud Gratia. Flor. Trid. cap. 1. D. Thom. q. 29. 5. Led q. 31. 5. Soto. art. 5. Palud. Durand. ſic in confirmatione vbi eſt materia extrinſeca, qua Chriſtus non eſt vſus, requiritur conſecratio Epiſcopi. D. Thom q. 72. 3. ſupra. cap. 2. §. 2. Q. Innocen. I. Bellarm. cap. 6. argum. 4. & c. 7. [g] Doct. qui putant ſacerdotem poſſe conſecrare chriſma cōfirmationis ex commiſſione Papæ ſup. cit. cap. 2. §. 3. vt Caiet. q. 72. 3. Paludan. d. 7. q. 4. idem potiori iure admittunt de oleo vnctionis. atque ita Epiſcopi benedictio eſt de præcepto, ſed non de neceſſitate materiæ, ſi Papa diſpenſat. Victor. §. 200. aliàs 216. & Scot. Ledeſm. Palud. & Caiet. & tamen concilia explicant, id quod conſuetum eſt abſque diſpenſatione. [h] Sylueſt. benedictio §. 2. Caſtro. 2. de iuſta hæret. puni. cap. 21. ad fi. Pet. de Bollo in Oeconom. canonica claſſe 3. cap. 4 §. 18. & Paulus III. anno 1549. commiſit Prælatis Societatis in India conſecrare calices. At compend. Mendic. verb. benedicere §. 12. Syluеſ. §. 3. negant Papam ſuo tempore id commiſiſſe. [i] Soto, art. 3. per cap. illud ſuperfluum. 95. diſtinct. At forte intelligitur de confirmatione quæ etiam dari poteſt morituris. ſupra. cap. 1. §. 6. M. [k] Trident. ſeſſ. 21. de communione, cap. 2. [l] vt cum fit paulatim additio aquæ benedictæ. D. Thom. diſtinct. 12. quæſt. 1. 2. 6. cap. ad ſecundum, & 3. par. quæſt. 87. 3. Tabie. verb. aqua. §. 3. vbi Sylueſt. §. 3. cum Angel. Roſſel. Panor. gloſ. [m] Sylueſt. verb. vnctio. §. 2. Tabien. cum gloſ. cap. nonquid. de conſecrat. diſtinct. 5. verſic. niſi cruce. Ledeſm. quæſt. 32. art. 8. quia non probatur, cum tamen in confirmatione neceſſaria ſit vnctio in modum crucis, ſupra capitu. 2. §. 3. [n] At de chriſmate ſolo exprimitur in iure præceptum, ut renouetur ſupra capitu. 1. §. 3. Infr. F. [o] Doctor. diſtinct. 23. vbi Albertus, Durand. D. Thom. quæſtio. prima, 4. ad tertium, & quæſtione 18. 8. Soto, quæſtio. prima, articu. 4. Ledeſma, quæſtione 31. 8. Bonauent. articulo primo, quæſt. quarta, Capreol. Carthuſ. Summiſtæ Sylueſt. Tabie. Armil. & colligitur Iacob. 5. orēt ſuper infirmum. & ex Concil. Florent. Trident. capitulo 1. fin. [p] Fatetur Albertus, Durand. D. Thom. quæſtione 1. 4. ad tertium, & alij ſupra cit. D. Thom. quæſtione 29. art. 8. ait formam indicatiui quæ nunc reperitur in eccleſia D. Ambroſ. non dici ſolam: ſed forte ſimul addebātur verba deprecatiua. addit Sylueſt. quod aliàs concil. Florentin. illud explicaſſet: vt explicuit valere in baptiſmo formam Græcorum, baptizetur ſeruus Chriſti. Bellarm. capit. 2. [q] Valuiſſe formam Ambroſ. enunciatiuam, dicunt Bonauentu. diſtinct. 23. 1. part. articu. 1. quæſtione quarta, Palud. quæſtione 1. articulo 2. Durand. quæſtione 3. num. 7. Richard. articulo 1. quæſtione quarta, ad ſecundum, Bachon. diſtinctio. 24. quæſtione 1. articu. 3. Victor. §. 201. aliàs 218. Nauarr. nume. 15. fin. & dicunt probabile Albertus articu. 4. ſupplement. quæſtione 1. dubio 1. concluſ. quarta, quia vt de baptiſmo dicitur Matth. vltim. baptizantes eos: & inde colligitur ſufficere per indicatiuum. ita Iacob. 5. dicitur vngentes oleo. At prior ſententia (quæ habetur in Concil. & ex conſuetudine Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ comprobata) eſt omnino tenenda in praxi, propter rationem D. Thom. & Durand. [r] refert Diuus Thomas, 3. part. quæſtione 78. primo. [ſ] Ita addit Concil. Florentin. Nauar. [t u] Recent. [x] Victor. §. 201. aliàs 218. Nauar. nume. 15. [y] Infra capitulo 9. K. [z] Explicat catechiſ. Pij V. & Patres. [a] Sylueſtr. Tabien. communis, & certa ſententia de quo Sylueſt. capit Angel. & Paludan. nam in ſolo baptiſmo, & confirmatione, inuocatio Trinitatis eſt de neceſſitate formæ; ut ſuo loco dictum eſt. Soto, diſtinctione prima, quæſtione prima, articulo 8. [b] Infra capit. 12. fin. & de ſacrament. capitu. 10. Trident. ſeſſione 7. de ſacrament. cano. vltim. ſeſſione 14. de vnctio. can. 3. [c d] de ſacrament. cap. 8.

CA-

CAPVT IX.

Effectus.

§.1. Dat gratiam licet miniſtretur à peccatore.
2 De gratia ſacramentali tres ſententiæ, & eſſe contra peccata venialia.
3 Dat ſanitatem corporis.
4 Non iteratur in eodem morbo.

IN omnibus ſacramentis quando vere, ſed informiter recipiuntur, præter hanc Extremam vnctionem, ſequitur aliquis effectus ex ipſa operatione miniſtri. [a] ſane commune eſt huic ſacramento cum cæteris conferre gratiam [b] homini diſpoſito: nam iuſto auget gratiam ex opere operato: [c] ſed ei qui reputat ſe contritum, & habet ſupernaturalem attritionem confert primã gratiam, [d] vt præter communem ſacramentorum Chriſti rationem, indicat forma. [e] nec impeditur effectus, licet oratio formæ dicatur à miniſtro peccatore, [f] quia non ſuo, ſed Eccleſiæ, & Chriſti nomine confert. [g]

2 Dat item iuſto ſpeciale auxilium, ſeu gratiam ſacramentalem: [h] qua Spiritus ſanctus inhabitans, & ſpeciali ratione aſſiſtens roborat mentem ſpe, ſeu fiducia firma in miſericordiam diuinam contra tentationes, quas frequentius in eo articulo Diabolus obiicit: [i] vt ex proprio fine huius ſacramenti colligitur. atque ita diſtinguuntur. 3. ſententiæ. 1. aut non ſatis explicat, aut reliquias docet eſſe pœnas, [k] quas infirmus per alia ſacramenta, quæ communiter receperat iuſtificatus, debet pro peccatis: quod ſi tunc iuſtus nullum pœnæ reatum habeat: nõ negant hi autores id, quod 2. ſententia explicat: reliquias in ægroto eſſe debilitatem corporis, & languorem tædiumque animi: [l] contra hæc confortatur ſacramẽto hoc. 3. ſententia vocat vere reliquias peccatorum, id eſt peccata ipſa, quæ ex negligentia, vel ignorantia non erãt per pœnitentiam ſufficienter ſublata. [m] Deinde ſecundario per ſe tollit etiam peccata venialia, [n] ſi forte ſint, vtpote quæ ſolent ex infirmitate obrepere, quæ 3. ſententiæ ſunt vere, & ex parte explicant effectum. Recte addit. 2. ſententia, quod corpus infirmum roborat ac iuuat, ne ob debilitatem imprimat animæ impatientias, ac natiuum mœrorem, [o] (quæ ſunt reliquiæ contractæ ex peccato originali) in agonia mortis. hic effectus eſt circa animam priuatiuus, ſeu præſeruatiuus, quia impedit ne debilitas corporis noceat animæ. Id vero quod hic dicitur res, & ſacramẽta ſimul, non tam facile agnoſcitur in hoc,

CAPVT IX.

a HOc [a] dicit ſolus D.Thom. diſtinct. 13. quæſt 1.4.2. nam in tribus ſacramentis, ſi vera ſint relinquitur character: in matrimonio vinculum, in eucharittia corpus Chriſti: quæ ſunt res & ſacramentum ſimul in ſacramento pœnitentiæ informi relinquitur quædam eleuatio doloris in dignitate, ob quam dicitur res & ſacramentum ſimul. 3. p. quæſt. 84. 1. ad tertiũ, ſed in vnctione informi nihil videtur relinqui. Quid autem ſit in illa res, & ſacramentum ſimul, dicetur. §. 4. [b] [c] Tridene. ſeſſio. 7. ſacrament. cano. 6. & ſequent. ſup. de ſacrament. cap. 12. & de vnctione Tridẽt. ſeſſ. 14. cap. 2. can. 2. D. Thom. addit. q. 30. 1. ad ſecundum, Doctor. inf. Concil. Florent. [d] Thom. art. 1. ad ſecundum, Ledeſma, quæſt. 32. 1. Soto, quæſt. 1. 1. Vict. §. 214. Nauar. nume. 13. fin. Sylu. §. 13. Tabien. §. 4. Bernard. in vita Malachiæ. [e] quia forma dicit, indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti. Iacob. 5. ſi in peccatis fuerit dimittentur ei. quare certum eſt, quod facit de attrito contritum. Paludan. d. 13. quæſtio prima, fin. Soto, Ledeſ. P...ac. & aduertit D. Thom. diſtinct. 16. quæſt. 1. 1. 2. ad primum, diſtinct. 14. quæſt. 2. 2 ad primum, quod per hæc tria ſacramenta bapeiſmum, pœnitentiam, & vnctionem, per ſe remittuntur peccata. Bellarm. de vnctio. cap. 8. Caniſ. cap. 3. citat. inf. K. in 3. ſententia, vnde poteſtas miniſtrandi hæc tria, data eſt Ioan. 20. quorum remiſeritis, ut probatum eſt. cap. 7. § 6. B. & tamen cui remiſſa ſunt peccata per vnctionem, quamuis contritus eſſet, tenetur præcepto diuino confiteri illa, ut directe abſoluatur Trident. ſeſſio. 14. capit. 4. in contritione includi votum pœnitentiæ. [f] [g] Diuus Thomas quæſtio. 31. prima ad primum, & 2. 2. quæſtio. 83. artic. 6. [h] Supra de ſacrament. capit. 11. §. 5. Marc. 6. ibi Theophil. explicatur effectus vnctionis cum ſalute corporis. D. Thom. quæſtione 30. 3. ad vltimum, & cum hilaritate deuota mentis, Soto quæſtione 1. artic. 1. ante ſolut. argumen. facit Trident. ſeſſione 14. capit. 2. & can. 2. de quo inf § 4. [i] Supra cap. 7. G. ex Patribus Trident. in proœm. de Extrem. vnctio. & capit. 2. Iacob. 5. alleuiabit eum Dominus. Græc. habetur excitabit eum, nempe Spiritus ſanctus inhabitans: & colligitur ex Dionyſ. cap. ſecundo, eccleſiaſt. hierar. par. 3. & cap. 7. par. 3. Gregor. in 1. Regum. capit. 3. Diuus Thomas, & Doctor. Albert. Paludan. Capreolus, Soto. Tutrecrem. Syluest. Tabien. [k] Quidam Doctor. contenti ſunt vocare reliquias peccatorum: nec explicant, quid ſint. vt Diuus Thom. 3 par. quæſtio. 65. 1. ad primum, ſin. quæſtione 87. 3. diſtinctione 23. quæſtione prima. 1. 3. Albert. articu. primo & ſecundo. Capreol. & Hiſpalenſ. quæſtione prima. Soto, diſtinctione 1. quæſtione 6. artic. 1. diſtinct. 23. quæſtione prima. 2. Ledeſma, quæſtione 6. 1. & quæſtione 32. 1. conc. 3. Victor. §. 197. Ferrar. 4. contra gentes capit. 73. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 8. Viguer. capit. 16. § 4. verſic. 6. Dionyſ. Carthuſian. in Summa fidei libro 4. capit. 146. Taper. artic. 12. fol. 167. Sylueſt. Extrema vnctio. Tabien. vnctio. §. quarto, & ſexto, ſin. vbi Armil. Alexand. ſed hi videntur vocare reliquias, eam pœnam temporalem, quæ relinquitur poſt culpam remiſſam. [l] 2. ſententia quamuis homo tunc nullum haberet peccatum, nec debitum pœnæ (quia recens baptizatus eſt, aut plenè ſatisfecit, aut cõſecutus eſt indulgentiam plenariam) manere reliquias ex peccato (vt debilitatem corporis, & langorem animi) contra quas confortatur infirmus oleo vnctionis: vt pugil fiat vegetior contra tentationes in vltima lucta inſurgentes (ſanus vero qui ex corpore non patitur eam debilitatem animæ, non poteſt vngi) tenet Petrus Soto. de vnctione lect. 1. Palac. diſtinct. 23. quæſt. 2. concl. 2. ſupplemen. dub. 1. con. 7. con. 2. Angles. Flor. Theolog. tit. de vnctione. artic. 2. concluſ. vlt. Michael Epiſcopus Maſpurgenſis, catechiſm. ſerm. 75. 76. vt oleum confortat, & illuminat corpus, ita ſignificat cõfortari, & illuminari animam. Hoſius inſtitut. capitu. 49. Concil. Colon. titu. de adminiſtratione ſacramentorum. capitu. 49. & hi citant Dionyſ. cap. 2. & 7. p. 3. Proſper. lib. 2. de prędictio. ca. 29. & colligitur ex forma Ambr. quæ habetur I Minual. Venetorum. fauet concil. Florent. effectus eſt ſanatio mentis. Trident. ſeſſ. 14. c. 2. & cano. 2. Iacob. 5. oratio fidei ſaluabit. infirmum. 1. dabit hunc vigorem mentis ad luctam. eandem ſententiã ſignificat Pius V. in catech. tit. de vnctione ad fin. Ant. ſup. cap. 15. §. quibus debet dari fin. Angel. vnct. § 6. Tabien. § 4. Arm. §. 3. Vualden. tom. 2. de ſacrament. cap. 163, Victor. §. 197. neque id negant Doctor. citati pro prima ſententia. de quo ſtatim lit. O. [m] 3. ſententia Bellarm. de vnctione. capit. 8. D. Thom. Summiſt. Tabien. §. 4. reliquias dici ipſa peccata etiam mortalia quæ forte ob negligentiam non fuerunt remiſſa per alia ſacramenta informiter recept. aut ſi forte poſt confeſſionem fecit aliquod mortale quod ignorat. & quamuis commune ſit alijs ſacramentis remittere homini diſpoſito peccata: Extrema tamen vnctio magis accedit ad ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ ſupra lit. E. & cap. 7. §. 6. B. vt per ſe ſit inſtitutum contra peccata, & illorum reliquias, Iacob. 5. ſi in peccatis fuerit: & in forma, remittat tibi Deus, quidquid peccaſti Concil. Florent. & Trid. cap. 2. & ſane effectus quos illæ tres ſententiæ vere referunt, inter ſe ſubordinantur, quaſi vnus effectus perfectus. [n] Iacob. 5. ſi in peccatis fuerit. Trident. cap. 2. ſic temperatur opinio aſſerentium, quod vt baptiſmum eſt per ſe contra peccatum originale, pœnitentia contra mortale, ita hæc vnctio ſit contra venialia: quod tenet Bonauent. 1. p. diſt. 23. art. 1. q. 1. Scot. q. vnica, Richar. art. 1. q. 5. & 6. Tarant. & Durand. q. 1. Maior. q. 1. Almai Mairo. ſupplem. q. 1. ſignificat Baſſol. q. 1. Rubion. q. 1. Bachon. d. 24. q 1. art. 4. Alex. 4. p quæſt. 5. m. 7. art. 2. Altiſiodor. lib 4. tit. de vnct. q. 1. Abul. Math. 7. q. 8. Pigh controuerſ. 10. Ayala 3 p. trad. conſid. 6. Caniſi. tit. de vnct §. 3. Nauarr. num. 13. Alleni. tit. 41. art. 5. olim D. Thom. d. 2. q. 1. 1. 4. & d. 16. q. 1. 2. 3. ad primum, addit. q. 30. 1. quam ſententiam, ut probabilem refert. 3. p. q. 65. art. 1. c. & ad vlt. vbi ſe refert ad id, quod dixerat Iunior. d. q. 30. ſed reuera hic effectus eſt ſecundarius, & cõmunis omni ſacramento: nec decebat vt tanta res, quanta eſt ſacramentum inſtitueretur per ſe contra venialia, ut ait D. Thom. d. q. 65. Soto. diſt. 1. q 6 1. & d. 23. q. 1. 1. Ledeſ. cum ſacramentalia per Eccleſiam inſtituta ſint remedium ſufficiens cõtra venialia ex operato. D. Thom. 3. p. q. 87. 3. [o] Albert. Capreol. Victor. Sylu. ſup. Tabien. §. 4. Bellarm. cap. 8. Caniſi. cap. 3. & intendunt autores citat. L. colligitur Iacob. 5. alleuiabit eum Dominus, Trident. cap. 2.

p quàm in alijs ſacramentis. p vide-
tur autem eſſe poſitiuus effectus
quem interdum infirmus experi-
tur in anima, ut hilaritas, & ſanitas,
quædam mentis cum vigore ſpiri-
q tuali, q quod Iacobi 5. dicitur alle-
uiabit eum Dominus: & hinc per
refluentiam deriuatur in corpus.

3 Item 3. de ſe confert ſanitatem
r corporis, r quando expedit animæ,
ſ ſ dum exhilarat faciem in oleo, &
cum ea lætitia leuat morbi grauedi
nem, niſi ex parte recipientis adſit
t impedimentum, t aut nimia debi-
u litas virtutis naturalis. u contra
quam virtus finita ſacramenti non
agit. tādem generaliter in Extrema
vnctione, confirmatione, & baptiſ
mo, vbi Christus inſtituit apponi
materiam extrinſecam, datur excel
x lentia quædam effectus. x

4 Quamuis non imprimat chara
y cterem: y non debet iterari vnctio
z durante eiuſdem morbi periculo. z
ſi tamen aliquando conualuit, ut
per menſem, & recidit poſtea in pe
a riculum, poteſt iterum vngi. a vt
in diuerſorum morborum pericu-
b lis eſt repetenda vnctio. b ſi per
obicem impediatur effectus vnctio
nis, aut viatici, non debet ſtatim
repeti: eſſet enim ſcandaloſa repe-
titio. quia & hæc ſacramenta ſubla-
to per pœnitentiam obice ſortiun-
tur ſuos effectus, ut conferant non
tantum auxilium gratiæ ſacramen-
talis, ſed augmentum gratiæ habi-
tualis. vt lib. de ſacrament. cap. 25.
dictum eſt.

CAPVT X.

Vtile eſſe, ſed non præceptum.

§. 1. Parochus det adultis, licet tunc careant rationis vſu.
3 Non eſt de illa præceptum.
4 Datur ex conſuetudine poſt viaticum.

CVret parochus ei qui in phre-
neſim incidit, miniſtrare vn-
a ctionem, ut tenetur ex officio: a &
ſi forte conſtet peccatum mortale
habuiſſe, præſumet illum pœnituiſ-
ſe per attritionem ex auxilio Dei:
nam qui ſic bona fide recipit, eſt di-
ſpoſitus ſufficienter ad effectum hu
b ius b ſacramenti, quod per ſe inſti-
tutum eſt à Chriſto contra pecca-
ta, & reliquias illius, ut cap. 9. §. 2.
dictum eſt.

2 Quamuis enim qui recipit cū
integro iudicio contentus eſſe non
debet ſola attritione quæ ſibi con-
ſtare poteſt. parochus tamē cui mi-
nus conſtat, non peccat ſi huic ho-
mini miniſtret vnctionē, cum gra-
ui præcepto teneatur ex officio of-
ferre ſubditis conſueta, & vtiliſſi-
ma ſalutis remedia. nam ſi poſt pec
catum à ſe factum non poteſt reci-
c pere aliud ſacramentum, c per hu-
ius receptionem infirmus attritus
ſaluabitur, & parochus lucratus e-
rit fratrem ſuum.

3 Infirmus nullo præcepto diui-
no, vel Eccleſiaſtico compellitur re
d cipere vnctionem, d nec peccat o-
mittens ſecluſo contemptu, & alio
e rum ſcandalo. e quia tria tantum
baptiſmus, pœnitentia, & euchari-
ſtia, ſunt de præcepto diuino, cuius
tempora determinauit eccleſia, ſup.
cap. 1. §. 6. & conferuntur non ob-
ſtante tempore interdicti. ſup. cap.
6. §. 7. in quo tamen prohibetur Ex
f trema vnctio. f

4 Alicubi mos eſt, vt ante viati-
g cum recipiatur Extrema vnctio: g
quia omnia ſacramenta diſpoſitione
ordinantur propter ſummam quan
dam cum Chriſto coniunctionem
dilectionis, quam præſtat euchari-
h ſtia, h quæ eſt finis ſacramentorū.
i i at ſeruanda eſt generalis conſue-
tudo, ut viaticum tanquam magis
k neceſſarium detur ante vnctionē, k
l quæ dicitur Extrema, l quia vltimo
datur, niſi cauſa ſubſit.

cap. 2. & tamen hic effectus præſeruatiuus, ſeu priuatiuus differt
ab eo qui dicitur res & ſacramentum ſimul, de quo ſtatim: ſicut
p in baptiſmo character differt à gratia ſacramentali. p dictū eſt. A.
q q de hoc videntur loqui autores cit. L. hæc dicitur ſanitas mentis,
& poſitiuus vigor. ſed non ſemper infirmus experitur hunc effe-
ctum, & dum recipitur cum obice nō datur, ut ait D. Th. cit. A. quod ſingulare eſt. cum tamē id quod eſt res & ſacramentum in alijs, ut character non impediatur per peccatū
r recipientis. r Conc. Florent. Trid. cap. 2. & ſignificat cano 2. cōmunis cum Mag. d. 23. vbi D. Thom. Bonauent. Richard. Soto. quæſt. 1. art. 2. concl. 5. Hug lib. 2. p. 15. ca. 1. Palat. q. vnic. Roffen. contra Luther. in aſſer. 7. ſacrament. Pius V. Caniſi. Sonnius, & alii catechiſtæ. Bellarm. de vnct. c. 6. 8. Summiſt. verb. vnctio. Nauar. cap. 22. nu. 12. falſo autem addit Soto, quod de ſe nō ſemper cauſat ſanitatem corporis: nec Conc. Floren. id definire tanquā certum, ſed quia erat doctrina Hugo. At re vera Florenc. & Trid. ex profeſſo definiūt: & Patres colligunt ex Iac. 5. alleuiabit eum Dominus, & oratio fidei ſaluabit infirmum. vbi Bed. Oecumen. gloſſ. ord. Lyran. D. Thom. q. 29. art. 8. q. 30. art. 1. Pet. Damian. ſer. Dedicat. Bernard. in vita Ma
ſ lach. ſ Trid. c. 2. fi. & alij Patres addūt hanc limitationem, quam male aufert Soto: nam bonum tēporalē, qualiseſt ſalus corporis, non datur a Deo, nec petenda eſt, niſi ſub ea implicita conditione, ſi expediat: Auguſt. epiſt. 121. cap. 12. & ſequent. lib. 2. de ſer. Domini in mōte. cap. 12. & 14. D. Thom. 2. 2. quæſtio. 83. artic. 6.
t t Vt effectus aliorum ſacramentorum impeditur per obicem, & fictionem, ſupra de ſacrament. cap. 24. Trident. ſeſſ. 7. ſacrament.
u can. 7. u Quod bene addit Soto, quæſt. 1. artic. 4. ad 3. Bellarm. cap. 8. Recent. & corrigit Sotus iterum. D. Thom. addit. quæſt. 29. 8. ad primum, idem ſentit D. Thom. quæſt. 30. artic. 2. & communis: quia Deus per ſacramenta non vult facere miracula: & in ſenibus quorum virtus naturalis eſt conſumpta, Extrema vnctio
x non confert ſalutem. x D. Thom. 3. p. quæſtio. 84. 1. ad primum.
y y D. Thom. add. quæſt. 30. 3. Soto, quæſt. 1. 2. omnes Summiſtæ, quia ſolum tria ſacramenta baptiſmus, cōfirmatio, & ordo imprimunt characterem, Conc. Florent. Trident. ſeſſ. 7. cano. 9. ſeſſ. 23. cap. 4. communis cum Magiſt. d. 6. D. Tho. 3. p. q. 63. 6. Soto, d. 1.
z quæſt. 4. artic. 6. z D. Thom. quæſt. 33. 2. Soto, quæſt. 2. artic 3. concl. 3. Ledeſ. quæſt. 35. 2. Sylueſt. Tabien. Angel. Armil. Aſten.
a artic. 8. eſt certa in praxi. a D. Thom. Soto, Ledeſm. Angel. Sylu.
b §. 8. Tabien. § 8. Armil. §. 9. Victor. §. 224. b Dicit Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. D. Thom. & alij cit.

CAPVT X.

a SVp. a cap. 1. §. 7. litera, S. b Tenetur quidem infirmus (ſi no-
b uit, & poteſt) accedere contritus ad hoc ſacramentum (ſolum enim ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ digne recipitur à peccatore cū attritione nota vt ſufficiat) ſed in agone mortis infirmus communiter non aduertit, an habeat dignam contritionem, & multo minus ad cōſtare poteſt parocho. Victoria, & quidam dicūt in mortis articulo, Deum acceptare attritionem ab eo qui nihil amplius aduertit. ſed reiecti ſunt lib. de ſacrament. c.
c 22. lit. O. c Palud. diſtinc. 23. quæſt. 1. artic. 3. concl. 3. aliquando vnctio erit huic infirmo mediū per accidens neceſſarium ſine quo nō ſaluatur, (vt ſi obmutuit attritus, nec poteſt confiteri, nec adeſt in eo loco euchariſtia, vt communicet: & tamen per vnctionem fiet de attrito cōtritus, ſup. capit. 9. D.) ſic Matth. 25. Virgines fatuæ excluſæ ſunt, quia non receperāt oleum in figurā huius ſacramenti. & 4. Regum. 4. vidua propter oleum ab Eliſæo miraculoſe datum potuit ſoluere debita, & viuere. de quo monet Pius V. Trident. ſeſſ. 14. in proœm. de vnct. Patres cita. capit. 7. G. Nauar. cap. 22. nu.
d 13. fin. d D. Thom. diſtinct. 23. quæſt. 1. 1. 3. ad primum, Soto, quæſtio. 1. 1. ad argum. Sylueſt. vnctio. §. 9. Taper. art. 22. Bonauent. diſt. 23. in expoſitione liter. Nauar. cap. 22. num. 16. (vid. capit. 23. num. 42.) Ledeſ. quæſt. 31. art. 9. ad fin. Victor. §. 219. Caiet.
e verb. vnctio. Armil. §. 1. cum D. Thom. e propter ſcandalum qui ſcienter omittit præſertim monitus peccat ſæpe mortaliter, ut ait Magiſt. d. 23. innuit Bonauent. affirmat Taper. Petr. Soto, titu. de vnctione, lectio. 1. ſentit Nauar. Couar. cap. alm. 2. p. §. 2. num. 6. Paludan. quæſt. 1. artic. 3. concl. 3. ſupplem. quæſt. 1. dub. vlt. qui
f tamen vix ſe explicat. f Palud. quæſt. 1. art. 3. concl. 3. ſupplem. q. 1. dub. vlt. Nauar. cap. 27. num. 179. per cap. quod in te. Couar. d. §. 2. num. 8. Sylueſt. vnctio, §. 8. cum Ioan. Andr. F. Med. lib. 1. cap. 11. §. 13. Soto. d. 22. quæſt. 3. artic. 1. concl. 4. ſed Palud. ſentit quod vbi infirmus non poſſet recipere aliud ſacramentum, liceret tempore interdicti conferre vnctionem: ut quæ tunc foret ſibi me
g dium neceſſarium attrito ſup. E. g capit. ad infirmis. 26. quæſt. 7.
h ſupplem. diſtinct. 23. quæſt. 1. dub. vltimo. h D. Thomas, 3. par quæſt. 65. 3. ibi Caietan. Soto. diſtinct. 1. quæſt. 2. artic. 2. Ledeſ.
i 1. p. quæſt. 6. artic. 3. i Diuus Thom. Soto, Ledeſma ibid. k Col-
k ligitur ex Innocent. I. Quem etiam probat Conc. Vuormat. c. 72.
l Alcuin. de diuin. offic. c. de infirmis. l Sic Trid. proœm. de vnct. dicit hanc vnctionem eſſe ſacramentum conſummatiuum aliorum.

CAPVT XI.

Subiectum eſt homo adultus qui laborat morbo periculoſo.

§. 1. Sanus non eſt capax, dari poteſt in principio cuiuſdam morbi.
2 Ne expectetur priuatio ſenſuum.
3 Iuſtus omni peccati, & pœna reatu carens eſt capax.
4 Et ſeq. dignitas, & Conceptio Beatæ Mariæ.
7 B. Virginem recepiſſe vnct. probabile eſt.
8 Qualis ſenſus formæ in eo, qui careret omni culpa, & pœna.
9 Adultus, & non infans eſt capax.

RECipere non poteſt hoc ſacramentum qui ſanus eſt cum integro ſenſuum vſu, quamuis ſit ſtatim patibulo affigendus: [a] nec nauigantibus cum periculo, & tempeſtate iactatis, datur, uel intrantibus prælium, nec mox in principio cuiuſuis morbi, [b] ſed quando ita vrgens eſſet arbitrio medici, aut alterius periti, ut periculum ſit in mora. [c] vel quando ob vulnus violentum, aut quia venenum potauit. [d] vel quia morbus eſt de ſe lethalis licet prolixior (huic vero poſſet in principio eius morbi miniſtrari) habet intra ſe periculum, & cauſam mortis propinquam.

2 Non eſt expectandum, ut priuetur infirmus vſu rationis: [e] nam compos ſui per hoc ſacramentum excitatur in deuotionem, & hilaritatem mentis. ſup. cap. 9. ſatis etiam eſt quando homo per ſenectutem paulatim deficit, & emoritur. [f] hoc enim ſignificat Iacob. cap. 5. oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus. pro recipiendo viatico, dum ieiunus nõ eſt, aut pro Extrema vnctione non oportet, vt infirmus lecto decumbat. nam qui videt ſe peſte percuſſum, vel venenum bibiſſe, uel viperæ morſu læſum, poſſet ire concitus in domum parochi, uel in Eccleſiam, & ibi hęc ſacramenta reuerenter ſuſcipere [g] non prohibetur, nec eſt indecens.

3 Quamuis homo infirmus adultus nullum tũc haberet peccatum, ut quia recẽs baptizatus eſt, aut plene contritus, aut indulgentiam plenariam vere obtinuit, [h] aut ſi conceptus in peccato eſſet ex priuilegio Dei immunis ab omni peccato veniali, (vt de Baptiſta quidã aiunt [i]) hic capax eſt Extremę vnctionis, & ex illa recipiet ſanationem quãdam mentis, ut confortetur pugil contra tentationes in vltima lucta conſurgentes ex occaſione reliquiarũ peccati. ſup. cap. 9. Quidam Doctor. ad dignitatem B. Virginis Mariæ pertinere putant, ut non receperit ſacramẽtum vnctionis. [k] licet enim ex peccato Adæ debilitatem corporis, famemque contraxit, ita reliquias quaſdam peccati, [l] vt & ex morbo aut ſenio tædium, ac mœrorẽ animi. At quia fuit omnino immunis à peccato originali, ut multi & graues autores aſſerunt: [m] & ab omni peccato actuali, ut definit concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 23. aiunt quidã quod ſicut erat incapax ſacramenti pœnitentiæ (præſertim ſi ab intrinſeco fuit impeccabilis ex priuilegio) ita non debuit inungi: quia ſacramentum vnctionis eſt conſummatiuum pœnitentiæ, & forma illius eſt: indulgeat tibi Deus quicquid peccaſti, aut certe peccare potuiſti per viſum, &c.

CAPVT XI.

[a] BOnauent. [a] Richard. Maior. Almain. diſt. 23. Sot. quæſt. 2. a. Palud. Simanc. de cathol. inſtit. in add. cap. 57. num. 6. Victor. §. 222. Anton. Syluest. vnctio. §. 5. Tabien. §. 6. Angel. Armil. §. 6. Nauar. capit. 22. nume. 13. & 14. D. Thom. q. 32. 1. Ledeſ. q. 34. 1. quæ praxis eccleſiæ colligitur. Iac. 5. infirmatũ quis. quaſi effectus primarius in anima ſit, alleuiabit eum Dominus. quãuis Bonauen. & alij cit. cap. 9. L. putant primũ effectum eſſe ſanitatem corporis cum vigore, ex quo excitatur hilaritas mentis. & concilia requirunt morbum. Trident. ſeſſ. 14. c. 3. illis præſertim qui tam periculoſe decũbunt, vt in exitu vitæ conſtituti eſſe videantur. conc. Flor. dari nõ debet niſi infirmo, de cuius morte timetur: de quo ſtatim. At qui ſano corpore occiditur, pollet integro iudicio, nec affligitur repręſentationibus, & tẽtationibus contra quas ordinatur vnctio. Nauarr. nume. 14. [b] D. Tho. q. 3 a. 2. Soto, Ledeſma, & multi ex ſupra cita. cõtra Fabrum ſuper Dionyſ. cap. 7. eccl. hierar. quia quamuis Iacobi 5. ſolum explicat: infirmatur quis in vobis: ſed ſobdit, oratio fidei ſaluabit infirmum: Græc. habetur deficientẽ ſeu penè morientem. in honorẽ vero huius ſacramẽti Chriſtus iſtituit, ut qui ſanari poſſet ordinario naturæ remedio, non ſanetur oratione fidei, & ſacramento ſupernaturali. ſic habet vſus Eccleſiæ, ut poſt viaticum detur vnctio: quæ dicitur ſacramentum exeuntium, & conſummatiuum, ut dicit Trid. ſeſſ. 14. in procem. & cap. 3. Pius V. [c] Conc. Florent. & Doctor. citat. [d] Quamuis hic adhuc videatur ſanus, & cum integris ſenſibus, habet tamen intra ſe periculum, & proximam cauſam mortis, Recent. [e] Diuus Thom. quæſt. 30. 2. Pius V. late. Soto quæſtione 2. artic. 2. quia ob debilitatem virtutis naturalis non conferet ſanitatem corporis. ſup. capit. 9. liter. S. & exponitur periculo, ut decedat antequam integre perficiatur ſacramentum. [f] Nauar. nume. 14. Armil. §. 6. Syluest §. 5. Tabien. §. 6. & communis. quia ſenectus eſt morbus ex naturæ deficientis infirmitate, [g] Aduertit ſupplem. diſtinct. 23. quæſt. 1. artic. 3. dub. 2. & tempore peſtis, aut periculoſi catarri, ita fit in praxi: ut in Eccleſia ſuſceptis ſacramentis reperiat ſepelientem ſe. [h] Doctor. capit. 9. liter. L. citat. [i] citati de bapt. c. 32. §. 2. [k] inf. §. 7. Q. [l] Sic B. Virgo contraxit obligationem mortis, famis, & ſitis. quod ſi obiret ante Chriſti paſſionem, priuaretur introitu gloriæ. DD. 3. diſt. 3. D. Thom. 3. p. q. 27. 1. ad 3. Alex. 3. par. quæſt. 9. m. 3. artic. 2 §. 3. Cordub. lib. 1. quæſt. 47. cum Schol. Pariſ. contra Gerſ. ſer. Concept. & videtur Scot. 3 diſt. 3. q. 1. quamuis enim in ſeipſa non cõtraxit peccatum, indiguit redemptione Chriſti: quia in Adam tanquam in cauſa, & radice peccauit, & mortua eſt, 2. Corinth. 5. ſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. quod pertinere ad fidem putat Aug. epiſt. 157. ad Optatum: & citat decret. Zozimi Pap. & de fide ad Pet. c. 2. D. Thom. 1. 2. q. 81. art. 3. & hinc. 3. p. quæſt. 27. 2. ad 2. colligit, quod ſi prædicto modo B. Virgo non cõtraxit defectus peccati non magis eguit redemptione Chriſti, quã Angeli. Caiet. opuſc. de Concept. B. Virg. cap. 3. putat oppoſitum eſſe erroneum. quidam tamen minus probabiliter dicunt præſeruatam fuiſſe etiam à debito, ne contraheret peccatum in cauſa, idque per Chriſtũ, Cord. lib. 1. q. 44. Viguer. Cathar. lib. 4. cont. Caieta. Galatin. de arcan. ſcrip. libro 7. c. 8. ſatis eſſe aiunt, quod in peccato Adæ, tanquam in radice dicatur peccaſſe: ſed in propria pſona pręſeruatã fuiſſe à debito peccati, imo & à fomite, & morbis. [m] Concil. Trid. (de quo nulla põt eſſe ſuſpectio) ſeſſ. 5. c. 2. approbat id quod Sixtus IIII. monachus Frãciſcanus extrauag. præexcelſa. de reliq. & vener. Sanct. prudẽtiſſime declarat: nõ fieri vim ſcripturæ, ſi excipiatur B. Virgo à peccato originali; concedit indulgentias celebrantis feſtum Conceptionis: quod iubet ſub hoc nomine celebrari in vniuerſali Eccleſia. Caſt. verbo. peccatum hær. 9. & citat Richard. Vict. li. 2. de Emmanuel. cap. vlt. & ſermo. de Concept. apud Durand. ſup. Torren. 2. cõfeſſ. Aug. c. 1. §. 6. Bellarm. 3. de cult. Sanct. cap. 16. Veg. lib. 2. in Triden. c. 6. lib. 14. c. 18. Abulen. Exod. 34. q. 8. paradox. 1. cap. 21. Cordub. lib. 1. quæſt. 44. & 17. Lipoman. Cath. in Geneſ. cap. 15. Dried. lib. 3. eccleſ. dogm. tract. 2. cap. 4. p. 1. ad fin. Roffenſ. diſput. 1. cont. Luther. Nicol. de Chuſa lib. 5. exercit. in id cœlum, & terra tranſient. & lib. 8. Iacob. de Valentia in pſal. 13. Leimatius de inſtauranda religio. libro 9. capit. 13. Caniſi. lib. 1. de Deipara Mar. cap. 10. & ſequen. Viguer. cap. 18. §. 5. Marſil. 2. quæſt. 20. in 3. quæſt. 4. refert. 3. reuelatione. & B. Birgitta lib. 1. reuel. cap. 9. lib. 2. cap. 49. 55. Gerſ. ſerm. de Concept. tom. 2. & 4. & Alpha. 15. Q. & ſup. Magnificat Rober. de Litio. Cathar. opuſc. de Concept. & lib. 4. contra Cai. Clichtoueæ. opuſc. de Purific. Virg. cap. 5. & 8. Tiletan. to. 1. apol. in Triden. p. 154. Alanus in Cant. 4. Auila. lib. audi filia. cap. 14. Beduxam. tom. 2. Harmon. euãg. f. 430. 470. & ſeq. probat ex Chryſip. de Deipar. Anaſt. li. 4. de die creationis. & Marc. pœnitentiar. ſerm. 214. de Annunciat. Galatin. lib. 7. cap. 4. refert ex Patribus Græcis, apud eos celebratum hoc feſtum ante mille annos. & cap. 5. probat etiam ex Talmud, & Magmede. Gab. 3. d. 3. quæſt. 2. (propter Conc. Baſilienſ. ſeſſ. 36. 43. quod acceptatum eſt in Gallia) putat oppoſitum cenſeri ſcandaloſum, & temerarium in Gallia. Andreas Apoſt. apud Abdiam lib. 8. hiſtor. ait, ut primus Homo de terra ſemper immaculata factus eſt, ita perfectus homo Chriſtus de Virgine immaculata, Anſelm. lib. de Concept. B. Mariæ, & epiſt. ad Epiſcopos. Angel. lib. de exord. humanæ ſalut. vid. Auguſt. de natura & grat. cap. 36. & lib. 2. de nupt. & concup. cap. 7. Hieron. in pſalm. 77. &

eduxit

4 Sane tam eximiis priuilegiis
Dei, digne ornata eſt Beata Virgo,
ut ſi minus decuerit recepiſſe vn-
ctionem, id ei tribuendum non ſit.
fuit quidem concepta ex nobilibus,
& ſanctiſſimis parentibus Ioachi-
n mo & Anna, ⁿ ſecundum natu-
ralem ordinem: ſed cum ſenes, &
ſteriles eſſent, non ſine miracu-
o lo, ᵒ & Dei reuelatione, habue-
p runt hanc vnicam filiam ᵖ quæ
Chriſto ſpecioſo forma pre filiis ho
q minum. ᑫ Pſalm.44. fuit facie, &
r moribus perſimilis: ʳ nec tamen
pulcherrimus eius aſpectus aliis vn
quam excitauit libidinem, ſed ca-
ſ ſtimoniam. ˢ atque ita carnem B.
Virg.6.ſyn. Actione 11. & 18. vo-
cat immaculatã, & puriſſimam. &
7.ſynod. Act.3. hanc Virginem vo-
cat immaculatam, & omni ſenſibi-
li, & intellectuali creatura puriorẽ.
fuit enim gratia plena Luc.1. & gra
tiam in prima ſui ſanctificatione in
fuſam recepit excellentiori gradu,
quam vlla vnquam creatura etiam
t angelica in via. ᵗ In portione ſupe-
riori animæ videtur habuiſſe quan-
dam rationem, & effectum iuſtitię
u originalis: ᵘ & poſita confirma-
tione in gratia, huic tribuunt qui-
x dam autores ˣ priuilegium, ut di-
catur impeccabilis ab intrinſeco: ſal
tem poſt conceptum Dei verbum:
nam tunc ſaltem ei fomes fuit om-
y nino ſublatus. ʸ Nec mirum: nam
Adam ſine fomite creatus habuit,
ut manente dono iuſtitiæ, non poſ-
ſet cum inconſideratione practi-
ca prorumpere in actum venialẽ;
z ᶻ eo quod illius ſtatus vigor omni
peccato veniali eſſet potentior.

5 In totius vitæ decurſu B. Vir-
go progreſſus fecit eximios, ſem-
per proficiens quaſi aurora conſur
gens: nam & primo Conceptio-
nis inſtanti meruit gloriam, utpo-
te ſanctificata cum libera ſuæ vo-

eduxit eos. idem feſtũ confirmat Alex.VI. in bulla. Iul.II. Leo X. apud Monum. Minorum. & in compend. Mendicant. verb. Conceptio.§.10. & ſequent. Doctor.3.diſt.3. Scot. Almain Carthuſ. Aureol. Palac. & Marſil. quæſt.4. Maior. & Mairo. Argent. Carthuſ.q.1. qui refert Alexand. retractaſſe prope mortem. Bachon. 4.diſtinc.2.quæſt.4. art.2. & D.Thom. cum primum explicauit propriam ſententiam in opuſc. ſuper Aue Maria, & in 1.diſt.17. artic.4. ad quartum, & diſt. 44. in lite. & quæſt. vnica.art.3. ad 3. ait B. Virginem fuiſſe immunem ab omni peccato originali, & actuali: & præſeruatam habuiſſe, quod ait Anſelm. id quo nihil purius eſſe poteſt ſub Chriſto. & expreſſe in Galat.3. lect.6. non dicit, & ſeminibus: in nonnulla impreſſione dicit, excepta B. Virgine, quæ omnino à peccato immunis fuit originali, & veniali, de qua re fuſe egimus ſuo loco. Nauarr.§. in Leuit. not.13. num.8. prælud.1. num.5. prælud.8. num.9. Couarr. cap. alma.2.p.§.5. num.2. cum Panorm. & Ant. & Mantuan. in carm.
n ⁿ Caniſi.1. Marial.cap.4. lib.4. cap.7. (contra Centur.) quod parẽtes Beatæ Virginis fuerunt nobiles, & de illorum nominibus, & quod naturali generatione concepta ſit Beata Maria, Caniſ. ſup. ex Nicephor.1. hiſtor.cap.7. lib.2.cap.3. cum Hyppoly. Epiphan. hær.78. & 79. Damaſc.lib.4. cap.15. German.orat. de præſentat. Beatæ Mariæ in templo. Andr. ſerm.de dormit. Deiparæ. apud
o Lypoman. & Surium.de vitis. ᵒ Ex hiſt. & Hieronym. lib.de ortu Virg. Nyſſen. orat. de Natiuit. Chriſti. Dam.orat.de ſtat.Mar. Sic aiunt alij Patres ex Luc.1. de conceptione miraculoſa Bapti-
p ſtæ. Martin.9.hypoty.reg.50. ᵖ Infra Anna Mariæ Dei genitricis Mater fuit vninuira: nec habuit alium virum præter Ioachim. nec alias filias, præter Mariam Dei matrem. Caniſi.lib.1. Marial. cap.4. cum Epiphan.hær.79. & Cedreno.hiſt. & Fabro in Matt.2. illa vero quæ Ioan.19. dicitur Soror matris Domini, Maria Cleophæ (nempe filia, Abdias 6. hiſt. Apoſt. in princip. Theophyl. in Galat.1.) non erat filia B. Annæ: ut fatentur Patres inf.3. falſo addunt: hanc ideo dici Mariam Cleophæ (qui cognominatus eſt Alphæus Bed. Marc.3. vbi Remig.gloſ.ord. & Hieronym. idem ſentiunt) quod eſſet vxor Cleophæ: quo ſine liberis mortuo, dicũt hanc viduam nupſiſſe Ioſeph (qui poſtea fuit B. Virginis ſponſus) & ex illo genuiſſe Iacobum Minorem iuſtum, (qui dicitur Iacob. Alphæi, filius, ſcilicet legalis, Lyran. Matth.10. glo. Galat.1. & in epiſt. Iacob. Auguſt.1. locut. Geneſ.cap.46. Lucid.lib.10. cap.1.) atque ita idem eſt Cleophas, & Alphæus, & genuiſſe alios, ut Ioſen, qui ideo dicuntur fratres Domini: quod Chriſtus reputaretur ex eodem patre Ioſeph genitus. Sic aiunt Theophy. Ioan.19. Luc.24. Epiph.hær.76. Abd. African. Hilar. Matth.can.1. Euſeb. 2.hiſt.c.1. Niceph.2.cap.3. cum Hippol. & lib.1.cap.33. Ambr. Galat.1. & de inſtit. Virg. cap.6. quod probabile dicit Auguſt. in Galat.1. to.4. & Origen. Matth.13. haberi ex traditione Hebr. & innuit Cyrill.lib.4. in Ioan. Chryſoſt. hom.89. Matth.27.4. hinc Theophyl.ſup. dicit, quod in Euang. Maria Iacobi, ſcilicet mater, eſt mater Domini, quia Iacobum Ioſeph ſponſi filiũ habebat pro filio. Chryſoſtom.hom.89. Matth. quos tamen duos, in hoc reprobat Euthym. Matth.27. Sixtus 6.biblioth.cap.126.5. ſatis eſt hos Patres ſequi in eo quod negant Mariam Cleophæ eſſe ſororẽ matris Domini, aut filiam B. Annæ, ſed cognatam. filij autẽ ex Maria Cleophæ dicuntur fratres Domini, ideſt patrueles, ait Hierony. & quia Ioſeph, tanquam tutor ſuſcepit illos domi cum matre ſua, & educauerit quaſi filios: quod ex dictis patribus ſatis colligitur. 6. Certum eſt non fuiſſe vxorem Ioſephi, qui ſemper virgo permanſit, ut dicit Hieronym. contra Eluid. quod oppoſitum eſt delirium temere confictum. & in Matth.12. Auguſt. de tempore ſerm.14. Rupert. Matth.1. Hug. Victor. in Galat.1. D.Tho. 3.p.q.28.3. ad 5. & omnes Theolo.4.d.30. vnde cum dicitur Iacobus Ioſephi, ſeu Ioſeph, nõ intelligitur filius, ſed frater, ex Matth. 27. Marc.15.7. probabile eſt, quod graues autores aiunt, B. Annã nupſiſſe ſucceſſiue tribus, & genuiſſe alias duas, Mariã Cleophæ, & Salomæ, quæ erant ſorores B. matris Dei. D.Thom. in Galat.2. comm.16. Hieron.lib.de ortu B.Mariæ. gloſſ.ord. in Galat.1. & in Iaro Exius 10.3, ſer. de B. Anna. vid, Cano lib.11. de loc. cap.5. ad ſecundum. Iſidor. de vit. ſanct. Patrum. Natal. Beda apol. pro filiabus Annæ conſid.a pro poſ.6. & contra Fabrum in Matth. pro poſ.32. & tamen B. Mariã reſpectu patris ſui fuiſſe vnigenitam, & hæredem bonorum quæ nupſit in eadem tribu
q proxima. ᑫ Commun. cum Magiſt.3. diſtinc.15. Hieron. Auguſt. Caſſiodor. vtraque gloſſa. Lyr. Hugo. Tucelman. Iacobus de Valentia. Ianſenſ. Carthuſ. in id Pſalm.44. ſpecioſus forma præ filijs hominum. vbi paraphraſ. Chaldaica legit: ſpecioſus forma Meſſias. & id citans Chryſoſtomus hom.18. Matth.8. Bernardus ſerm.1. de ſanct. Theodor. in id Cant.5. dilectus meus candidus. Hieronym. tom.3. epiſt.160. Clemens Alexand. lib.3. pædagog. cap.1. Damaſc.lib.3. cap.10. D.Thomas 3.par. quæſt.14. artic.4.
r Abulenſ. parad.1. & paſſim autores. ʳ Birgitta libro primo, reuelat.cap.50.51. & de Beatæ Mariæ pulchritudine, Richard. Victor. in Cantic. cap.ſuo 26. Antonin. quarta part. Theolog. tit.15. capit. 10.§. ſecundo. Andr. Cretenſ. ſerm. Aſſumpt. Galatin. libro 7. de arcan. ſcript. capit.10. formam vero Beatæ Virginis, depingit Nicephorus 2. hiſtor.cap.23. ſed falſo Abulenſ. Leuit.12. quæſt.13.
ſ negat eam fuiſſe pulchram. ˢ Ambroſ. de inſtitut. Virg. capit.7. Diuus Thomas diſtinct.3. quæſtio.7. artic.2. quæſtiunc. prima, ad quartum. vbi Bonauent. in 1. par. artic.2. quæſtio.3.7. Gabriel. quæſtione 2. art.3. dub.1. Alexand.3.part. quæſtione 9. memb.3.
t artic.1. Palac. diſtinct.3. quæſtio.4. concl. ſecunda. ᵗ Id ex Diuo Thoma 3.p. quæſt.27. art.5. colligunt Caietan. Peña, & Recent. Theolog. & plane Bernard. epiſt.174. Beatus Vincentius Ferrer. ſermo.1. & 2. de Natiuit. Mar. & ſimili ſermo. Laurent. Iuſtinian.
u idem ſignificat Damaſc. ſerm.1. Aſſumpt. ᵘ Beata Maria habuit appetitum ſubiectum rationi, vitauit omne veniale, ſemperq; perſeuerauit ex plenitudine gratię. ſic ei tribuit iuſtitiam orig. Maior. cum Pariſienſ.3. diſtinct.3. ſentit Durand. quæſtio.3. Vincent. de Caſtronouo. tract. de Concept. B. Mariæ, & ſimili tract. Bandelus Dominican. Bullo. in Marial.1. part. principal. ſermo.5. fol.21. Faber in Roma.5. innuit Richardus Victor. lib.1. de Emmanuel. capit. vltimo, lib.2. cap.28. fauet Auguſtinus de natura & gratia. capit.36. excepta B. Virg. ſcimus enim quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum. Poteſt accommodari id Iſa 61. induit me veſtimento ſalutis, & corona iuſtitiæ: quaſi ſponſam. ſic de Chriſto. Iſa.59. indutus eſt iuſtitia, ut lo-
x tica. ˣ Beatam Virginem vocant ab intrinſeco impeccabilẽ, poſtquam ſublatus eſt fomes. D.Thom.3.p.quæſt.27. artic.4. ad 1. & artic.5. ad ſecundum, & bene.1.p.quæſt.100. artic.2. in 3.diſt.3. quæſt.1. artic.2. vbi Bonauent. artic.2. quæſt.2. Marſil. quæſtio.4. cum Alexand.3.p.quæſt.9. artic.2. Galatin.lib.7.cap.9. ſignificant Patres in ſermo. de excellentijs B. Virg. Aug. ſup. contra Durand.
y 3.diſtinct.3. quæſt.4. Palac. quæſt.4. ʸ D.Thom.3.p. quæſtio.27. artic.3. ait fomitem eſſe ei ſublatum poſt conceptum verbum. ſed alij Doctor. à principio ſuæ ſanctificationis. Catharin. opuſcu. de Concept. Cord.lib.1. quæſt.45. multi ex recent. innuit Alexand. 3.p.q.9.m.3. & Auguſt.2. de nupt. & concup.cap.7. in Maria nullum peccatum nec fomes peccati extitit. Hieronym. ſerm. Aſſum-
z ption. ᶻ D.Thom.1.2.q.89. artic.3. (& idem ait de bono Angelo. art.4.) cum Auguſt.14.ciuit. cap.10. & 26. commun.2.diſt.21. vbi Bonauent. Durand.q.4. Carthuſ.q.6. Palac.q.vnic. Alex.2.p. At peccatum mort. fuit in Adam quia deſtruxit ſtatum iuſtitię & tentatio interdũ ita viget, vt vincat vigorẽ: niſi homo pereat, & ob-

a luntatis diſpoſitione, [a] more adul-
torum: & per quædam infantiæ tē-
pora, non quidem ſemper ut qui-
b dam putant, [b] ſed interdum uſa eſt
miraculoſo arbitrio: ſicut dum tri-
c ma præſentata eſt in templo. [c] huic
donatum creditur, ut non ſemel in
d raptu videret clare eſſentiam Dei: [d]
quale priuilegium graues Patres pu
e tant Moſi, & Paulo Apoſtolo [e]
curſim fuiſſe conceſſum. Per quod
tamen non ſunt impediti, quin no-
uis meritis, & deuota ſacramento-
rum participatione proficerent in
via. His tamen donis, & priuile-
giis non obſtantibus, qui opinantur
B. Virg. conceptam fuiſſe in pecca-
f to, [f] aiut ut ſaltem prius natura fue-
g rit filia iræ. [g] hi facile admittent il-
lam ſacramenti vnctionis fuiſſe par
ticipem.

6 At iſtud de peccato contracto
fundamentum, quod Xiſtus Pa-
pa IIII. & Pius V. adhuc inculpa-
h te opinari permittunt, [h] falſum eſt,
& propoſitæ concluſioni non ne-
ceſſarium. ſolet Eccleſia quæ prius
opinata, & dubia nobis erant, fa-
cere indubitata. ſic olim Concil.
Vienenſ. an eſſent habitus in iuſti-
ficatione infuſi, permiſit libere opi
i nari. [i] olim de Beatæ Mariæ Aſ-
ſumptione ſeu Reſurrectione du-
bitarunt quidam: & non pauci ei
tribuebant peccatũ veniale. de qui-
bus tamen iam propter feſtum, &
conſenſum Eccleſiæ dubitare non
licet, quin aſſumpta fuerit in cœ-
lum, & immunis ab omni peccato
actuali. ita ſperamus propediem ſi-
mili cōſenſu definitum iri piam de
immaculata Conceptione B. Virg.
k ſententiam. [k] nam præter inſigniũ
Academiarum conſenſum, & mul-
torum Patrum autoritatem, con-
gruentesq́ue rationes: iam ſolen-
ne feſtum de Conceptione hac ce-
lebratur, non apud Græcos tãtum,
ut olim: & apud priuatas quaſdam
l regiones Eccleſiæ Latinæ: [l] ſed
vniuerſali conſuetudine Romanæ
m Eccleſiæ [m] à ducentis prope an-
nis, & de mandato ipſius. Vt enim
futuram matrem præſeruare potuit
n omnipotens filius: [n] ita decuit, ut
ex meritis Chriſti præuiſis illã præ-
ueniendo redimeret. atque ita im-
pediuit ab effectu, ſeu defectu cau-
ſam, quæ pro illo Conceptionis pũ
o cto erat naturaliter propenſa, [o] vt
peccatum induceret. ſicut impedi-
uit ignem à naturali actione ne ru-
bum, aut tres pueros in camino cō-
bureret. huic piæ ſententiæ non
contradicere ſacras ſcripturas gene
raliter de peccato loquentes, docēt
Pontifices, & Conc. Trident. Quæ
motiua certos nos facere poſſunt
in hac re: quantum ſeclusa teme-
ritate fides humana, intra limites
opinandi, cordatos viros certos fa-
cere ſolet.

+ ante
erat permiſſũ

a tineat nouum auxilium quo iuuetur. [a] B Bernardin. ſermo. 51. de
B. Virg. cap. 2. artic. 1. ſic ex illo Luc. 1. exultauit infans in gaudio
probatum eſt libro de baptiſ. cap. 32. H. ex Patribus Ioan Baptiſt.
ſanctificatum fuiſſe cum vſu arbitrij more adultorum. addit Amb.
lib. 2. in Luc. Ioannem Baptiſtam ex præſentia Beatæ Mariæ cre-
uiſſe in gratia illis
tribus mēſibus, qui
bus manſit cum ma
tre eius. & quod Za
char. Pater eius ita
locutus eſt ad filiũ,
tu puer propheta:
quia eũ poterat au-
dire. idem Origen.
hom. 8. & 9. in Luc.
cōſtat autem ex Pa
tribus omne priuile
gium aliorum San-
ctorum conceſſum
eſſe B. Virgini, ſi de
cens ſit ſexui mulie
bri. ut citatum eſt li
bro de ſacrament. c.
13. P. Caniſi. lib. 1.
Marial. cap. 4. cum
Idiota lib. de contē
plat. Beatæ Mariæ.
Bonauent. in ſpecu
lo Mar. cap. 5. & 7.
b [b] Iacobus Chriſto-
politanus in Magni-
ficat. putat quod ſē
per in illa manſit v-
ſus arbitrij. at hoc
priuilegium dicitur
propriũ Chriſto de
quo Hierem. 31. no
uum faciet Domi-
nus, mulier circun-
dabit virum. Caiet.
cum Diuo Tho. 3.
c p. quæſt. 27. art. 3. [c]
Hieronym. de vita
B. Mariæ. fauet Da-
maſc. lib. 4. cap. 15.
Niſſen. ſermon. de
Chriſti natiuit. Ni-
cephor. 2 hiſtor. cap 3. cum Euodio. & lib. 1. cap. 7. Andr. Creten.
orat. de dormit. Virgin. Metaphr orat de educat. virgin. Anton.
d 1. p. hiſtor. cap. 4. §. 10. & Bonauent. in vita Chriſti. [d] Hubertin.
à caſali. libro 1. arboris vitæ crucifixi. cap. 9. ad fin. Dionyſ. Car-
thuſ. tom. 1. opuſc. de laud. Virg. artic. 12. lib. 2. fol. 290. & tom. 2.
libro 2. de præconio, & dignit. Virgin. artic. 18. fol. 202. & ſuper
Dionyſ. cœl. hierar. capit 4. artic. 18. dicit non eſſe dubitandum.
Gerſon. in Magnificat. Thomas de Villanoua ſermon. Reſurrect.
Albert. Magnus in Magnificat. cap. 96. Exius ſermo. de B. Maria.
Anton. 4. p. tit. 15. cap. 17. §. primo, cum Albert. in Marial. ſentit
Rupert. lib 3. in Cantic. Caniſi lib. 1. Marial. cap. 13. facit libro 4.
e cap 2. ad fin. [e] Auguſt. 12. Geneſ. ad lit. cap. 27. 28. epiſto. 112.
ad Paulin. cap. 13. & 14. ſermo. 46. ad frat. in eremo. Ambroſ. 1.
examer. capit. 2. & 2. Corinth. 12. qui in hoc ut in alijs ſequitur
Baſil. hom. 11 examer. dicit Moſen æque, ac Angelos vidiſſe Deũ
ad faciem. Anſelm. Beda. in 2. Corinth. 12. vbi Hugo. Lyran. Bur-
genſ. Abulenſ. Matth. 5. quæſt. 47. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 175. 3.
communis ſcholaſt. Durand. 4. diſtinct. 49. quæſtione 6. & in pro-
log. quæſt. 3. Henric artic. 24. ſum. quæſt. 2. & in Exod. 33. Lyra.
& in nume. 12. vbi Abulenſ. quæſtione 14. & recent. Thomiſtæ.
Caietan. Bañes, Zumel. 1. par. quæſtio. 12. artic. 11. Sixtus lib. 5.
biblioth. capit. 41. nec Patres Græci infra id magis negant de ho-
mine viatore, quam de Angelis: quos aiunt non videre eſſentiam
Dei, & hinc hæretici Armeni, Abailard. & Arnaldus dicunt, bea
tos non videre Deum in ſe, ſed fulgorem ex illo manantem. Sed
Patres exponit D. Thom. 1. par. quæſt. 12. 1. ad primum, de viſio-
ne comprehenſiua. alij quod vi naturali non vident: nec corpo-
rali, ut dicit Auguſt. epiſt. 3. Martin. 2. hypot. capit. 2. Caſtro, &
Medices de hæreſ. verb. beatitudo. hær. 1. Sixtus libro 6. biblioth.
cap. 182. At non vidiſſe propendet Cano. 7. de loc. cap. primo, cum
Hieronym. Nazianzen. Cyrill. Origen. Gregor. & Euariſt. Papa
epiſto. prima, adde ex Græcis Theodoret. dialog. immutabilis.
in Ioan. 1. Deum nemo vidit. Theophyl. Euthym. & Chryſoſt.
hom. 14. Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. Damaſc. lib. 1. cap. primo,
dicunt. At hi aiunt quod nec Angeli, aut Seraphim Deum vident.
idem Dionyſ. capit. 1. diuin. nom. At ſunt pie interpretandi, ut di-
ctum eſt. aſſeritur Eucher. quæſtionibus in Geneſ. Gloſſ. ordin.
Nume. 12. & alio loco Auguſt. tract. 3. in Ioan. Deum nemo vid.
libro 4. de Symbol. ad Catech. capit. 3. & de Moſe, Philo. lib. de
profugis. D. Thom.
2. 2. quæſt. 98. 3. ad
ſecundum, Caieta.
2. 2. quæſtio. 175. 3.
ad 3. Hieronym. qq.
in Geneſ. Martin. 2.
hypot. cap. 2. Chri-
ſtopolitan. præfat. in
f Pſalm. [f] D. Thom.
3. p. quæſt. 27. 4. &
cum communi ſcho
laſt. ſui temporis. 3.
diſtinc. 3. Bonauen.
Albert. Durand. Ri
chard. Palud. Capr.
diſtinc. 3. Gregor. 2.
diſtinct. 30. quæſt. 2.
Sylue. in Roſa aur.
ſerm. fer. 4. poſt 1. do
minic. Quadrageſ.
Alex. 3. p. q. 9. m. 2.
Henric. quodlib. 15.
q. 13. ex Thomiſt.
Ant. 1. p. Theol. tit.
6. cap. 2. Caietan. &
fr. Med. 3. p. & Caie.
opuſc. de concepti.
Simili opuſc. Turre
crem. Ferrar 4. con-
tra gent. cap. 50. ſed
falſo citant multos
g ex Patribus. [g] ſolus
Henric. quem bene
impugnat Durand.
h diſtinct. 3. quæſt. 2. [h]
quare falſo: quidã
Pariſien. propter cō
cil. Baſilien. ſeſſ. 36.
aiunt oppoſitã ſen-
tentiam eſſe impiã,
& temerariam, re-
fert Cordub. lib. 1.
quæſt. 17. vt Clicthouæus in Dam. lib. 3. cap. 2. Almain. de poteſt.
i eccleſ. cap. 16. Gabriel. 3. diſtinct. 3. quæſt. 2. [i] & tamen (paula-
tim Deo illuminante Eccleſiam, & docente, ut ait B. Gregor.
hom. 26. in Ezech. Cordub. lib. 1. quæſt. 44. p. 375. Gerſon. alph.
15. quæſt. Caiet. 2. 2. quæſt. 1. vt conſtat infundi habitus ex Conc.
Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. can. 11. idemq́ue fiet de ſententia hac pia, di-
cit Peña Mantina. alij pij & doctiſſimi viri etiam ex Ord. Prędic.
k ſentit Sot. lib. 1. de nat. & grat. cap. 9. [k] Abul. in prolog. bibl. c. 6.
& infra Soto. 1. de natura, & grat. cap. 9. quia ſe ſubmittit iudicio
Eccleſ. Caiet. opuſc. ad fin. & omnes cit. inf. L. ſic Trident. ſeſſ. 6.
can. 23. definit Beatam Mariam præſeruatam ab omni peccato a-
ctuali. cum tamen multi ex antiq. contradicerent. quare falſo Ca
no lib. 4. de loc. cap. 4. lib. 7. cap. 3. concluſ. 4. lib. 12. capit. 11. cum
Caietan. opuſc. cap. 5. negat eſſe dogma pertinens ad definitiones
l fidei. [l] Apud Græcos feſtũ hoc ante mille annos fuiſſe celebra-
tum ait Galatin. lib. 7. de arca. ſcript. cap. 4. & Bernardin. epiſt. 174.
quod ſuo tempore apud priuatas eccleſias, & tempore D. Thom.
m ut ipſe refert. 3 p. quæſt. 27. 2. ad tertium. [m] conſuetudinem ta-
lem eccleſiæ præferri autoritati cuiuſcunque Doct. dicit. D. Tho.
n 2. 2. q. 10. art. 12 & 3. p. quæſt. 68. art. 10. [n] poſſibile eſſe colligi-
tur ex Pontif. & Trident. ſeſſ. 5. dum iubent celebrare de facto. &
autores infra lit. L. qui aiunt de facto præſeruatam. & ex opinãti-
bus oppoſitum Bonau. Palud. Anto. quamuis Alex. D. Thom. 3. p.
& Richard. ſignificant repugnare. ſed intelligunt de lege ordina-
ria. nam idem D. Thom. 3. diſtinc. 3. q. 1. art. 1. inquirens modum,
dicit quod potuit Deus parentes B. Virg. ita diſponere, ut ſine li-
bidine vlla generarent filium abſque peccato. idem Damaſc. ſen-
tit orat. 1. & 2. de natiu. Virg. & Anſel. de concept. virginali. ca. 7.
nam ſi Deus parentibus reſtituiſſet iuſtitiam originalem, generaſ-
o ſent prolem ſine peccato, & cum iuſtitia data naturæ. [o] potuit
Deus pactum cum Adamo, & natura initium reſtringere, vt non
niſi centum primi filij contraherent priuationem iuſtitiæ, & ma-
culam: aut oēs pręter hanc vnã filiam quæ erat futura Dei mater.
vt ſi quis vēdat alteri aut donet ſeruũ, & ancillam ſub eo pacto, vt
omnes

7 Vt non fuit indecens B. Virginem ſemper immaculatã recepiſſe baptiſmum: ita decenter in morbo potuit recipere ſacramentum vnctionis: hæc enim duo ſacramenta, quamuis per ſe inſtituuntur contra peccatum, aut peccati reliquias, & pœnas (ſub ea conditione, ſi hæc inueniantur in ſuſcipiente: ut Iacob. 5. exprimitur, ſi in peccatis fuerit.) habere tamen poſſunt eximium effectum in perſona capaci, quæ peccato caret. recepit Beata Virgo ex baptiſmo gratiam regenerationis, [p] & ut eſſet capax confirmationis, & euchariſtię, & hinc recepit eximios effectus, & vigorem contra extrinſecas tentationes. ſic potuit ex ſacramento vnctionis participare vigorem [q] contra naturam corporis debilitatem, & contra tædium mærotemque animi ex morbo, aut ſenio prouenientem: quos defectus ex peccato non ſuo, ſed Adæ [r] tanquam ex cauſa radiceque contraxit: nec illa tam ſenio, quàm dulci morbo vitam finiuit. [ſ] Quamuis alij negent de facto recepiſſe vnctionem. [t]

8 Item Apoſtolis (licet ſine ordine ad baptiſmum nondum inſtitutum, receperant gratiam in circunciſione, aut contritione) datus eſt baptiſmus: ut libro de baptiſm. capit. 5. dictum eſt. & potuit Extrema vnctio concedi [u] cum vera forma: etiam ſi nullum tunc haberent peccatum. nam ut forma baptiſmi ſignificat de ſe remittere peccata, ſi fortè habeant. [x] ita forma Extremæ vnctionis (indulgeat tibi Deus quicquid peccaſti per viſum) intelligitur ſub ea conditione, ſi peccaſti, ut ait B. Iacob. [y] aut quicquid actu peccare potuiſti adultus, per illum ſenſum. [z] Nam in cæco qui nunquam vidit, & qui forte nihil vnquam interna concupiſcentia oculorum peccauit, non redditur illa pars formæ falſa aut inanis. [a] In ſolo ſacramento pœnitentiæ habuiſſe peccatum actuale poſt baptiſmum, & illud aliquo modo confiteri ſaltem ſignis, eſt materia de neceſſitate ſacramenti. [b]

9 Pueris ante rationis vſum ex morbo decedentibus. [c] aut perpetuò amentibus [d] vnctio non poteſt valide conferri, & cum fructu, cum falſa eſſet forma: quicquid peccaſti ſeu peccare actualiter potuiſti. nam ſine rationis uſu nemo peccare poteſt. at ſi adultus petiit antequam in freneſim, uel amentiam incideret, conferri debet, [e] inf. capit. 13. confirmatus in gratia, licet ob extrinſecam protectionem Dei non peccet, poteſt peccare cũ rationis vſu, & peccat ſæpe venialiter.

omnes excepto primogenito ab illis geniti naſcantur ſerui. & qui transfert dominium arboris in alterum, reſeruatis ſibi fructibus, quorum ius nunquam tranſtulit in alium, etiam in cauſa. ſic quidam dicunt B. Virg. præſeruatam fuiſſe etiam in cauſa citat. lit. K. in §. 3. ſed plannis eſt, ut in cauſa, id eſt in Adamo exiſtens dicatur peccaſſe. ſed in ſua perſona præſeruata eſt per gratiã, ne de facto contraheret mortem animæ: ut potuit pręſeruari à morte corporis. ſic enim cum maiori proprietate ſaluantur dicta ſcripturarum, & Patrum. [p] ſupra lib. de baptiſm. cap. 5. [q] Albertus Magn. lib. de laudib. B. Virg. c. 72. 74. 81. quem refert Anton. 3. par. titu. 14. capitu. 8. in ſermo. de Extrem. vnct. qui incipit Impinguaſti. eundem ſequitur Caniſi. lib. 1. Marial. cap. 9. ad fin. Bernard. de Buſto. in Marial. 4. par. principal. ſermo. 1. par. 3. ait, non licet dubitare, quin B. Virgo receperit Extremã vnctionem. Syluest. in Roſa aurea. tracta. 3. quæſtionib. impertinen. Caſ. 32. præſertim poſita forma vnctionis ex B. Ambroſ. (quæ habetur in libro Sacerdotali Venetorum approbato per Leonem X. quem refert Palac. diſtinctio. 23. quæſtione 2. concluſio prima,) & admiſſa ſententia Doctor. putantium de Extrema vnctione in articulo mortis eſſe aliquale præceptum ſub veniali, faltem ob ſcandalum. ſecluſo autem præcepto, non fuit indecens, quod vt Beata Virgo per ſacramentum euchariſtiæ, & confirmationis recepit vigorem, & augmentum gratiæ (tanquam per medicinam contra tentationes, & pœnalitates quas ex peccato Adæ contraxit) ita per vnctionem reciperet augmentum gratiæ, & robur contra reliquias peccati, id eſt contra naturalem debilitatem, & fatigationem, quam perſona infirma patitur in agone, & lucta mortis. ſupra cap. 9. L. [r] vt citatum eſt. K. ſic Auguſt. conci. 2. in Pſalm. 34. dicit Adam mortuos eſt propter peccatum ſuum: Maria ex Adam mortua eſt propter peccatum Adæ: Chriſtus mortuus eſt propter redimenda peccata. vbi loquitur de morte corporis quam Chriſtus non contraxit, (ſponte enim eam aſſumpſit, ut probat D. Thom. 3. part. quæſtione 14. artic. 3.) ſed Beata Virgo contraxit non ex ſuo, ſed ex peccato Adæ. ſed Caietan. opuſc. de concept. capit. vltim. ſub dolè hanc autoritatem decurtauit dicens, Maria mortua eſt propter peccatum. & Auguſt. lib. de quinque hæreſ. hæreſ. 3. Manichæ. ſic inducit Chriſtum loquentem: ſi potuit inquinari mater mea cum eam facerem, potui inquinari & ego, cum ex ea naſcerer. quod citat Henric. & D. Thom. 3. part. quæſtione 31. artic. 4. ad tertium, ſed non integre. [ſ] vt ſcribunt qui de morte, & aſſumptione Beatæ Virginis agunt, ex nimio deſiderio videndi Chriſtum filium ſuũ languiſſe, præ amore. Ambr. & Beda in id Luc. 2. tuam ipſius animã doloris gladius pertranſibit: ſed leuiſſimo mortis genere. B. Birgitta, libro 4. reuelat. capit. 23. Caniſi. libro 5. Marial. capit. 2. & ſequent. [t] vt Paludan. diſtinctio. 23. quæſtione 3. artic. ſecundo, num. 5. ſupplement. quæſtione prima, dub. 3. in princip. Victor. §. 205. quia de facto morbum de ſe lethalem nõ habuit: & quia in portione ſuperiori aiunt quidam habuiſſe effectum iuſtitiæ originalis cum plenitudine gratiæ, & luminis: & ita confirmata, ut in ſenſu compoſito peccare non poſſet. at hæc non impediunt quin in via, ut habuit libertatem ad meritum, ita auxilijs indiguit quibus pugnaret contra tentationes extrinſecas à diabolo oblatas, qui maximè tentare ſolet tempore mortis. quãuis vero non indigeret remedio vnctionis, potuit illo frui ad augmentum gratiæ, & maiorem vigorem contra debilitatem naturalem, quæ contingit ex agone mortis. Caniſi. lib. 1. cap. 9. cum Albert. ait, B. Virg. recepiſſe omnia ſacramenta præter ordinẽ, quod non videtur verum, quia non recepit ſacramentum pœnitẽtię, matrimoniũ vero illius cum B. Ioſeph. tunc non erat ſacrament. [u] ſed de facto Apoſtoli martyrio conſũmati, nõ videntur ſuſcepiſſe Extremam vnctionem, quia non erat præſens miniſter opportunus, & locus dum in ſe habebant vulnus lethale, & mortis cauſam. [x] Citat. cap. 9. lit. L. non oportet de facto habere culpas, aut debitũ pœnæ. [y] ſic formam ſub cõditione explicat Iacob. c. 5. ſi in peccatis fuerit, dicuntentur ei. Patres, & Trid. ſeſſ. 14. ca. 1. Richard. d. 23. ar. 2. q. 4. vbi D. Th. d. q. 1. 2. 1. Bonau. & Carthuſ. inf. Palac. q. vnica, col penult. cum Guill. Pariſiẽ. Syluest. in Roſa aur. Caſ. 32. Soto. q. 1. art. 2. Recent. [z] ſic explicant etiam Richard. ſup. Bonau. d. 23. p. 2. artic. 1. q. 1. quamuis. 1. p. art. 1. q. 1. innuit requiri, vt habuerit peccata venialia. Carthuſ. in ſum. fidei. lib. 4. cap. 146. Viguer. cap. 16. §. 4. verſ. 6. Aſtenſ. li. 5. ti. 41. art. 5. §. 1. & art. 7. §. 3. & 4. Nauar. c. 22. nu. 13. Led. q. 34 art. 3. eundem ſenſum ſignificat D. Tho. q. 32. art. 4. Soto. q. 2. art. 2. ſi. Victor. §. 222. Palud. Anto. Syluest. dum requirunt talem ætatem in recipiente, ut cum pleno rationis vſu peccare potuerit, nec tamen requiritur peccaſſe, aut habere reliquias peccatorum actualium: ſed ſatis ſunt debilitas, & morbus, & alia quæ ſunt effectus, & reliquiæ peccati originalis Adæ, vt dicitur Roma. 5. per vnum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors. D. Thom. 1. 2. q. 85. art. 5. [a] in quo cæco qui nunquam peccauit de facto per viſum, verus eſt ſenſus formæ, ſi peccaſti, vel quicquid peccare potuiſti concupiſcentia oculorum. [b] Trid. ſeſſ. 14. de pœnitentia. cap. 1. & 5. can. 1. & ſequent. quia forma abſolutionis non eſſet vera, Trid ſeſſ. 14. c. 6. can. 9. & omnes Theologi. quare B. Virgo quæ nunquam peccauit, non confitebatur Ioann. Apoſt. etiam ſub conditione, aut ſcrupulo ut quidã fingunt [c] D. Thom. quæſt. 32. artic. 4. Ledeſ. q. 34. Soto. quæſt. 2. art. 2. Palud. Richard. Victor. §. 222. Petr. Soto lect. 2. Nauar. num. 13. Angel. Syluest. Tabien. Armil. Auton. Catech. Pij V. & ſignificat. Trid. ſeſſ. 14. proœm. quia dicit eſſe ſacramentum conſummatiuum pœnitentiæ. & Iacob. 5. ſi in peccatis fuerit, nẽpe actualibus, quæ potuit facere. ergo non datur niſi capacibus pœnitẽtiæ. ſic B. Virgo, & Adam in ſtatu innocentiæ habuit habitum pœnitentiæ infuſæ D. Thom. add. quæſt. 16. artic. 1. cum quo elicere potuit actus ſub conditione: ſi peccarem, doleo aut dolorem. ſic dari non debet communio pueris ante plenum rationis vſum, quia peccare illa ætate non poſſunt. dicit Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. D. Thom. quæſtio. 80. 9. Bellarm. tamen de vnctio. cap. 9 fin. inſinuat vnctionem dari poſſe infantibus. [d] D. Thom. artic. 3. Sot. Ledeſma, & alij cit. Nauar. nume. 13. [e] infra cap. 13. & de baptiſm. capit. 14. Sot. etiam diſtinctio. 12. quæſtione 1. articu 9 colum. 3. diſtinctio. 23. quæſtio. 2. 2. concluſ. 3. & ad ſecundum, Syluest euchariſt. 3. §. 7. verſic. 9. Paludan. Ledeſma, quæſt. 34. 3. & 1. p. quæſt. 21. artic. 9. dub. 1. Victor. §. 206. aliàs 222. & de communione. §. 75. requirunt petijſſe expreſſe.

iuuat vero medicina vnctionis, ut
hoc etiam remedio, & ſpeciali au-
xilio pugil armetur, ac melius vin-
car in lucta tentationum, tædium-
que mētis ex infirmo corpore pro-
ueniens abiiciat, ut dictum eſt: quæ
ſunt in adulto reliquiæ peccati ori-
ginalis, quod contraxit ſaltem in
cauſa. & ſecundum graues auto-
res vnctio per ſe ordinatur contra
peccata venialia (in quæ etiam con
firmatus cadit) vt capit. 9. liter. N.
dictum eſt.

CAPVT XII.

Quæ partes ſint vngendæ, vt detur effectus, & de ritu.

§. 1. Satis eſt vngi, quinque partes ſenſuum.
2 Cur Concil. Florent. explicat ſeptem partes.
3 Non datur gratiæ effectus quouſque perficiatur vltima vnctio.
4 Si dubitatur an infirmus obiit ante finitas vnctiones quid agendum.
5 De ritu.

DE neceſſitate ſacramenti, vn-
gendæ ſunt determinatæ quæ-
a dam partes [a] cum partialibus for-
b mis: [b] vt ſaltem quinque organa
c ſenſuum exteriorum, [c] in quibus
eſt vis aliorum membrorum dire-
ctiua: aut certè in his qui carent ali
quo organo ſenſus, aut partium in-
tegritate, iniungendæ ſunt partes
d quæ ſunt ſenſibus propinquæ. [d] vt
integer vir inungitur in oculis, aut
ſaltem in vno oculorum (per hoc
enim ſatis ſaluatur veritas formæ)
auribus, naribus, in ore propter gu-
ſtum, in pedibus propter tactum, &
vim progreſſiuam. Cęcus, quia pec
care ſolet appetitu videndi, vngitur
e in organo oculorum: [e] carens pe-
dibus, aut manibus in parte pro-
pinqua.

2 Vnctio ſexta renum, cum non
f ſit de eſſentia, [f] non adhibetur mo
nachis, aut monialibus propter ho-
neſtatem: ſæculares vero fœminæ
g vngi ſolent prope vmbilicum. [g] mi
nus neceſſaria eſt ſeptima vnctio in
h manibus. [h] has tamen ſeptem ex-
plicat Conc. Florent. ne vllam vide
retur excludere. quamuis hæ duæ
i vltimæ nō ſint neceſſariæ. [i] in aliis
ſacramentis, præter hoc & confir-
mationem, vnctio quæ fit in baptiſ-
mo, uel in manibus ſacerdotis per-
k tinet ad ritum tantum. [k]

3 Quidam probabiliter dicunt
in qualibet partiali vnctione con-
l ferri ſtatim gratiam, [l] cum habeat
propriam materiam, & formam: &
tamē omnes vnctiones dici vnum
m ſacramentum, [m] vt duæ ſpecies in
euchariſtia, uel ſeptem ordines di-
cuntur vnum. re vera tamen gra-
tia non confertur niſi in ea vnctio-
ne quæ vltima fuerit ex intentione
n miniſtri. [n] quia ſacramentum hoc
quod conſiſtit in vſu, & fieri, non
perficitur nec habet virtutem effi-
cacem, aut perfectum ſenſum for-
mæ, niſi perſeueret vſque ad vlti-
mæ formæ prolationē. cum tamen
in euchariſtia quæ eſt ſacramētum
permanens, altera ſpecies, aut eius
particula, ut cōtinet totum Chriſti
corpus, ita totam vim conferendi
gratiam, lib. de euchariſt. capit. 43.
Qui adhibet ſeptem vnctiones, ſi
ex intentione velit, ut in fine quin-
o tæ vnctionis detur gratia, ita fiet: [o]
cum ad illam perficiatur neceſſaria
ſubſtantia huius ſacramenti. ſed cō
muniter intentio vſque ad ſeptimā
p ſeu vltimam protenditur: [p] quia de
facto omnes ſunt de ſubſtantiali in
tegritate, ut de verbis quibus vinū
conſecratur, lib. euchariſt. cap. 17.
dicitur: ita enim interpretatur vſus
eccleſiæ.

4 Si infirmus ante quintam vn-
ctionem exhalauit animam, nihil
confert ei, quia non fuit ſacramen-
q tum. [q] ſi dubium ſit de vita ob pa-
roxiſmum, continuet ſacerdos ſub
r conditione: [r] at ſi mortuus puta-
batur, & poſtea ſignum vitę oſten-
dat, proſequendæ ſunt vnctiones
ſ quæ defuerant. [ſ] ſi ſacerdos qui vn
git obeat poſt primam, aut ſecun-
dam vnctionem, alter ſacerdos ſine
repetitione prioris, debet procede-
t re ad ulteriores vnctiones, [t] ita ta-
men, ut idem qui ungit, formam il-
lius partis proferat. ſic enim dicit:
per iſtam unctionem nempe à me
factam, &c. vt lib. de bapt. cap. 30.
diximus, non ſatis eſſe quod vnus
abluat, alter proferat uerba formæ:
& ſimiliter in cōfirmatione, uel or-
dinatione ſacerdotis. ſingulare eſt
in hoc ſacramento, ut ſecundus aut
tertius miniſter perficere poſſit ſa-
cramentum ab alio inchoatum: in
aliis uero oportet ab uno miniſtro
repeti totam, & integram formam.

5 Ad ritum huius ſacramēti per-
tinent orationes Pſalmorum pœni
tentialium, & aliæ, quæ dicuntur
ante, uel poſt unctiones: niſi ac-
celeratio mortis cogat dici tantum
u neceſſaria ſacramenti. [u] vt capit. 8.
ad fin. dictum eſt, & lib. de ſacram.
capit. 11.

CAPVT XII.

a Diuus Thom. [a] addit. quæſt. 32. 6. Ledeſma, quæſt. 34. 6. Sot. quæſt. 2. 3. ſupplementum. quæſt. 1. artic. 2. Durand. quæſtio. 4. Paludan. Richard. Bonauent. Maior. Palac. quæſt. vnica, Bellarm. cap. 10. fin. Angel. §. 5. Tabien. § 7. Syl ueſt. §. 6. Arm. §. 8. Nauar. cap. 22. nu. 13. catech. Pij V. Victor. § 223. vt in confirmatione oportet fieri indeterminata parte, ideſt in fronte ſupra, cap. 2.
b §. 3. D. [b] non ſatis eſt proferre vnā generalem formam, vt quidquid peccaſti p
c ſenſus. [c] citat. A. & tamen Concil. Florent. expreſſit 7. partes eſſe vngendas: nō quod ſint de pręcepto, ſed ne vllam ex illis excluderet, contra vſum quarū-
d dam eccleſiarum. [d] Soto, quęſt. 5. art. 3. D Thom quęſt. 32. art. 7. Victor. §. 222. Ledeſma, Paludan. Palac. Richard. Sylueſt. §. 6. Armil. §. 8. Tabien. § 7 fin. An-
e gel. §. 5. [e] Soto, D. Thom. Victoria ci-
f tat. D. [f] Soto, q. 2. artic. 3. fin. D. Tho. quæſtio. 32. 6. cum quo trāſit Ledeſm. nihil addens, Victo. §. 223. Sylu. Tabie. Armil. Angel. ſup. Nauar. nume. 12. fi. Bonauent. articu. 2. quæſtio. 2. Richard. artic. 2. q. 5. Paluda.
g Palac. & Victor. &
h quidam Recent. [h] D. Thom. articu. 7. Ledeſma. Soto, Palud. Nauar. Richar. artic. 2. quæſt. 5. ad tertium. At Victor. §. 223. Sylueſt. § 6. Armil. §. 8. de ſola vnctione renum negant eſſe de eſſen-
i tia. [i] ſup. C. Soto, q.
k 2. art. 3. fin. [k] ſupra de ſacrament. capit.
l 10. [l] tenet Medin. C. de pœnitētia tractat. 2. quæſtion. de integr. confeſſ. f. 56. ea mente Adrian. Cano. in lectura ſaluet D. Thom. quæſtio. 29. 2. capitu. ad primum, quia comparat cum euchariſtia, cuius altera ſpecies cōfert gratiam. clarius Paluda quæſtione 3. poſt princ. ſignificat Scot. quæſtione vnica, ad ſecundum, & proba-
m bile dicit Ledeſma, quæſtione 34. artic. 2. [m] ſupra capit. 8. B. &
n de ſacrament. capit. 2. §. 3. [n] ſupra cap. 8. D. Soto, quæſtione 1. artic. 1. quæſtione 2. artic. 3. & mirum eſt quod tepide probet, & neminem citet. Ledeſma, quæſtione 34. 2. D. Thom. quæſtio. 30. primo, ad tertium, ſeu diſtinct. 23. quæſt. 1. 2. 1. ad tertium, & ſi-
gnificant DD. dum vnctionem vocant vnum numero ſacramen-
l tum, cum tamen de ordinibus, & ſpeciebus euchariſtiæ concedant eſſe materialiter multa: quia quę libet ſpecies, vel qui libet ordo confert gratiam. idem Re-
o cent. fere omnes. [o] Soto, quæſtione 2. artic. 3. fin. & colligitur ex citat. Q. vt quidam aiunt de illo qui intendit conſecrare ſanguinem per prima tantū verba neceſſaria. Sot. diſtinc. 11. quæſt. 2.
p artic. 3. [p] idem Soto, q. 2. artic. 3. q. 1. art. 1. col. 6. §. aliud tamē. D. Tho. q. 32. artic. 1. ad 3. artic. 6. Victor. §. 225. Sylueſt. Angel. Tabien. Armil. Ledeſm. & ita Florent. ponit ſeptem vnctiones. vide lib. de ſacramen.
q cap. 19. [q] vt ſi puer decedat antequam finiatur forma baptiſmi, ſup de baptiſ. capit. 11. & monet Soto, quæſtio. 2. ar-
r tic. 3. [r] ita ſub conditione datur baptiſmus, vel aliud ſacramentum quādo eſt dubium de primi ſacramenti validitate Nauar. num. 13. Aemil. vnctio. §. 7. Tabien. §. 6. fin. cum
ſ Paludan. Sylu. §. 5. [ſ] Soto, Sylu. & com-
t munis. [t] D. Thomas, diſtinct. 23. q. 1. t. 2. ad 3. Richar. artic. 1. quæſt. 1. ad quartum. Durand. q. 1. fin. Albert. Palud. Soto, quæſt. 2. artic. 1. col. 6. item D. Thom. quęſt. 29. 2. ad 3. Ledeſ. q. 31. 2. Sylueſt. vnctio. §. 4. fi. Tabien. §. 5. Taper. articu. 12. communis Recēt. quod ſingulare eſt in hoc ſacramento, eſt tamen aliquo modo ſimile in Miſſa dum prior ſacerdos deſecit poſt conſecrationem, debet alter inde proſequi, & ſupplere quod deſuit ad integritatem ſacrificij. ſuſ. lib. de Miſſa. c. 40. item ſi Epiſcopus poſtquā ſacerdoti dedit poteſtatem conſecrandi euchariſtiam deficiat, debet alter Epiſcopus proſequi, & conferre poteſtatem abſoluendi, qua com
u pletur totus ordo ſacerdotis. [u] Bellarm. de vnctione cap. 10.

CA-

CAPVT XIII.

De intentione, & diſpoſitione recipientis: & de Miniſtro.

§. 1. Satis eſt interpretatiue petiiſſe vnctionem. de phrenetico, & diſpoſitione qua ſe reputet contritum.

2 Miniſter eſt ſolus ſacerdos. §. 5. exponitur Innoc. PP. I.

3 Singulare eſt, vt multi ſimul vngant partes ægroti. parochus etiam denunciatus dat licentiam alteri miniſtro.

4 Religioſus quando miniſtrare poſſit.

VT dignè, & cum fructu adultus recipiat, requiritur quędam intentio [a] ſaltem virtualis recipiendi: non videtur neceſſarium, vt infirmus expreſſe petierit, ut quidam putant. [b] ſatis eſt, quod dum viaticum accepit, petierit vnctionem ſaltem interpretatiuè. [c] at ſi antequā vir in phreneſim, aut amentiam incideret, non conſtat fuiſſe in peccato mortali, [d] aut excōmunicatione [e] abſque vlla pœnitentia, ſed Chriſtiane vixerat, eo ipſo cenſetur interpretatiuè petere remedia ſalutis vtilia, aut ſacramenta, & indulgentias [f] præſertim ſi paulo ante receperat ſacramentum confeſſionis, & euchariſtiæ. [g] quod ſi phreneticus reſiſtat, ligandus, & tenendus eſt, ut vngatur: ſed excluſis laicis, ne forte ſcandalizentur: ſicut & paruuli confirmari ſolent, licet ſine rationis vſu reſiſtant. ſup. capit. 5. ob hanc interpretatiuam petitionē eccleſia phreneticis in mortis articulo iubet conferri communionem, [h] niſi ſit periculum irreuerentiæ, quādo ſani oſtenderāt deuotionem ad euchariſtiam. qui vero uſu rationis pollet tenetur, ita ſe diſponere, ut reputet ſe eſſe in gratia, ſaltem per reputatam contritionem, ſup. cap. 10. ſic enim de attrito per ſacramētum fit contritus. ſacramentum vero pœnitentiæ obligat in articulo mortis propter ſe, & propter communionem: nō autem propter Extremam vnctionem, ſup. cap. 5.

2 Miniſter neceſſarius vnctionis ſicut & pœnitentiæ, eſt ſolus ſacerdos, [i] cui Chriſtus circa Chriſtianos dedit Ioan. 20. poteſtatem in peccatorum abſolutionem, & remiſſionem, & in illorum reliquias. nec Papa poteſt id committere diacono. [k] nec vero requiritur poteſtas Epiſcopalis, ut miniſtret, ſed tātum ut conſecret oleum: [l] niſi forte Papa ut poteſt, eam conſecrationem ſacerdoti commiſiſſet, ut cap. 8. dictum eſt.

3 Satis eſt vnus ſacerdos. [m] at quia Iacob. 5. dicitur, inducat preſbyteros: ſi multi ſimul vngāt in diuerſis ſenſibus, fit vnum ſacramentum, dum omnes ſimul, aut ſucceſſiuè perficiunt vltimam vnctionem. [n] quod ſingulare eſt in hoc ſacramento. debet miniſtrare proprius parochus [o], cum intentione ſup. de ſacrament. cap. 9. & peccat ſi miniſtret cum conſcientia peccati mortalis, etiam in articulo mortis [p] parochus licet ſit excommunicatus nominatim, uel ſuſpenſus ab officio, & iuriſdictione, poſſet dare alteri ſacerdoti etiam nō expoſito, licentiam vngendi: [q] vt Epiſcopus poteſt approbare tāquam idoneos, miniſtros pro officio audiendi confeſſiones, [r] aut prædicandi: quia licentia hæc non eſt per ſe actus iuriſdictionis, quamuis non poſſet delegare iuriſdictionem abſoluendi.

4 Religioſo etiam non profeſſo non licet laicis non ſubditis, uel clericis ſæcularibus miniſtrare vnctionem [ſ] aliàs exemptus incurret excommunicationem, ſi præſumat euchariſtiam, uel vnctionem in articulo mortis miniſtrare. [t] ſi à parocho, uel Epiſcopo abſente non poteſt vrgente periculo haberi licētia, credat regularis per epikeiam, quod ille æquo animo feret, & ratum habebit: licebitque ei miniſtrare euchariſtiam laico moriēti [u] ex interpretatiua ſaltem Epiſcopi, aut Papæ licentia. quia cui conceditur ſacramentum pœnitentiæ, cōſequēter cōceditur viaticum etiam tempore interdicti, & ceſſationis. [x] ſimili ratihabitione poteſt regularis

CAPVT XIII.

[a] Sup. de ſacramento, capit. 22. quia Iacob. 5. dicitur, inducat presbyteros. [b] Soto, & Victor. citat. cap. 21. H. videtur Diuus Thomas, quæſt. 32. 3. Angel. Roſel. [c] Ledeſma, quæſt. 34. art. 3. & quæſtio. 29. 1. Paludan. Anto. cap. 8. §. 3. Armil. §. 7. Syluest. §. 5. verſicu. 2. Tabien. §. 6. Alcocer. Summa. cap. 11. Nauar. cap. 22. nume. 13. & ita habet praxis abſque ſcrupulo. & dictum eſt de ſacrament. capit. 24. ſic eſt interpretandus Diuus Thomas, quæſtione 32. articu. 3. [d] Nauar. nume. 13. Syluestr. §. 5. Paludan. ſupplement. Tab. Ant. §. 3. Alcocer. capit. 22. [e] Si conſtat hūc ante furiā fuiſſe excommunicatum, & tamen oſtendiſſe ſignum pœnitentiæ, poſſet etiam abſque ipſius petitione abſolui ab excommunicatione: & deinde ſic abſoluto miniſtranda eſt vnctio. Innocent. I. epiſt. 1. capit. 8. Bellarmin. capit. 9. fin. [f] ſic indulgentia Bullæ cōcedi ſolet in mortis articulo, quamuis infirmus Confeſſario non deſignauerit Nauar. §. in Leuit. not. 3. nume. 9. & 10. vide Syluest. indulgent. §. 10. verſicu. 6. contra Cordub. lib. 5. de indulgent. quæſt. 46 cum ſupplement. diſtinctio. 45. quæſtio. 3. dub. 2. [g] Paludan. diſtinct. 23. [h] Concil. Carthaginen. 4. cap. 76. cap. his qui in infirmitate. 26. quæſtio. 6. Concil. Arauſic. 1. capit. 14. iubet dari communionem etiam energumenis, cum Dionyſ. capit. 3. eccleſ. hierar. Soto, diſtin. 12. quæſtio. 1. ar. 1. art. 9. cum D. Tho. quæſt. 80. 9. contra Caiet. ibi, qui falſo requirit in adulto actualem deuotionem, ut ſacramentum conferat gratiam, & repetit. 3. par. quæſtio. 79. 1. & 12. quæſtio. 113. 3. vbi reprobatur à Recent. ſup. cap. 10. B. & de ſacrament. cap. 22. communis ſententia, ut nec ante confirmationem requiritur confeſſio ſupra cap. 5. lit. X. [i] ſupra cap. 7. §. 6. B. colligitur ex Ioan. 20. Iacob. 5. inducat presbyteros. Concil. Florent. in magno. Trident. ſeſſio. 14. cap. 3. cano. 4. Cyril. lib. 2. in Leuit. videtur Chryſoſtom. lib. 2. de ſacerdotio. D. Thom quæſt. 31. 3. Ledeſma, quæſtione 33. 3. Soto quæſt. 2. 1. Syluest. & omnes Summiſt. Bellarm. cap. 9. quod vero Grat. cap presbyteros. 95. diſtinct. ait presbyteros permitti hoc ſacramentum miniſtrare, ſumit permitti pro cōcedi. Vualdenſ. de ſacrament. cap. penult. Caniſi. tit. de vnctione. cap. 2. cum Origen. hom. 2. Leuit. Theophyl. Marc. 6. D. Thom. 3. p. quæſt. 67. 1. Doctor. cum Magiſt. diſtinct. 23. Durand. quæſtione 3. Palac. Aſtenſ. articu. 6. Tabien. §. 5. Syluest. §. 4. Anton. Nauar. nume. 12. [k] Diuus Thomas, quæſt. 31. 2. Paludan. Ledeſ. artic. 2. Soto, quæſtione 2. artic. 1. & omnes citati. Diaconus in neceſſitate miniſtrat quidem euchariſtiam, quia per hoc non conficit ſacramentum: ſed non poteſt miniſtrare ſacramentum vnctionis, pœnitentiæ, aut ordinis, quę conſiſtunt in vſu: quia miniſtratio eſt confectio ſacramenti: nec cōfirmationem etiam ex commiſſione Papę ſup. cap. 6. §. 5. Q. [l] D. Thomas, quæſtio. 31. 3. Soto, quæſtio. 2. 2. Ledeſ. quæſt. 33. 3. Innocent. I. epiſt. 1. capit. 8. ſupra capit. 8. I. [m] capit. quæſiuit. de verbo. ſignificat. [n] Tapet. artic. 12. & colligitur ex citatis. capitu. 12. §. 6. D. [o] quia miniſtrare ſacramenta ꝑtinet ad iuriſdictionem parochi: nec epiſcopus approbat regulares, niſi in cōfeſſarios iuxta Trident. ſeſſio. 23. reformat. cap. 15. [p] ſic abſoluens etiam in articulo mortis tenetur eſſe in gratia. nam de ſolo baptiſmo, excipitur, quando ita miniſtratur à ſacerdote abſque ſolennitate ob periculum, ſicut miniſtrari poſſet à laico, & pagano. [q] Tabien. vnctio. §. 5. Armill. § 5. fin. Syluest. § 4. cum Archid. Paludan. diſtinct. 23. & addunt parochus excommunicatus concedit ſacerdoti expoſito licentiam audiendi cōfeſſiones: quando Epiſcopus expoſuit ſub eo modo, ut cum conſenſu parochi audiat. [r] ꝗ licentia approbationis dari poteſt abſque iuriſdictione: & ſimiliter datur ſacerdoti, ut vice parochi aſſiſtat in contractu matrimonij. [ſ] ſed non prohibetur regularis miniſtrare vnctionem alijs regularibus, Clement. 1. de priuileg. Nauar. cap. 27. nume. 191. §. 6. Tabien. vnctio. §. quinto, Syluest. §. quarto, Caietan. excommunicatio. capit. 64. Soto, diſtinctione 4. artic. 2. concluſ. ſecunda, quare falſo Syluest. excommunicat. 7. caſ. 14. putat prohiberi religioſis miniſtrare vnctionem etiam alteri religioſo. [t] Per dict. Clement. 1. Doctor. ſup. ſed ut regularis incurrat, oportet ut ſit exemptus, & ſcienter præſumat miniſtrare. [u] Nauar. capit. 27. nume. 100. §. 3. cum Cardinal. in d. Clement. 1. quæſt. 38. Caietan. ſup Tabien. excommunicat. 5. Caſ. 11. §. 11. cum Innocent. Hoſtien. Ioan. Andr. Director. Angel. Roſel. cap. eodem Armil. excommunicat. 49. Soto, diſtinct. 23. quæſt. 2. 1. Ledeſma, quæſt. 33. artic. 3. Victor. & Recent. [x] cap. quod in te. de pœnitent. & remiſſ. etiam tempore ſtricti interdicti,

abſente parocho miniſtrare vnctionem, [y] quamuis non obligetur ex præcepto diuino. [z] quia id eſt ſaluberrimum remedium in eo pũcto, vnde pendet æterna ſaluatio.

§ Dum Innocent. PP. I. [a] dicit omnibus fidelibus licet vti oleo ſancto in ſuis infirmitatibus, ſeu ad vngendos ſuos infirmos. non intendit quod laicus in neceſſitate miniſtrare debeat: [b] ſed ut abſente Epiſcopo, & parocho ex illius interpretatiua licentia, quiſque debeat curare, ut ſui infirmi vngantur: [c] nempe per alium ſacerdotem. aut forte ita loquitur, quia olim concedebatur piis laicis vti hoc oleo in corpore tãtum infirmorum, [d] quo legimus quoſdam ſanatos. [e] vt Marc.6. Apoſtoli antequam eſſent ſacerdotes ſanabant quadã vnctione. [f] ſic etiam vtuntur omnes aqua benedicta, quæ interdum, ut apud fideles Indos confert ſalutem infirmis. [g] Hæc de his tribus ſacramentis Baptiſmo, Confirmatione, & Extrema vnctione, breuiter dicta ſufficiant.

& ceſſationis. Nauar. cap.27. num.178. [y] Soto, d.artic.1. verſic. Verum. Caietãn. Ledeſm. Armil. ſup. cum Innocent. & Hoſtien. Victor. & Recent. contra Syluest. vnctio.§.4. cum Archid. [z] quia ſolus Paſtor præcepto diuino obligatur miniſtrare ſacramenta. [a] Innocent. I. epiſt.1. cap.8. quod citat, & tranſcribit Conc. Vuormat. capit.72. Beda in Marc.6. hinc quidã falſo dicũt quod laico committi poteſt miniſtrare vnctionẽ: ſicut & quędam gloſſę aſſerunt de confirmatione: quod reprobatũ eſt. capit.6.§.5. [b] eſſet enim error contra citat. liter. M. ſupra D.Thom. quæſtio. 31.artic.1. Ledeſm. quæſtio.33.1. Sot. quæſtione 2.1. Bellarmin. de vnctione, capit.9. & lib.3. de cultu Sanct. cap.7. Taper. artic.12. Ianſen. in Marc.6. quod tamen falſo intelligit Vualden. to.2. de ſacrament. cap.163. & citat. Bed. in Iacob.5. vbi Albert. Magn. Carth. Beauxam. tom.2. Harmon. fol.516. fin. [c] ſic exponit Bellarm. Taper. Soto, Ianſen. ſup. facit Nauar. cap.22. nume.15. [d] hæc 2. expoſitio aſſertur à prędictis, & colligitur ex ſtatim dicendis. [e] diſcipulos B. Antonij hoc oleo ſanaſſe multos infirmos, refert Rufin. lib.2. hiſtor. cap.4. & Hilarionem apud Hieronym. in vita eius. & habetur in lib.3. de vita B. Bernard. cap.5. Seuerus in vita B. Mart. capit.21. alij apud Pallad. de vita Sanct. capit.8.13.20. Bellarm. lib.3. de cultu Sanct. cap.7. Damaſc. lib.4. cap.16. [f] expoſitores in Marc.6. cit. cap.7. §.6. A. & de hoc loquitur Bed. in Iacob.5. quamuis interdum ſignificat, diſpenſatum eſſe cum Apoſtolis, antequam eſſent ſacerdotes, ut miniſtrarent ſacramentum vnctionis. & ſimile Chryſoſt. apud Diuum Tho. 3.p. quæſt.73.5. ad quartum. [g] de miraculis aquæ benedictæ, Vualdenſ. to.3. de ſacram. tit.24. qui eſt vls. capit 68. Hoſi. inſtitut. capit. 89. fin. Beda. lib.5. hiſt. Anglicę. cap.4. & in hiſtor. Indiæ Occident. & in epiſto.1. patrum Societatis Ieſu ex Iapone referuntur varia miracula facta cum aqua benedicta. F. Gratian. en el Stimulo de la propagacion de la Fe. fol.58. refert miracula apud Chinas. Conc. Naneten. cano.4. monet vt ſacerdos dum ægrotos viſitat, aſpergat aqua benedicta ægrotum, & cubiculum. Epiphan. hær.30. dicit quod aqua benedicta ſoluuntur incantationes. Theodoret. lib.5. hiſt. cap.21. Machar. apud Palad. c.29. Niceph. lib.12. hiſtor. cap.27. Bernard. in vita Malachiæ, Surius in vita Bernard. D. Gregor. 1. Dialog. cap.10. vide D. Tho. 3. par. quæſt.65.1. ad 6. quæſt.71.2. ad 3. q.83.3. ad 3. quæſt.87. art.3. Bellarm. lib.3. de cultu Sanctorum. cap.3. & lib.4. de verbo Dei, cap.3.

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS

Tomi Primi,

Doctore Henrico Henriquez è Societate Iesv Authore, in Academia Salmanticenſi Sacræ Theologiæ profeſſore.

DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

LIBER QVARTVS.

Quod quidem Sacramentum tribus abſoluitur libris:

Et primum de Pœnitentiæ Sacramento, & virtute: & de contritione, quæ eſt prima pars materiæ. Liber Primus.

Authores qui tractant de Sacramento Pœnitentiæ.

SCribunt Patres lib. aut ſerm. de pœnitentia. B. Cyprian. ſerm. 5. de lapſis. to. 2. & lib. ad Nouatianum to. 3. epiſt. ad Antonianum & in alijs epiſt. qui in hoc & alijs multa ſumpſit ex Tertul. lib. de pœnitentia to. 2. vbi Pamel. num. 1. citat Patres. Cyprian. illum vocabat Magiſtrum ſuum. Ambroſ. to. 4. lib. duplici de pœnitentia contra Nouatian. Auguſt. lib. de vera & falſa pœnit. ſi eius eſt. & lib. 50. homil. in hom. 27. & 50. to. 10. quæ ho. 50. habetur etiam to. 9. ti. de vtilitate ſeu medicina pœnitentiæ. & epiſt. 54. ad Macedon. Chryſoſt. homil. 12. de pœniten. & duplici ſer. de pœnit. lib. de compunct. cord. habentur omnia to. 5. Baſil. lib. de pœnit. & orat. vlt. ex varijs. Pacian. Pareneſi de pœnit. & tribus epiſt. contra Nouat. habetur to. biblioth. ſanctorum. PP. Niceph. de pœnit. Ephrem. lib. de pœnit. & lib. de vera pœnit. Hierony. in Eccleſiaſtes. 7. Greg. in 1. Reg. lib. 6. c. 1. Theodor. in Epitome habet lib. de pœnit. Victor. Carthagin. lib. de pœnitentia. Genebr. chron. p. 229. 242. 259. citat ex Theologis. Hug. de S. Victo. lib. 2. de ſacram. p. 14. Mag. in 4. d. 14. vbi late D. Tho. & 3. p. q. 84. vſque ad fi. totius ſummæ, ſed quæ in eo deſiderantur, ſuppleta ſunt ex eodem in add. q. 1. & ſeq. Caiet. 3. p. & opuſc. de confeſ. Soto. lib. 2. de nat. & grat. ca. 13. & d. 14. Palac. ibi Bon. Tarantas, Scot. Richard. Durand. Argentina, Carthuſ. Marſil. q. 10. Ledeſ. 1. p. q. 25. vſque 32. & in 2. p. à princ. Pet. Soto. de inſtit. ſacerd. ti. de pœnitentia. Victor. in ſumma 4. Cano. relect. de pœnit. Adrian. in 4. de pœnit. Viguer. inſtit. Theolog. c. 16. §. 4. Alex. 3. p. vet. à q. 54. & noua. q. 12. Altiſ. lib. 4. ſum. tract. 6. Summiſt. Anton. 3. p. ti. 14. à c. 17. fr. Alexan. Sum. Aſſen. lib. 5. Ang. Sylu. Caiet. Tabien. Armil. verb. abſolutio, confeſſio, pœnitentia, contritio, ſatisfactio. Nauar. in Manuali toto. & ſuper ſeptem primas diſtinctiones decreti. vbi Canoniſtæ alij ſuper decretalib. & in 6. Clem. & extrauag. ti. de pœnitentijs & remiſ. Io. à Med. C. de pœnitentia. Pius V. Caniſ. Sonnius. & alij in Catechiſ. Hoſi. inſtit. c. 46. ſeu to. 2. à c. 14. Pighius controuerſ. 9. Vualden. to. 2. de ſacram. ca. 135. Vega. lib. 13. in Trident. cap. 14. Caſtro. & Sebaſt. Medices de hæreſ. verb. abſolutio, confeſſio, contritio, pœnitentia, ſatisfactio, ſacramenta. Ferrar. 4. contra gent. c. 70. Exius to. 4. ho. de pœnit. & tribus lib. de pœniten. Taper. & Roffenſ. art. 3. cont. Luth. Latom. in defenſione ar. 3. Louan. & contra Oecolamp. Ayala. de trad. 3. p. Lind. lib. 4. Panopl. c. 57. Hieron. Torren. lib. 3. confeſ. Aug. c. 9. Paiua. lib. 8. orthodox. explicat. Viruesius Philip 9. 10. 11. Bellar. 4. lib. de pœn. Iauel. lib. de Philoſophia Chriſtiana. p. 5. tract. 5. Tilman. de ſacram. c. 4. conc. Trid. ſeſſ. 14. Flor. ſeſſ. vlt. in 4. decret. de vnione Armen. late Colonien. anni 1535. p. 7. c. 30. vſque 39. Mogunt. anni 1549. Senonen. to. 5. conc. & ſunt de hac re antiquiora concilia.

PROOEMIVM.

§. 2. *& 3. De ordine & partitione huius libri.*
4 *Et ſequen. de erroribus contra ſacram. pœnit.*
10 *De vtilitatibus quæ per accidens ſumuntur occaſione hæreſum.*

POST doctrinam omnibus, aut quibuſdam ſacramentis communem, de ijs in ſpeciali primum agimus, quæ per ſe & directe ſunt inſtituta contra peccata. & hac & omni ratione baptiſmus obtinet principem locum. huic adiunctus eſt liber de ſacramento confirmationis, quaſi appendix: eo quod à Patribus confirmatio cum baptiſmo coniungatur quaſi complementum illius. Deinde propter vicinas & ſimiles proprietates ſtatim ſecundo loco poſt confirmationem, dictum eſt de ſacramento extremæ vnctionis: quæ ordinatur contra peccata quædam, & peccatorum reliquias. Atque hæc tribus libris ſunt compendio comprehenſa.

2 Nunc honeſtas ob cauſas. 3. loco conſtituimus ſacramentum pœnitentiæ totidem libris explicatum, quod Chriſtus inſtituit per ſe in remedium peccati poſt baptiſmum commiſſi. In lib. 1. agitur de cauſa finali vnde ſumitur neceſſitas huius ſacramenti: de forma, materia, ſubiecto, & effectibus illius. Præcipue de prima materiæ parte & virtute pœnitentiæ. Deinde lib. 2. de cauſa efficiente: & de alijs duabus partibus materiæ, nempe confeſſione & ſatisfactione. Quas Chriſtus immediate inſtituit, ſicut & contritionem ac abſolutionem eſſe partes ſacramenti. Tandem lib. 3. de miniſtro pœnitentiæ, cum clauibus ordinis & iuriſdictionis: & de qualitate miniſtri.

3 Partitio libri primi, hæc eſt. 1. de nomine & definitione pœnitentiæ: atque id ſacramentum neceſſitate medij & præcepti eſſe humanæ ſaluti neceſſarium. 2. de materia & verborum forma: ac de vero ſenſu illius. 3. de varijs effectibus quos ſacramentum, aut virtus pœnitentię habet. 4. de virtute pœnitentiæ: de actu illius, ſeu contritione,

tritione, quæ eſt prima pars materiæ propinquæ: & de materia remota quæ ſunt peccata 5. quam difficilis, & eximius actus ſit contritio, quæ includit multiplex propoſitum, & habet quadruplicẽ quantitatem, & de præuia diſpoſitione qua impetrari ſolet donum contritionis. De impedimentis iteræ pœnitentiæ 6. & tamen homini contrito conferri gratis remiſſionem peccati. 7. Præter effectus ſupradictos, habet ut meritoria iuſtorum opera quæ peccato fuerant mortificata, viuificet. & hæc aliter redire, quàm peccata quæ in relabente dicuntur per ingratitudinem redire. Tandem 8. de ſubiecto huius ſacramenti, & virtutis, de intentione, & diſpoſitionẽ illius.

4 Contra hoc neceſſarium ſacramentum prodierunt uarii errores. 1. Nouatiani negant in Eccleſia Catholica eſſe hoc ſacramẽtum.[a] 2. recentiores quidam ex Lutheranis negant differre à ſacramento baptiſmi: quia putãt ſola memoria baptiſmi refricata cum fide, remitti commiſſa poſt baptiſmum.[b] 3. alii recent. conuicti ex ſcripturis, & Patribus, admittunt nouum ſacramẽtum pœnitentiæ: ſed illud ita conſtituunt in ſola abſolutione, & quodam ritu, ut negent requiri confeſſionem[c] fieri homini ſacerdoti, ſed ſoli Deo.

5 De materia proxima: Luther. negant omnes tres partes pœnitentiæ:[d] optimam uero pœnitentiam, eſſe reſipiſcentiam, ſeu nouam uitam. & uehementius deſudat in abroganda ſatisfactione.[e] ſed uarius eſt. nam 1. negat remiſſa culpa, iuſtum eſſe debitorem pęnę temporalis.[f] Deum tamen paterne caſtigare filios, ut reſipiſcant in futurum. poſtea ſcripturis conuictus, admittit deberi pœnas: ſed negat redimi per ſatisfactiones iuſtorum ſponte aſſumptas[g] (magiſq; damnat certos ieiuniorum dies, & ſtatas preces.)[h] & negat ſatisfieri Deo per pœnitentias à Confeſſario iniunctas:[i] 2. negat pœnitentiã ex timore gehennæ ortã, eſſe utilem.[k]

6 De confeſſione ipſa. 1. eam negant Nouatiani, ut negant abſolutionem. 2. Vuicleph negat eſſe iuris diuini, ſed inuentum humanum.[l] 3. Petrus Oxomenſis negat ſaltem confeſſionem peccatorum in ſpecie eſſe de præcepto diuino (ac ſubinde ait contritionem iuſtificare ſine uoto ſacramenti[m]) ſed ex ſtatuto eccleſiæ.[n] 4. ſaltem non oportere pœnitentem confiteri omnia peccata mortalia.[o] aut certe confiteri circunſtantias.[p] ac ſubinde non eſſe præmittendam diſcuſſionem, & examen conſcientiæ.[q]

7 De forma abſolutionis. 1. quidam negant colligi ex ſcripturis ſacris, nec illud Ioan. 20. quorum remiſeritis, intelligi de uera poteſtate remittendi in ſacramento pœnitentiæ, ſed prædicandi Euangelium.[r] 2. abſolutionem non eſſe actum iudicialem.[ſ]

8 Circa effectus. 1. Nouatus ait quædam peccata remitti non poſſe per claues.[t] 2. alii aiunt ſemper remitti totam pœnam ſublata culpa: ac ſubinde Confeſſarium non ligare ad implendas pœnitentias.[u] De ſubiecti ſeu pœnitentis diſpoſitione quidam negant præmittendum dolorem, ſed fidem qua credat remitti ſibi peccata.[x]

9 Quidam negant ullum eſſe miniſtrum qui à peccatis abſoluere poſſit in Eccleſia Romana, nec ipſum Papam:[y] ſed eſſe apud ipſos hæreticos. 2. omnes etiam laicos eſſe ſacerdotes.[z] ſi modo deſignentur à populo tanquam miniſtri. in miniſtro uero non requiri intentionem.[a] Alii uero requirunt etiã bonitatem,[b] ita ut qui non habet gratiam, & Spiritum ſanctum non poſſit abſoluere. 3. alii aiunt ſacerdotes habere æqualem clauium poteſtatem cum Epiſcopis.[c] de quibus infra lib. 3. & dictum eſt, libro de ſacrament. cap. 1. & 26.

10 Non parua utilitas, & lux accreſcit Eccleſiæ occaſione hæreſum,[d] præter hæreticorum intentionem. 1. ut appareat fidelium probata fides, quæ perſeuerat illæſa inter tot hæreticorum tela. 1. Corinth. 11. oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant:[e] & appareant probati quaſi argentum ſonorum.[f] 2. ut exerceãtur doctorum fidelium ingenia exagitata ſubtilibus hæreticorum argutiis: atque

GLOS. IN PROOEM.

a Refert[a] Prateol. verb. Nouatiani. vid. ſof. cap. 13. Caſtro. verb. abſolutio. hęre. 3. vbi Medices, & Feuardus. Sander lib. 7. viſib. monarch. Bellarm. 1. ſacram. c. 1. hęr. 3. cum Epiphan. hær. 59. Aug. hæe. 38. Torren. lib. 3. confeſſ. Aug. c. 9. Lind. lib. 4. Panop. c. 61. b [b] damnat Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 10. Bellarm. de baptiſ. c. 18. lib. 1. de pœnitentia. cap. 11. col. antepenult. & c. 12. 13. & ſoluit argum. cap 14. c [c] refert Bellarmin. 1. de pœnitentiã. cap. 15. & confutat. at Scot. licet falsò negat cõfeſſionem eſſe partem: Durand. negat contritionem, aut ſatisfactionem eſſe partem (excuſantur vero ab errore, quia loquuntur ante Cõcil Floren. & Trid) ſed Catholice fatentur requiri, vt diſpoſitionem, aut conditionem neceſſariã. vide Bellarm. capit. d 17. [d] infra cap. 10. Caſtro, & Medices, verb. pœnitent. hęr. 1. Bellarm. 1. de pęnitent. cap. 18. & tamen Luther. alibi admittit duas partes nẽpe fidem, ſeu fiduciam remiſſionis (quæ vere non eſt pars pęnitentię, ut dum Catechiſm. Pij V. & Patres) & contritionẽ quandam. 1. terrorem cõſcientiæ ex minis legis incuſſum. alibi addit 3. partem eſſe nouam obedientiã, ideſt propoſitũ nouę vitę. At Caluin. negat illos terrores, ex ponit 1. mortificationem ſui. 2. viuificationem, ideſt propoſitum, & ſtudiũ bene viuendi. hoc confutat Bellarmi. cap. 19. & ſoluit argum cap. 20. e [e] infra cap. 8. & lib. 2. c. 18. & ſequent. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 8. can. 15. Caſtro, & Medic. verb. pœnit. hær. 1. ver. ſatisfact. Hoſi. inſtit. cap. 48. Eckius enchyr. tit. 9. Torren. lib. 4. confeſſ. Aug. f cap. 3. [f] Luther. & Caluin. apud Bellarm. 4. de pœnitent. cap. 2. g & 3. [g] Luther. & Melancht. & Kemnit. apud Bellarm. ſupra cap. h 3. 4. 7. [h] refert Bellarm. cap. 6. [i] apud Bellarm. cap. 5. [k] contra i Trident. ſeſſ 14. can. 5. Caſtro, & Medices verb. pœnit. hær. 2. ver. k contritio. Bellarm. lib. 1. de pœnitent. cap 18. lib. 2. cap. 2. [l] de l Nouatianis ſup. A. de Vuicleph Prateol. Caſtro, & Medic. verb. confeſſ Bellarm. lib. 3. pœnitent. cap. 1. Vualden. to. 2. ſacrament. m c. 135. [m] damnatur in Conc. Complut. cõfirmato per Xiſt. IIII. & Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. can. 6. & fauet errori. Med. C. de pœnit. n tracta. de quo inf. lib. 2. cap. 1. [n] Pręter Vuicleph. & Pet. Oxom. Eraſm. in Hieronym. epiſt. ad Ocean. de obitu Fabiolæ. & annot. in Matth. 19. & Renan. hær. annot. ad Tertul. lib. de pœnitent. ſed o ibi bene confutat Pamel. Caſtro, & Medic. verb. confeſſio. Trid. p capit. 5. cao. 6. [o] P omnis Sect. Luther. refert Bellarm. 3. pœnit. cap. 1. Caſtro, & Medices ſupra. contra quos Trid. ſeſſ. 14. q ca. 5. can. 7. 8. [q] cit. ſup. Trident. cap. 5. r can. 7. [r] Caſtro, & Medic. hære. 5. Bellarm. ſup. Trident. ſ can. 3. q. 10. [ſ] Trid. can. 9. & cap. 1. & 6. Conc Florent. Conſtantien. Caſtro, & Medices abſolutio hære. 2. Bellarm. 3. pœnitentiæ. cap. 10. Taper. artic. 5. Soto diſtinc. 14. quæſt. 1. t artic. 3. [t] cit. A. inf. capit. 10. D. Thom. addit. quæſt. 19. Tri u dent. can. 9. [u] Audiani & Meſſaliani. apud Bellarm. 3. pęnitentiæ. c. 1. Theodor. lib. 4. de fabu. hæret. Dam. lib. de centum hæreſ. Trident. ſeſſ. 6. cap. 14. can. 30. ſeſſ. 14. can. 13. Taper. articu. 6. Sotó, lib. 3. de natura & gratia. capit. 6. diſt. 19. q. 1. artic. 3. x [x] Caſtro, & Medic. ver. abſolut. Bellar. 1. pœnitentiæ. cap. 15. 18. Trident. ſeſſ. 14. can. 12. & ſeſſ. 6. capit. 9. can. 14. vid. y can. 12. 13. 19. [y] Caſtro, & Medic. verb. abſolutio. 2. Bellar. 1. de ſacrament. cap. z 24 [z] Bellarm. ſup. Caſtro, & Medic. verb. abſolut. hęr. 3. verb. ſacerdot. ſupra de ſacram. cap. 1. & a 26. [a] ſup. de ſacram. cap. 29. Bellarm. 1. de ſacrament. capit. b 27. [b] inf. lib. 3. de pœnit. cap. 17. Bellarm. 1. de ſacram. cap. 26. Trid. ſeſſ. 14. c can. 10. [c] inf. lib. de ordine, & quod Epiſcopus poſſit reſeruare caſus. inf. lib. 3. de pœniten. cap. 14. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. can. 11. ſeſſ. 23. c. 4. d can. 7. [d] Caſtro, lib. de hæreſ. à princip. Medic. in procem. de hęreſ. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. hæreticus. c. 31. D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 3. ad 2. explicans 1. Corinth. 11. oportet hæreſes eſſe, ſicut & Matth. 18. neceſſe eſt, ut veniant ſcandala. & q. 10. artic. 11. Turrecrem lib. 4. ſum. eccleſ. p. 2. cap. 5. Bañes d. quæſt. 11. 6. Aug. in in Pſalm. 67. increpa feras arundinis. & lib. 1. de Gene. contra Manich. cap. 1. to. 1. lib. 18. ciuit. cap. 51. Grat. cap. fin. 24. q. 3. Greg. II. Paſtor. c. 2. Saulus Act. 9. inualeſcebat, & confundebat Iudæos diſputãs cum illis. Brunus. lib. 2. de hæret. c. vlt. Bellarm. lib. 4. de ver. Dei. c. 12. e [e] Patres in 1. Corint. 11. Aug. ſer. 97. de temp. & lib. 7 cõfeſſ. c. 19. f Greg. ſup. & epiſt. ad Anaſt. Antioch. Tert. de præſcr. hær. [f] Aug. in

g in Pſalm.67. congregatio Taurorum. [g] Patres, & auctor. ſupra. h [h] Auguſt.1.Trinit.cap.3. lib.contra mendac. cap.6. [i] Hæreticos i eſſe hoſtes peiores ethnicis. Auguſt.21. ciuit.capit.25. Chryſoſt. hom.50. ad popul. Simanc.de cath.inſtit.add. cap.30. num.7.cap. 31. num.45. cap.46.nume.41. Perez.l.4. titu.4.lib.8. ord.pag.85.

k [k] quia hæreticus deſtruit fidem quæ eſt fundamentum Eccleſiæ. Auguſt. ſer. 22. de verb. Apoſt. Leo ſermo. 18. de Paſſione Domini.

art.5. vbi Fr. Med. & q.109.6. dub.3. quia omne meritum fundatur in gratia, & requirit Dei promiſſionem, & acceptationem: & art.7. vbi Caiet. Conrad. Fr. Med. & Recent. retractat D.Thom. meritum congrui, quod olim in peccatore admiſit reſpectu. 1.gratiæ. Berg. Concord.§.888. Cano, relect. de pœnit. Sot.2. de nat. & grat. cap.4. lib.3. cap.8.d.14.q.2.ar.3. Led.2.p.q.2 artic.1. Greg.2.d.26.Burg. in Pſalm.118. retribue ſeruo tuo. add. 3. innuit Aug.1. ad Simplic.q.2. de ſpiritu & lit. capit.29. Anſel. in prolog. cap.11. facit Conc. Arauſic.2.cano.17. vid. can 3.4.10.15. Conc. Paleſt. apud Aug.de gra.Chriſti cap.3.in quo Pelag. retractauit. Leo epiſto.84. ad Epiſcop. Aquileien.Trident. ſeſſ.6. capit.8. quia Apoſt. Rom.3.4.11. negat gratiam dari propter merita, aut opera. & tamen homo iuſtus poteſt alteri impio mereri de congruo. 1. gratiam.q.114. artic.6. & in 2.diſt.27. in 4.

ita clarius proponant, & prædicent g omnibus veritates fidei [g] in Eccleſia, quæ in dies & in horas illuminatur quaſi aurora cõſurgens. quare quæ de ſacramentis quæ ſunt quædam Eccleſiæ fundamenta, oppugnarunt hæretici, (ſunt vero fere omnia quæ noſtri theologi conſtanter affirmarunt) ea habemus magis illuſtrata, & communita quaſi antidotis, nempe eximiis Conciliorũ, & Patrum doctrinis: poſt quas nos h nihil ſcriberemus, niſi B. Auguſt. [h] moneret, vbi hæreſes vigent, ut omnes qui ſcribendi talento aliquo ualent, zelo fidei, & religionis ſcribant, & ex pia æmulatione ſe prouocent: etiamſi eadem communi conſpiratione aliis verbis repetant, & inculcent: ut ex huius aut illius ſcriptoris officina, Catholica, & ſana doctrina paſſim in omnium manus, & ora deducatur. 3. vt fundamenta Eccleſiæ, quæ vetuſtate corroſa videntur, fulciantur. Eſt quidem nobis bellum cum Paganis, ac Iudęis, quos inducere in Eccleſiam Chriſti, & ad baptiſmum infideliũ peccatis aptum, & neceſſarium remedium allicere conamur: ſed mo i leſtior eſt ciuilis pugna, [i] cum domeſticis hoſtibus, & baptizatis hæreticis, qui nihil præter nomẽ Chri k ſtianum habent, [k] quos reducere in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ, & deinde cum improbis Chriſtianis quos recõciliare ſalutari hoc pœnitentia ſacramento, & ſana illius doctrina enitimur.

CAPVT I.

De dignitate Sacramenti Pœnitentiæ.

§.5. & 9. *De nomine, & quod ſit virtus & ſacramentum.* 4.

7 *Vbi B.Thom. de his agat.*

8 *Quomodo differat ab aliis ſacramentis.*

10 *Differt ab externa vindicta: & ſacramentum hoc inſtitutum eſſe à Chriſto.*

IVſius de hoc neceſſario peccatoribus Chriſtianis ſacramento pœnitentiæ dicendum eſt, & de Confeſſarii munere, ac fine: eo quod hæc tractatio ſit ad mores, & praxim valde utilis, & paſtoribus animarum ne a ceſſaria [a] in miniſterio enim huius ſacramẽti, & iudicii digne exercendo opus eſt præter vitæ exemplum, quod in integro iudice cernitur, magna ſcientia, & prudentia in ſacerdote habẽte iuriſdictionem in oues proprias, aut cõmiſſas.

2 Miniſter ſacramenti baptiſmi, aut matrimonii poteſt eſſe laicus: confirmationis, & ordinis ordinarius miniſter eſt Epiſcopus, in ſuprema ordinis poteſtate collocatus: ſed qui miniſtrat ſacramentum, pœnitẽtiæ, & abſoluit à peccatis medius inter hos eſt, ut nec Epiſcopum eſſe oporteat, nec laicus aut diaconus eſſe poſſit, ſed ſolus homo ſacerdos, ut lib. de ſacram. cap.26. dictum eſt. qui ſimul habet poteſtatem conſecrandi, & offerendi in ſacrificium Eucharistiam, & miniſtrãdi Extre b mæ vnctionis [b] ſacramentum.

3 Eius ſacerdotalis dignitatis, dignatus non eſt Deus Angelorum c etiam ſupremos facere conſortes: [c] quamuis hi interdum legantur ex priuilegio miniſtraſſe baptiſmũ, aut eucharistiam. Hanc vim reconciliandi Deo adultum Chriſtianum, & ab omni peccato peccatorumq; numero abſoluẽdi, ſolus Deus per autoritatẽ habet: eam Dei Verbum d humanitati ſuæ per excellentiam [d] communicauit, tanquam inſtrumẽto cõiuncto, ut pro arbitrio, & abſque ſacramento culpas & pęnas debitas condonare poſſet: & hic finis fuit præcipuus diuinæ Incarnatio e nis, [e] vt peccatores Deo reconcilientur propter gloriam Dei.

4 Nobiliſſima poteſtas ea eſt, ut ſacerdos hominem de vili humo factum, & peccato, quo nihil longius à Deo diſtat, infectum, quadam velut metamorphoſi transformet in Dei filium: dedit enim Deus hanc hominis poteſtatẽ filios Dei facere. Quæ dignitas eo exemplo illuſtratur: quis enim non mirabitur hominis artem ſi efficta imagini vitæ experti præſtaret vitales operationes angelicas aut diuinas? dignius ſane eſt quod Confeſſarius fœculẽtam terram vno temporis momẽto conuertat, nõ in aerem, aut cœlum empyreum dignam Dei, & beatorum ſedẽ, ſed in Dei filium: & qui deformatam luxuris imaginem Dei, ideſt animam peccato mortuam viuis gratiæ coloribus reformet, & ei dem diuinæ naturæ conſortium, & diuinas operationes communicet. eſt ſane hæc impii iuſtificatio ſum f mum opus Dei in creatura, [f] & inſignis gratia, quam nulla creatura g ſibi promereri poteſt. [g]

5 Pœnitentia, & pœnitere, à La h tinis [h] dicitur, quaſi pœnam tene i re, [i] vt ſemper puniat in ſe, quod k peccando commiſit. [k] quæ eſt definitio pœnitentiæ: græcè dicitur l metanæa. [l] ideſt reſipiſcentia, quæ m ſimul includit triſtitiam [m] ſpontaneam, & rationabilem pœnam de

GLOSSA Cap. I.

a DIcetur [a] lib.3.de pęnitẽ. b ca.26. [b] lib.de confirm.c.13. ſacerdos eſt miniſter vnctionis, pœnitentiæ, & euchariſtię, inſtitutus Ioan. 20. quorum remiſe c ritis. [c] [d] de ſacram. d cap.26.D.Tho.3.p. q.64.7. & ar.1.cum e ſeq. [e] probat D.Th. 3.p.q.1.art.3. Luc. 19. venit filius hominis quærere, & ſaluũ facere quod perierat. Symb.Nicen.qui propter nos f homines. [f] D.Tho. 1.2.q.113. artic.9. cum Aug. tract.72. in Ioan. & licet cõparant gratiam iuſtificationis cum creaturà tantum corporali, ut cum terra & cœlo, ſignificant tamen eſſe perfectiorem natura Angelis cũ dicat.q.110.ar.2. ad 2. eſſe perfectiorem anima, cum ſit participatio diuinæ volũtatis & naturæ, & q.112.1.gratia excedit omnem facultatem naturæ creatæ. Chryſoſt. ho.9. in Rom. ſi. gratia præſtat etiã viſioni beatæ, vt radix omniũ bonorum. cum tamẽ viſio ſit id quod per modũ actus attingit vltimum finem: ſicut inquit, peccatũ eſt pœna oſ igne, & pœna inferni. & in Eph.1. quæ diuitiæ gloriæ: & in admirabile lumen ſuũ: declarat Chryſoſt. excellentiã gratiæ & in rationi gratuiti doni iuſtificatio impij excedit donũ innocentiæ, quia magis gratis datur. D.Tho. 2.2. q.106. g 2. [g] nemo ſibi poteſt mereri. 1. gratiã etiam de congruo, D.Tho. 1.2. q.114.

h d.15. [h] verbo pęnitere vtitur Cicero epiſt.ad Atticum, & ſępe Plin.Iun.epiſt. 130. Senec. lib.17. cap.12. vid. Nizol. quod probant Pius V.Roffen.art.7. Cano.1.p. de pœniten. Bellarm.1. de pœn. cap.7.lib.2.c.5. Sot. diſt.14. q.2. l. ad 1. i Tertul. [i] Aug. de vera & fal. pœnit.c. 8. & 10. c.pœnit.2. de pœnit.d.3. Nau. prælud.10. num.1. k D.Tho.d.14.q.1. [k] Aug.c.19. & alluſit Amb.& Greg.apud Mag.d.14. definiũt, pœnitẽtia eſt præterita mala plangere, & plangẽda iterum non admittere. Iſid. 6.Etym. fin. pœnit. idẽ eſt quod culpæ punitio. de definitione Bellar.1. de pęn. c.19.col 3.c.20 col. l 1.ſi.Sot.q.1.ar.1. [l] ſic Græc. hi metanæa, vbi nos habemus pęnitentiam, Matt.3. pniam agite, & c.11. & Luc.10. olim pœnitentiam egiſſent. Marc.12.Luc.11. & 2.Corint.7.triſtitia quæ ſecũdum Deũ eſt pniam operatur. Bellarm.1. de pnia. c.7. Nau.prę'ud.10. nu.1.Soto.d.14.q.2. 1.& elegãtius ſoluo Led.1.p.q.25.art.1. m [m] ſic 2.Corin.7.triſtitia:

malo præterito : ſic enim pœnitet nos de præteritis malis. diciturque quando homo priuata autoritate, [n] quaſi inſtigante, & vindicante natura, ob culpam aſſumit ſponte pœnam in quo differt à pœnis purgatorii, & flagellis Dei, per quæ potius ſatis patimur, [o] quã ſatisfaciamus.

6 Duplex eſt pœnitentia, virtus & ſacramentum. virtus differt à iuſtitia vindicatiua publica, quæ pœnas ſolenni, & exteriori pœnitentia imponit; propter bonum commune, ut ſatisfaciat ſcandalo Reipublicæ: quod fit à gerente publicum officium iudicis cum accuſatore, teſtibus, & vindice: non propter illorum culpam, ſed alterius qui reus eſt: & hic ab illis patitur punitionem inuitus, non agit. At virtus pœnitentiæ (quæ eſt pars potentialis iuſtitiæ. ut dicetur cap. 19. ſicut & religio) habet actum per ſe interiorẽ, ut fides. & caritas: quia culpa contra Deum eſt primum in voluntate. quo actu homo ex affectu contendit, quoad poteſt, compenſare pro offenſa Dei, ut ſic diſpoſitus veniam gratis impetret. deinde hæc vindicta eſt ſalutaris, propter ſalutem priuatam pœnitentis. tandem vnus reus ſponte gerit illorum omnium officium: quia in ea virtute eſt quodammodo iudex ipſe ſui. [p] & vindex ac teſtis propriæ culpæ: quæ non tam in paſſione, & receptione pœnæ, quam in vitali, ac lubente actione conſiſtunt.

7 De hac virtute. D. Thom. in tota 2. part. vbi de reliquis uirtutibus copioſè egit, non meminit: ſed in fin. 3. par. agit de illa ad plenam doctrinam de ſacramento pęnitentiæ: & de illa dicetur, cap. 19.

8 Sumitur ſecundo exterior pœnitentia, pro quodam ſacramento per Chriſtum inſtituto. quo baptizatis, per ſe applicatur Chriſti meritum, & ſatisfactio in ueniam peccatorum. ex Patribus vero conſtat pœnitentiam eſſe uere ſacramentum, [q] id eſt, ſignum inter homines ſenſibile, quod ſignificat, & efficit peculiari modo ex promiſſione Chriſti remiſſionem peccati per gratiam infuſam: & exterior ſententia in hoc iudicio circa eos, qui poſt baptiſmum ſubditi eccleſię peccarunt, ſignificat internum, & ſpirituale iudicium, [r] quod fit cum interiori abſolutione: ut ablutio externa baptiſmi ſignificat ablutionẽ internam.

9 Variis nominibus vocatur, ut pœnitentia, [ſ] reconciliatio, ſeu abſolutio. [t] confeſſio, ſeu exomologeſis: [u] & manus impoſitio, præſertim dum recõciliabatur, qui erat in publica pœnitentia. [x]

10 Pœnitentia differt non tantũ voce, ſed re à cæteris ſacramentis, & plane à baptiſmo [y] differt in materia, forma, & effectu: quamuis baptiſmus interdũ dicatur Hebr. 6. renouatio pœnitentiæ. ut ſacramẽtum pęnitentiæ vocatur à Patribus laborioſus baptiſmus, [z] nec enim ad remiſſionem peccati poſt baptiſmum ſatis eſt excitare fidem de baptiſmo recepto. [a] dicuntur tamen à D. Auguſt. [b] per baptiſmum non ſolum præterita, & præſentia peccata remitti, ſed etiam illa, quæ poſteriori tempore cõmittuntur. quia per baptiſmum homo fit capax aliorum ſacramentorum, per quæ remittuntur peccata, nam idem B. Auguſt. [c] plane fatetur non baptiſmi regeneratione, ſed alia conuerſione, & curatione, remitti peccata poſt baptiſmum. Baptiſmus enim ordinatur ad ſpiritualem regenerationem, quæ ſemel tantum habet effectum: confirmatio uero, & cibus euchariſtiæ ordinantur ad augmentum, & nutritionem, quæ fit etiam in eo, qui baptiſmalem innocentiam conſeruat: ut lib. de ſacrament. capit. 6. dictum eſt. Decuit uerò Chriſtum in eum finem contra ſpirituales morbos lethales, qui ſæpe fidelibus accidunt poſt baptiſmum, inſtituiſſe efficacem medicinam, qualis eſt ſacramentum pœnitentiæ. [d] vt inſtituit baptiſmum pro infidelibus. [e]

11 Huius ſacramenti præcipua vis conſiſtit in forma abſolutionis [f] per iudicem, qui Chriſti vicem te-

ſtitia: exponit Chryſoſt. hom. 15. & diſtinguit cõtra pœnitentiam mundanam. & metanœam extendi ad præterita probat Tertul. de pœnit. vbi Pamel. Cypr. ſer. 5. de lapſis. Lactant. lib. 6. diuin. inſtit. cap. 24. Baſil. orat. de fame, & ſiccitate. Tertul. 2. contra Marcion. Ambr. ſup. Aug. etiam hom. vlt. ex 50. enchyr. cap. 70. epiſt. 108. & probat D. Thom. q. 85. 1. Soto. 2. de natur. cap. 13. d. 14. q. 2. 1. Pighius. Vega. lib. 13. cap. 17. Cano de pœnitentia. p. 2. Roffen. art. 7 Bellarm. cap. 7. & citãt Auſon. in parœmia occaſio. de pœnitentia, Sum Dea quæ facti non factiq; exigo pœnas: Nempe, vt pœniteat, ſic metanœa vocor. hęc cõtra Luther. quibus fauet Valla in 2. Corinth. 7. & Eraſm. in Matth. 3. qui contẽdũt in ſcriptura metanœã ſignificare reſipiſcentiam cum ſola mutatione mentis in futurũ. in quo errant cõtra Conc. & Patres. [n] Differt priuata pœnit. interior, vel exterior ſatisfactio pro bono priuato, ab ea pœna quæ propter bonũ commune in ſatisfactionem ſcandali imponitur à Iudice, quam reus non agit ſed patitur inuitus. [o] Soto. diſt. 19. q. 3. artic. 3. [p] ſic Virgil. vir bonus, vindex ſeu Iudex ipſe ſui. & tamen in ſacramento pęnit. Iudex nõ eſt pœnitens, ſed Cõfeſſarius. [q] Cõc. Florent. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. can. 1. ſeſſ. 6. c. 14. can. 29. & in generali ſeſ. 7. can. 1. colligit Ioan. 20. de quo loco dicetur libro 3. de pœnit c. 4. D. Thom. q. 84. 1. Conc. Lateran. c. firmiter. de ſum. Trin. Luc. 1. propoſit. c. ad abolendam de hæret. Doct. d. 14. vbi Soto. q 1. Patres citat. Pet Sot. de confeſſ. lect. 3. Vualden. ſacrament cap. 135. Taper. art. 13. Tertul. de pęnitent. vbi Pamel. num. 1. citat. Cyprian. Cyrill. Ambroſ. ſæpe Auguſt. quem citat Torren. vt in Pſal. 146. ſanat contritos corde, & alligat: hæc alligamenta eſſe ſacramenta. lib. de viſit infirm. & 1. cont. Creſcon. cap. 21. de ver. & fal pœnit. cap. 10. Bellarm. lib. 1. à cap. 8. & cap. 10. probat eſſe ſacram. & lib. 1. de ſacram. cap. 9. lib. 2. cap. 24. [r] vt exterior ablutio baptiſmi, quia ſignificat internam, cauſat gratiã: ita iudicium externum ſeu abſolutio ſignificando cauſat. [ſ] ſic vocat Siriach. PP. apolog. contra Anaſthaſ. Imperat. vt refert Marian. Victor. lib. 1. de pœnit. cap. 2. Ambr. 1. de pœnit. cap. 2. & 6. lib. 2. cap. 2. & 9. Auguſt. 22. contra Fauſt. cap. 29. vocat medicinã confeſſionis, & pœnit. Pamel. in Tertul. de pœnit. in princip. Bellarm. lib. 1. de pœnit. cap. 11. de triplici pœnitentia, priuata, publica, & ſolemni, & cap. 7. de voce pœnitent. [t] Auguſt. epiſto. 180.

[u] Cypr. lib. 1. epiſt. 3. aliàs 15. vtitur voce exomologeſis, & ſerm. de lapſ. Iræn. lib. 3. c. 4. nunquam vero ſumitur pro publica confeſſione publicorum ob quæ excommunicantur, ut putat Kemnitius. interdum tamen ſumitur pro cõtritione, & ſatisfactione, ut ſimul connotantur confeſſionem. Bellarm. 3. de pœnit. c. 6. ex Iræn. lib. 1. cap. 9. Tertul lib. de pœnit. [x] ſup. de ſacram. c. 10 ſ. Cypr. lib. 3. epiſt 14. Bellarm. lib. 1. de pœn. c. 10. 21. Auguſt. 5. de bapt. cõtra Don. capit. 20. 23. de qua etiã loquitur in difficilibus locis lib. 3. c. 16. [y] Trid. ſeſſ. 6 c. 14 ſeſſ. 14. c. 2. Cyrill. lib. 12. in Ioan. c. 56. qui tamen, & quidã Patres id Io. 20. exponit de ſacro pęnitentiæ ſimul & baptiſmi, quibus p ſe fit remiſſio peccati. Bellarm. 1. de pœnit. cap. 12. 13. [z] vt Patres exponunt (quos affert Bellar. cap. 13.) in Hebr. 6. impoſſibile eſt rurſus renouari per pœnitentiam. i. per baptiſmum. & Mar. 1. prędicans baptiſmũ pœnitẽtiæ. Aug. de fid. ad Pet. c. 30. vide Trid. ſeſſ. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. c2. 2. ait ẽ contra ſacrum pœnitẽtiæ vocari à Patribus laborioſũ baptiſmum. Dam. lib. 4. c. 10. Caſſiodor. de orig. officiorũ. c. 24. Clem. Alex. apud Euſeb. 3. hiſt. ca. 17. aliàs 24. Nazianz. lib. 4. ſuæ Theologiæ. c. 9. & orat. 39. i ſancta lumina. Cano de pœnit. Turrian. in Clem. lib. 2. conſtit. c. 41. Bellar. lib. 1. de pœnitentia. c. 13 Hoſ. inſt. c. 42. Caniſ. lib. 1. contra Magdeburg. de Baptiſta. c. 10. [a] Trid. ſeſſ 7. de ſacrament. can. 5. & 6. & de baptiſ. can. 10. Bellar. de baptiſmo. c. 18. [b] Augu. 1. de nupt. & cõcup. c. 33. Fulgẽt. de fide ad Petrum. c. 30. baptiſmum vocat ſacrum fidei, & pniæ: quia in adultis Acto. 2. requirit pniam. [c] vt plane fatetur Aug. non memoria bapt. ſed alia curatione remitti peccata poſt baptiſmum. Trid. ſup. Bell. Pamel. in Tert. de pnia, & Aug. li. 5. de bapt. c. 22. & epiſt. 23. Cyril. 12. in Io. c. 56. [d] Trid. ſeſſ. 14. c. 1. Pacian. epiſt. 3. ad Symphron. quare finis pniæ eſt triplex. 1. vt cõpenſet, & ex affectione contendat ſatiſfacere pro offenſa 2. vt ſpõtanea vindicta mẽdat reconciliare ſibi Deũ. 3. vt medeatur morbo ſuo, & recuperet virtutes amiſſas. D. Tho. q. 90. 3. Aug. in Pſal. 57. Tert. de pnia cuius verba ſumpſit Hiero. in eccleſ. 7. Cypr. ſer. 5. de lapſis Ephren de pœnit. c. 1. lib. de extremo iud. c. 5. Chryſ. hom. 7. ad populũ, & colligitur 2. Cor. 7. triſtitia quę ſecũ Deum eſt pniam in ſalutẽ operat. [e] Trid. ſeſſ. 6. c. 14. ſeſſ. 14. c. 2. baptiſmus pro infidelium peccatis: pnia pro fidelium ſeu baptizatorum & hæreticorũ remiſſione. [f] Trid. ſeſſ. 14. cap. 3.

cap. 3. dicit præcipuè vis ſita eſt in verbis ego te abſoluo. Concil.
Florent. Bellarm. 1. de pœnitentia. c. 15. & ſic eſt explicandus dum
lib. 1. de ſacram. cap 9. col. 3. ſignificat ſacramentum pœnitentiæ
conſiſtere eſſentialiter in ſolis verbis abſolutionis, cum tamen eſ-
ſentialiter includat actus pœnitentis, qui ſunt materia. infra. cap.
g 10. & 11. g quia pro
latio verborũ niſi ſit
à debito miniſtro
non eſt forma: ut
actus non dicitur vi
talis niſi ut eſt à ſup
poſito viuente con-
h iuncto. h citat. ſup.
§. 3. C. & lib. de ſa-
cram. cap. 3. Triden.
ſeſſ. 7. can. 1. ſeſſ. 14.
c. 1. can. 1. vid. can. 3.
& 10. & ſeſſ. 6. c. 14.
ſeſſ. 23. can. 4. inſti-
tutum eſt Ioan. 20.

g net, prolata: g ſuppoſita materia,
quæ eſt exterior confeſſio hominis
verè pœnitentis. hoc ſacramentum
habet ſimilitudinem cum publica
vindicta, ut dictum eſt. quia eſt ex-
terior pœnitentia, & propter bo-
num commune, quod eſt compen-
ſatio offenſæ, & reconciliatio Dei:
& fit per miniſtrum Dei publicum,
qui præcepto compellit reum ad ſa-
tisfactionem iniunctam. non ſic
erat in ſtatu legis naturæ, aut vete-
ris: ut dicetur lib. 2. cap. 10. nec ab
Eccleſia, & Apoſtolis, ſed à Chriſto
fuit immediatè inſtituta tam abſo-
lutio, quam præuia confeſſio pec-
h catorum. h vt dicetur lib. 3. ca. 10.

CAPVT II.

De Sacramento hoc eſſe præceptum tale, ut ſimul ſit medium ſaluti neceſſarium: Idque magis, quam de Euchariſtia.

§. 2. *Quandoque iuſtificari impium abſque reali huius Sacramenti ſuſceptione.*

§ *De ſacramento Confirmationis non præceptum, neque eſt medium neceſſarium. In quo præceptum de medijs neceſſarijs differat ab alijs præceptis.*

DE confeſſione, & de curanda
abſolutione non eſt tãtum vti-
a le conſilium, a ſed poſitiuum Chri
b ſti præceptum diuinum b non om-
nibus baptizatis, ſed iis qui pecca-
tum mortale habent, factum poſt ba
ptiſmum, ut ex Luc. 13. niſi pœni-
c tentiam egeritis. c Ioan. 20. quo-
d rum remiſeritis. colligunt Patres. d
e & Conc. Trident. e deinde ab Apo
ſtolis, & Iacobo, cap. 5. promulga-
tum dum ait, inducat presbyteros.
&c, confitemini alterutrum pecca-
f ta veſtra. f Actor. 19. qui credide-
rant veniebant confitentes, & an-
nunciãtes actus ſuos. Potuit Deus
impium ſine vllo pœnitentiæ actu
g iuſtificare, g infuſis habitibus gra-
h tiæ, & caritatis: h ſed poſito tali
præcepto inſtituit id Sacramentum
i in re i eſſe homini poſt baptiſmũ.
mortaliter peccanti, medium ne-
k ceſſarium ad ſalutem, k ſi modo
commodè, & tempore debito reci-
pere poſſet. ut lib. de bapt. cap. 5. di-
ctum eſt. ei tamen, qui à receptio-
ne excuſatur formalis cõtritio ſi re-
cordetur peccati mortalis eſt nunc,

GLOSSA
Cap. II.

a HÆretici a Meſ
ſaliani, vt re-
fert Dam. de hæreſ.
cap. 18. dicunt con-
feſſionem eſſe inuti
lem, & ſuperfluam:
imo contra ius natu
ræ quod ſe infamet
coram hoĩe. & Vual
denſes apud Vuald.
tom. 2. de ſacramen.
capit. 135. Iacobitæ
apud Guid. de hæ-
reſi. Vuicleph. apud
Vualdenſ. qui dam
natur in Conc. Con
ſtant. ſeſſ. 8. error. 7.
ſed falſo adſcribitur
Luthero: quia Leo X. & Ruffen. artic. 8. & 9. nihil tale ei tribuit.
ſed Lutherani Melancth. & Eraſm. Sarcerius, id aiunt, & impin-
gunt multis Patribus. de his hæret. Bellarm. lib. 3. de pœnitentia.
cap. 1. Lindan. lib. 4. Panop. Prateol. Caſtro. & Sebaſt. Medices de
hæreſ. verb. confeſſio. Sander. lib. 7. de viſibili monarch. de Catho
licis autem qui negant præceptum diuinum confeſſionis, dicetur
b poſtea. b quia finis eſt prima cauſarum: & cũ catholicis agimus,
qui agnoſcunt confeſſionem pœnitentia, & claues ſacerdotii. prius
agimus de neceſſitate finis, aut medij, & deinde præcepti, quam
c declaremus eſſentiam, & partes huius ſacramenti. c ea Luc. 13.
niſi pœnitẽtiam egeritis: colligitur vtraque neceſſitas. ſicut Io. 3.
niſi quis renatus: colligitur vtraque neceſſitas in baptiſmo. ſupra
lib. de bapt. c. 3. B. Bellarm. de bapt. c. 4. cum Aug. 1. de pecc. mer.
c. 30. Trid. ſeſſ. 7. de bapt. can. 2. & ſimili phraſi Ioan. 6. niſi mandu
caueritis: colligitur neceſſitas medij, & præcepti in adultis de eu-
d chariſt. ſup. lib. de ſacram. c. 4. Bellarm. 2. de pœnit. cap. 8. d ſic in
Ioan. 20. inſufflauit, (vt flatus extinguit ignem, & diſſipat nubes,
ſic abſolutio de qua Eſai. 44. deleui, ut nubem peccata tua) accipi-
te Spiritum ſanctum, ideſt, & gratiam, vt digne miniſtretis ſacra-
mentum: & poteſtatem ordinis, quæ manet etiam abſque gratia.
quorum remiſeritis: in quem locum probant Apoſtolis datam ve
ram poteſtatem remittendi, Cyril. lib. 12. in Ioan. c. 56. Chryſoſt.
hom. 85. licet obſcure: Theophyl. Euthym. & ex Latinis. Aug.
D. Thom. Gagneius. Caiet. Catech. Pij V. Vualdenſ. c. 139. Ca-
ſtro. ſacerdotum hær. 1. Bellarm. 3. de pœnit. cap. 2. & ex eodem
loco colligit Turrian. annot. in Clem. lib. 6. conſtitutionum c. 12.
& citat Dionyſ. cap. 3. eccleſ. hierar. Chryſoſt. hom. de proditione
Iudæ Dam. lib. 4. cap. 24. Cypr. lib. 2. epiſt. 3. Ambr. lib. 4. ſacram.
adde Hieron. epiſt. ad Edibiam. q. 9. Ambr. lib. 1. de pœnitentia.
cap. 7. & in Luc. vlt. Auguſt. q. 93. nou. & veter. teſtam. Origen. in
egeat pia interpretatione. Caiet. 2.2.q. 66.3. ad 3. & in opuſc. to. 1. tract. 17. q. 7. Ledeſ. 2.p.q.3. art. 1. & 2. vbi ait triplex eſſe genus præcepti affirmatiuum, negat. & medium. Soto. 4. inſt. q. 7. art. 4. & vide q. 6. art. 2. dum vero d. 17. q. 2. art. 6. ait, qui non ſtatim conteritur, non peccat de nouo, ſed auget grauitatem: intelligitur ſi tempore quo tenetur non conteratur, aut ſi maneat in virtuali complacentia peccati: quia non licet immorari, ſed tenetur ſtatum deſerere, aut ceſſare á continuatione peccati. idem Adr. de conf. q. 3. Nauar. c. 1. nu. 31. 38. quidam tamen putát grauare, quaſi teneatur ſtatim conteri, vt Guilelm. Pariſ. tit. de pœnit. Catharin. lib. 5. cont. Caie. Pet. Sot. tit. de pœnit. lect. 13. Maior. d. 16. q. 3. & 9. videtur Caietan. Sot. d. 17. quod limitat Marſil. q. 12. art. 1. ſedata paſſione obligatur ſi ſentit inſpirationé Dei: eccleſ. 5. ne tardes conuerti. Abulenſ. 1. paralip. 16. q. 36. Greg. hom. 11. in Ezech. peccatum quod per pœnitentiam nó deletur. Alex. 4. p. q. 77 m. 1. art. 1. & 2. m. 2. art. 3. Richard. d. 14. ibi Gabr. videtur Palud. d. 17 q. 1. art. 3. concl. 2. ſed parú ibi conſtat. Ant. Sylu. verb. cótritio. At prior ſententia eſt vera. [e] D. Tho. q. 84. 7. ad 1. & art. 5. ad 1. & ſupponit. q. 85. 2. arg. ſed cót. & hinc. q. 86. 6. ad 3. dicit ſacramentum pœnitétiæ fuiſſe aliquo modo de lege naturæ: quia eſt có naturale ſecundum ſtatum gratiæ, vt dicit Maior. d. 17. q. 9. Marſil. q. 12. art. 1. concl. 1. Palud. diſt. 17. q. 1. art. 1. in 5. differ. contritionis. Cano relect. p. 3. concl. 2. & in p. 4. dicit eſſe ſententiam certiſſimam. [f] & Fr. Med. cum D. Tho. 3. p. q. 1. art. 2. ad 2. & Suar. dub. 4. §. 8. inf. cap. 31. imo nec iuſtus ſatiſfacit de cóndigno pro peccato mortali alterius: quia grauitas offenſæ creſcit ex parte obiecti, & eius perſonæ quæ offenditur: ſed valor ſatiſfactionis non ita creſcit ex obiecto, ſed ex perſona offerente. atque ita pro offenſa Dei, quæ eſt contra obiectum infinitum, non datur iuſta ſatiſfactio, niſi fit á perſona infinite grata Deo offenſo: qualis eſt ſolus Chriſtus, qui ſatisfecit infinite, & vltra quátitatem offenſæ. [g] inf. c. 8. E. quidam philoſophi lumine naturæ videntur agnouiſſe quandam rationem pœnitentiæ quæ pertinet ad ius naturæ. D. Tho. q. 84. 7. ad 1. vbi laborat Caiet. Soto. d. 14. q. 2. 2 col. 5. Ledeſ. 1. p. q. 26. art. 1. ſic Ariſt. 7. ethico. incontinens poſt factum pœnitet. idem ait de eo qui peccat ignoránter. 3. ethic. & alibi Ariſt. & Cicer. taxant Stoicos laudantes apathiam, i. indolentiam, ſeu impœnitentiam. Senec. tragœd. 8. Act. 3. quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens. Periander, cum peccaueris, ſubeat te pœnitentia. Tertul. lib. 1. de pœnitent. quid dubitas concedere pœnitentiam eſſe virtutem: ſumma inſania eſt negare, quod dolere de peccatis ſit honeſtum. & ut Prouerb. 2. vituperat eos qui lætantur cum malefecerint: ita laudandi ſunt qui pœnitét de peccato in proximos, & multo magis de peccato in Deum, vt de blaſphemia. & ratione naturali Cicero. 3. rhet. & lib. 2. de inuentione, nouit iuſtitiam vindicatiuam malorum, & ut rex offenditur dum violantur eius leges, ita Deus legiſlator dum peccat homo contra legem naturalem, vt aſſerit Lactant. lib. 6. capitu. 24. ex Cicero. lib. 3. qq. Academi. Bellarm. lib. 1. de pœnitentia. c. 19. ad fin. lib. 2. c. 2. & 3. [h] ita tantum colligitur ex hiſtorijs, quæ referunt gentiles Romanos obtuliſſe ſacrificia, & luſtrationes, ut Deum placarent pro pœnis tantum temporalibus inflictis ob peccata, vt bene Soto. D. Tho. in id Rom. 1. non intellexerunt, quoniá qui talia agút digni ſunt morte. & d. 14. q. 1. 1. 3. ad 4. philoſophi conſiderarunt virtutes non ut dirigunt in bonum diuinum, ſed humanú. Ouid. eleg. 1. de Pónto ſæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt, cum bene peccati pœnituiſſe vident. [i] Soto, D. Tho. & eſt certa ſententia lumine naturæ, nó cognoſci hæc bona ſupernaturalia quod ſi forte Pythagoras, aut Plato didicit in Ægypto ex Hebræis eſſe amicitiam Dei, & ſpem gloriæ: certe ex ſola vi naturæ voluntas nó potuit digne pœnitere, vt haberet veniam, & amicitiam Dei. Triden. ſeſſ. 6. can 3. Bellar. lib. 2. c. 3. [k] cótritus ex affectu intendit, & optat cópenſare: ſed quia ex proprijs non poteſt reddere æquale, confugit ad miſericordiam Dei, & merita Chriſti, vt gratis remittatur offenſa. [l] quia re ipſa non compéſat æqualiter: de quo ſtatim. [m] ſic Deus ex miſericordia dedit homini inducias ſup. c. 3. §. 2. Videns quod nó poteſt ex proprijs ſatisfacere ex iuſtitia, etiam ſecundum partem aliquotam reſpectu offenſæ infinitæ. & tamen contentus pœnitétia vice compenſationis, illam præcepit. [n] ſup. c. 3. §. 1. D. Tho. q. 85. 1. & 2. in arg. ſed cont. Cano. p. 4. de pœn. Med. tract. 1. de pœnit. q. 2. & D. Tho. ait colligi præcept. Matth. 3. & 4. pœnitentiam agite. quod reducitur ad præceptum præambulum decalogi. 1. de dilect. Dei. Marſil. 2. q. 18. art. 2. ex qua imperatur contritio. nec enim eſt vera contritio niſi includat, vt ſit propter Deum ſumme dilectú, cum tamen ſaluetur verus actus fidei, ſpei, religionis, & aliorú virtutum, abſque eo vt ita ſint propter Deum ſumme dilectum. 2. reducitur hoc præceptum ad dilectionem ordinatam ſui ipſius, Vega lib. 13. in Trid. cum Scot. d. 17. q. 1. artic. 1. & quidam Recent. ſicut non occidere ſe, aut conſeruare propriam vitam, & fugere mortis periculum, pertinet ad dilectioné ſui, maxime in ſpiritualibus, quamuis Cano de pœnitent. 4. p. & Mancius aiunt nos eſſe Dominos ſpiritualis vitæ, & honorú ſpiritualium: quippe quæ acquirimus propria, & libera induſtria cum Dei auxilio. At re vera non licet prodigere vitam animæ, nec vnquam amittitur ſine peccato mortali, contra aliquod præceptum 3. Caiet. 3. p. q. 85. 2. reducit ad 1. decalogi de cultu Dei. quia falſo putat pœnitentiá non diſtingui á virtute religionis. [o] in quo falſus eſt Victor. & Ledeſ. citati capit. 2. §. 1. & probant: quia homo damnari poſſet propter vnum peccatum: nam D. Thom. 2. 2. quæſt. 14. 2. negat impœni-
tentiam

tentiam eſſe nouum peccatum, ſed circunſtantiam. At illa ſententia eſt temeraria contra Torrentem, & D. Thom. ſup. art. 1. ad 3. vbi diſtinguit de impœnitentia negatiua, & poſitiua: & in 2. d. 43. artic. 3. ad 3. in 4. d. 14. q. 1. 1. 2. arg. ſed cont. d. 17. q. 2. 2. 3. ad 2. & q. 3. 1. 4. & expreſſe 3. p. q. 85. 2. in argum. ſed cont. Durand. d. 17. q. 10 Palud. diſt. 14. q. 7. Gabr. q. 3. Soto. lib. 1. de nat. & grat. c. 22 & diſt. 17. q. 2. artic. 6 Bellarm. lib. 2. de pœnitẽtia, c. 8.
p prop 2. [p] Soto. d.
q 17. q. 2. 6. [q] ſic defendi poteſt ſententia Med. tract. 1. de pœnitentia. q. 6. quẽ ſequitur Mãtius, &
r quidã Recent. [r] ſic ſoluitur argum. fallax, vt in ſimili bene ſequitur, ego conie ror, ergo peccaui: & tamen volo antecedens, & non conſequens: & iuſtus cõcteritur, quamuis nõ ſit in peccato. ſic ſi hominem alijs negotijs diſtrictum vrgeam, ut ſtatim pœniteat: licite reſpõdet, nolo nunc pœnitere. quia tempus
ſ ſupereſt. [ſ] Quia formalis pęnitentia de peccato mortali eſt medium neceſſariũ & pceptum, ut fides explicita de Chriſto, aut ſacramentũ pœnitẽtiæ in re: ac proinde iuſtificatus per dilectionẽ Dei, tenetur ad cõtritionem, vel ſacramentum pœnitentiæ, cũ memor fuerit pec-
t cati. [t] Cano de pœniten. p. 4. Soto. d. 17. q. 2. art. 6. & cõmunis Recent. contra Vegam opuſ. de iuſtificatione. q. 13. ad 1. cont 3. conclu. & lib. 13. in Triden. cap. 20. idem ſentit Med. tract. 1. de pœnitentia. q. 3. & ſentit Victoria §. 19. de
u baptiſmo. [u] Soto.
x cit. c. 2. §. 1. [x] Soto. d. 19. q. 2. artic. 6. de Auguſt. de vera, & fal. pœnit. cap. 17. dubitat de ſero pœnitẽtibus, & hom. 41. ex 50. cap ſi quis, de pœnit. d. 7. Torrenſ. 3. c. 9. §. 15. Cypria. c. idcirco. Hugo lib. 2. p. 14. cap. 5. ſed de nemine deſperandũ eſt, ſed timendum, nam ex duplici latrone, q iuxta Chriſtum defuncti ſunt, pro miraculo refertur vnum in extremis fuiſſe ſaluatũ: cum tamẽ vterque haberet Chriſtum æquè proximum, & propitium. Nauar. cap. 1. nu. 10. cap. 26. num.
y 29. 33. Bellarm. 2. de pœnit. c. 16. [y] Soto ſup. bene probat quare in articulo mortis nullus eſt caſus, aut cenſura reſeruata. Trident.
z ſeſſ. 14 cap. 7. [z] ſup. c. 3. §. 3. Marſil q. 12. art. 1. vt in ſtatu naturæ
a poſt aliquot annos, puta quinquenniũ obligaret pęnitẽtia. [a] Greg. hom. 21. in Ezech. quod citat D. Tho. 1. 2. q. 109. 8. & ob id quidam ſup. putant pœnitẽtiam obligare ſtatim, ut poſt peccatum poteſt ſedata paſſione.
b [b] D. Thom. q. 84. 9. Soto. diſt. 14. q. 1. 9. Ledeſ. q. 25. 9. & tamen quia homo ex vi naturali non ſatiſfacit Deo, nec pro peccato mortali poteſt ſatisfacere ad æqualitatem: ideo poteſt ſæpius repetere eoſdẽ actus cõtritionis de peccato etiam remiſſo, & ſæpius confiteri, & abſolui de eiſdẽ: quaſi nunquam ſibi ſatiſfaciat. cum tamen qui homini de ſuo ſemel ſoluit plene debitũ pecuniariũ, non ſoluat iterum, atque iterum idem debitum ex iuſtitia.
c [c] D. Tho. 1. 2. q. 87. 3. propter Matt. 25. in ignem æternum. Marc. 3. & 9. ignis non extinguitur, vt habetur Eſai. vltim. Apocal. 14. Caſtro. verb. infernus. hær. 2. beatitudo hær. 3. Athor. lib. 14. Theſoph. c. 10. 12. quod ſi quãdo Origenes oppoſitum errorem dixit, non permãſit in eo, ut ipſe aſſerit, dialog. contra Candidum Valentianũ, & in id Rom. 11. niſi quid ſic offenderũt. tract. 19. in Matth. hom. 9. in Hierem. ita Origenem excuſat Pamphil. apolog. pro Origen. Picus in apolog. 7. Soto diſt. 45. q. 2. art. 2. d. 50. q. vnic. artic. 1. cõcl. 4. vide Sixtum lib. 5. bibliot. c. 219. lib. 6. c. 290. Hiero. apolog. contra Ruſin. citat epiſtolam Orig. dicentis, diabolum poſſe ſaluari, nec mẽte captus
d dicere poteſt. [d] Nauar. cap. 1. num. 31. & 22. de pœnit. d. 5. in gloſſ. 3. num. 51. Soto. d. 17. q. 2. artic. vlt. Ledeſ. 2. p. q. 3. 1. Petrus Soto. lect. 3. Anton. 3. p. titu. 14. cap. 18. §. 2. Cathar. lib. 5. cont. Caietan. Sylueſt.

tentia: quæ tunc eſt tantum circunſtantia peccati. Porrò ſi homo nunquã eſſet moriturus, aut ſi immortalis Angelus eſſet capax pœnitentiæ poſt peccatum, obligaretur interdum in vita ad præceptum pœnitentiæ, ut quod non tãtum obligat propter mortis periculũ. Item obligatur quiſque quantum ad ſpecificationem actus. ne vnquã poſt peccatum dicat, nolo pœnitere, quia obiectum iſtius actus videtur malũ: & tamen, qui extra tempus præcepti id diceret, non peccat pluſquam venialiter actu otioſo, qui ex fine
p bono honeſtari poſſet. [p] Nec tamen, qui vult iſtud antecedens, nolo nunc pœnitere, cenſetur velle cõ
q ſequens, nempe ſe peccaſſe: [q] nam cum eo antecedente ſtat, vt potius velit ſe nunquam peccaſſe.

5 Qui Chriſtianus peccatorum oblitus iuſtificatur per dilectionem Dei, vel attritus per aliud ſacramentum, quam pœnitentiæ, tenetur per
r ſe ad formalem cõtritionem, [r] non ex dilectione ſui, cum iuſtus ſit: ſed
ſ ex virtute pœnitentiæ, [ſ] vt Deo offenſo pro culpa compenſet quo ad poteſt. At qui cum attritione per abſolutionem iuſtificatur, non tenetur ad præceptum cõnaturale de
t contritione formali: [t] quia iã remedio per ſe inſtituto, & compẽſatiuo ex applicatione meritorum Chriſti conſecutus eſt remiſſionem, & in æquiualenti impleuit priori, & meliore ratione finem totum in quem contritio ordinatur: contritio enim non remittit peccatum, nec compẽſat, niſi vt includit votum, & vicẽ ſacramenti pœnitentiæ. quare compenſatione per ſacramentum applicata magis contentus eſt creditor Deus, quám compenſatione cõtritionis, aliàs ſi contritio dum haberi poteſt, eſſet neceſſaria, obligaret per ſe etiam dum ſuſcipitur abſolutio, quia tunc haberi poteſt. ac ſubinde Chriſtus in lege euangelica non leuigaſſet onus, ſed adiecíſſet graue onus confeſſionis, præter neceſſariam contritionem, ſi etiam nunc contritionis morale pręceptum per ſe obligat ex iure naturæ, vt quidã dicunt, ſicuti olim ante ſacramentum pœnitentiæ obligabat, ut homo de ſuo compenſaret Deo, quo ad poteſt.

6 Præter extremam neceſſitatẽ, & mortis articulum ſtando in ſolo iure diuino, obligat contritio in al-
u terius grauis neceſſitatis tẽpore: [u] quod vir prudens arbitrabitur pro ratione perſonæ, & circunſtantiarum, & natura fineque huius præcepti: ſicut arbitrandum eſt de tempore, quo iure diuino obligat præceptum fidei, ſpei, caritatis, & religionis. cum enim contritio ſit medium, & neceſſaria diſpoſitio, vt reconcilietur amicitiæ Dei, non videtur licere, vt homo id reſeruet in finem vitæ, & per totam vitam perſeueret in peccato: id enim interpretatiue redundat in cõtemptum Dei offenſi. Quare Sancti graue, & periculoſum crimen putant, pœnitentiam differre in tempus, quo mortis vrgentis admonitio compel
x lit: [x] nec tamen pœnitentibus in eo mortis articulo neganda eſt ab-
y ſolutio [y] pax, & communio. videturque tunc obligare, quando Deus inſpirat homini, & cum remorſu conſcientię dictat ſe exigere
z rationem villicationis. [z] nam tunc eam pœnitentiæ dilationem, quaſi vocationis diuinæ cõtemptum carpit ſcriptura. 2. quando ex eo quod homo diu iacet in peccato mortali deſeritur, & permittitur communi
a ter cadere in alia mortalia. [a] quare qui aduertit morale periculum reincidendi in quod ſe coniecit, videtur peccare mortaliter: pœnitẽtia enim non ſolum includit contritionem de præteritis, ſed propoſitum vitandi tam peccata in futurum, quam peccatorum, ac damnationis mortale periculum, inf. cap. 21. §. 5. quia cui ſemper placuit mala vita, vix contingit bonus exitus vitæ, quare ex caritate Dei, & ſuiipſius, præter obligationem pœnitentiæ, tenetur conteri quibuſdam temporibus.

7 Nec contritio obligat per totã
b vitam continue, [b] quamuis peccatum dignum ſit pœnitentia totius
c vitæ, & pœna æterna, [c] ſatis enim eſt, vt debitis temporibus homo repetat actus internos pœnitẽtiæ. nec obligat in omnibus feſtis, & Dominicis diebus, in quibus quidam dicunt obligari ad actum diligendi Deum: ſup. cap. 3. §. 2. quia contritio non pertinet ad virtutem religionis, quæ illo tempore obligat ad cultum quendam externum Dei, ſed ad pœnitentiam: nec ſub præcepto cadit finis inſtitutionis illorum, ſcilicet, vt homo illis temporibus curet ſanctificationem ſui: vacans ab omni opere ſeruili. quidam putant per accidens obligare contritionem etiam de peccatis aliàs remiſſis, quando peccata memoriæ occurrunt practice, & cum vehementi tentatione. At ſane pro remiſſis, vt nõ tenentur quærere aliã 2. abſolutionem, ita nec aliam, ac
d aliã contritionem, [d] cum vna pœnitentia ſufficiat pro culpis: ſatis tunc eſt, negatiue ſe habere, & bonis cogitationibus, occupationibusq; di-

uertere tentationem, & oratione implorare Dei auxilium ad victoriam, & aliis armis, & ſigno crucis ſe munire: in raro caſu vehementis tentationis, quando non facile occurrit aliud remedium, obligatur ex virtute pœnitentiæ firmo boni propoſito diſſentire tentationi, [e] fugere occaſionem propinquam, idque ex vi etiam aliorum præceptorum, [f] vt furti, aut homicidii vitãdi in cuius periculo verſatur: nam peccat, qui non vitat morale periculum remediis opportunis, in quod videt ſe expoſitum. alii addunt obligari, quando exiſtimat neceſſarium eſſe in gratia, vt ferventi oratione placet Deum in communi neceſſitate Reipublicæ. [g] At tunc ſatis eſt eſſe alios iuſtos: nec impetratio orationis nititur gratia orantis.

8 In habente conſcientiam peccati mortalis, obligat cõtritio. 1. quando occurrit tempus de præcepto cõfeſsionis, nec tamen confiteri poteſt, [h] quia obmutuit, vel quia deeſt confeſſarius: tunc enim vice cõfeſsionis tenetur conteri, vt 1. in mortis articulo. 2. videtur tempore Paſchę. [i] quando finitur annus eccleſiaſticus, de quo ſup. cap. 4. pro confeſsione deſignatus: nec enim Deus prębet inducias vltra tempus præcepti per eccleſiam deſignatum ſup. cap. 3. nec attritio ſola tunc ſatis eſſet vice ſacramenti: quamuis per verum ſacramentum informe impleatur pręceptum, ſine conſecutione fructus, & finis. per accidens obligat deficiente Confeſſario, antequam communicet, aut celebret: ac ſubinde qui incõtritus ſacrilege celebrat vnicam habet culpam ratione indigne cõmunicationis, vel alterius ſacramẽti, quamuis ex multiplici ratione. [k] ante baptiſmũ, & abſolutionem ſatis eſt attritio nota propter metum gehennæ, vel turpitudinem peccati cõcepta: nec hic attritus tenetur ad contritionem, quæ quaſi iure naturæ obligare videtur: ſuppletur enim per ſacramẽtum per ſe inſtitutum in remiſsionem peccati, vt §. 1. dictum eſt. per accidens obligat quãdo ſacerdos ex officio miniſtrat ſolenniter [l] ſacramentum baptiſmi: aut ſi etiam ſecreto hominem abſoluat à peccatis, [m] vel det communionem. [m] at hæc obligatio potius eſt ex virtute religionis, ſ. ex vi caritatis obligatur ad contritionem, quando tenetur ad actum caritatis, at tunc non ſatis eſſet dolor de peccatis, vt ſunt contra Dei amicitiam, ſed ex virtute pœnitentiæ. [n] 6. Diaconus peccator dum ſolenniter canit euangelium, & ſacerdoti miniſtrat ad altare, nõ videtur peccare mortaliter, nec epiſcopus quando in occulto peccato ſolenniter prædicat, vt dicetur lib. de Ordine.

CAPVT VII.

Modus & quantitas pœnitentiæ eſt quadruplex. ſatis eſt dolorem eſſe maximum appretiatiuè.

§. 2. *Non eſt neceſſaria quantitas intenſionis, aut durationis continua per tempus.*

3 *Quantitas obiecti, vt ſit vniuerſalis contritio de ſingulis.*

4 *Ad quod Decalogi reducatur præceptum pœnitentiæ.*

CONtritio obligat cum ſuo modo intrinſeco, ut ſit dolor maximus appretiatiuè, [a] ſi qua forte fiat comparatio. at non oportet pœnitentem facere cõparationes in particulari: [b] ne forte ex infirmitate ſuccumbat, malens potius incurrere culpam, quam notam infamiæ: ſatis eſt dicere doleo intimè, & maxime de offenſa Dei quem diligo ſummè quo ad poſſum. expedit ne fiat ea comparatio cõmuniter, mallem pati pœnam inferni, quam culpam feciſſe: [c] quia ſtatus inferni intrinſece ex lege ordinaria includit culpam, & obſtinationem, pręter pœnam. ſi quando tamen legamus in Sanctis oppoſitum: [d] intelligitur cum pręciſione: ſcilicet culpa, & auerſio eſt deteſtabilior, quã pœna damni, uel ſenſus inde conſequens, ſi per impoſsibile daretur optio. at vir fortis non impeditur conferre culpam cum pœnis lictis, [e] vt plus omnino doleat de culpa, & dum cõcurrunt præcepta incompoſsibilia cõferens grauem culpam cum leuiore, plus dolet de maiori. ſub pręcepto confeſsionis non cadit modus illius. [f] nec enim requiritur certa intẽſio, & conatus, [g] vt nõ requiritur in dilectione Dei: [h] cum ſæpe mater intenſius, & tenerius experiatur diligere infantem ſuum, propter motiua ſibi proportionata, quam Deum. nec requiritur vlla determinati temporis

Sylveſt. contritio §. 2. num. 4. Cano. de pœnitent. p. 4. Caiet. q. 84. art. 8. & tom. 2. opuſc. tract. 17. ſeu opuſc. 27. quæſtion. q. 7. Med. tract. 1. de pœnit. q. 6. Mai. d. 17. q. 5. & 9. Palac. q. 2. Adrian q. 3. de confeſſ. Victor. & omnes Recent. add. q. 5. ſi. qui vero ſignificant e oppoſitum, interpretandi ſunt, vt ſtatim lit. E. [e] ita interpretandi ſunt D. Thom. d. 17. q. 3. 1. 4. Palud. q. 1. art. 3. Bonau. art. 3. q. 2. & d. 14. Gabr. d. 14 q. 3. ar. 3. dub. 1. vbi Rich. art. 1. q. 9. Marſil. q. 12. artic. 1. p. 5. Alex. 4. p. q. 68. m. 2. art. 2. §. 1. & ita illos interpretatur. Soto. d. 14. quæſt. 1. artic. 9. Caiet. q. 84. artic. 8. & 9. & Recent. id vero propoſitum elici ex virtute pœnitentiæ, probat bene Mãtius ad dit. q. 5. fin. contra f Sotom. d. 17. [f] So- g to. diſt. 17. [g] Nauar. cap. 1. num. 31. fin. cum Adrian. de confeſ. q. 3. Fribur. ſum. cõfeſſ. fol. 88. Abul. in Matth. 6. q. 32. fauet Ledeſ. 2. p. q. 16. artic. 9. quæ tamen ſententia eſſe falſa probatur in text. tenet Soto relect. ſecret. memb. 2. q. 3. concl. 6. Baſies, & Recent. 2. 2. q. 33. artic. 5. & q. 44. art. 2. dub. 2. concl. 4. (vbi tamen addit, quod forte paſtor vt ouibus vtiliter prædicet, & pro illis oret, tenetur eſſe in gratia: nam qui ſibi nequam eſt, quomodo aliis bonus erit.) nec tenetur cõteri, vt fratrẽ corripiat, nec vero qui ignorat fidem explicitã de articulis, aut alia ſuo ſtatui neceſſaria, tenetur eo fine conteri, vt Deus illum illuminet: ſed ſatis eſt facere diligentiam ſibi poſſibilem, ut diſcat, vide Cordub. lib. 2. qq. h quæſt. 8. [h] de articulo mortis id certum eſt. [i] Soto diſt. i 17. quæſt. 2. artic. 6. & cõmunis Recent. quamuis Caietan. verb. contritio ad ſi. id negat: quia interior pœnitentia tũc obligat propter ſubſtantiam exterioris confeſſionis: ut attentio propter obligationem orationis vocalis: qui autem excuſatur à principali, & exteriori, videtur excuſari ab omni parte: ſed primum eſt probabilius. [k] quia vbi eſt vnũ propter aliud, k eſt tantum vnum moraliter. Soto ſupra, contra Canum. [l] Trid. l ſeſſ. 14. cap. 4. [m] D. Thom. quæſt. 64. art. 6. Soto. diſt. 1. quæſt. 5. m artic. 6. Bellarm. lib. 1. de ſacrament. cap. 26. [n] dolor ex ſola amin icitia, & motione caritatis nõ eſt ſatis pro remiſſione, vt ſignificat D. Thom. 1. 2. quæſtio. 113. artic. 5. ad primum, & infra capit. 19. ſicut qui debet homini centum, & eidem ex amicitia donat 100. non ſatisfacit debito: ita Deus ad iuſtificationem requirit actum pœnitentiæ. quo ex affectione intendat homo compenſare, & ſoluere debitum.

CAP. VII.

a DIcetur [a] c. 27. & 28. Bellarm. lib. 2. de pœnitent. capit. 11. propoſ. 2. D. Thom. diſtin. 17. quæſtio. 2. 3. 1. Durand. quæſt. 4. Soto, diſtinct. 17. quęſt. 2. 4. diſtinct. 14. quæſtio. 2. 4. Veg. lib. 13. in Trident. cap. 25. Nauarr. cap. 1. num. 21. Cano relect. de pœnitent. par. 3. Victor. §. 117. Ledeſm. 2. par. quæſt. 2. artic. b primo. [b] Doctor. ſup. Nauar. capit. 1. nume. 21. & 37. So c to. [c] Durand. diſt. 17. quęſt. quinta, Soto, & Recent. quia ſtatus inferni includit intrinſece ex lege, obſtinationem d in culpa. [d] vt Chryſoſtom. in id Rom. 9. optabam anathema eſſe à Chriſto. D. Thomas, diſtinc. 17. quæſtio. 2. art. 3. 1. ad quartum, de veritate. quæſt. 23. Capreol. diſtinctio. 14. quæſt. prima, ad argument. Durand. contr. 1. concluſ. & in 3. diſtinct. 27. ad ſecundum. Durand. e contra 3. concluſ. [e] Nauar. cap. 1. num. 11. 21. 37. in princip. & intendit D. Thom. & Capreol. f [f] [g] Nauar. capit. 1. g num. 9. 23. cap. 11. num. 5. ad finem, & citat. liter. A. Bellarm. capit. 11. propoſ. 3. Aliaco. diſt. 21. contra Scot. diſtinct. 14. quęſtio. 2. artic. 2. & in 3. diſt. 27. quæſtio. vnica. vbi communis Almain. Gabriel. idem Richard. 4. diſtinct. 17. artic. 2. quæſt. 3. Adrian. quæſtio 2. de pœniten. & quodlib. 5. artic. 3. Petr. Sot. titulo de contr. lectio. 15. & 17. verſic. cæterum. Paludan. diſtinctione 14. Medin. de pœnitent. h diſtinctione 5. [h] D. Thom. 2. 2. quæſtione 26. artic. 3. quæſtione 44. artic. quinto, ibi Baſies. contra. Durand. 3. diſtinctione 29. quæſtione prima, quod vero Auguſt. 1. doctrin. cap. 27. dicit amor circa Deum eſt intenſior. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 24. 6. ad primam, intelligitur ex propenſione caritatis, ſi cętera ſint paria. aut ſumit intenſius, pro appre-

i continuatio, [i] vt uera contritio ſta
tim peccata remittat, tanquam vlti
ma diſpoſitio gratiæ. quamuis qui-
k dam [k] ſignificent veram contritio-
nem dari informem ſecundum ſub
l ſtantiam actus, [l] quam facta con-
tinuatione Deus ſuo auxilio effica
ci eleuat, & format. alii in omni
actu hominis deliberato requirunt
m indefinite tempus aliquod: [m] ita
tamen, ut in minori mora actus fi-
niri poſſit, expedit, ut de grauiori
peccato, concipiat maiorem contri
n tionem: [n] ſed non peccat morta-
liter, qui de minori interdum plus
o dolet, [o] ſi detur optio: ex eo quod
ſibi infamiam, & nocumenta at-
tulit: ſatis eſt, ut de omni mortali
quod in uoerſione Dei cõtenus, do-
leat, præ cæteris malis pœnæ.

2 De ſingulis peccatis non obli-
gat Chriſtus etiam in ordine ad cõ-
feſſionem, habere ſingulas pœnitu-
p dines, [p] vt quidam putant: [q] qui
q ſunt interpretandi, quod vna con-
tritio eo dicitur de ſingulis: ſaltem
virtualiter, quamuis præcederet co
gnitionem peccatorum: quia non
reliquit in homine virtualem affe-
ctionem; complacentiamve pecca-
r ti illius mortalis: [r] nam ſi retine-
ret proximam occaſionem, ut con-
cubinam, non eſſet vera contritio,
quæ eius peccati cõplacentiam vir-
ſ tualem [ſ] ſigillatim non excluderet.
t aut ſi non vult reſtituere, [t] cum
poſſit commode: aut ſecum propo-
nit retaliare iniuriã, ſi alter ipſum,
aut perſonam ei propinquam læſe-
rit. ſimiliter vna dilectio dicitur in
cludere propoſitum ſeruandi om-
nia, & ſingula præcepta. ſup. cap. 2.
§. 3. & uno verbo confitetur quis
mille furta ſigillatim: vna forma ab
ſolutionis protenditur in omnia, &
ſingula peccata, ſicut & una aſper-
ſione, & prolatione verborum ba-
ptiſmi poteſt ſingulos ex multis ſi-
mul baptizare. id præceptum ſpecia
le de pœnitentia, ſi quis ad aliquod
ex decalogo reducere velit, perti-
net ad primum de cultu Dei repa-
rando, de dilectione Dei, & dile-
ctione ſui, qua tenetur animam à
morte liberare, ſup. §. 4.

CAPVT VIII.

De ſatisfactione eſt præceptũ, quando Confeſſarius iniungit. ex fine eſt neceſſaria ad conſecutionem gloriæ.

§. 2. *Et ad quædam alia.*

3 *Sed ex iure naturæ non obligaret in præſenti vita ſatisfacere pro pœna temporali.*

SImiliter eſt poſitiuũ Chriſti præ
a ceptum de 3. ſacramenti parte, [a]
quando ſatiſfactionẽ externam Cõ
feſſor tanquam vice Chriſti iudex
iniungit, & ſua ſententia per claues
b obligat [b] in re graui ad executionẽ
eius pœnalis ſententiæ, in vindictã
peccati præteriti, & medicinã, cau-
tionemq; in futurum. ſecluſo vero
ſacro, & olim & nunc, pœnitentia
c fuit omni tempore neceſſaria [c] ad
aſſequendam iuſtitiam poſt pecca-
tum, ut peruerſitate abiecta, & emẽ
data, offenſam Dei cum dolore de-
d teſtetur, [d] quæ emẽdatio fit per im
pletionem præceptorum, & contri-
tionem, quam iuuat & externa ſa-
tisfactio.

e 2 Quidam [e] aiunt de externa ope
rum ſatisfactione eſſe præceptum,
ſub mortali, ut ſatisfaciat pro tẽpo-
rali pœna, nã ſcriptura, & ſancti ſi-
f gnificãt neceſſarium. [f] Cæterum ita

i appretiatione. [i] Alexand. 3. p. quæſt. 69. communis Doctor. 2. d. 28. alij. 4. diſtinct. 14. Soto, diſt. 17. quæſt. 2. artic. 4. Vega lib. 13. cap 23. putat omnino certum. videtur Nauar. cap. 1. nu. 29. Cano. p. 3 colligitur ex D. Thom. 1. 2. quæſt 1. 12. 2. ad ſecundum, ibi Fr. Medin artic. 3. & quæſt. 113. 7. ad quartum, quia iuſtificatio fit in inſtanti, quare Trident. ſeſſ. 6. cap 6. & 7. non ponit efficaciã diſpoſitionis in duratione, ſed in perfectione intrinſeca contritionis. & cap. in princip. hanc diſpoſitionem ſequitur gratia. Deuter. 4. ſi quæſieris Deũ in toto corde, inuenies eum. Ierem. 18. ſi conuerſi fueritis. Ezechiel. 18. cum auerterit ſe impius, animam ſuam viuificabit ſic 2. Reg. 12. & Pſalm. 31. dixi cõfitebor: & tu remiſiſti. vt aduertit Auguſt. in eum Pſalm. Ambroſ. apolog. de Dauid. cap. 7. item Deus dicitur diligere diligentes ſe, Prouerb. 4. Ioan. 14. 17. Auguſt. de fide, & oper. cap. 14. actus vero dilectionis fit in inſtanti: facienti ex auxilio totum, quod in ſe eſt, ſtatim Deus dat gratiam: Prouerb. 4. facile eſt, ſubito honeſtare pauperem. Chryſoſtom lib. de reparat. lapſi: habetur cap. tales. de pœnitent. diſtinct. 3. & hom. 27. in Geneſ. Auguſt. enchir. cap. 65. vera pœnitentia non eſt menſuranda tẽpore, ſed magnitudine doloris. Leo. I. epiſt. 69. ad Theodor. cap. multiplex. de pœnitent. diſt. 1. Greg. lib. 7. epiſ. 52. Bernard. ſermo. de
k Magdal. [k] Scot. d. 14. quæſt. 2. artic. 2. innuit: quamuis Almain. neget eum id clare dicere. idem tenet Richard. diſtinct. 17. artic. 2. quæſtio. 3. videtur Adrian. ſup. Caietan. to. 2. tract. 4. de contritione. q. 2. & 4. & verb.
l contritio. [l] Caiet. Scot. 2. diſtinct. 28. in 2. diſt. 37. quæſt. 1. & 12. Soto. 2. de natura, & grat. cap. 22. imo D. Tho. add. quæſt. 2. art. 2.
m quod falſum eſt. [m] Gregor. 1. diſtinct. 38. artic. 3. in 2. diſtinct. 4. quæſt. vnica, ad quartum, & exponit Ezechiel. 18. & 33. in quacũque hora. i. in quacunque temporis parte. At id falſum eſt, quia actus voluntatis, tam in peccato quam in contritione, vel meritu completur in inſtanti: quare D. Thom. quæſt 89. 2. ad 3. & 4. contra gent. cap 72. contritionem verãm negat eſſe abſque gratia: & 4. diſt. 4. in liter. ad 5. & 7. & diſt. 14. quæſt. 2. 1. 2. diſtinc. 17. in lit. ad 1. & quæſt. 2 5. 3. contritio. quantumuis parua delet omnem culpam, & magis errat Richard. d. 17 art. 2. quæſt. 2. putans quod reſpectu vnius mortalis grauis, quædã contritio non eſt ſufficiens, quæ eſſet reſpectu leuioris. & ſane ſtultum videtur præceptũ du talı continuitate, aut intenſione actus, quam nemo ſcire poteſt, an
n impleat. [n] D. Thom. diſtinct. 17. q. 2. 3. 1. ad quartum. Durand. quæſt. 4. Paludan. quæſtio. 2. artic. 5. Soto. quæſtio. 2. artic. 4. poſt concluſ. 4. Ledeſm. q. 2. artic. 5. Bonauent. diſtinct. 16. q. 1. Nauar.
o cap. 1. num. 22. & ſequent. Veg. lib. 13. cap. 25. [o] Soto, Ledeſma, Victor. Mant. add. q. 3. artic. 3. hæc tamen præuerſio ordinis non
p videtur peccatum mortale. [p] Nauar. cap. 1. nume. 25. 40. Soto, diſt 15. q. 2. 1. & d. 17. quæſt. 2. 3. Palac d. 17. quæſt. 3. Cano, de pœnitent. p. 3. ad vltim. Pius V. in Catechiſ. Taper. artic. 5. Victor. §.
q 106. Ledeſ. 2. p. quæſt 2. art. 6. fol. 6. [q] Sic limitandi ſunt D. Tho. diſtinct. 17 quæſt. 2. 2. 2. Medin. de pœnitent. quæſt. 3. & alij d. 14. vt Maior. & Almain. Ledeſma, dict. artic. 6. fol. 4. Caietan. tom. 1. opuſc. tract. 4. quæſtio. 2. de contritio-
r ne. [r] Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. requirit, ut dolor excludat voluntatem peccan-
ſ di. [ſ] de his qui manent in affectu virtuali peccati. Nau. cap. 1. nume. 22. 30. cap. 3. num. 5. §. 4. & 5. cap. 16. nume. 20. capit. 14. nume. 32. cap. 15. nume. 80. &
t 108. Cord. caſu 4. [t] Nauar cap. 17. num. 59. 64. cap. 22. num. 11. fin. cap. 26 nu. 5. Ledeſm. 2. p. quæſt. 18. artic. 8. col. 4.

CAP. VIII.

a QVomodo [a] ſatiſfactio differat a reſtitutione ſu
b pra cap. 6. [b] Trid. ſeſſ. 14. cap. 8. & Cano. 15. Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 9. habetur cap. ſtatuimus. de maledicis. propter quod Chaues in addit. ad ſummam Victor. §. 209. fin. dicit iam de fide eſſe, quod Confeſſarius poteſt pœnitentem obligare ad aliquam ſatiſfactionem. Ledeſm. 2. par. quæſtio. 20. artic. 3. fol. 299. col. 1. Catholicum eſt, quod tenetur pœnitẽs præcepto diuino acceptare pœnitentiam. & fol. 300. hæreticum eſſe id negare. quia Trident. cap. 8. ex Ioan. 20. colligit claues à Chriſto datas ad ligandum per impoſitionem pœnitentiæ. & Ioan. 22. extrauag. quia quorundam. de verbor. ſignificat. Taper. articulo 6. Roffenſ. articulo 5. Simanc. de Cathol. inſtitutio. capit. 47. nume. 77. Soto, diſtinct. 20. quæſt. ſecunda, artic. 3. Petrus Soto, titulo de ſatiſfactione lect. ſecunda. Nauar. cap. 26. num. 20. dicit oppoſitum eſſe hæreticum. Bellarm. libro 4. de pœnitentia. capit. 5. 13. quare iam defendi non poteſt quorundam ſententia, qui negant pœnitentem teneri ad acceptationem pœnitentiæ, aut quod non tenetur acceptatam implere de
c quo infra cap. 18. [c] Trident. ſeſſio. 14. capitulo primo, & quarto, D. Thom. quæſtione 84. 7. ad primum. vbi Caietan. & articulo 5. ad ſecundum. Soto, diſtinct. 14. quæſtione ſecunda, 2. colum. 5. D. Thom. cum Magiſt. diſtinctione 16. in lit. Ledeſm. 2. p. quæſt. 12.
d articulo 3. dub. 5. & paſſim Doctor. [d] Trident. ſeſſione 14. capi-
e tulo 1. [e] Paludan. diſtinct. 17. quæſt. 1. 1. in 5. de finit. contritionis ſanct. D. Thom. & Caietan. ſupra. Cano. relect. de pœnitent. p. 3. concl. 2. & p. 4. ſic apud ethnicos quaſi ex præcepto naturali legitur pœnitentia Phœnicis apud Homer. & Oreſtes, Peleus, Antilochus, Adraſtus apud Græcos. Bellarm lib. 4. de pœniten. cap. 12.
f ſup. cap. 6 G. [f] Patres quoſdam citat Bellarm. lib. . de pœnit. c. 9. vt Hieron. in Ioel. 2. Cõuertimini ad me in ieiunio. Chryſ. hom. 10. Matt. 3. facite fructus. ho. 3. imperf. ho. 9. in Hebr. in princ. par. morali. hom. 5. de pœnit. ho. de confeſſ peccati. Cypr. de lapſis. nu. 7. & 23. Aug. de ver. & fal. pœnit. c. 14. Ambr. ad Virginẽ lapſam. c. 8. &

in id. 2. Corint. 7. triſtitia quæ ſecundum Deum eſt. Orig. hom 8. Leuitic. Tertul. de pœniten. ad fin. & ſtrictius Caſſian. Collat. 23.
g ca. 15. Mag diſt. 16. g ob hanc rationem Trident. ſeſſ. 14. c. 8. ſatiſfactionem dicit neceſſariam non ſimpliciter. ſed ad finem perfectæ liberationis ab omni pœna, quare can. 14. tantum laudat fructũ ex operibus ſatisfactorijs & Bellar lib. 4. de pœn. id tantum contendit contra hæret. opera pœnalia ſatisfactionis eſſe valde vtilia, vt remittatur debitum pœnæ poſt culpam remiſſam. & ca. 8. probat ex ſcripturis. c. 9. ex Patribus. ca. 10. exponit quaſdam authoritates Patrum. Argu. vero. hæret. ſoluit. ca. 11. vſque
h ad 16. h Soto, & Patres ſupra & Tri
i den. ſeſſ. 14. cap. 8. i ſic Niniuitæ ieiunijs & pœnitentijs placarunt Deum, vt concederet donum contritionis. ſupra lib. de baptiſ. c. 35. Patres citantur: vt quod p eleemoſynam corporalem & ſpiritualem remittantur peccata, ideſt, impetratur à Deo donum
k contritionis. k Triden. & Patres ſup.
l l Soto. diſtinct. 20. quæſt. 2. artic. 2. ad 3. Scoti. Ledeſ. 2. par. quæſt. 20. artic. 3. fol. 299. col. 2. Medin. tract. 3. de ſatiſfact. quæſtio. 6. Adrian. in 4. quæſtio. de ſatiſfact. 5. ex dictis oritur dubiũ Vega lib. 13. in Trident. capitu. 22. & irridet contrariam ſententiam: Cordub. lib. quinto de indulgen. quæſtio. prima, quæſt. 5. ad 8. quæſtio. 10. ad tertium Taper. articu. 6. pa. 272. & citat Adrian. Diuum Thomam. Bo
m nauen. m ſic Tridenc. ſeſſ. 14. cap. 8. ſeſſio. 6. capitu. 14. ſatisſactionem dicit neceſſariam: nẽpe, vt ante gloriæ conſecutionem homo qui peccauit, ſatisfaciat diuinę iu
n ſtitiæ, & legi. n Caietan. 3. par. quæſtio. 86. articu. 4. Taper. articu. ſexto. pag. 243. Vega. libro 13. cap. 36. cum Bernard. ſermo. 4. Cant. fauet Soto, diſtin. 19 quæſt. 2. 3. concluſ. 3.

loquuntur qnia eſt ſecurior uia: diciturque neceſſaria. i. non ſimpliciter, ſed ad perfectam animæ libera-
g tionem, & puritatem. g 2. communiter eſt neceſſaria tum ex peculiari motiuo huius, vel illius virtutis ad præſeruandum, vt ieiunium præſeruat à tentationibus, & vitiis contra continentiam: tum generaliter ex
h motiuo pœnitentię: h ad quam pertinet propoſitum vitãdi omne mortali 3. quidam externi actus ſunt neceſſarii peccatori male affecto, vt audire conciones ſacras, macerare carnem pœnitentiis ad exemplum Niniuitarum vt placatus Deus mollificet cor obduratum, & concedat
i donum veræ contritionis. i 4. fugere, & expellere occaſiones quaſdã, quæ illum ob fragilitatem ſæpe vincunt: parcius viuere, vt reſtituat aliena: tandem qui ſcãdaloſus fuit, tenetur in aliorum exẽplum oſtendere bonis operibus ſe mutaſſe vitam in melius.

3 At ceſſantibus his finibus, exterior ſatisfactio per ieiunia, eleemoſynas, & orationes vocales eſt qui-
k dem perutilis in præſenti vita: k ſed ſecluſo tempore, quo occurrit præceptum ieiunii, vel miſſæ, &c. non pertinet ad præceptum connaturale ſub peccato mort. ex virtute pœnitentiæ, aut caritatis Dei, & ſui ipſius: ac ſubinde non includitur in contritione (ſecluſo cõfeſſionis poſitiuo præcepto) propoſitum ſatiſfaciendi Deo, in præſenti vita per opera pœnalia ſupererogationis pro
l pœna temporali. l ſatis eſt in contritione includi virtuale propoſitum, vt abſolute Deo fiat ſatis: nempe ſaltem per alienas ſatisfactiones ſibi applicatas, per indulgentias, vel per hoc, quod ſuſtinebit pœnam purga-
m torii, m vt lib. ſeq. ca. 20. dicetur. atque ita contritio ipſa eſt quædam ſa-
n tisfactio: n nam ingens contritio ſatisfacit interdum pro tota etiam temporali pœna.

CAPVT IX.

Materia remota ſacramenti eſt peccatum actuale. ſed mortalia ſunt materia neceſſaria.

§. 2. *Non eſt peccatum in generali. nec alienum, vel quod ipſe non fecit.*
3 *Venialia ſunt materia ſufficiens, ſed non neceſſaria.*
4 *Similiter & mortalia à quibus directe fuerat abſolutus.*
5 *Materia ſecundaria eſt etiam reatus pœna.*
6 *Singulare eſt, ut huius ſacramenti ſit capax, niſi qui habuit proprium peccatum actuale poſt baptiſmum in articulo mortis et qui amplius non poteſt ſatis videtur confiteri peccata in communi.*

CAPVT IX.

a b Doctor. a diſtin. 17. Diuus Thomas addit. quæſtio. 2. b addit quæſt. ſecunda, artic. 2. 3. par. quæſt. 84. 2. ad tertium. artic. 7. ad tertium. tabul. verb. pœnitent. §. 73. Tabien. confeſſio. 2. §. 2. Aſten. lib. 5. titu. 3.
c cum Petro. c ex Triden. ſeſſ. 14. cap. 1. 2. & maxime. cap. 5. & can. 9. Diuus Tho. quæſtio. 69. art. 8. & ideo pœnitentia dicitur ſecunda tabula poſt naufragium ſeſſ. 6. c. 14. quia ea peccata facta ſunt ab his qui foris ſũt.
d 1. Corinth. 5. d D. Thom. quæſtio. 69. artic. 10. ad 2. communis. diſtin. 6. Sot. queſt. 1. art. 8. Scot. diſt. 4. quæſt. 5. Palud. quæſt. 5. col. 3. Duran. quæſtio. 4. Turrecrem. capit. tunc valere de conſecr. diſtin. 4. contra glo. in dicto cap. & Gabr. diſtin. 4. quæſtio. 1. ad fin. dicentes quod contritio. ſeu abſolutio remittit ex conſequenti peccata facta ante baptiſmum. ſupra de ſacram. cap. 25.
e e communis, quia confeſſio debet eſſe vera. inf. lib. 2. capitu. 3. & 4. nec de peccato futuro. D. Tho. add. q. 2. ar. 4.
f f D. Thom. diſt. 17. quæſt. 3. 3. 4. Aſten. lib. 5. titu. 12. §. 4.
g g D. Tho. add. q. 2. ar. 5. Ledeſ. ibi Soto.
h h Trid. ſeſſ. 14. ca. 5. can 7. fin. Nauar. cap. 2. num. 6. & tamen de originali & veniali poſſet eſſe contritio, quamuis non deteſtetur illud ſuper omnia, nempe ſuper mortalia: ſicut neque leuius mortale deteſtatur ſuper alia grauiora. ad contritionem enim ſatis eſt deteſtari peccatũ ſuper omne ma-
i lum pœnæ. i Nau. cap. 10. num. 7. cap. 21. nume. 34. facit. cap. 1. num. 26. fin. Cord. Caſu. 9. Syl. confeſſio. 1. num. 6. & 14. confeſſio. 2. num. 3. Ledeſ. 2. p. quæſt. 5. ar. 4. Medin. de conf. ſol. 50. Bon. diſtin. 17. articu. vlt. quæſtio. prima. Alexand. 4. par. quæſtio. 18. aliàs. quæſtio. 77. m. 4. articu. 2. §. 2. Adria. quæſtio. 4. de conf. ad

IN hoc ſacramento, vt in aliis eſt propria materia remota, vt lib. de ſacramen. cap. 7. dictum eſt. nempe peccata quædam. non quidem materia, quæ accepretur, & maneat, ſed quæ per deteſtationem deſtru-
a tur: a de peccatis enim à ſe factis dolet, confitetur illa, pro illis ſatisfacit, & ab illis abſoluitur, & ea peccata ſunt terminos à quo reſpectu effectus, & gratiæ quam ſacramentum confert; & vice peccati ſuccedit melior gratia, vt materia remota in eucharistia eſt ſubſtantia panis, & vini quæ poſt conſecrationẽ non manet in ſacramento, ſed deſiuit eſſe, & ei ſuccedit ſub eiſdem ſpeciebus melior ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti. Peccatum originale quod per baptiſmum cum obice receptum non fuit dimiſſum, non eſt materia huius ſacramenti, nec proprie eſt materia virtutis pœniten-
b tiæ. b quia non eſt propria perſonæ voluntate voluntatium, ſed voluntate naturæ, quæ fuit in Adam: nec punitur vlla pœna ſeorſus, ſed damni abſque triſtitia. adultus tamen non debet complacere in illo, vt uelit in eo permanere, ſicut nec complacere in obiecto malo, de quo potius diſplicendum eſt.

2 Nec peccata actualia, quæ fecerat ante baptiſmum cum obice receptum ſunt materia ſufficiens abſolutionis: quia non ſubduntur iu-
c riſdictioni, & iudicio eccleſię: c ſed remoto per pœnitentiam obice il-
d la remittuntur per baptiſmum. d nec peccata quæ homo non fecit, & tamen qui ex ſcrupulo, aut dubio putat ſe feciſſe peccata, debet ea confiteri. ſi quis imprudenter putet ex humilitate confitendum eſſe, quod nouit ſe non feciſſe, hic peccat pro
e grauitate materiæ. e in confeſſione generali qui refert multa vitia, & ſe offendiſſe cogitatione, verbo, opere, & omiſſione, & in eſca potu, &c. intelligitur de genere ſingulorum vitiorum, vel loquitur in per-
f ſona etiam aliorum, f qui ſunt peccatores in eccleſia. nec confitenda
g ſunt peccata aliena, g quomodo autem explicanda ſit circunſtantia neceſſaria, quamuis hinc confeſſarios per accidens veniat in cognitionẽ alieni peccati, & complicis, dicetur, lib. 2. ca. 9.

3 Venialia ſunt materia ſufficiẽs
h ſed non neceſſaria abſolutionis: h niſi quis probabili dubio reputet eſ-
i ſe mortali. i Hæc venialia remittun

tur per omne ſacramentum, [k] ſi modo homo nō habeat formalem, aut virtualem illorum complacentiam: nam & baptiſmus tollit omnem culpam, & pœnam, [l] deuota euchariſtiæ ſuſceptio ſimul excitat feruorem caritatis. [m] extrema vnctio, ſi homo in peccatis fuerit, dimittit ei, [n] alia ſacramenta augent caritatem, qua tolluntur impedimēta illius, ut ſunt venialia. ſimiliter per ſacramentalia ab Eccleſia inſtituta remittuntur hæc abſque noua infuſione gratiæ, [o] ſicut & per alienam ſatisfactionem applicatam.

4 Item peccata mortalia directe abſoluta voluit Chriſtus, ut ſint materia ſufficiens abſolutionis. [p] quæ poſſunt à ſacerdote etiam non expoſito abſolui: nam nouæ abſolutioni ſupponitur noua confeſſio, & dolor eiuſdē peccati, quæ eſt materia proxima: & ſenſus formæ verus eſt, ut cap. 12. dicetur, & hæc vtilis, ac efficax eſt non tantum ex parte operantis ob meritum verecundiæ, inſtructionem, interceſſionemq́ue ſacerdotis, maioremq́ue certitudinem veniæ etiā in eo, qui nullam habet cauſam dubitandi de prima abſolutione: ſed ex operato confert gratiam, quia dum nouo titulo remiſſionis augetur certitudo, augetur, & gratia per ſe remiſsiua peccati, minuiturq́ue reatus pœnę, quod eſt iuxta Pſalm. 50. amplius lauari ab iniquitate eadem. ſed nemo ſic obligatur iure cōmuni, nec regulares ex ſtatuto, ſupra capit. 3. niſi fiat cum regularium conſenſu, vel niſi voto ſe conſtrinxerit ad cōfitenda grauiora quædam venialia, aut mortalia rite abſoluta: ut dicetur cap. 17.

5 Ad materiam ſecundario pertinet reatus, ſeu obligatio pœnæ voluntariè incurſus, & ipſa pęna Deo debita pro peccatis: [q] & ut dum dicitur abſolui à peccatis ſimul abſoluitur à pœna æterna. [r] quæ attrito commutatur in temporalem, [ſ] vel etiam abſoluitur à quadam pœna temporali: nam nomine peccati comprehenditur interdum reatus, & pœna, ut 1. Machab. cap. 12. ſed non abſoluitur homo à pœnalitatibus temporalibus, quales ſunt fames, ægritudo, mors. non ſufficeret ea forma, abſoluo te à pœnis: infra cap. 11. quæ eſt forma pro indulgentijs: quia abſolutionis forma explicare debet peccatum, quod primum, & per ſe remittit. ſic & confeſsio dicitur ſacramentum, id eſt, ſignum peccati, ſimulq́ue doloris, & propoſiti emendæ quo pœna remittitur.

6 Materia neceſſaria circa quam principaliter verſatur hoc ſacramētum ſunt peccata mortalia in hac mortali vita facta poſt baptiſmum. [t] ſub quibus includitur culpabilis fictio, qua quis ſuſcepit verum baptiſmum, ſupra libro de ſacrament. c. 24. & 25. hæc enim fictio, & culpa videtur poſterior natura, quam perfecta ſuſceptio baptiſmi, cum nō impediat veritatem ſacramenti. ſed effectum gratiæ, & debitam attritionem: ſi enim adeſſet hæc attritio in termino in quo perficitur ſacramentum, non eſſet obex, atque ita fictio permanet poſterius natura, aut tempore quàm totum ſacramentum baptiſmi. Reliqua ſacramenta effectum conferunt etiam ei, qui nullum habuit peccatum, ſupra libro de ſacrament. capit. 12. & 21. vt baptiſmus, confirmatio, euchariſtia, & extrema vnctio contulit etiam Beatiſsimæ Dei genitrici Mariæ, ſupra libro de confirmatio. capit. 11. §. 5. ſed abſolutionis incapax omnino eſt, qui peccatū actuale non fecit poſt baptiſmum. peccatum finalis impœnitentiæ, aut quod fit poſt hanc vitam, ut in inferno, non eſt materia. quædam peccata, vt quæ ſunt cōtra Spiritum ſanctum, dicuntur irremiſsibilia Matth. 12. quod difficile remittantur, & quia peccator refugit viam, qua remitti ſolent, [u] de quibus dicetur cap. 13. §. 6. in articulo mortis qui non potuit ſignis exprimere vllum peccatum in particulari, ſed in cōmuni, [x] poſſet abſolui addita conditione: ut dicetur lib. 3. c. 10. §. 7.

ad ſecundum. Angel. confeſſio. 1. §. 11. & Nauarr. putat. quod in dubio æquali, an ſit mortale, imo & in minus probabili, tenetur confiteri, ſi probabile ſibi videtur fuiſſe mortale, quia in rebus neceſſarijs tene quod certum eſt. ſed Gerſon. Alpha. 41. lit. F. obligat in æquilibrio tantum. At re vera qui tunc probabili ratione deponit dubium, & declinat non fuiſſe mortale, aut ſe iam confeſſum fuiſſe illud, poteſt non confiteri. Paludan. diſt. 17. quæſtio quinta, Tabien. confeſſ. nu. 31. Anto. vt in alijs rebus, & in redditione debiti poteſt vxor ex cauſa dubiū deponere practice. [k] D Thom. q. 65. 1. quæſtio 84. 2. ad 3. de baptiſmo, & confeſſione. [l] Concil. Florent. ſeſſ. vlt. D. Thom. quæſtio. 69. 1. [m] quæſtione 79. 4. [o] Iacob. 5. & Trident. ſeſſione 14. de vnctione. can. 2. [o] dicetur capitu. 15. D. Thom. quæſt. 87. 2. Soto, diſtinctio. 15. quæſtione ſecunda, ar. 2. Ledeſm. q. 28. 2. gloſſ. in procœio. lib. 6. Nauar. in cap. de quotidianis, de pœnitent. diſtinc. 2. nec id negat Paludan. diſtinct. 16. quęſtio. 1. 2. ſed remiſſio peccati fit cum quadam gratia formaliter: quia ex amicitia remittitur. ſic in purgatorio, & per alienam ſatisfactionem remittūtur venialia, aut reatus illorum, ſine infuſione gratiæ. [p] Soto. diſt. 18. quæſt. 4. 3. Ledeſm. quæſtio. 8. artic. 3. dub. 10. quæſtione 7. articulo 5. dub. 16. verſiculo 2. dico. Alexand. Bonauent. Maio. Gabr. Medi. de confeſſor. quæſtio. 37. fol. 82. Victor. §. 170. Caietan. verb. abſolutio. capit. ſecundo, & opuſc. fol. 38. Fr. Medin. libro primo inſtruct. Richard. diſtinctione 18. articulo ſecundo, quæſt. 4. propendet Nauarr. capit. 4. nume. 1. cap. 21. nume. 42. & in capit. placuit. nume. 52. Leo. Pap. X. in Manual. Roma. commendat facere confeſſionem generalem totius vitæ: & id probat vſus etiam ſapientum totius Eccleſiæ qui repetunt confeſſiones. in quo falſo Scot. diſtinctio. 19. & Robion. negant peccata abſoluta eſſe materiam ſufficientem abſolutionis. [q] D. Thom. quæſtione ſecunda, artic. ſecundo, & quæſt. 44. 2. ad ſecundum, dum vero id videtur negare loquitur de pœnalitatibus, ut fame, ægritudine, & morte: quæ non tolluntur per abſolutionem. & tamen pœnitentia tollit reliquias peccati. quæſtio. 86. 5. ſicut & extrema vnctio. [r] Trident. ſeſſio. 6. capit. 14. pœna æterna ſimul cum culpa remittitur: nempe gratis. [ſ] tria ſunt in peccato mortali. 1. pœna damni quæ reſpondet auerſioni. 2. pœna ſenſus ratione conuerſionis inordinatæ ad creaturas. 3. inimicitiæ ſtatus quæ eſt ratio ſufficiēs ad æternitatem pœnæ. D. Tho. 1. 2. quæſt. 87. 3. ad primum, & quartum. cum Gregor. 34. moral. & 4. dialog. capit. 44. Picus apolog. quæſtione ſecunda. Hoſt. inſtitut. cap. 73. D. Thom. 3. contra gent. cap. 144. ratione ſtatus etiam peccato veniali dānatorum debetur pœna æterna per accidens. d. quæſtio. 87. 5. ad tertium, & ibidem ad ſecundum, originali non debetur pœna æterna ratione ſuæ grauitatis, cum parum habeat de voluntario: ſed ex conditione ſubiecti. ſublata ergo per abſolutionem inimicitia, nō tollitur communiter tota pœna ſenſus, ſed commutatur in temporalē iniunctam á Confeſſario D. Tho. 4. diſtinctio. 20. quæſt. prima 3. 3. add. quæſtione 7. 1. add. quęſtione 18. 2. ad tertium, negat virtute ſolius abſolutionis remitti vnquam attritis totam pœnam ſenſus. idem reperit. 3. part. quæſtio. 86. artic. quarto, ad tertium fin. vbi Victor. & Peña, Ledeſm. 2. par. quæſtio. quarta, articulo 1. finali, & eſſe communem tenet Durand. diſtinc. 16. quæſtione 3. fatetur Taper. artic. 6. parte 243. quare ſine cauſa Sot. diſtinctione 20. quæſtio. ſecunda, artic. 1. ſio. non credit D. Tho. & tenet interdum remitti totam pœnam per ſolam abſolutionem: ſicut & per ingentem contritionem. [t] Trid. ſeſſione 14. cap. 1. 2. & 5. can. 9. [u] Bellarm. lib. ſecundo de pœnitent. cap. 16. [x] ita habet praxis ſapientum, ita ut homo illo ſigno non indicet ſolum dolorem, ſed peccatum in communi ſignificat Syluest. confeſſ. 3. §. 13. Cordub. lib. 5. quæſt. 39. pun. 2. & refert ſe ad quæſtionē 27. poſt propoſ. 7. & lib. de caſibus, quæſtione 18. Alcoc. capit. 11. fauet. D. Thom. opuſc. 63. Anton. 3. par. titu. 10. cap. ſecundo. Medin. de confeſſ. quæſtione 53. fol. 98. colum. 4. ad finem, de confeſſ. oblitorum. probabile eſſe fatetur Cano. relect. de pœnitent. p. 5. ad quintum, & id ſentire Auguſt. lib. 1. de adult. coniug. cap. vlt. Pedraz ſumm. cap 7. finali. Margallo in cap. conſuluiſti: de celebrat. miſſ. & habetur in quibuſdam Manual. fauet Leo epiſt. 69. ad Theodor. & Conc. Carthagin. 3. cap. 34. Conc. 4. cap. 76. cap. ægrotantes. de conſecrat. diſtinct. 4. cap. his qui: in 1. 26. quæſt. 6. Conc Arauſic. cap. 11. & in praxi Mantius, Peña, Soto, Maior, frat. Ambroſ. Sancius epiſcopus, & alij plurimi in religione Prædicatorum, & ſocietatis Ieſu. Quod tamen falſo negant Nauar. cap. 26. nume. 28. cap. 27. nume. 269. §. 2. Soto, diſtinct. 18. quæſtione ſecunda, articulo 4. ad primum. Abulenſ. Matth. 16. quæſt. 49.

CAPVT X.

Materiæ proximæ eſſe tres Partes in communi: quæ omnes aliquomodo præcedunt formam.

§. 2. Contritio ſimul eſt diſpoſitio recipientis, vt in alijs ſacramentis, & pars neceſſaria.

3 Cur Concil. Florent. has partes vocet quaſi materiam.

4 Qualis coniunctio moralis inter hanc materiam, & formam ſufficiat. & ex his fieri vnum ſacramentum.

MAteria proxima non eſt ſola
a confeſſio, [a] nec vlla actio, aut
b ritus ſacerdotis abſoluentis. [b] ſed
in pęnitente cõſtat tribus partibus,
contritione, confeſſione, & ſatiſ-
c factione: [c] vt corde, ore, & opere,
d [d] cõpenſemus Deo pro culpa. Ma-
teria pertinet eſſentialiter ad ſacra-
mentum pœnitentiæ, contra quoſ-
e dam [e] contritio enim non eſt ſolũ
f diſpoſitio, ſed vera pars: [f] nec ſola
forma abſolutionis eſt tota eſſentia
g ſacramenti. [g] propriumque eſt hu
ius ſacramenti, ut habeat partes nõ
quidem ſubiectiuas, aut potẽtiales,
h vt ordo: [h] ſed integrales, & hetero
geneas ſolius materiæ, ſub vna ſim-
plici forma. alia ſacramenta, aut ſim
plicem habent materiam: aut varijs
rebus reſpondet diuerſa verborum
forma, ut in euchariſtia, & ordine.
ſacramentum pœnitentiæ ſenſibile
poteſt ſpiritualem contritionem tã-
quam partem ſui includere, ut ho-
mo animam, quæ tamen ex coniun
ctione ad aliam partem fit aliquo
modo ſenſibilis, & ſubiecta Con-
i feſſario. [i] conſtat vero contritionẽ
k pertinere ad virtutem pęnitentiæ. [k]
cõfeſſio omnium mortaliũ eſt præ-
cipua pars ſolo iure poſitiuo Chri-
l ſti inſtituta: [l] in qua tanquam in ſi
gno includitur explicatio peccati,
& contritio, ſeu dolor cum propo-
ſito emẽdæ, & ſatisfactio quædam
acceptata, quare non tantum con-
feſsio, & contritio, ſed aliquo mo-
do ſatisfactio, ut præcedit formam
pertinet ad neceſsitatem ſacramẽti:
licet enim exterior mandetur exe-
cutioni poſt abſolutionem, accepta-
tur tamen zelo compenſandi offen-
ſam Dei, & ita includitur in ipſo
dolore contritionis: quanto enim
contritio eſt maior eo magis ſatisfa
cit pro multis, aut pro omnibus pœ
nis tẽporalibus. Olim vero Græci
Patres cogebant implere pœniten-
tias iniunctas ante datam abſolutio
m nem. [m] ſemper imponenda eſt ali-
qua pœnitentia quam pœnitens ac
ceptare tenetur, ut ſacramẽtum fiat
n integraliter perfectum: [n] ex cauſa
tamen, ut in mortis articulo, Con-
feſſarius contentus eſſe poteſt inſi-
gni cõtritione pœnitentis, & vere-
cunda confeſsione, abſque alterius
o ſatisfactionis impoſitione, [o] vt di-
cetur lib. 2. cap. 20. §. 6.

2 Contritio, ſeu aliquis formalis dolor concurrit, & ut diſpoſitio ſubiecti, ut in alijs ſacramentis diſponit: ſupra libro de ſacrament. capit. 22. & vt pars integralis, ut impletio ſatisfactionis externæ: ſed dolor eſt pars magis neceſſaria, ſine qua ſacramentum pœnitentiæ non eſſet, ut cor, & caput eſt de neceſsitate hominis, cum tamen ſit pars integralis eius, imo dolor formalis non minus pertinet ad eſſen-

CAPVT X.

a DVrand. [a] quæſt. 16. q. 1. d. 17. q. 2. & videtur Gabr. d. 14. q. 2. artic. 1. not. 3. dicunt quod ſola confeſſio eſt pars materialis: contritio vero eſt diſpoſitio: & ſatisfactio eſt fructus pœnitentiæ. nam contritio, latet in corde, & eſt communis diſpoſitio ante alia ſacramenta. & ſic Gabriel negat eſſe partem eſſentialem. ſatisfactio vero eſt poſt formam abſolutionis, tanquam fructus, & effectus ſacramẽti. idem ſentit Palud d. 17 q. 8. nam & Trid. cap. 3. ſolum ait contritionem eo modo eſſe partem, quo eſt ſatisfactio: quare cõfeſſionem ſine dolore putãt eſſe verum ſacramentum, ſed informe. quæ ſunt
b falſa. [b] vnde errat Gropperus in enchir. Conc. Colon. dicẽs materiam eſſe actionẽ ſacerdotis, certo ritu pronunciantis abſolutionẽ. ſed bene Taper. art. 3. p. 176. Vega. lib. 9. in Trident. cap. 15. Cordub. lib. 1. q. 2. opi. 3. princ. Nauar. in cap. fratres. de pęnit. d. 5. nu. 33. Couarr. c. alma mater.
c 1. p. §. 4. nume. 13. [c] Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. Floren. D. Tho. 3. p. q. 90. art. 1. & 3. q. 84. 1. ad 1. & 2. q. 86. 6. diſt. 14. q. 1. 2. 1. ad 1. ſed clarius. d. 17. q. 3. 4. 3. dicit dolor, & accuſatio eſt de neceſſitate ſacram. Soto. d. 18. q. 3. artic. 2. & 3. dicit receptum ab omnibus. Cano rele. p. 5. Caiet. to. 2. tract. 5. cap. 5. & ver. confeſſio. iterand ex parte pœnitentis. Capr. d. 16. q. 2. ad argum. & communis. d. 14. Richard. Bonau. ſed Gabr. d. 17. q. 2. art. 3. dub. 2. Alex. Bellarm. lib. 1. de pœnit. cap. 15. 17. & 19. propoſ. 5. lib. 2. c. 2. prop. 3. Lucius PP. c. ad abolendam. de hæret.
d ſacramentum hoc vocat confeſſionem. [d] ita per accommodationem diſloquuntur Doct. & tamen etiam interna contritione fit ſa-
e tisfactio pro peccatis internis. [e] cit. C. contra Scot. d. 14. q. 4. art. 3. vbi tamen non ſatis explicat. & d. 16. q. 1. Oxoni. Maior. d. 14. q. 2. Alma. q. 4. & quoſdam Scotiſtas qui fatentur prærequiri confeſſionem, & dolorem aliquem: ſed negant pertinere ad eſſentiam, niſi ſolam formam, quæ ſignificat plene totum effectum ſacramẽti. & gratiam. Quidam Thomiſtæ, licet fatentur has tres partes materiæ: putant tamen gratiam effici inſtrumentaliter per ſolam
f abſolutionem de quo infra cap. 11. L. [f] [g] cit. ſupra lit. A. C. [h] or-
g dines ſeptem ex effectu differunt ſpecie, & ſex ordines referuntur
h ad ſacerdotem, ut miniſtrent in altari: ſicut partes potentiales, quæ non attingunt ad perfectam poteſtatem ſacerdotis infra libro
i de ordi. [i] Caietan. tom. 1. tract. 5. quæſt. 5. de confeſſor. & verb. confeſſio. condit. 12. ait, quod contritio ſecundum ſe non eſt pars ſacramenti: ſed ut refertur ad confeſſionem, cum voluntate com-
k penſandi Deo ad arbitrium ſacerdotis. [k] Deuteron. 4. inuenies, ſi toto corde, & tribulatione animi quæſieris Dominum. Pſal. 7. cor contritum. Ioel. 2. ſcindite corda. Ionæ 3. de Niniuitis, quos citat Chriſtus. Matth. 12. & Luc. 15. de filio prodigo. cap. 13. & de publicano. Tertul. de pœnitent. Cyprian. ſerm. de lapſis Chryſ. tom. 5. ſerm. de pœnitentia, poſt 10. hom. Auguſt. in id Pſal. 146.
l qui ſanat contritos corde. Bellarm. lib. 1. cap. 19. [l] Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & dicetur lib. 2. de confeſſione. cap. 2. quod licet in ſtatu legis naturæ eſſet aliqua confeſſio peccati, & clarius in leg. veter. de quibuſdam peccatis externis, ut probat Bellarm. lib. 1. cap. 19. lib. 3. cap. 3. & 4. non tamen erat ſacramentum: nec integra internorum cõfeſſio, nec tũc ſacerdos habebat claues quibus abſolueret peccatorem attritione diſ-
m poſitum. [m] refert Palac. d. 15. quæſt. 1. ex Nicephor. lib. 12. hiſtor. cap. 28. & id ſignificat Socra. lib. 5. hiſtor. cap. 19. dicens, fœmina longius in confitendo progreſſa (ſcilicet dilata abſolutione) docet implere diuinã pœnitentiam in Eccleſia. licet Bellarm. lib. 3. de pęnitentia. cap. 14. colum. 8. aliter exponat. item ſatisfactio quędã quę eſt in ipſo actu contritionis & confeſſionis, & quæ in voto cõtritionis includitur acceptandi, & implendi iniunctam à Confeſſario, præcedit formã abſolutionis. at melius apud noſtros impletur ſatisfactio poſt abſolutionem: & tamen eſt pars, ut attritio plenior, licet ſequatur poſt abſolutionem informẽ, ut tollit obicẽ eius, eſt pars prioris ſacramenti. ſic ſatiſfactio exterior quæ in executione ordinatur per ſe contra pœnam. nec pertinet principaliter ad pœnitentiam, ſed ad perfectam remiſſionem. Catech. Pij V. Caietan. 3. p. quæſt. 90. artic. 2. Nec Græci Patres differebant abſolutionem antequam impleretur pœnitentia: niſi dum publica, aut ſolennis erat. & tamen ſi incideret mortis periculum abſoluebatur publicus pœnitens ante impletas pœnitentias. Cyprian lib. 3. epiſto. 17. 18. Bellarm. lib. 4. de pœniten-
n tia. cap 10. [n] debet acceptare aliquantulam pœnitentiam, ut ſaltem Pater noſter, vel Aue, quod fatentur etiam qui laxius ſentiūt ut Nauar. cap. 26. num. 20. cum Hoſtien. ſumm. de pœnitent. §. & an ſit. Panormit. cap. ſignificauit. num. 2. de pœnitent. & remiſſ. & ait quod nullus Canoniſta contradicit. poſſet de licentia Confeſſarij pœnitentiam implere per alium, ut infirmus: ſicut dum facit miſſas dici per alium ſacerdotem, & eleemoſynas dari per famulum. Diuus Thomas, diſtinct. 20. quæſt. vnica, artic. 2. 1. Victor. §. 206. Soto, diſtinct. 19. quæſt. 2 4. Ledeſm. 2. par. quæſt. 14. articulo primo, dubio quinto. Medi. tracta. 3. de ſatisfactio. quæſtio. quinta, male addit Nauar. in Vrbe, & Orbe, non negari abſolutionem, eo quod pœnitens nolit acceptare iniunctam in vindictam præteritorum: ſi modo reſtituat, & exeat ab occaſione proxima peccati, & recipiat præſeruatiuam medicinam. At pœnitentiales Apoſtolorum Canones (de quibus Nauar. cap. 26. nu. 17. D. Tho. d. 20. Soto, d. 19 q. 2. art. 5. & Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & Can. 15.)
o probant obligationẽ acceptandi pęnitentias vide c. 8. B. cit. [o] Led. 2. p. q. 20. art. 4 fol. 301. Nauar. cap. 26. nu. 21. & 33. ſed ſi infirmus loquelã non amiſit, expedit vt imponat ſaltem patientiam in tolerando dolore, & morte. Trid. ſeſſ. 14. cap. 9. aut ut impleat quędam

per

tiam ſacramenti, quam confeſſio.
quare ſi nullus dolor formalis af-
fuit, confeſſio eſt nulla, & iterãda:
ſi tamen eidem Confeſſario repeta-
tur, ſatis eſt, ut dolens in generali ſe
accuſet de illis peccatis, quæ prius
abſque dolore confeſſus fuerat, ut
dicetur lib. 2. cap. 13.

3 De his tribus partibus materiæ
p in particulari aptius dicetur infra. [p]
cum de ſuſcipientibus ſacramenta
ſermo fiet. & à Conc. Florent. non
dicuntur ſimpliciter materia, ſed
q quaſi materia, [q] quia pœnitentia,
ſicut & matrimonium pro materia
non habet elementum viſibile ex-
trinſecus appoſitum, ut baptiſmus
habet aquam, & alia ſacramenta ha
bent materiam extrinſecam: ſed in
pœnitentia vice materiæ ſunt actus
r humani, [r] & verbum audibile in
eo qui ſacramentum recipit. Inter-
dum tamen ſigno viſibili: ut nuti-
bus, & ſcriptis ſatis eſt explicare
peccata.

4 Hanc materiam non oportet
eſſe iam præſentem, & cõiunctam
formæ abſolutionis, quam eſt in
alijs ſacramentis: ſup. lib. de ſacra-
ment. cap. 8. vt in baptiſmo non fiet
verum, & unum ſacramentum niſi
ablutio ſit moraliter coniuncta ver
borum prolationi: ſed abſolutio in
terdum datur, quamuis multis an-
te diebus præceſſerit confeſſio, quæ
tamen cenſetur manere moraliter
præſens Confeſſario, qui peccato-
rum recordatur: ut etiam accidit
in matrimonio, quod inter abſen-
tes contrahitur per epiſtolam, aut
per ſpecialem procuratorem. ex his
ſ tribus partibus quãuis multæ ſint, [ſ]
reſultat cum forma, vnum nume-
ro ſacramentum: ſupra libro de ſa-
crament. cap. 2. §. 3. quia eſt vnum
in ratione ſigni · & quia ordinatur
ad vnum finem proximum recon-
ciliationis cum Deo. qualis attri-
tio ſit idonea diſpoſitio cum hoc
ſacramento, & quali intentione, &
fine ſit pœnitens recepturus dice-
tur cap. 26.

CAPVT XI.

De forma uerborum quæ eſt pars ſacramenti: & tamen ſacramẽtum ſupponit pro materia.

§. 2. *Materia concurrit ſimul ad efficiendum effectum.*
3 *Si fiat mutatio, quæ verba æquiualeant.*
4 *De additione, & mutatione verborũ quæ vitiatur forma.*
5 *Formam eſſe proferendam voce oris.*
6 *De intentione proferentis.*
7 *De ritu imponendi manum, & de precibus.*

VErba, quæ ex Ioan. cap. 20. col-
a liguntur inſtituta à Chriſto, [a]
& traditione Eccleſiæ recepta tan-
quam forma huius ſacramẽti ſunt,
b ego te abſoluo à peccatis tuis, [b] ſi
c modo proferantur à ſacerdote [c] ha
bente iuriſdictionem non impedi-
d tam, & cum ſeria intentione, [d] præ
miſſa pœnitentis confeſſione: quæ
nõ tantum eſt cõditio, & diſpoſitio
requiſita, aut materia circa quã, ut
ſunt peccata: ſed confeſsio eſt mate
ria proxima ex qua ſimulq; forma
tanquã ex partibus intrinſece cõpo
e nentibus [e] reſultat ſacrum, quod
eſt res artificialis. nec enim verbo-
rum forma eſt tota ſacramenti ſub-
f ſtantia, ut quidam putant, [f] vt ho-
mo non eſt ſola anima: nec id ſacra
mẽtum ſupponit pro forma, ſed pro
confeſsione connotando formã: ut
baptiſmus pro ablutione, & ſtatua
g aurea pro auro [g] connotando for-
mam artificialem. in euchariſtia ma
net ſacramentum, quando verba,
h quæ dicuntur ſacramenti forma, [h]
i nempe effectiua, [i] non manent.

per alium. & ſaltem dicat Ieſus. & percutiat pectus: vt ſacramen-
p tum fiat integrum. [p] De contritione, & attritione infra cap. 19.
q vſque 26. de confeſſione, & ſatisfactione. lib. 2. [q] Hæc eſt ra-
r tio cur Concil. Florent. actus pœnitentis vocat quaſi materiam.
Trident. ſeſſio 14. capit. 3. cano. 4. Gabriel. diſtinct. 14. quæſtio. 2.
artic. 1. dicit habet pro materia. at ſic ſimiliter loquitur de alijs ſacramentis, diſtinct. 3. quæſtio. 1. articulo primo, ut quod baptiſmus pro materia habet ablutionem: alibi abſolute vocat materiã. & ly. quaſi, non ſemper diminuit proprietatem rei, ut Ioan. 1. quaſi vnigenitum à Patre: atque ita actus pœnitentis eſſe propriè materiam artificialem in hoc ſacramẽto (vt ſuo modo eſt in alijs, ut ablutio, & vnctio fluida) aiunt Pius V. in catech. fol. 253. Hoſi. cap. 45. Bellarmin. libro 1. de pœnitentia. cap. 15. propoſ. 3. & cap. 16. ad quintum lib 1. ſacram: capit. 18. fin. Soto, diſtinct. 14. quæſtio. prima, artic. 2. col. 2. diſtinct. 17 quæſt. 1. artic. 2. Caſtro verbo pœnitentia. her.
ſ 1. [ſ] dum Conc. Florent. Trident. & Doctor. numerant tres partes huius ſacramenti. (nempe materiales) non excludunt formam quæ ſimul eſt vera pars. Vega lib. 13. cap. 5.

CAP. XI.

a VT ex Patribus [a] Ioan. 20. probatum eſt. cap. 2. D. & colligit cõſenſus, & vſus Eccleſiæ. cõcil. Florent. Triden. ſeſſio 14. cap. 3. catech. Pij V. Diuus Thomas, quæſt. 84.
artic. 3. Bellarm. lib. 1. de pœnitentia. cap. 15. propoſit. 3. & lib. 2. cap. 14. fin. lib. 1. de ſacrament. cap. 9. colum. 3. Soto, diſtinct. 14. quæſtio. 1. artic. 3. Nauar. cap. 26. num. 11. & cap. primo, de pœnitentia, diſtinct. 6. nume. 8. 18. vſque 29. cum Anton. Scot. diſt. 14. quæſt. 4. § quo ad ſecundum, Frat. Mediu. lib. 2. inſtructio. cap.
b 12. alij infra. [b] Concil. Trident. capit. 3. ſolum ait verba ego te abſoluo. Soto, diſtinct. 1. q. 1. artic. 8. diſtinct. 14. quæſt. 1. artic. 3. Caietan. & Recent. Theologi. cum Diuo Thoma, quæſt. 84. 3. & quodlib. 3. Scot. Frat. Medin. Nauar. cum Anton. At falſo dicunt eſſe de eſſentia, Paludan. diſtinct. 22. quæſt. 3. 2. Petr. Sot. de pœnitentia. lect. 4. quibus accedere videtur Durand. diſtinct. 16. q. 2. & Ledeſm. 1. part. quæſt. 25. 3. fin. ſentit. & Gerſon. quia Conc.
c Florent. dicit, formam eſſe, abſoluo te, & cæt. [c] aliãa non habent efficaciam formæ: ut actus vitalis, & meritum, vel demeritum includit ordinem intrinſecum ad ſuppoſitum viuens coniunctum. qua ratione actiones humanæ Chriſti, ut comedere, mereri, & pati, tribuuntur Verbo coniuncto, non autem Patri, aut Spiritui ſancto, qui non erat ſuppoſitum coniunctum cum huma-
d nitate. Caietanus 3. par. quæſtione 48. 5. [d] Trident. ſeſſione 14. capit. 6. can. 9. & generaliter ſeſſio. 7. canone 11. Diuus Thomas,
e quæſt. 64. 8. diſtinct. 6. in lit. [e] ſupra lib. de ſacrament. cap. 8. formam abſolute vocant partem huius ſacramenti. Caiet. cum Diuo Thoma, quæſt. 84. 1. ad tertium, quæſtione 90. 2. & generaliter. quæſtio. 60. artic. 6. ad ſecundum. Ledeſm. 1. p. quæſtio. 25. 1. dubio ſecundo, ad fin. Catech. Pij V. imo, ita ſignificant Concil. Florent. & Trident. Claud. de euchariſtia repet. 2. capit. 3. & repet. 8. capit. 2. item ſacratum artificiale ſumi pro aggregato ex partibus arte compoſitis, dicunt Scot. diſtinc. 1. quæſtione ſecunda, diſtinc. 3. quæſtio. 1. Richard. diſtinct. 1. articu. 1. quæſtio. 2. Marſil. quæſtione 3. artic. primo, & fatentur etiam in hoc ſacramento eſſe partem, Soto diſtinct. 17. quæſtio. 1. artic. ſecundo in princip. Vega lib. 13. cap. 5. Durand. diſtinct. 16. quæſtio. prima. At falſo alibi Scot. diſt. 14. quæſtio. prima, diſtinct. 16. quæſtio. 1. Okam. Maior. & Almain. ſolam abſolutionem aiunt eſſe intrinſecam eſſentiam ſacramenti. addit Scot. diſtinct. 16. quæſt. prima, peccata eſſe materiam circa quam, quæ per abſolutionem abijcitur, confeſſionem vero quaſi materiã circa quam: quia per illam explicantur peccata, & fit illorum applicatio ad formam. & Soto alibi ſibi contrarius, diſtinctio. 3. quæſt. 1. artic. primo, & diſtinctio. 14. quæſt. 1. artic. primo, negat formam eſſe partẽ componentem cum ſacramento, & tamen eſſe de eſſentia ſacramenti, ut modum illius: ut in re artificiali forma eſt de eſſentia illius ſed non pars. vt ſtatua ſupponit pro materia, connotando formam: Ariſtot. 7. meta. text. 17. Diuus Thomas, 1. 2. quæſtio. 96. 2. ad ſecundum. At vera ſententia affirmat abſolutionem eſſe partem in-
f trinſecam. [f] Scot. & Alm. diſtinctio. 14. & 16. quod innuit Bellarm. lib. 1. de ſacrament. capit. 9. colum. 3. ſed ſe explicat libro 1. de pœnitentia. cap. 15. quod Soto dicit errorem propter Concil. Florent. Trident. ſeſſio. 14. cap. 3. Lucius PP. capit ad abolendum. de hæret. ſacramentum pœnitentiæ vocat confeſſionem. Diuus
g Thomas, Richard. Durand. [g] Soto, cum Ariſtot. ſup. [h] ſupra
h de ſacrament. cap. 8. § quinto, lib. de euchariſt. quia de omni ſacramento, & ſpecialiter de euchariſtia, ait Concil. Florent. Trident. ſeſſio. 13. capit. 3. & Doctor. conſtare materia, & forma. Pontian. PP. I. epiſto. decret. Eugen. IIII. epiſto. ad Armenos: quos citat Soto, diſtinctio. 8. quæſt. 1. 1. ad fin. Ledeſm. 1. p. quæſt. 30. artic. 1. Victor. Mant. & Recent. Claud. rep. 2. cap. 3. rep. 8. cap. 2. catech.
i Pij V. [i] ita ſunt explicandi Patres, & Conc. ſup lib. de ſacrament. cap. 8. vt calor dicitur calefactionis forma, nempe extrinſeca, & effectiua reſpectu calefactionis: quia à tali principio agendi ſpecificatur calefacto actio, ut relatio à termino, & potentia ab obiecto extrinſeco. D. Thom. 1. 2. q. 1. artic. 3. quare caute Conc. Florent.

2 2. Effectus gratiæ ſit præcipuè
k ratione formæ [k] coniunctæ characteri ſacerdotis abſoluentis: non cauſat ſola abſolutio, ut quidam
l aiunt, [l] ſed confeſſio humilis, & cōtritio. (ſi præſens ſit dum homo abſoluitur, quæ ſit ſenſibilis per confeſſionem,) ſignificat ſimul eam reconciliationis gratiam, & ſignificā-
m do cauſat inſtrumentaliter, [m] in poſitiuo inſtanti quo finita prolatione
n manet adhuc aliquid formę, [n] quæ eſt vox & ſonus, ut in baptiſmo pręſens ablutio ſimul cum forma regenerat tanquam inſtrumētum Dei. nec tamen peccator dicitur propriè iuſtificare ſe ipſum: (quanquam interdum ita loquantur ſcripturæ, &
o Patres, [o]) quia impius gratiam nec
p de congruo meretur. [p] nec Deus ex pacto, & obligatione legis pro-
q mittit impio, ut quidam putant, [q] ſed offert gratis ex infallibili miſeri
r cordia. [r] licet vero pœnitens effectiuè, & vitaliter concurrat ad actū contritionis, & confeſſionis: ſed hæc materia, ſeu confeſsio non ex ſeipſa, ſed ex coniunctione ad abſolutionem ſit actu pars ſacramenti, & ſignum expreſſum reconciliationis: & ex forma participat vim inſtrumentalem iuſtificandi: cum tamen ſola contritio etiam ex auxilio non habeat eam vim, imò nec ex proprietate connaturali eſſet ſufficiens diſpoſitio. i. gratię, vt per eam ex natura rei tollatur tota ratio of-
ſ fenſæ habitualis in Deum: [ſ] ſed contritio ex Dei acceptatione habet quandam inchoatiuam efficientiam, qua de volūtate expellit auerſionem peccati, & hæc eſt ex lege
t gratiæ, & miſericordiæ. [t] idonea, & moralis diſpoſitio ad gratiam.

3 His verbis ſoluo, uel abſoluo te, ſaluatur ſubſtantia formę, & per illa abſque aliis peccator poſſet ab-
u ſolui: [u] quia quamuis abſolutio fieri poſsit ab excōmunicationis vinculo, & aliis pœnis: poſita tamen peccatorum confeſsione, & intentione abſoluentis, ſoluo te ſatis ſignificat effectū, quo ſoluitur à vinculis peccatorum, imo ex intentione ſacerdotis his ſolis verbis poſſet ſimul abſoluere à peccatis, & cen-
x ſuris [x] quas homo habet, ſed ſatius eſt ſingula explicare. Vtendum enim eſt omnibus verbis cōſuetis, quæ ex Apoſtolorum traditione habet Eccleſia. ego te abſoluo à peccatis tuis: quæ etiam ex Matth. 9. & Ioan. 20. colliguntur. ſunt enim omnia de integritate. quamuis ego te, & à peccatis, non ſint de ſacra-
y menti neceſsitate. [y] ac ſubinde finitis omnibus illis verbis, datur effectus gratiæ. ut finitis omnibus quæ in conſecratione calicis proferri ſolent ad formæ integritatem, conuertitur vinum in ſanguinem Chriſti, vt dictum eſt lib. de euchariſt. cap. 17.

4 Nec addendum eſt à peccatis, de quibus confeſſus es, & contri-
a tus. [a] nam etiam oblita, & cum attritione remittuntur. inuocatio autem Trinitatis cuius autoritate datur gratia, in ſolo ſacramēto baptiſmi, & confirmationis vbi ſit profeſſio, uel datur robur fidei, eſt de ne-
b ceſsitate, & præcepto ſacramenti. [b] ſi quis retento ſenſu mutet verba ſit ſacramentum, hæc enim æquiualent abſoluo, remitto, condono, te, nempe qui es mihi moraliter præſens, uel ſi regi dicat abſoluo maieſtatem tuam, uel Petrum. vna ab-

diait omnia ſacramenta perfici materia, forma, & miniſtro. i. intentione determinati miniſtri. & peculiare eſt in euchariſtia, vt verba intrinſece non componant: quod Soto. diſtinct. 3. & 14. generaliter dixit de ſacramentis. ſi Chriſtus ſine verbis conſecraſſet, aut ſine ſubſtantia panis crearet ſpecies panis ſub quibus continetur corpus Chriſti, illud eſſet verum ſacramentum permanens, ſicut nunc eſt: & tamen eſſet ſine prædicta forma verborum, aut ſine materia panis tranſeunte: quæ requirūtur in fieri, ut neceſſa-
k ria de lege. [k] Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. communis Theologor. Diuus Thomas quæſtio. 84. 1. ad 3. Caietan. quæſt. 86. 6. Alexand. 4. p. quæſtio. 60. mem. 2. Richard. diſtinctio. 16. quæſtio. 1. articu. 1. Marſil. quæſt. 10. vt bene explicat Caie-
l tan. [l] Scot. & Almai. ſupra. & olim Diuus Thomas, addit. quæſt. 18. art. 1. Ferrar. 4. cont. gent. 72. Vega. lib. 13. in Trident. c. 13. quaſi per claues ſolas ſacerdotis fiat actiue remiſſio: & dum ſit gratia non adeſt cōfeſſio iam præterita, ſed abſolutio. At hæc ratio eſt infirma: quia confeſſio
m manet in virtute. [m] Diuus Thomas, Caietan. Alexand. Richard. Marſil. cit. K. & clariua D. Thom. quæſtio. 85. 2. ad 3. quæſt. 89. 1. ad primum. contritio, vt pars ſacramenti cauſat gratiam effectiue Bañes. 2. 2. q. 24. artic. 6 dubio 1. concluſ. 2. & communis Recent. Soto. diſtin. 15. quæſt. 1. artic. 6. ait id non poſſe in dubium reuocari, ſine nota erroris. Caietan. tom. 3. tract. 11. de fide, & operibus. cap. 10. nam hæc caſualis eſt vera: quia homo conteritur, recipit remiſſionem peccatorum, quæ ſit formaliter per gratiam: Luc. 7. remittuntur ei peccata, quoniam dilexit. contritio enim, vt ſecundum ſubſtantiam procedit ex auxilio ſpeciali, eſt omnino prior quam gratia, vt ait Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. in princ. & cum ſit cauſa effectiua gratiæ dum eſt para ſacramenti, non poteſt effectiuè procedere ab eadem gratia, & tamen eſt meritoria gloriæ: quia ſatis eſt, ut ſecundum modum informetur à gratia, D. Thomas, 1. 2. quæſt. 112. 2. ad 1. facit. quæſt. 113. 7. ad quartum. Soto, lib. 2. de nat. & grat. cap. 18. lib. 3. cap. 9. diſtinct. 14. quæſt. 2. artic. 6. Cano. relect. de pœnitentia. p. 1. contra Scot. Gabriel. Paludan. Capreol. 4. diſt. 14. Vega.
n lib. 6. cap. 28. & de iuſtific. quæſt. 6. ad 9. [n] ſup. de ſacrament. cap. 19. D. Thom. quæſt. 62. 4. ad 1. quæſt. 78. 4. ad 3. & artic. 5. cap. ad 3. quæſt. 75. 7. ad 3. & Caietan. vide Sotum. diſt. 9. quæſt. 2. 7.
o ad 1. [o] Rom. 2. & 2. Corinth. 3. 1. Ioan. 3. qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe vbi Aug. ſanctificans ſe, & non de ſe, & in Ioan. 14. maiora horum faciet dicit verificatur in omni credente qui ſanctificat. ſe Eccleſ. 2. qui timent Dominum, qui ſanctificabunt animas ſuas Ezech. 18. ipſe animam ſuam viuificabit, & Trid. ſeſſ. 6. cap. 7.
p contritionem numerat inter cauſas iuſtificationis. [p] Rom. 3. & 5. & maxime cap. 4. & 11. ſi ex operibus iam non ex gratia Trident. ſeſſ. 6 cap. 5. & can. 1. 2. 9. & optime cap. 8. nihil quod gratiam pręcedit illam meretur. fatetur Scot. diſt. 14. q. 2. artic. 2. quod nō in-

q ſtificat ſe. Soto. diſt. 15. q. 1. artic 6. [q] Fr. Med. 12. q. 112. artic. 3.
r concl. 1. & ad 2. quæſt. 114. 5. ad ſecundum. [r] vt omnibus digne, offert impetrationem contritionis, & gratiæ D. Thom. 2. 2. q. 83. artic. 15. ad 1. & artic. 16. cap. & ad 2. Taper. artic. 7. pag. 332. aliàs 204. Vega. opuſc. de iuſtific. quæſt. 5. vbi vero in ſcriptura Deus promittit, intelligitur de iuſtis, ut Ioan. 15. ſi quid petieritis Patrem, nempe vos filij iuſti. Triden. ſeſſ. 6. cap. 11. 13. can. 18. & quāuis vniuerſaliter videtur loquī ſcriptura, ſed interdum dirigitur ad iuſtos tantum, vt ex Ticonio probat Martin lib. 10. regu. 40. & ſe refert ad lib. 8. cap. 1. §. epiſtolam. & lib. 6. cap. 4. cum Auguſt. Hieronym. in Eſa. 63. Euthym. in Pſalm. 42. & ita iuſtus dicit amplius iuſtificare ſe. item Deo. i. iuſtificatio tribuitur. quia mouet in finē: D. Tho. 1. 2. q. 111. 2. & 3. p. quæſt. 86. 6. & ſolus infundit habitus, quibus ſit iuſtificatio, vt patet ex Trident. ſeſſ 6. cap. 7. Aug. 2. de liber. arb. cap. 18. 19. D. Thomas. 1. 2.
ſ quæſtio. 51. 4. q. 53. & quæſt. 63. 2. [ſ] quia cōtritio, & dilectio Dei uſt quidem incompoſſibilia cum actu peccati mortalis, ſed ex natura ſua nō excludit peccatū habituale: quia per illam non ſatiſfacit homo de iuſtitia pro offenſa infinita: nec Deus tenetur remittere peccatum, ſed gratis ex miſericordia condonat. & ita affirmant qui negant ſacramēta attingere ipſam entitatem gratiæ, ſed diſpoſitionem illius, aut ornatum: eo quod gratia eſt ſuprema qualitas diuioi ordinis. vnde efficacior eſt actua vnus peccati, ut cauſet mortem, & auerſionem in ſubiecto, quam ſit actus noſter de ſe ad cauſandam plenam conuerſionem etiā ha-
t bitualem in Deum, & remiſſionem peccati. [t] quia contritio, & dilectio aliquomodo aufert initiatiue diſpoſitionem, quæ relinqui-
u tur ex peccato, & conuerſionem ad bonum commutabile. [u] com-
x munis ſententia cit. B. Soto. Nauar. cap. 26. num. 11. [x] vt in articulo mortis, ſi forte non eſſet tempus proferendi ampliorem formam. Nauar. in cap. 1. de pœnitentia. d. 5. §. cautus. num. 30. Gerſ. 2. p. ſol. 183. Cottar. cap. alma. 1. p. §. 11. num. 12. Sot. d. 14. q. 1. 3. Alcoc. c. 11. & Recent. imo & extra mortis articulū, vt dum mul-
y ti cōcurrunt tēpore Iubilæi. Nauar. de pœnit. d. 6. c 1. nu. 27. [y] cō-
a munis ſententia. & omnes. lit. B. cit. [a] monet bene Nauar. cap. 26. num. 11. & in cap. 1. de pœnit. d. 6. in princip. num. 31. Sot. diſt. 14. quæſt. 1. artic. 3. Recent. nam ſcrupolus eſſet, quod deficiente ea conditione, abſolutio ſit nulla, & confeſſio iteranda. reuera tamen intentio talis Confeſſarij eſt pie interpretanda, ne excludat pecca-
b ta oblita, & attritione diſpoſitum. de quo inf. cap. 26. [b] ſupra de ſacram. cap. 7. eſt certa, & communis ſententia, ut patet ex Conc. Florent. & Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. Nauar. de pœnitent. d. 6. cap. 1. in princip. num. 18. Caietan. cum D Thom. quæſt. 84. 3. ad 3. eſſe de congruitate. Petr. Sot. de confeſſ. lect. 4. Soto. d. 14. quæſt. 1. 3. Ledeſ. q. 25. 3. fin. Scot. Palud. contra Durand. d. 16. q. 2. & Gerſ. 2. p. ſol. 183. col. 1. & tamen Conc. Mogunt. cap. 24. tom. 3. Concil.

monet,

monet, ut ſacerdos vtatur omnibus his, Ego te abſoluo à peccatis tuis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. [c] Richard. Soto d. 18. q. 2. 5. Med. de confeſſ. q. 19. Sylu. confeſſ. 1. num. 2. 3. Angel. confeſſ. 1. §. 28. Tab. confeſſio ſacramental. num. 2. 37. Alcoc. c. 11. Nauar. c. 8. num. 13. [d] Hoſt. & Ioan. Andr. cap. 1. de bapt. D. Tho. q. 66. 5. ad 4. Soto. d. 3. art. 5. [e] ſup. de ſacram. c. 7. D. Tho. Soto. Ledeſ. artic. 3. quare D. Tho. opuſ. 22. damnat fere erroris, quendam dicentẽ, formam abſolutionis ſicut & extremæ vnctionis proferẽdam eſſe modo deprecatiuo. ſalſoque pro ſe citat Hugo. Alexan & Guilerm. Altiſiod. imo id aſſerere iam eſſet hæreticum propter cõcilia. [f] quæſt. 60. 8. Soto. diſt. 1. q. 1. 8. Scot. diſt. 14. q. 4. §. quoad 2. Ledeſ. q. 1. ar. 8. ſup. de ſacram. c. 8. ſed ſalſo Palud. d. 3. q. 1. 3. putat eſſe mortalis, ſi quis mutet verba recepta in cõſuetudine, etiam ſecluſo ſcandalo. [g] Quidã Recent. at reuera non imperat Deo, ut patet in forma ordinis per imperatiuum. & Matth. 8. volo, mundare, id eſt mũderis à me. vt ibi notat Hieronym. ex Græco. [h] vt Rom. 6. per paſſiuam dicitur, q mortuus eſt iuſtificatus eſt à peccato, & tamen per actiuã non dicitur peccatũ iuſtificauit Chriſtũ. [i] cõmunis Recent. cõtra Nauar. de pœnitentia. d. 6. qui putat expreſſionẽ miniſtri qui ſentẽtiam profert, ut Iudex, & ratione poteſtatis) eſſe de neceſſitate ſacramẽti. ſed Scot. d. 14. q. 4. per extremũ putat ſatis eſſe, hæc verba iubeo Petrum abſolui: ut Iudex in ſententia dicit, iubeo gladio perire. vel ſi dicat, placet Petro remitti peccata. ſed ſalſum eſt, q. a oportet verba quoad ſenſum eſſe determinata, iuxta receptũ modum loquendi, 3. p. q. 60. 7. & ita D. Thom. opuſc. 22. negat illa verba ſufficere: ut in conſecratione eucharitliæ non ſatis eſſet dici, nobis fiat corpus, & ſanguinis Chriſti. idem Led. quæſt. 25. 3. [k] de ſacram. ſup. cap. 8. Palud. d. 3. quæſt. 1. 3. Soto. diſt. 1. q. 1. artic. 8. [l] Caiet. q. 66. 5. Sot. diſt. 3. artic. 5. recent. Ledeſ. q. 7. & exponunt quod D. Thom. dicit, oportet. nec Scot. d. 3. q. 2. & Paludan. 4. 1. dicunt peccare mortaliter, ſed grauiter. [m] communis, & certa ſentẽtia ſup. de ſacram. cap. 7. Soto. d. 3. artic. 5. dicit oppoſitum eſſe errorem: quia Chriſtus expreſſit verbalem formam. & cõcilia, & ita habet vſus Eccleſiæ. quamuis Paludan. d. 3. quæſt. 2. artic. 3. Petr. Sot. de confeſſio. lect. 11. affirmaot valere abſolutionem à peccatis (ſicut & ab excõmunicatione, & ſententia iudiciali) per nutus, aut verba ſcripta: quia æquipollent. idem Mantius, quæſt. 60. artic. 6. & ſentit Nauar. cap. 21. num. 36. ſed errant. [n] Trident. ſeſſ. 14. c. 6. fin can. 9. [o] Trident. ſeſſ. 7. can. 12. D. Thomas quæſt. 64. 8. Soto. d. 5. artic. 7. [p] Diuus Thomas, quæſt. 68. 7. ſupra de ſacram. cap. 22. [q] ſup. de ſacrament. cap. 11. D. Thomas, q. 84. 4. & opuſc. 22. Ledeſ. q. 25. 4. Soto. diſtinctio 14. q. 1. 4. Per. Sot. lect. 4. Paludan. d. 22. quæſt. 3. 1. vide diſtinct. 7. q. 2. §. 7. Bellarmin. lib. 1. de pœnitẽtia. cap. 15. de ſacram. cap. 10. §. 6. & tamẽ ſolẽnis abſolutio dici ſolet manus impoſitio Vualden. de ſacramen. capit. 63. 147. Concil. Nicen. cap. 9. Carthag. cap. 31. & ita interpretãdus eſt Auguſtin. 3. de baptiſmo contra Donat. capit. 16. & lib. 4. habetur capit. manus impoſitio. 1. quæſt. 1. vbi gloſſ. & bene Bellarm. de cõfirmat. cap. 7. de manus impoſitione. c. pœnitentes. 50. diſt. c. qui recedunt, c. ſi. cui. 26. q. 6. Cyprian. lib. 3. epiſto. 13. vbi Pamel. epiſt. 14. 17. & vid. Clem. lib. 2. cõſt. Apoſt. cap. 45. Igmarus Epiſcopus Remenſ. de varijs Capitulis. c. 16. [r] D. Thom. q. 84. art. 4. Palud. d. 22 dicunt expedire. at Soto, artic. 4. non expedit maxime ſuper capita fœminarum, niſi eſſet mos conſtans prouinciæ: idẽ Led. Mãtius. [ſ] Bellar. 1. de pœnitentia. c. 15. cum D. Tho. art. 4. Soto. Ledeſm. [t] D. Thom. art. 4. Soto. Nauar c. 26. nu. 11. Fra. Med. lib. 2. cap. 12. [u] D. Thom. q. 83. art. 4 ad 7. Iono. lib. 4. de offic. miſſ. ca. vlt. Gab. in Can. lect. 54. Alexand. 4. p. quæſt. 37.

ſolutione poteſt, & aliquando expedit abſoluere ſimul multos, [e] vt urgente periculo procellæ: ut vna aſperſione circa multos dicitur aliquando ego vos baptizo. [d] enunciatur forma per indicatiuũ vocis actiuæ. [e] poteſt mutatio fieri in verba quæ ſimilem ſenſum faciant, [f] vt remitto tibi, ut Matth. 9. remittuntur tibi peccata, tu abſolueris. at ſi dicat abſoluaris à me, forma dubia videtur, dũ apparet imperare Deo. [g] minus dubie dicitur per paſſiuam abſoluaris à Deo. [h] ideſt imperio meo, ſed Dei autoritate per imperatiuum, ut in forma ordinis: & abſoluatur ſeruus Chriſti. [i] expreſſio enim miniſtri, ut in baptiſmo non eſt neceſſaria ſecundum formã Græcorum, & quibuſdam alijs ſacramẽtis, ita in abſolutione non videtur neceſſaria: ſed ſatis eſt exprimere actionẽ quatenus à miniſtro exercetur. nec tamen licet mutationem ſine cauſa facere. ſi ſenſus variatur, ut probabile dubium ſit de veritate formæ, & ſacramenti, eſt peccato mortale. [k] propter periculum fruſtrandi ſacramentum, & eius effectum, ſed ſecluſo ſcandalo, ſi manet verus ſenſus formæ, mutatio eſt peccatum tantum veniale. [l]

5 De neceſſitate formæ in abſolutione ſicut & in cõſecratione euchariſtiæ eſt, vt vocali verbo proferatur. [m] quamuis materia, ſeu cõfeſſio nutu, uel ſcripto aliquando liceat ex cauſa: ſicut & matrimoniũ: nec enim id vetat eccleſia.

6 Secundo in abſolutione requiritur intentio, ut non ioco, ſed ſeriò velit abſoluere: [n] quod generale eſt in omni ſacramento. [o] ex parte etiam recipientis adulti ſi renuat, & intentione careat non fit ſacramentum. [p] 3. non oportet, ut forma detur durante materiæ applicatione, ſed ſatis eſt, ut longo tempore poſt auditam confeſſionem, qui humanus actus niſi retrocetur, durat præſentia morali, impendatur abſolutio, quæ forte ex cauſa dilata fuit: ut lib. de ſacram. cap. 8. §. 5. dictum eſt: quamuis eo tempore pœnitens ſenſum, loquelamque amiſiſſet. ſed tam longa temporis mora intercedere poteſt, ut confeſſio, vel cõſenſus primi matrimonium cõtrahentis non ſit moraliter præſens. 4.

7 Ritus imponendi manum magis pertinet ad ſolennem reconciliationem: [q] vt & ad confirmationem, uel ordinem ſacrum. ſupra pœnitentem vero manus eleuari ſolet: [r] nec ſignum crucis eſt de neceſſitate, [ſ] niſi in confirmatione, ut dicitur lib. de confirmatio. cap. 2. §. 3. pœnitens vero reuerenter, & genuflexus debet peccata confiteri coram Chriſti vicario. adduntur preces ex antiqua conſuetudine, [t] vt impetrent aptam diſpoſitionem, & ne intẽtione, & forma miniſter abutatur: ſicut in miſſa ante conſecrationem petit ſacerdos oratione id ipſum, quod certa lege effectum habet. [u]

CAPVT XII.

Sẽnſum formæ tripliciter eſſe verum. 1. quia ſacerdos vice Dei vere ſoluit à uinculo peccati mortalis, & pœnæ æternæ, & §. 8.

§. 2. Senſus 2. dum contritus abſoluitur ab obligatione, vel alius iuſtus qui obligationem non habet.

3 Senſus 3. verus quomodo ſacramentum eſt informe, licet de facto non reuiuiſceret effectus eius.

4 Non eſt neganda abſolutio homini diſpoſito.

5 Forma non eſt addenda conditio de futura.

6 Prius abſoluendum eſt ab excommunicatione, quam a peccatis.

7 Pœna abſoluentis ſine facultate.

FOrma pœnitentiæ planè ſignificat homini ſi mortuus ſit, ſed per ſupernaturalem quandam attritionem diſpoſito, conferri de ſe ſtatim in præſenti vitam gratiæ. [a] & ſacerdotem non tantum oſtẽdere declaratoria ſententia hunc eſſe abſolutum (in quo quidam [b] errant ob apparẽtes quaſdam Sanctorum au-

CAP. XII.

[a] TRident. ſeſſ. 23. c. 1. 4. can. 1. & 2. ſeſſ. 14. capit. 6. can. 9. & addit ca. 3. cum Conc. Florent. effectum eſſe reconciliationẽ cum Deo. quod ſatis colligitur Ioann. 20. Matth. 16. & 18. Quorum remiſeritis. Fabian. PP. epiſt. 2. Pontian. epiſt. 1. Eutich. epiſt. 2. Martin. V. ad fin. Conc. Conſtantienſ. & ex Patribus probant Caniſi. tit. de pœnitent §. 1. Ayal. de trad. 3. p. confid 3. Bellarm. lib. 2. de pœnitentia. cap. 12. & 13. Vualden. cap 142. Caſtro verb. abſolutio, hær. 2. ſacerd. hær. 1. Soto, diſt. 14. q. 1. artic. 3. diſt 18. q. 4. 1. diſt. 20. q 1. artic. 3. Ledeſ. quæſt. 21. 3. D. Thom. q. 84. 3. add. quæſt. 18. 1. ad 1. quæſt. 19. 3. Cordub. lib. 1. q. 1. Sixtus lib. 6. biblioth. cap. 202. ex Dionyſ. Athanaſ. Orig. Baſil. Cyril. Chryſoſt. ſic conſtat contritionem cum ſacracramenti voto eſſe cauſam remiſſionis. [b] Mag. diſt. 18. cap. 6. Alexand. 4. p. q. 80. memb. 1. fin. Bonauent. diſt. 18. art. 2. quæſt. 1. fin. cap. 1. ad 1. vbi Gabr. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 2. Maio.

toritates: vt quia Chriſtus Ioan. 11.
Lazarum ab ipſo ſuſcitatum, obtu-
lit, ut ab Apoſtolis ſolneretur à le-
uiori vinculo, quod pœnam ſigni-
c ficat. [c]) ſed ut Dei miniſtrum, &
vicarium Chriſti verè abſoluere, &
d reconciliare Deo. [d] Deus quidem
eſt principalis autor cui ſimpliciter
tribuitur remiſſio culpæ, & pœnæ
etiam temporalis, & gratia per quã
e peccata remittuntur: [e] nec tamen
excludit, ſed vult ſacerdotem eſſe
f miniſtrum, & inſtrumentũ ſuum. [f]
& Patres intendunt, quod pœnitẽs
g per gratiã, ideſt per auxilium [g] Dei
excitatur in pœnitentiam, ut digne
recipiens ſacramẽtum viuificetur,
nec verò ſenſus eſt, quod culpa à ſo
lo Deo gratis remittatur peccatori
per contritionem diſpoſito ſine ſa-
h cramento. [h] pœna autem damni
quæ ex ſe eſt æterna ſub quadam
conditione, niſi negligat ſacramen-
tum poſtea recipere, tollatur per cõ-
tritionem, & deinde ſimpliciter ab
ſoluatur per ſacramentum in re à
i pœna æterna, vt quidam [i] putaſſe
feruntur: ſed quia & à culpa, & à
pœna æterna, quæ ſimul cum cul-
k pa remittitur, [k] illum ſacerdos ve-
l rè ſoluit, & propriè. [l] quia ſicut
Chriſtus habet clauem Dauid Apo
caly. 3. qua aperit; & ſicut miſit eũ
Pater cum poteſtate remittendi pec
cata: ita Apoſtolis, quos in mun-
dum miſit conceſſit Ioan. 20. pote-
ſtatem remittendi verè peccata per-
ſpicuis verbis: & eadem concedi-
tur iis qui in ſacerdotio ſunt legiti-
m mi Apoſtolorum ſucceſſores: [m] &
effectus fructuſque huius poteſta-
tis eſt reconciliatio hominis cum
Deo. hoc enim planè ſignificat for-
ma abſolutionis, qua non fit ſolu-
tio à reatu tantum pœnæ tempora-
ralis (id enim parum eſſet, cum hęc
variis remediis ſine ſacramẽto, aut
ſacramenti voto remitti poſſit) ſed
ſacerdos ſimpliciter abſoluit à pec-
catis propriè dictis, ac ſubinde à pœ
na æterna quæ cum culpa ſimul re-
n mittitur. [n] propter hoc paſtor tem
pore perſecutionis, & periclitan-
o tibus mori, tenetur adeſſe, [o] vt ab-
ſolutione reconciliet Deo, ne alias
ſine eo remedio pereant. & ob hũc
finem nullus eſt caſus, aut cenſura
reſeruata in mortis articulo, à quo
quilibet ſacerdos abſoluere non
p poſſit. [p]

2 Senſus quando abſoluitur ho-
mo iam contritione iuſtificatus eſt
verus hoc modo: ut peccata ſaltem
q nouo titulo remittuntur: [q] ſicut
& quando confeſsio fit de peccatis
aliàs directè abſolutis: abſolutio e-
nim deſignat conferri effectum gra
tię, qui de ſe ſufficeret peccata mor
r talia remittere ſi eſſent: [r] per acci-
dens vero eſt, quod non ſint: &
contritus tenetur adhuc ex præce-
pto diuino confeſsionem adhibere,
quæ eſt quaſi realis ſolutio pretii à
Chriſto ſpecialiter applicata, ſub cu
ius voto, & fideiuſsione, fuit culpa
ſ per contritionem remiſſa. [ſ] inſu-
per abſolutio iuſtis remittit venia-
lia, & pœnas temporales, ſi adhuc
ſint. nam Matth. 16. dum generali-
ter dicitur, quodcunque ſolueris:
intelliguntur culpæ mortales, ac ve
niales, & quæcunque pœna æter-
na, uel temporalis.

3 Tertius ſenſus iuuat quando
ſacramentum eſt informe: licet nũ
quam reuiuiſcat, nempe, impendo
tibi verum ſacramentum, quod de
t ſe eſt cauſa efficax remiſsionis: [t] &
per illud peccata manent de ſe, ita
abſoluta, ut non egeant noua abſo-
lutione. remoto enim poſteà obice
reuiuiſcit, & virtute eiuſdem ſacra-

Maio. quæſt. 1. Alma Okam. Alij d. 14. Gabriel. q. 2. artic. 1. & 2. Mai. quæſt. 2. Med. tract. 2. q. 7. ful. 92. & Nominales, qui putant neceſſariam eſſe contritionem, ut ſit diſpoſitio ante abſolutionem. & tamen quia contritio vim habet à paſſione Chriſti, & voto ſacramenti, aiunt virtute ſacramenti fieri remiſſionem: ut ex illis refert Adrian. q. 2. de claui. ſed hæc ſententia damnari videtur à Trident ſeſſio. 14. c ſup. [c] Auguſt. tract. 22. & 42. in Ioan. & ſerm. 8. de verb. Domini. homil. 27. ex 50. & in Pſalm. 101. conc. 2. Greg. hom. 26. in Euang. item Hieronym. in Matt. 16. comparat cum ſacerdote legali, qui non mundabat lepram, ſed oſtẽdebat mũdatam: & innuit Theophylact. in Io. 8. At Theophyl. de ſolo legali ſacerdote loquitur, & Hieronym. diuerſimode loquitur de legali, & Patres ſunt exponẽdi, ut ſacerdos oſtendendo, & ſignificando, mundet à peccatis. Roffenſ. artic. 5. Taper. artic. 3. Caſtro. abſolutio. hær. 1. Sixtus ſupra. Caietan. to. 1. tract. 18. q. 5. & expreſſe Chryſoſto. lib. 3. de ſacerdot. colum. 4. oſtendit ſacerdotes Chriſti valde differre à ſacerdote legali: quod non oſtendant purgatos, ſed d prorſus purgent. [d] citat A. 1. & 2. Corint. 5. poſuit Deus in nobis verbum reconciliationis. Trid. ſeſſ. 14. cap 3. ſeſſ. 6. e cap. 14. [e] probat D. Thom. quæſtio 64. artic. 1. ad 2. & 12. f quæſtio. 112. 1. [f] in propoſito D. Tho. q. 84. 3. ad 3. exponit Auguſt. ſup. nã idem Auguſt hom. 23. ex 50. probat ex Ioan. 20. Deum per hominem remittere peccata, ſed virtutem remittẽdi eſſe à Deo. Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 56. Ambroſ. 3. de Spiritu ſancto. c. 19. Pacian. epiſt. 3. & planius quod ſacerdos habeat veram poteſtatem remittendi, Auguſt. 2. de adulter. coniugat. cap. 9. de vera & falſa pœnitentia cap 9. & 10. lib. 2. contra aduerſar. leg. & Prophet. cap. 17. de agone Chriſti à cap. 30. & 31. & 1. doctrin. capit. 17. 18. & 20. ciuit. cap. 9. deinde idem patet ex Hierony. epiſt. 150. ad Edibiam quæſt. 9. Beda. lib. 2. in Luc. cap. 7. ſed Gregor. dum affirmat ſacerdotem remittere pœnas loquitur de effectu notiori, nec excludit remittere culpas. Chryſoſt. in Matth. 16. & hom. 70. ad popu. Anaſtaſ. in qq. ſcripturæ. quæſt. 79. tom. 6. biblio. Ambroſ. lib. 10. in Luc. fin. lib. 1. de pœnitent. cap. 7. lib. 2. de Cain, & Abel. cap. 4. Hilar. can. 16. in Matth. Athanaſ. orat. in id, ite in Caſtellũ. Orig. hom. 14. in id Matth. 21. ſoluite, & adducite. Bernard. ſerm. 1. de Petro, & Paulo, Petrum accepiſſe, ut præcedat ſententia Petri g ſententiam cœli. aſſert Bellarm. lib. 1. de Rom. Pont. c. 10. [g] Aug. tracta. 22. & 42. in Ioan. & homil. 27. ex 50. & expreſſe Beda in Ioan. 11. & plane fatetur Hug. lib. 2. p. 14. cap. 1. Richard. de S. Victor. lib de poteſt. ligandi, & ſoluendi. cap. 13. Scot. d. 18. atque ita Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. princ. iuſtificationis an, ſumi ex gratia ideſt, h auxilio Dei, per quod diſponitur ad vitam. [h] ſic plane aiunt Hugo ſup. cap. 8. Richard. de S. Victor. ſupra. cap. 10. 12. 24. & parum differt Med. de confeſſione. ſol. 95. & in eo ſenſu defendit Adrian. q. 2. de clau. ſed Med. falſo illis tribuit dicturos eſſe, quod contritus decedens abſque abſolutione, maneret in limbo: vt olim Patres ante Aduentum Chriſti. in quo ſenſu illos impugnant Taper. artic. 3. Vega. lib. 13. cap. 35. Palac. d. 18. q. 2. falſo tamen Hugo. & Richard. intendunt culpam remitti me re gratis, ſine ordine ad ſacramẽtum, aut vllam ſolutionem. in quo errant contra Trident. ſeſſ. 14. cap 4. & Conc. Complut. approbatum à Sixto IIII. verum eſt quod Bern. epiſt. 77. taxat quoſdã ſui tẽporis quaſi contritio, & baptiſmus flaminis non remittat pœnam æternam, refert Bellarm. c. 7. & videtur intelligere de Hu- i go. [i] ſane Hugo. & Richard. non putãt æternam pęnam dã m remitti per contritionem ſub conditione: nam aperte fatentur, quod quã uis pœnitentiæ ſacramentum in re ſit inſtitutum, ut medium neceſſarium ei q poteſt: ſed Chriſtum per contritionem cũ voto ſacramenti, ita acceptare voluntatem efficacem pœnitentis, & remittere pœnã æternam, ut tamen addat onus, & obligationem recipiẽdi ſacramentum, ſi poteſt. vt explicatum eſt. cap. 2. D. & K. quod vero Auguſt. de eccleſ. dogm. cap. 77. negat catechumenos ſine baptiſmo ingredi vitã æternam, non loquitur de contritis qui habent baptiſmũ in voto ſup. de baptiſ. k c. 20. lit. O [k] Trid. l ſeſſ. 6. cap. 14. [l] Soto. d. 14. quæſt. 1. 3. cõtra Abulenſ. in Matth. 16. putantem, quod locutio formæ, & abſolutionis ſit impropria. quod eſt contra Trident. ſeſſio. 14. cap. 1. can. 9. Florent. & Conſtant. in Bull. Martin. V. iubet ſuſpectos interrogari, an credant ſacerdotes m vere abſoluere, & remittere peccata. [m] ſic loquitur Trident. ſeſſ. n 23. cap. 1. [n] Trident. ſeſſ. 6. cap. 14. [o] Iul. PP. Cœleſt. & Concil. o Carthagin. habetur 26 quæſt. 6. cap. ſi presbyter. & duob. ſequen. p Auguſt. epiſt. 180. [p] ſeſſ. 14. cap. 7. [q] ſic Chriſtus alio, & alio ti- q tulo meruit id ipſum. D. Thom. 3. p. quæſt. 34. artic. 3. ad 3. DD. r 3. d. 18. [r] ſic ex parte effectus baptiſmi, uel pœnitentia dat gratiã de ſe remiſſionem peccatorum, ſi forte peccata habebat: per accidens eſt quòd iuſtus qui recipit, careat omni reatu culpæ, & pœ- ſ næ. [ſ] vt dum Chriſtus fudit totum ſanguinem in cruce, tunc ſoluit pretium redemptionis etiam pro peccatis antiquorum Patrum. vt ſi captiuus non niſi ſub pretij onere liberetur, ſi poſtea habeat vnde ſoluat: dum enim poſtea ſoluit, dicitur cõplete ſe a ca- t ptiuitate redimere. [t] in hoc etiam infimo gradu forma abſolutionis eſt vera. 1. quia ſignificat rem ſacram. i. vim diuinam in ſacramento latentem, & efficacem de ſe cõferre gratiam, niſi homo obicem apponeret. in idem redit cõmunis expoſitio remitto tibi peccata quantũ eſt ex vi ſacramenti: ſeu impendo tibi verum ſacramẽtum, quod facit peccata manere ita abſoluta, vt nõ egeant noua abſolutione. ſacramentum. n. quantum eſt ex parte Dei eſt efficax niſi

homo obicem ponat. Trid.ſeſſ.7. de ſacrament.can.7. hæc eſt D. Thom.q.84.3.ad 3. & 5. vbi Caietan. & 4.contra Geneſ. cap.72. Caiet.tom.1. tract.18.q.5. Soto,diſt.14.q.1.3. Ledeſ.1.p.q.25.3. Cano releċt.de pœnit.p.5. Petr.Soto, de confeſſ.lect.4. Durand. d.14.q.3. & 5.d.16.q.2. Palac.d.18.q.2.Cordub.lib.4.q.1.Med.de cōfeſ.fol.76.Nauar. de pœnit.d.6.cap.1. princ.num.16. Bellarm. 2.de pœniten. cap.14.ad fi. [u] vt in ſacram.imprimente characterem, ratione cuius remoto obice, reuiuiſcit. idē habet matrimoniū, & ſacramentum pœnitentiæ, ſup.lib de ſacrament. c.25. & vetera dicebātur ſacramenta quamuis nō ſignificarent gratiam, niſi in futurum cōferendā per Chriſtum. quod ſi ſacramentum extremæ vnctionis, quia nullum relinquit effectum,non reuiuiſcat remoto obice, vt quidā dicunt: ſatis eſt fuiſſe de ſe efficax ſanitatis in anima, & corpore. nec forma vnctionis fuit falſa, quia eſt deprecatiua. clarius in eucharistia cū obice recepta licet effectus non reuiuiſcat, forma manet vera: qa vſus,& effectus non pertinet ad ſacramētum. [x] ſic ergo ſenſus formæ verificatur quinque modis. 1.plene, ſi remittat totam culpam, & pœnā attrito.2.dum iuſtus contritus abſoluitur implet præceptum diuinum de ſacramento,ſub cuius onere, & quaſi futura ſolutione pretij, acceperat remiſſionem.3.qui abſoluitur a venialibus tantum, aut ab his mortalibus, à qbus fuerat directe abſolutus, hic nouo titulo abſoluitur: & ex parte effectus recipit gratiam de ſe remiſſiuā.4.ſacramentum informe ſignificat, & cauſat gratiam,quæ in futuro datur remoto obice,5.ſatis eſt ad veritatem formæ, quāuis nunquam reuiuiſcat,vt de ſe ſignificet rem ſacram.1.virtutem diuinā: & ab-

menti confertur gratia, & remiſſio illorum peccatorum: & fit plenior verificatio formæ. [u] quamuis vero nunquam reuiuiſcat,ut quia homo deceſſit in peccato: vera eſt forma qua baptiſmus, aut abſolutio ſignificat rem ſacram. id eſt, vim diuinā in ſacramento latentem, ex ſe efficacem. [x]

4 Aduertat Confeſſarius,ut minus diſpoſito differat abſolutionē:[y] quia quamuis impenderet verum ſacramentū,nec repetenda eſſet abſolutio ſi integre confeſſus eſt, & cum dolore aliquo ſaltem naturali: ſed ſacrilegium eſt ſi indignis ſacramenta miniſtret. quando vero ſit iteranda cōfeſſio ob defectum prouenientem ex parte Cōfeſſarij, vel pœnitentis dicetur lib.2.c.13. & 14.

5 Conditio proprie nempe de futuro, non debet addi abſolutioni peccatorum: [z] quia non poteſt in futurum ſuſpendere effectū,& inanis eſt. ut ſi ex ratihabitione ſperata dicat,ſi Eps conſenſerit, abſoluo te à reſeruato. vbi tamen ratio magna ſuaſerit, & in certa eſſet efficacia,licebit addere conditionem improprie dictā, ut ſi dubitet an puer, & phreneticus fecerit cōfeſſionem cū pleno rationis vſu dicat, ſi poſſum ego te abſoluo. [a] ſi morti proximus, qui nullo alio poteſt frui ſacramento præbeat pectoris percuſsione, & nutu ſignum peccati in communi, & doloris, ſub tradita conditione abſoluendus eſt: ſupra cap.9.ſi. propter rationes probabiles,& autores quibus expedit conformari. ſi dubitet an dederit abſolutionem,retēta ſaltem in mente ea conditione, ſi nō eſt abſolutus,abſoluat. nec verò iterare licet abſolutionem, ſine noua confeſsione. ſi per errorem abſoluit quem non potuit,dicat ei,redeamus ad cōfeſsionem,quia expedit tibi: ſic enim petit licentiam ab eo,cum nondum finita ſit cōfeſsio. ſi ille renuat,aut ſi non datur occaſio reuocandi hominē clam,& abſque ſcandalo ad confeſsionem, cōmittat negotium Deo,dimittens illum in bona fide. [b]

6 Excōmunicatione ligatus, eſt, ab ea,ante peccatorum abſolutionē abſoluendus. [c] dum ignota eſt, expedit in generali dici abſoluo te ab omni vinculo excōmunicationis,ſi forte incurriſti. in excommunicatione publica ſeruet morem Eccleſiæ, [d] & teſtimonium præbeat ab-

[y] ſoluens ſignificat ſe conferre verum ſacrum, de ſe efficax gratiæ. [y] quia tenetur ſacrum non miniſtrare indignis D. Tho.q.68.artic.4. & q 80.art.6. ſup.lib.de ſacram. cap.26. de euchariſt.c.54. [z] Nauar.cap.26.num.12.de pœnitent.d.6.cap.1. in princip. à num.62. vſque 65. Caietan.abſolutio.cap.1. Syluest.abſolutio 3.§.1. Frat. Alex.ſumm.lib.1. tit.5.cap.5. Palac.d.17.quæſt.vlt.col.pēn. Frat.

Med.lib.1. cap.12.§.2.& lib.2.cap.12.Tabien. abſolut.§ 6. Arm. 6.§.idem de abſolut.excommunicationis ſub conditione. D.Tho. add.q.24.1. Couar.cap.alma 1.p.§.11. num.6. [a] Fr.Med. Peña, & multi Recent. [b] Nauar.c.26. num.14. & de pœnit.d.5. cap.1. princip. nu.60. Victor.§.185. Cordub. caſ.7. Angel. confeſſio.5. §.13. Roſel confeſſio.2.§.12. Syluest. confeſſor.3.§.1. confeſſor.4 §.6. cū Direct. lib.1. tit.15. §. 143. [c] Nauar.c.26. num.7. & c.conſideret §.cautus. nu.13. & 23. cum Paluda. d.17.q.5 art.1. quē ſequitur Ant. Sylu. an vero valeat abſolutio peccati data excommunicato Palud.d. 18 q.4.Victo. §.332. Nauar. c.9. num.3. [d] Caiet.abſolutio. c.4. Arm.§. 51. Tabien. abſolutio.3.§.3. Sylu. abſolutio. 3. nu.4. Fr. Med. lib.2. cap.12. [e] Nauar. c.26. nu.8. [e] Nauar.c.27. nu.47. & c.26. nu.2. & 7. [f] vt in articulo mortis,aut quando reus habet iuſtum impedimentum adeundi ſuperiorem cap.eos qui. de ſententia excomm.in 6. Nauar. cap.27.nu.88. [g] Nauar. cap.27. nu.74. [h] Clem.1.de priuil. Nauar.c.27.nu.101.

ſolutionis: exigat vero cautionem ſaltem iuratoriam, ſed non niſi in magnis, & expreſsis cauſis à iure. [e] aliquando verò de iudicis,uel iuris facultate ad reincidentiam abſoluere debet. [f]

7 Caueat ne ſine iuriſdictione præſumat à caſibus in Cœna Domini reſeruatis abſoluere: incurret.n. excommunicationem non reſeruatam. [g] quod ſi religioſus ſine facultate tentet abſoluere ab excommunicatione canonis,aut ſtatuti,innodatur excommunicatione: [h] iura enim durius agunt contra exēptos. ſecus ſi ab hominis excommunione abſolueret.

CAPVT XIII.

De effectibus eximijs quibus compenſatur difficultas confeſſionis.

§.2. *Capax effectus non eſt, qui non peccauit poſt baptiſmum.*

3 *Tollit tria quæ includit peccatum, ſcilicet inimicitiam,offenſam Dei, & maculam.*

4 *Effectus primus eſt remittere culpam per gratiam, & dona infuſam. nullum peccatum eſſe irremiſſibile, & tamen. §.6. cur peccata in Spiritum ſanctum dicuntur irremiſſibilia.*

5 *Contritio quouis inſtanti haberi poteſt.*

8 *Abſolutio extenditur ad oblita.*

9 *Poteſt ſæpe iterari, & explicatur ad Hebr.6. impoſſibile eſt.*

10 *Quando virginitas ſit per pœnitentiam reparabilis.*

PEr baptiſmum facile Deus condonat omnē culpā,& pœnam: [a] & ante baptiſmi inſtitutionē olim remittebat peccata per actus veræ pœnitentiæ difficiles: [b] quæ pœnitentia dicitur,prima virtutū.[c] nunc vero requirit integram confeſſionē ſine qua, aut eius voto non remittuntur peccata facta poſt baptiſmū. quod iugum confeſſionis ſuaue ſit Matth.11. & onus leue, dum eximis effectibus compēſatur: [d] ſicut onera matrimonij tribus bonis honeſtantur,vt dicetur lib.de matrim. cap.15. Nec tamen lex euangelica grauior eſt quam olim vetus lex: [e] habet enim confeſsio quod de virtute dixit Plato, radices amaras,fructus vero ſuauiſsimos:quorū quoſ-

CAP. XIII.

2 Hic ſacerdos debet per clauem ſcientiæ iudicare de idoneitate pœnitentis. infra lib.3. de pœnitentia. capit.1. quod ſi aduertat minus dignam diſpoſitionem afferre,ut quæ attritio nõ videtur legitima, uel manet in periculo ſcandali, uel occaſionis proximæ, uel non habet dignum emendationis propoſitum, quia ſæpe iuſſus non reſtituit: dicitur ſacerdos illum indirecte, & negatiuè ligare ad culpam, & pœnam æternam (vt Deus ligare, aut excæcare dicitur) quia non abſoluit, & pœnitenti oſtendit ſententia iuridica, & declaratoria manere coram Deo ligatum vinculis peccatorum. quamuis forte Eccleſia præſumat illum abſolutum à Confeſſario, nec excommunicet cum his quos propter omiſſam confeſſionem cõmunionemque in Paſcha excommunicare ſolet: nam ob ſigillum ſecreti occulta eſt in foro exteriori Eccleſiæ ea ſententia, qua peccator ligatus eſt à Confeſſario.

3 Poteſt eodem modo Confeſſarius indirecte ligare iuſtum ad pœnam temporalem in cõmuni, dum permittit pœnitentem manere obnoxium pœnæ debitæ,eo quod nullam pœnam iniungit,aut leuiſſimã. contra monita Conc.Trid. ſeſſ.14. cap.8. tandem in particulari Confeſſarius poſitiue ligat ad temporalem pœnam pœnitentiæ iniunctæ per claues,ad quam obligat pro grauitate materię, ut cap.8. dictum eſt. ſic Chriſtus inſtituit, ut quamuis in hoc ſacramento applicetur ſatiſfactio ipſius, qui plene pro omni pęna ſatisfecit quoad ſufficientiã,non tamen communicetur homini ſatiſfactio Chriſti niſi ſecundum diſpo-
e ſitionem recipientis, [e] & cooperãtis: ut ſic Chriſtianus pœnitens cõ-
f formetur Chriſto in carne paſſo. [f] Rom.8.Chriſtus tamen verbo ſuo cum culpa remittebat totam pœnã, quia per poteſtatem excellentiæ dabat, aut ſupplebat condignam diſpoſitionem: & tamen interdum in aliorum exemplum adiecit onus pę-
g nitentiæ, [g] vt eſſet medicina præſeruatiua.

4 Sic ergo in pœnitente ſequitur effectus obligationis ex ſacramento,& clauibus, vt teneatur obedire præcepto, & ſententiæ Confeſſarij,

d & 13. [d] Quia pœna temporalis, licet ſit malum priuatum illius,eſt bona, & in bonum finem per ſe ordinata, cuius autor põt eſſe Deus, Diuus Thom. 1.2. quæſt.87.artic.7. & 3.p.quæſt.48.art.6. q.49.art.2. Doctor. cum Magiſt.2.d.36. & ita leges pœnales ſunt iuſtæ. Sot.1.de iuſt.quæſt.6.artic.5. Caſtro. 1. de lege pœn. cap.5. & 9. & in bonis temporalibus famæ, & pecuniæ punitur interdũ filius ꝓ peccato patris: non tamen pœna corporali mortis, & verberum. vt patet Exod.20.Couar.2. variar.cap.8. Simanc. cap.29.nu. 6.Dueñas reg.345. Fr.Cyprian. ſup. id Naum.1. ex ſe exiuit. Syluest.verb.pœna.§.23. D.Thom. 2.2.q.108.Abulenſ. 4 regu.14.quæſt.5.
e [e] Trident.ſeſſio.14. cap.8. in quo differt à baptiſ. vt dicit c.2. Taper artic.6. Bellarm. lib.4. de pœn. cap.1. & ſequen. Vega lib.13.capit.39. Lind.lib.3. Panopl. cap.36. Soto.diſtin. 19.quæſt.1 artic.3. fin. Ayal. de tradit. titu.de cultu Sanct. Caietan.to.3. tract. 11. cap.7. & 12. & ita decẽter inſtituit Chriſtus: quamuis infinita eius ſatisfactio ſit de ſe ſufficiens pro omnibus peccatis. 1.Ioan.2. ipſe eſt propitiatio. 1.Petri 2. peccata noſtra ipſe pertulit in corpore. Roma.8. proprio filio non pepercit: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. Coloſſ.2.donans nobis omnia delicta,
f delens. [f] hæc eſt. 1. ratio quam colligit Trident.capit.8. vt in præſenti membra ſint cõformia capiti: & hoc eſt dignius, ut hõ ſimul cũ Chriſto ſit cauſa ſuæ redemptionis, dũ ſatisfacit pro temporalibus: ſicut & quod iuſtus per opera ſua mereatur gloriam. 2. ratio de pręterito in vindictã iuſtam Confeſſarius ligat. aliàs infideles putarent vanum eſſe iudicium Trident.

c.8.can.15. D.Tho.q.86.art.4. ad 1. ratio.3.reſpectu futuri,vt fręno pœnitentiæ fiat cautior, & reſipiſcat. ſic infirmus cũ medicina concurrit ad perfectam ſanitatem. & de his etiã D.Tho.4. contra gent. cap.72. & 1.2.q.87. 6.cap. ad 3. Taper. artic.6. & alij. ſupra ob quas rationes Chriſtus ſatisfecit, vt cauſa vniuerſalis, & cau

ſuſcipiens, & implens pœnitentias iniunctas. quæ ſententia quamuis
h pœnalis videatur, [h] obligat per claues in foro conſcientiæ, ut reus ſit vindex ſui, & executor pœnæ impoſitæ: ſic in foro exteriori Papa,& Epiſcopus per claues ligat legibus, & pœnis cenſurarum,quæ non requirunt nouam iudicis executio-
i nem. [i] qualis autem, & quanta pœnitentia ſit iniungenda dicetur lib.2. cap.21.

CAPVT XIX.

De prima parte materiæ quæ eſt cõtritio,vt pertinet ad ſpecialem virtutem.quędã uirtutes uerſantur immediatè circa malum arduum.

§.2. *Pœnitentia conuenit cum virtute religionis: & differt ab illa.*
3 *Et cum iuſtitia.*
4 *Vt declaretur obiectum pœnitentiæ cõtra peccatum, diſtinguitur in peccato triplex ratio,generalis,& quædam ſpecialis.*
5 *Deteſtatio peccati ſecundum rationem ſpecialem non eſt ſatis ad remiſſionem peccati.*
6 *Qualis deteſtatio peccati ſecundum rationem generalem non ſit ſatis.*
7 *Nec deteſtatio, & dolor ex ſolo motiuo caritatis.*
8 *Hic dolor ſimul elicitur aliquando à caritate, & pœnitentia. an contritio ſufficiat abſque formali dilectione Dei.*
9 *Pœnitentia eſt cõtra peccatum etiam vt malum proprium: vt deſtruat præſentem ſtatum peccati, qui eſt in homine.*

POenitentia ſpecialis virtus diſtinguitur ab alijs priuatis virtu-
a tibus [a] (vt à moralibus circa bonũ proprium, quæ moderantur proprias paſſiones, aut quæ ſunt circa bonum proximi.) quæ immediatè verſantur circa bonum,quamuis ſecundario actu doleant de malis, ut ſub ſpeciali ratione contraria ſint proprio bono. ſic temperatus triſtatur de malo intemperantiæ, & qua ratione proſequitur bonum,eadem fugit malum. at quãdoque malum ratione excellentiæ requirit ſpecialem rationem virtutis nõ incluſam
b in bono contrario, [b] vt manſuetudo circa iras vincendas, iræ enim
c obiectum eſt malum, ut arduum: [c] & fortitudo eſt circa audacias vincendas, ac timores temperandos,

ſaliter:quia inſtituit cauſam noſtrę ſatiſfactionis eſſe ſacramentum pœnitentiæ,quod pro pœnis applicetur adhibitis operibus noſtris in ſatiſfactionem, D. Thom.3.p.q.49.t.
g ad 3. [g] vt Ioan.5. tolle grabatum tuũ vbi D.Tho.& Chryſoſt hom.68. imperfect. Beauxam.to.2. Harmon. p.274. cũ Auguſt.epiſto.105. lib.6. contra Iulian. cap.11.Baſil.conſtit.
h exerc. ca.11. [h] cum tamen lex pœnalis non obliget ad executionem pœnæ ante iudicis condemnationem: imo poſt illã non obligat reũ ad pœnam corporalem, ut ſe flagellet, nec poteſt obligare, ut ſe ipſum interfi-
i ciat,aut mutilet. [i] q̃ eſt ratio Soto.lib.1. iuſt.q.6. art.6. Frat. Medi. cum D.Tho. 1.2.q.96. artic.6.

CAP. XIX.

a COmmunis. [a] d. 14.D.Tho.q.1. 1.3. Durand.q.2.in princ. Cano relect. de pœnit. p.2.concl. 2.Soto. diſt.14.q.2. artic.2.Taper.art.4. licet enim cõueniat pœnitentia cum dolore quo temperantia dolet de contrario malo. ſed differunt ratione formali, quia pœnitentia ſub motiuo generali dolet, vt Deo cõpenſet propter Deũ ſummè dilectum:& dolere de omni peccato in generali, nõ pertinet ad vllã ex priuatis virtutibus moralibus quã falſo Scot. diſt.14.q.1. Maior.queſt.2.dub. penult. Altiſ. lib.4. tract.6.quæſt.3. dicunt quod poſtquã homo recoluit multarum ſpecierũ peccata, ſatis eſt ob ſpecialia motiua deteſtari omnia ſimul:&
b hanc dici pœnitentiam de ſingulis. [b] vt ſingulariter ait

c D.Thom.1.2.quæſtione 60. articulo 5. ad quartum. [c] Caietan. cum D.Thom.1.2.quęſtione 46. articulo 2. obiectum odij, & deteſtationis, vt eſt in pœnitentia, eſt malum.1.2.quæſtione 29.1. & 2.2.

timoris vero obiectum eſt malum. [d] ſic virtus pœnitentiæ eſt circa omne malum culpæ [e] vincendum, & expellendum, & quia vnum mortaliũ ſine alijs expelli & remitti nõ poteſt, nec peccator meretur veniã, fit vt id malum ſit arduum ſupra vires & meritum hominis. quæ ratio ardui exigit virtutem, vt patet de ſpe theologica. augetur difficultas, quia vno ſimplici actu debet homo ſimul deteſtari omnia mortalia, quamuis materialiter ſint pluríma & diuerſarum ſpecierum, atque ita eſt vna virtus ſub vna ratione formali [f] ex ſopernaturali motiuo pœnitentiæ. acquiſita vero pęnitentia per actus ex vi naturali, non eſſet virtus. [g] hæc pœnitentia dicitur inter morales prima virtutum, [h] quia in iuſtificatione impij habet perfectum actum, & introducit reliquas virtutes. nec dignitate inferior eſt, quia occaſione peccati ſit neceſſaria, nam & Verbi incarnatio, quæ eſt bonorum fons, fuit occaſione peccati prouiſa. [i] pręcedit tamen actus fidei, [k] & deinde aliqua Dei dilectio. [l] quamuis interdum quædam pœnitentia præcedat dilectionem Dei, [m] ſaltem perfectam.

2 Pœnitentia moltum conuenit cum virtute religionis. [n] vtraque enim exhibet Deo honorem quem debet, nec poteſt de ſuo reddere æquale: & à Deo cui omnia debet accipit id. 1. Paralip. 29. quo eidem ſoluit debitum, ſubmittens ſe humiliter Deo & recognoſcens propriam vilitatem: ſic enim cor contritum dicitur Pſal. 50. ſacrificium in Dei cultum. vtraque eſt habitus per ſe infuſus ſimilis & maxime affinis virtutibus theologicis. [o] at re ipſa differunt [p] ex formali obiecto: quia religio exhibet reuerentiam, & cultum latriæ Deo, vt principio creationis & gubernationis, quamuis Deus offenſus non eſſet: ſed pœnitentia deteſtatur peccata intendens ex affectu quandam compenſationem iuſtitiæ pro iniuria, & eo fine vt Deus recuperato honore deleat gratis peccatum, & homo recuperet Dei amicitiam. ſic reſpectu hominis diuerſa virtus eſt dulia, quæ exhibet honorem principi quãuis læſus non ſit, & iuſtitia, quia ſatisfacit honori principis, quem læſit iniuria, (etiam ob finem obtinendę reconciliationis vt quia eget homo amicitia principis:) tenetur enim huius iniuriam compenſare, quãuis ei propter ſe ipſum nullum cultum deberet. & in Chriſto fuit virtus religionis, non autem pœnitentiæ: [q] vt nec fides & ſpes quæ requirunt imperfectionem quandam hominis. communiter tamen pœnitentia imperatur non tantum ex caritate ſed ex religione [r] vt Deo cultum exhibeat & honorem peccato ſublatum reſtituat.

3 Conuenit pœnitentia cum iuſtitia commutatiua ſeu vindicatiua, & legali: [ſ] quia reſpiciunt rationem debiti ex legis diuinæ à ſe violatæ neceſſitate. & pęnitens affectu quodam iuſtitiæ contendit pro iniuria & offenſa peccati reddere Deo æquale, quoad poteſt. quod ſi vt Chriſtus ex proprijs & nullo titulo debitis ſatisfecit de rigore iuſtitię, poſſet pœnitens offerre Deo diuinum honorem æqualem offenſæ, teneretur ex iuſtitia. differt tamen à iuſtitia commutatiua: quia pro peccato & offenſa de ſe infinita non poteſt homo reddere Deo ęquale, etiã

d & 2.2.q. 34. [d] Caiet. cum D. Thom. 1.2.q 42. artic. 1. & 2. & 2.2. quæſt. 19. [e] hoc vniuerſale obiectum petit vt pœnitentia ſit diſtincta virtus: Deus enim non exigit niſi à peccatore deteſtari omne peccatum mortale, vt Dei offenſam, cum dolore & affectione compenſandi D. Thom. 3. par. q. 84. 2. q. 85. 2. & 2. c. & ad 1. d. 17. q. 2. 2. Soto diſt. 14. q. 1. 2. diſt. 17. q. 1. 2. Med. C. de pœnit. tract. 1. quæſt. 3. colligitur ex Trident. ſeſſ. 14. ca. 1. & 4. pęnitentia eſt ad deteſtandum omne peccatum. ſeſſ. 6. cap. 6. per pœnitentiã mouetur in odium peccati: Aug. de vera & falſa pœ. ... ca. 2. & 3. & permulta c. de pœnitentia. diſtinct. 1. pœnitentia dicitur dolor de peccato. & colligitur 2. Paralip. fin. in orat. Manaſſet. [f] D. Tho. q. 85. 2. & clarius. d. 14. q. 1. 1. 2. vbi latriam ſeu religionem dicit diſtingui cõtra virtutem pœnitentiæ (contra Caieta. dicta q. 85. 2. & Suar. 3. p. q. 7. art. 4. dub. 19. §. 1.) & d. 15. q. 4. 7. 1. ad 2. Richar. [g] quia non eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. nec aſſequi poteſt ſuum finem (ideſt veniam peccati.) quem ex Dei auxilio & communi lege gratiæ aſſequitur pœnitentia infuſa quæ eſt vera virtus. q. 85. 3. ad 4. Ledeſ. q. 26. 3. dub. 1. ſi. D. Thom. d. 14. q. 1. 1. 4. ad 2. Sot. d. 14. quæſtio. 2. 3. col. 4. ar. 5. ad fin. [h] D. Thom. q. 85. 6. vbi Caietan Ledeſ. quæſt. 26. 6. Soto. diſtin. 14. quæſt. 2. 6. idem Scot. Palud. diſt. 14. quæſt. 2. Vega. lib. 6. in Trident. cap. 18. [i] vt probat D. Tho. 3 par. q. 1. ar. 3. & colligitur ex ſcriptura. Luc. 19. venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. [k] & ita fides dicitur prima virtutum & fundamentum. 22. quæſt. 4. art. 7. conc. Triden. ſeſſ. 6. ca. 8. Heb. 11. fides eſt ſubſtantia id eſt fundamentum quod ſubſtat. At Luther. imponit catholicis quod non requirant fidem ad pœnitentiam. refert Bellarm. 1. de pœnitentia. c. 2. [l] ſi ſeruetur ordo, prius natura eſſe debet actus dilectionis ſupernaturalis, quã pœnitentiæ: quia quamuis in motu ſucceſſiuo prius natura ſit receſſus à termino à quo, quam acceſſus ad terminum ad quem. in motibus tamen animæ prius eſt volitio & intentio finis, puta dilectio Dei, quam electio mediorum, puta deſtructio peccati per pœnitentiam propter Deum, vt ait D. Thom. 1. 2. q. 113. 8. ad 3. & 3. p. q. 86. 6. c. ad 2. q. 88. 2. q. 89. 1. argu. 1. opuſc. 7. de 10. præcept. §. 2. Soto. d. 14. q. 3. ar. 6. quamuis non videtur penetraſſe hanc rationem D. Thom. idem Ledeſ. Maior. d. 14. quæſt. 2. in princ. Marſil. quæſt. 12. ar. 2. in 3. par. ar. con. 5. Durand. d. 14. q. 2. princ. & diſtin. 17. quæſt. 4 nume. 4. Cano. relect. par. 2. conc. 2. Petr. Sot. lect. 14. Taper. ar. 14. Med. tract. 1. de pœn. quæſt. 1. ad 4. Henric. quodl. 5. quæſt. 23. & hac ratione ſæpe vtitur D. Thom. vt 1. 2. quæſt. 25. 3. ad tertium. q. 36. 1. & 2. q. 29. 2. ad 3. & ar. 3. quæſt. 60. 5. ad 4. & in propoſito. 3. par. q. 85. 2. ad 1. ſic Luc. 7. dimiſſa ſunt peccata, quoniam dilexit ſed dilectio in priori natura nondum intelligitur perfecta, donec per pœnitentiam excludat peccatum: & ita concil. Trid. ante pœnitentiam ait Deum diligere incipiunt. [m] infra §. 8. R. & c. 21 §. 4. 11. ſi quis ordinate non habeat illos actus, continget vt prius incipiat ab aliquali odio & dolore peccati. ob quod Palud. d. 14. quæſt. 2. concl. 2. ait actum pœnitentiæ eſſe priorem gratia & caritate, ad quam diſponit, imo & actu caritatis infuſæ: quod olim tenuit D. Thom. d. 14. quęſtio. 1. 2. 2. Scot. q. 2. Vega. lib. 6. cap. 28. ſed falſo tribuitur D. Thu. quæſt. 85. 6. ad 1. & 2. & vide. quæſtio. 84. 6. ad 2. ſed D. Thom. intelligitur prius eſſe imperfectam pœnitentiã, quàm dilectionem Dei, vt perfecte conuertit. [n] quare Caieta. 3. p. q. 85. 2. putat pœnitentiã eſſe eandem virtutem cum religione infuſa, & 1. 2. quæſtio. 109. artic. 3. ad fin. ait dilectionem Dei, vt finis naturalis, pertinere ad habitum religionis per quem iuuatur pondus naturæ in Deum. nam D. Th. 2. 2. quæſtio. 80. diſtinguens partes potentiales iuſtitiæ, ſolam religionem ſtatuit erga Deum & q. 81. art. 1. religionem deducit cum Aug. 10. ciu. cap. 4. à religendo: quia homo religit Deũ quem negligenter amiſerat. cum Caietan. tenet Suar. 3. par. q. 7. art. 4. dub. 19. §. 1. & infert q virtus pœnitentiæ fuit in Chriſto, & quidam actus pœnitentiæ. de quo infra ca. 35. §. 4. [o] ſup. D. Tho. 3 p. q. 85. 3. ad 2. Ledeſ. q. 26. 3. Soto. d. 14. q. 2. art. 3. Med. C. de pœnit. tract. 1. q. 1. ad 4. & idem de religione ait Caiet. 2. 2. q. 81. ar. 5. [p] Soto. d. 14. quæſt. 2. art. 2. Ledeſ. ar. 2. Cano relect. p. 2. ſentit D. Tho. 3. p. q. 85. 2. & 2. 2. q. 32. 1. ad 2. eleemoſyna vt ordinatur ad ſatisfactionem pro peccatis pertinet ad pœnitentiam. & clarius diſt. 14. q. 1. 1. 5. diſt. 15. q. 4. 2. 1. in arg. 2. cum ſolutione. & id fatentur Doct. qui pœnitentiam dicunt eſſe vnam & ſpecialem virtutem: aut pertinere ad iuſtitiam, vt fatetur Rich. d. 14. artic. 1. q. 2. Palud. q. 2. num. 22. Bon. ar. 1. q. 2. & in expoſ. lit. Med. tract. 1. q. 1. ad 4. Scot. q. 2. §. de. 3. art. & §. de 2. conc Baſſolis. Gabr. q. 1. art. 1. dub 3. & in 3. d. 27. q. vnic. Marſil. q. 10. ar. 1. in 1. p. illius art. poſt. 5. conc. Durand. q. 2. quamuis hi Docto. inter ſe differunt. [q] dicetur. c. 35. fatetur Soto. d. 14. q. 2. ar. 5. ad fin. Almain. Palud. q. 4. conc. 4. Gabriel q. 1. Ledeſ. q. 26. ar. 4. con. 3. Palac. q. 2. fin. item D. Thom. 3 p. q. 84. 7. ad 4. & in 3. diſtin. 13. quæſtio. 1. 2. 1. ad primum. in 4. d. 14. ar. 3. 3. ad 2. & ad. d. q. art. 3. [r] Alexan. 3. par. q. 54. alias. q. 12. memb. 1. ar. 1. §. 1. quia peccatum eſt iniuria quædam infinita, contra infinitam Dei excellentiam, ob quam debetur ei honor latriæ. [ſ] quia pœnitentia uocatur iuſtitia (Ezech. 18. ſi impius egerit pœnitentiam fecerit iuſtitiam. Pſalm. 118. feci iudicium & iuſtitiam. Rom. 6. ita exhibete membra ſeruire iuſtitiæ.) Scot. d. 14. q. 2. Bon. in expoſ. lit. dum affert definitionem Aug. dicunt pęnitentiam eſſe iuſtitiæ punitiuæ actum (quæ continetur ſub commutatiua. D. Thom. 2. 2. q. 108. 2. ad 1.) & ſane ad hanc uidetur reducere D. Thom. 3. par. q. 85. 3. ad 3. ſed quia non reddit æquale, uocatur pars potentialis iuſtitię.

idem

ſecundum partē aliquotam:[t] ideóque confugit ad motiuum diuinæ miſericordiæ,[u] vt Deus contentus ſit ea compenſatione affectus, quæ nititur in Dei auxilio & gratia liberali: & homini per cōtritionem diſpoſito, cuius voluntas à Deo acceptante reputatur pro facto, remittat gratis peccata. præſertim quia peccator ante gratiam non habet iuſtitiam erga Deum, qui nihil recipit à nobis, vt ex debito iuſtitiæ teneatur rependere: & quia quicquid homo Deo offert pro offenſis, iā Deo tanquam ſeruus debet titulo creationis & redemptionis. iuſtorū tamen opera acceptat Deus, & ex promiſſionis pacto fit eis ſponte quodam modo debitor gloriæ: quia opera vt procedunt ex gratia, qua fit membrum Chriſti & ex motione Spiritus ſancti, habent cum receptione gloriæ inherentis vt eſt bonum particulare, rationem pretii æqualis in virtute: vt ſemen dicitur ęquale magnę arbori quam continet in virtute.[x] 2. differt à iuſtitia quia iuſtitia non obligat vt in pęna corporali reus fit ſimul iudex ſui & executor contra ſe ipſum: quæ tamen omnia homo præſtat ſponte ex virtute pœnitentiæ, & in eum finem per ſe dirigit vt deſtruatur præſens ſtatus peccati, & reconcilietur Deo offenſo: quem finem iuſtitia per ſe non intendit, nam inter inimicos datur æqualis compenſatio & iuſta ſolutio abſque reconciliatione. eſt autem pœnitentia virtus per ſe infuſa[y] vt poſtea deducetur vt ex actibus eius: quāuis quidam falſò putant ſatis eſſe acquiſitam.[z]

4 Vt declaretur obiectū formale pœnitentiæ & contritionis: aduertendum in malo ſeu peccato mort. circa quod per ſe verſatur, reperiri duas rationes, generalem & ſpecialem: in ratione generali ſunt tria, inimicitia Dei, iniuria, & quòd priuat boni diuini participatione: & inſuper, 4. inducit reatum pœnæ æternæ. primū inimicitia quamuis nō eſſet iniuria Dei, opponitur vniuerſali bono diuino in ſe ipſo, & caritati: & inimicus totum Deum ex affectu tentat deſtruere. vt qui ex odio contendit deſtruere vitam, & omne bonū inimici quoad poteſt; quod ſtare poteſt abſque iniuria cōtra iuſtitiam, vt ſi oportet illum fieri & agnoſci reum, atque ita occidi per iudicem ideſt, aut ſi non ſubueniat: quamuis illum extrema famis neceſſitate perire videat. hoc enim malum eſt contra caritatē & miſericordiam abſque obligatione reſtitutionis. 2. vt eſt iniuria & offenſa Dei cōtra iuſtitiam: nam omne peccatum eſt iniquitas, ideſt, iniuria cōtra bonum diuinum in ſe, quod vir ex affectu tentat deſtruere cum iniuria, Dei dum bonum commutabile & creaturam in qua conſtituit finem vltimum, præfert Deo cui ſoli debetur honor finis vltimi: pręſertim quia peccat contra legem ęternam Dei videntis. vt qui ſponte coram rege ęgrè ferente legem eius violat, regem videtur iniuſtè contemnere. 3. peccatum ſecūdum effectum priuat animā hominis bono diuino per gratiam participato: quæ priuatio nitoris, dicitur macula, turpitudo, & deformitas. Item priuat rectitudine naturali quæ inclinat hominem in finem naturæ, & id motiuum vniuerſale honeſti pertinet ad pondus rationalis naturæ, quo ſine difficultate inclinatur in proprium finem ſibi cōnaturalem. Tandem. 4. ex omni mort. ſequitur tanquam effectus ſecundarius & accidentalis reatus, & obligatio pœnæ æternę ſecundum motiuum vniuerſale.

5 Peccati priuata ratio conſideratur dupliciter. 1. eſſentialiter ſecundum rationem ſpecificam quam habet ex conuerſione ad ſpeciale obiectum commutabile, quod eſt contrarium virtuti particulari. 2. accidentaliter ex priuato incommodo temporali: vt quia hominem priuat fama, honore, libertate, aut pecuniis. Neutra ratio priuata ſatis eſt vt peccatum mort. remittatur: nam per ieiunium aut alium actum temperāntiæ non remittitur contraria intemperantia violati ieiunii: nec ſi quis doleat de peccato propter pœnam infamiæ incurſam, ſatis eſt ad veniam. quia id particulare motiuum non tam cohibet & corrigit affectum in quo eſt motiuum pœnitentiæ, quam effectum & exteriorem executionem operis, quę fuit cauſa damni temporalis.

6 Nec vero ad remiſſionem peccati mort. ſatis eſt quoduis odium & dolor de peccato ex motiuo vniuerſali, niſi includat proprium motiuum pœnitentiæ. 1. non ſatis eſt deteſtatio peccati, vt eſt contra honorem & reuerentiam debitā Deo ex virtute religionis.[a] nec 2. vt eſt cōtra vniuerſalem obedientiam legiſlatori Deo debitā ex virtute iuſtitiæ legalis.[b] (cum tamen peccatum definiatur à B. Auguſt.[c] dictū, factum, aut concupitum, contra legem Dei) quia licet pœnitens, vt Dei iudicis miniſter puniat ſponte in ſe offenſam; ſed non cum æquali compenſatione vindictæ, vt §. 3. dictum eſt: nec tam intendit vindi-

idem d. 14. q. 1. 1. 5. Rich. a. 2. quæſt. 2. ſic religio dicitur pars potentialis iuſt. a 2. quæſt. 8. 11. ad primum ſup. P. & inf. §. 6. L. addit Scotus, quod pœnitens videns ſe in conſpectu iudicis comprehenſum, habet ſe vt illius miniſter: & ſpōte vindicat in ſe offenſas Dei. quod carpunt quidam Recent. ſiue cauſa, [t] infra ca. 22. §. 6. Anſel. lib. 1. cur Deus homo. Caieta. cum Diuo Thom. 3. par. quæſtio. 1. art. 2. cap. ad 2. cum Leon. PP. ſer. 1. 4. & 10. de natiuitate. Suar. dub. 4 §. 8. citat. Docto. vbi Fr. Med. nam ſatiſfactio puri hominis finita non habet proportionem partis aliquotæ cū offenſa infinita, quę creſcit ex obiecto & perſona in quam peccatur: ſed valor ſatisfactionis creſcit ex dignitate perſonæ offerentis. An vero purus homo iuſtus poſſet ſatisfacere de condigno, & iuſtitia pro vno peccato mortali alterius, quidā affirmant: Patres vero apud Diuum Thom. & Suar. ſupra, §. 2. ſolum videntur negare, vt pro omnibus hominibus ſatisfaciat vnus. Reſpon. non poſſe, ex communi Theol. [u] Diuus Thom. quæſtio. 85. 3. ad ſecundū. Deus autem pro temporum varietate exigit à peccatore diuerſam quādam rationem compenſationis, ſine qua nō vult homini applicare ſatisfactionem Chriſti ad remiſſionem culpæ. Diuus Thom. quæſtio. 84. articu. 7. ad ſecundum & ſpecialiter in lege euangelica exigit ſolutionem fieri per hoc, quod recipiat ſacramentum baptiſmi aut pœnitentiæ, ſi commode poſſit, ſaltem ante mortem. [x] Auguſt. lib. ſecundo, contra aduerſar. leg. ca. 5. Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 114. 3. ad tertium. & 1. par. quęſt. 117. articu. 2. Hieronymus in eccleſiaſt. 4. principio, & in id Matth. 11. qui minor. Hierony. gloſ. ordin. Lyra. [y] Diuus Thom. diſtinc. 14. quæſt. 1. 1. 4. ad 2. quæſtio 85. 5. & 6. ibi Caietan. Soto. quæſtio. 2. 3. & 5. ad fin. Ledeſ. quæſt. 2. 3. dub. 1. fin. & articu. 5. Cano rel. pœnitentiæ, par. 2. Petr. Soto. lect. 8 Med. tracta. 1. de pœnitentia. quæſtio 2 Argent. d. 14. quæſt. 1. Palac. quæſt. 2. Bellarm. 2. de pœnitentia, cap. 3. & Recent. & colligitur ex generali doctrina. 12. quæſtio. 51. 4. c. & ad tertium, & de virtutibus. q. vnic. articu. 10. ad vlt. vt infuſa virtus moralis facit actus proportionatos fini ſupernaturali, in quē diriguntur. conſtat autem actum pœnitentiæ digne ita eſſe ſupernaturalem, vt actus virtutum theologarum, quas conſtat eſſe per ſe infuſas Trident. ſeſſ. 6. ca. 5. 6. 7. & can. 3. non poteſt pœnitere ſicut oportet, ſine Dei gratia. Aurel. epiſto. habetur inter Leon. epiſt. 71. Celeſtini epiſt. ad omnes Gall. epiſcopos. capitu. quarto. Hieronym. in id Ieremi. 31. poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam. quare falſo Durand. 3. diſtinct. 33. & Scot. ait, ſolas tres virtutes Theolog. eſſe infuſas. [z] Scot. 4. diſtinct. 14. quæſt. 3. Richar. articu. 4. quæſtio. 1. Durand. quęſtio. 2. Gabriel. quæſtio. 1. & in 3. diſtinc. 27. quęſtio. vnic. Alm. 3. diſtin. 23. quæſtio. 3. ſentit Bon. 4. diſtinct. 17. in prima par. articu. 2. quæſtio. 3. fin. at Marſil. quæſtio. 10. articu. 1. in ſecunda par. poſt. 5. con ait pœnitentiam eſſe per accidens infuſam, & eiuſdem ſpecie cum pœnitentia acquiſita. addunt Scot. & Gabriel. 3. diſtin. 23. Almain. quæſt. 3. quod ex actibus virtutis Theologicæ generatur in nobis habitus acquiſitus, & hi atque multi alij concedunt quod actus cōtritionis poteſt ſecundum ſubſtantiā elici ex vi naturali. [a] ſupra §. 2. P. [b] Diuus Thomas, 1. 2. quæſtio. 19. artic. 4. [c] ſupra lit. S. [c] Auguſt. a 2. contra Fauſtum. cap. 27. communis cum Magiſtro, 2. diſtinct. 35. Diuus Thomas. 1. 2. quæſt. 76. articu. 6. vide Torrenſ. lib. 2. confeſſ. cap. 6. & Clementē Alex. 2. Strom.

Strom. definit, peccatum eſt voluntaria iniuſtitia. [d] D. Thomas. 2.2. quæſt. 106. & ſequen. [e] D. Thomas, 1.2. quæſtio. 74. articu. 7. [f] Hebr. 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. & eſt certa ſententia cont. Vega. lib. 6. in Trid. cap. 25. putantem ſatis eſſe cognitionem de obiecto naturali, & de peccato, vt eſt contra rationem. idem olim Soto: ſed retractat in fine totius. 4. [g] quia pœnitẽtia 2. Corin. 7. debet eſſe triſtitia ſecundum Deum, & plena conuerſio in Deum. Ioel. 2. Ezechiel. 18. Eſa. 53. [h] vt quia peccatum priuat me gratia creata, quæ eſt bonum finitum. Med. tract. 1. de pœnitentia, quæſt. 1. & 4. Cano. relect. p. 2. conc. 2. Petr. Soto de pœnitentia lect. 14 §. 1. ad perfectum. quãuis hic ſit ſecundarius actus caritatis. [i] quia procedit ex amore concupiſcentiæ & ſpe, quæ reperitur etiã in peccatore: nec ſatis eſt ad iuſtificationem, Triden. ſeſſ. 14. c. 4. [k] fatetur D. Tho. dolorem peccati ob læſam amicitiã tribui ſoli caritati. 3. par. quæſt. 85. 2. ad primum. & artic. 3. & 1. 2. quæſt. 113. 5. ad primum quod ſignificat in 2. Corinth. 7. quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. ibi Ambr. Chryſoſt. hom. 14. & 15. Theophil. idem Auguſt. ſerm. 7. de tempore & de vera & fal. pœnitentia. c. 8. Bern. ſerm. 16. cantic. Gregor. 3. dialog. cap. 34. cõtritionem vocat cõpunctionem dilectionis. & in Ezech. hom. vlt. ad fi. Med. tract. 1. de pœnitentia. quæſt. 1. ad quartum. Soto. diſt. 14. quæſt. 2. artic. 2. Duran. quæſt. 2. Cano rel. par. 2. conclu. 2. Taper. articu. 4. [l]

care culpam, quam recõciliari Deo offenſo, atque ita differunt fine intrinſeco. nec 3. vt contra gratitudinem [d] quæ debetur Deo vt eſt vniuerſalis benefactor. nec. 4. vt peccatum eſt contra dictamen rationis naturalis [e] & finem naturæ: per quod dictamen promulgatur nobis lex naturalis. nam quamuis id motiuum ſit vniuerſale contra omne peccatum, & doleat de violato naturali præcepto, quia eſt offenſa Dei vt finis naturalis, non tamen eſt idonea diſpoſitio gratiæ: vt quæ procedere debeat ex fide obiecti ſupernaturalis, [f] & quæ tendat in Deum, vt finis ſupernaturalis eſt. [g] 5. minus ſufficit dolor de effectibus peccati, ſeu de bono diuino vt in nobis participato. [h] nam dolor de turpitudine peccati, vel propter timorem gehennæ ex motiuo ſupernaturali & vniuerſali, quamuis ſit de offenſa Dei vt punit, & dedecore turpi & pœna inferni, eſt tantum attritio, quæ ſola non diſponit vltimate: [i] niſi adiuncta ſacramento per quod homo de attrito reputatur cõtritus.

7 Ex vniuerſali motiuo ſolius caritatis poteſt dolere de læſa amicitia [k] cum ſpe vt reconcilietur Deo. at non eſt ſatis idonea diſpoſitio [l] in eo qui meminit, aut meminiſſe debet ſui peccati mortalis quia quamuis eo dolore recedit aliquo modo à peccato & bono commutabili, cõtendens totali conuerſione caritatis conuerti in Deum: ſed reuera non deſtruit præſentem ſtatum peccati, & auerſionẽ habitualem cum ſuis effectibus. neque vero eſt efficax dilectio, niſi ſtatim in executione ſimul aſſumat ſponte dolorem voluntatis ſeu triſtitiam pœnalem, ſub ea ratione formali virtutis pœnitentiæ, & cuiuſdam iuſtitiæ qua intendat ex affectu punire in ſe offenſam & quoad poteſt compenſare, [m] reſarcire & ſatisfacere Deo pro iniuria, quam ei intulit. Neminem enim vult Deus in ſuam amicitiam reconciliare, niſi diſpoſitum ea contritione, qua intendat reſtituere & compenſare quoad poteſt. ſic enim efficaciter ſe auertit à creatura. [n] at per pœnam iuſtam humiliat ſe, & quaſi inferior recognoſcit maieſtatem ſuperioris læſam: [o] in quo vtcunque reſtituet honorem Deo, [p] & eum conſtituit finem vltimum ſui ipſius: & ea diſpoſitione contentus Deus, addito nouo dono indulget gratis remiſſionem peccati. ſic ergo pœnitentia differt à caritate: ſed magis à gratia habituali [q] quæ non eſt habitus operatiuus quo nouo dono gratiæ cum donis & aliis virtutibus infuſis homo complete & formaliter iuſtificatur iuſtitia inhærente & permanente: vt explicat concil. Trident. ſeſſ. 6. capit. 7. & can. 11.

8 In iuſtificatione non ſemper cõcurrit odium & dolor peccati vt elicitur ſecundum ſubſtantiam à ſola caritate: ſed ante actum caritatis interdum incipit pœnitentia, [r] quæ elicit actum contritionis: & huic ſuperuenit motio caritatis, & gratiæ quæ perficit & format cõtritionem, præbens modum, vt actus attingat efficaciter Deum, & ſit meritorius gloriæ. at ſicut in oblito peccatorũ, dilectio Dei ſine formali contritione eſt ſufficiens diſpoſitio gratiæ: ita forte interdũ ſolus dolor de peccatis ſatis diſponit, abſque formali dilectione Dei. [ſ] præſertim dum intellectus ſimul proponit vniuerſale motiuum dolendi: quod pertinet ad pœnitentiam & caritatem, & propter vtrumque ſimul dolet homo, animo compẽſandi & propter Deũ ſumme dilectum. quod ſi prius natura odium peccati & dolor de inimicitia eliciatur ex dilectione Dei, quę cum ſpeciali auxilio communiter pręcedit contritionem, ſatis eſt, vt ſecundum modum pertineat ad virtutem pœnitentiæ eliciti uę, quatenus animo compenſandi in proprium eius finem dirigitur.

9 Sicut caritas requirit ex diſpo-

§. 1. P. S. vt Durand. quem approbat Palud. Baſſol. Gabriel. quia iniuria Dei videtur compenſari per æquabilitatem quandam contritionis & dilectionis, quę eſt obiectiue infinita: ſicut & peccatum. quare Trident. ſeſſ. 6. ca. 6. ſeſſ. 14. cap. 1. & 4. non totam rationem, ſed motiuum finemque pœnitentiæ reducit in dilectionem Dei. [n] quia quamuis in motu corporali eadem actione receditur à termino à quo, & accedit ad terminum ad quẽ: ſed in ſpirituali motu animæ fit per diuerſos actus. & odium ſeu contritio peccati eſt receſſus à termino à quo. [o] ſu. §. 1. L. [p] quia homo ratione peccati tenetur compenſare iniuriam. offendit enim quaſi eſſet ſuperior altero, & compenſat petẽs veniam, quia humiliatur eidem quaſi inferior. 2. vt etiam poſt remiſſam culpam tenetur reſtituere damna (puta reſtituit homini damnum illatum in pecunia: & id pertinet ad plenam compenſationem iniuriæ) ita ſatisfacit Deo pro pœna temporali: quod pertinet ad completam rationem pœnitentiæ perfectæ. [q] ſed quidam aiunt pœnitentiam dici ipſam gratiam habitualem, quæ peccatum expellit formaliter & complete. quos refert Bon. diſtinct. 17. in prima par. articu. 2. quæſtio. 3. Marſil. quæſtio. 10. articu. 1. in ſecunda parte poſt conclu. 5. & illos reprobat etiam Diuus Thom. quęſtio. 85. 2. ad tertium quia pœnitentia expellit peccatum nõ formaliter ſed diſpoſitiue & actiue ſecundum inchoationem. quod bene probat Suar.

[m] communis Patrum apud Bellarm. lib. 4. de pęnitentia. cap. 9. 10. quia cum vera pœnitentia coniungunt ſatisfactionem & compenſationem. idem Docto. qui aiunt in contritione includi propoſitum ſatisfaciendi. cum Magiſt. diſtinct. 16. vt ſi creditori offeram munus, quia pater, & amicus aut benefactor eſt, non ſatisfacio pro debito iuſtitiæ: oportet enim ſoluere ei tanquam creditori. ſic qui offert dolorem ſolius caritatis, aut ex gratitudine, vel religione, non compenſat debitum peccati: niſi adſit motiuum pœnitentię. Diuus Thomas, quæſt. 85. 3. c. & ad 3. artic. 2. ad 2. artic. 4. qui pœnitentiam reducit ad partem potentialem iuſtitiæ: & ait operari ad deſtructionem peccati vt eſt iniuria Dei, & diſtin. 14. quæſt. 1. 1. 3. obiectum pœnitentię eſt peccatum, vt capiabile. Paludan. quæſt. 2. Soto. quæſtio. 2. articu 2 Cano 2. par. relect. concl. 2. & in idem redit quod alibi aiunt eſſe peccatum vt emendabile per ſatisfactionem, D. Thom. quæſt. 85. 3. c. & ad tertium. Ledeſ. 1. par. quæſt. 26. articu. 2. & 3. Baſies. 1. par. quæſt. 21. artic. 4. in quo conueniunt qui putant pœnitentiam pertinere ad iuſtitiam, citati. 3. par. quæſt. 1. art. 2. dub. 4 §. 8. verſ. iam vero. [r] vt citatum eſt. § 1. M. quod tenet Scot. diſtin. 14. quæſt. 2. ad vlt. Paludan. quæſt. 3. articu. 2. putat eſſe Diui Thom. qui olim, quæſt. 1. 2. 2. ita dicit & Bonauen. diſtin. 17. Alexan. 4. par. quæſt. 68. Caietan. to. 1. tract. 4. de contritione. quæſt. 1. & addit Vega lib. 6. in Trident. c. 25. & 28. amor Dei ſuperueniens pœnitentiæ, eſt quidem neceſſarius: ſed apud antiquos Patres non legi quod debeat eſſe amor ſuper omnia. & Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. ſolum ait, diligere incipiunt. requiritur vero amor, vt odium mali fundetur ſuper intentione boni: & Deo tanquam fini offeratur compenſatio debita pro peccato. At reuera requiritur dilectio Dei ſuper omnia ex auxilio. [ſ] affirmat Ledeſ. 1. p. quæſt. 32. art. 1. dub. 2. & plane D. Thom. d. 14. q. 1. 2. 2. Gab. q. 1. ar. 2. concl. 5. Maior. q. 1. conclu. 6. & ſentiunt Soto. 2. de nat. & grat. ca. 16. Vega lib. 6. Trid. cap. 30. facit lib. 13. ca. 21. quia apud Ezech. 18. & ſæpe in ſcriptura non fit mentio dilectionis, ſed contritionis: nec in Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. in definitione contritionis, quamuis paulo poſt dicat, perfectam contritionem informari caritate:

ſitione ſubiecti, vt Deus ſit bonum
r proprium: [r] ita dolor pœnitentiæ
tendit contra peccatum, non abſo-
lute, quia malum diuinum, ut etiã
eſt reſpectu alieni peccati: ſed ut
u malum meum eſt, [u] id eſt, quia eſt
iniuria à me illata contra Deum, &
à me compenſanda. non tamen eſ-
ſet contritio ſi peccatum ea tantum
ratione deteſtor, quia eſt nociuum
x mihi, [x] aut quia me priuat gratia,
y & beatitudine, [y] in quo conſiſtit
pęna damni. 2. deteſtatio, vt peccati
præteriti non intendit ne præteri-
z tum fuerit: [z] impoſſibilium enim
non eſt intentio efficax, & electio
ſimpliciter, ut ait Ariſtot. lib. 3. Ethi
cor. cap. 2. ſed ſub conditione nol-
a lem peccaſſe quantũ eſt ex me. [a] ſed
quia peccator retinet in pręſenti ſta
tum peccati cum ſuis effectibus re-
quiritur 3. intentio, ſeu electio effi
cax qua intendat peccatum deſtrue
b re. [b] id quod in executione fit in-
choatiuè, & diſpoſitiuè per dolorẽ
pœnitentiæ, quo peccatum diſpoſi-
tiue expellitur: perfecte vero per
gratiam Dei remittentis offenſam,
& reconciliantis ſibi hominem, &
cum virtutibus, ac donis infuſis iu
ſtificãtis totum hominem in eſſen-
c tia, & potentiis animæ. [c] hæc om-
nia patres non ſemper tam clarè di
ſtinguunt, & tamen ſatis ſignificã-
tur dum ſcripturæ aiunt conuerſio
nẽ impii conſiſtere in eo quod auer
tatur à peccato, & via mala, & con
d uertatur in Deum ex toto corde. [d]

CAPVT XX.

Peccatum cur dicitur materia remota ſacramenti.

§. 2. Sed contritio pars materia proxima.

3 Quando patres negant includi dolorem, intelligunt de ſenſitiuo.

4 Quid in peccato primũ reſpiciat virtus pœnitentia.

5 Pro veniali licet ſit compenſabile, non eſſet neceſſarium ſacramentum, & virtus pœnitentia.

6 De peccato remiſſo fieri poteſt pœnitentia.

7 Sed non de peccato, vt eſt futurum, aut poſſibile, vel alienum, nec de originali: in quo tamen complacere non debet.

PEccatum eſt materia remota ſa-
cramenti, & virtutis pœnitẽtiæ,
ſupra cap. 9. non quod amet pecca-
tum, ſed quia illud intendat deſtrue
a re. [a] ſic panis eſt materia euchari-
ſtiæ, cuius tamen ſubſtantia per cõ-
ſecrationem expellitur, & conuer-
ſa deſinit eſſe, miſeria proximi eſt
materia remota miſericordiæ, re-
motio vero miſeriæ, ſeu ſubleuatio,
eſt materia proxima. in peccato tria
b conſiderantur. [b] 1. culpa, ut eſt ini
micitia, & iniuria Dei. 2. reatus pœ
næ, ob quem homo quamuis de-
cedat in gratia, non admittitur in
gloriam. 3. quæ inclinant ad pecca-
tum, ut fomes, habitus vitioſus,
& occaſiones proximæ: quę tamen
non retardant à conſecutione glo-
riæ. hæc omnia per pœnitentiam
perfectam tolluntur aut impediun-
tur à malo.

2 Materia proxima pœnitentiæ,
& prima pars materialis ſacramẽti
c dicitur contritio: [c] quæ includit do
lorem voluntatis, id eſt formalem
d triſtitiam quæ eſt actio vitalis, [d] &
prouenit ex conſideratione proprii
mali præſentis coniuncti, id eſt pec-
cati voluntarii: quod homo ea pœ-
na de ſe inuoluntaria, ſed ſponte aſ-
ſumpta intendit deſtruere. ſic. n. ze-
lo, & affectione iuſtitię cõpenſat in
choatiue, & imperfecte iniuriã: &
ea reſtitutione, ſeu redintegratione
aliquo modo tollit inæqualitatem

t ritate: nempe habituali, ut dicetur cap. 21. [t] vt ſingulariter ait D. Thom. 2. 2. quæſtio. 26. artic. 13. ad 3. ſi Deus non eſſet bonum meum, non eſſet amabilis mihi etiam ex caritate: quia iuxta Ariſtot. 9. Ethicor. amabile bonum vnicuique aut proprium. ſed differt ab amore concupiſcentiæ, & ſpe, qua diligo Deum mihi, ita vt bonum propriũ, ſit ratio formalis ſic diligendi. ſed reſpectu caritatis ly proprium, eſt tantum conditio, & diſpoſitio quæ requiritur
u ex parte ſubiecti. [u] Alexand. 3. p. quæſtio. 54. memb. 1. articu. 2. & plane Bonauent. diſtinct. 14. in 1. part. articulo 1. quæſtio. prima, & tertia fin. (quem tamen quidam male explicant, ut Cano relect. p. 2. poſt concluſ. 2. ante ſolut. argument.) & in hanc ſententiam ſunt trahendi Scot. Gabr. Baſſol. Ocam, dicẽtes, quod offenſor cõpenſationem pœnitẽtię facit pro malo culpæ, quia punitur in vindictam iniuriæ Deo illatæ. pœnitentia eſt quidem medicina ipſius peccatoris infirmi, ut ait Chryſoſtom. ad popul. homilia 5. 6. & 7. ſed punitio redundat in honorem Dei offenſi. ſic ex lege talionis punitio (vt oculum pro oculo) eſt ſatisfactio. & honoratio alterius læſi. & ob hoc D. Thomas, 2. 2. quæſt. 87. articulo primo, ait cõpenſationem fieri in eo, quod qui inſurrexit contra alium, detrimentum patiatur. verum eſt tamen quod Scotus & Nominales, dum putant trãſeunte actu peccati manere ſolum reatum pœnæ: loquuntur diminute. cum maneat ſimul iniuria Dei, auerſio
x habitualis, & macula. [x] bene Cano ſupra. Ledeſma. 1. par. quæſtio. 32. articu. 1. dub. ſecundo. Petrus Soto, de pœnitentia. lect. 3. vbi bene diſtinguit duplicem reatum, nempe culpæ, & pœnæ, & D. Thomas. 3. par. quæſtio. 85. 1. ad tertium, & 1. 2. quæſtio. 87. & diſtinctio. 14. quæſt. 1. 2. 3. nam reatus culpæ, (id eſt ipſa dignitatis pœnæ. iuxta id Ariſtot. puniri non eſt malum, ſed dignum eſſe pœna) eſt fundamentum reatus ad pœnam, id eſt obligationis, ut puniatur, quæ eſt à Deo. quare alia ratione remittitur peccatum ſecundum reatum culpæ (de quo 3. par. quæſtio. 86. artic. 1. 2. qui non manet in purgatorio, & interdum nec in via) aliter ſecundum obligationem, ſeu reatum pœnæ: qui ſæpe manet poſt remiſſam culpam, de quo D. Thom. quæſt. 86. 4. & de vtroque agit. artic. 3. vbi Caiet. vtrumque vero remittitur quadam compenſatione per contritionem: ſed diuerſa ratione. quia reatus vt offenſa Dei, cõpenſatur ab homine contritio, ut eſt miniſter, & vindex Dei: ſed peccatum, ut nociuum mihi, expellitur illis actibus, quibus re-
y paratur damnum ſpirituale mihi illatum. [y] Nauar. cap. 1. nu. 11. cum D. Thom. diſtinct 17. quæſtio. 2. 3. 1. ad quartum, ſeu addit. quæſtio. 3. 1. ad quartum. Capreol. diſtinctio. 14. quæſtio. prima, ad argument. Durand. contra 2. concluſ. Sot. diſtinctio. 17. quæſt. 2. artic. 4. ante concluſ. 5. Ledeſm. 2. p. quæſtio. 2. artic. 1. dub. 2. facit Caietan. dum explicat. 1. par. quæſtio. 48. artic. 6. ad 3. quæſt. 49. articu. 3. fin. ſummam peccati malitiam conſiſtere in eo, quod eſt obiectiue contra bonum diuinum, & de ſe ex affectu intendit deſtruere Deum: ut ait Bernard. dum cupit ut Deus, aut peccatum non agnoſcat, aut notum non velit punire: aut volentem nõ poſſe punire. quod eſt contra Dei ſapientiam, iuſtitiam, & potentiam. 2. in peccato eſt quod me priuat Deo, & bono infinito per pœnam dãni, quæ eſt malum proprium. Quod nõ aduertunt Scot. diſtinc. 17. Durand. ibi. quæſtio. 7. dum putant malitiã peccati non eſſe aliud quam eam priuationem, quæ ineſt actui meo, & mihi: & ſic eſt malum proprium: & probant, quia plus deteſtor mendacium meum veniale quam periurium alienũ, quia illud eſt malum proprium. & aiunt peccatum non priuare bono infinito, niſi demeritorie in hoc ſubiecto. At re vera ex affectu odium virtuale Dei (quod eſt in omni peccato mortali) intendit ex inimicitia inferre malum Deo in ſeipſo, ut ait Diuus Thom. 2. 2. quęſtio. 34. & ſub hac ratione oportet deteſtari peccatum per cõtritionem: & non tantum ſub ea ratione formali, vt ma-
z lum proprium. [z] infra capit. 23. B D. Thom. addit. quæſtio. 1. articu. 1. Sot. diſtinctio. 14. quæſtio. 2. 1 fin. diſt. 17. quæſtio. 1. 1. ad fin. Paludan. diſtinc. 17. quæſt. 1. & vltima. Caietan. tom. 2. opuſc. 4. de contr. quæſt. 1. ſentit Scot. diſtinct. 14. quæſtio. 1. artic. 3. fin. Nauarr cap. 1. nume. 2. Bellarm. lib. 2. de pœnitentia, capit. 5. colum. 3. contra Adrian. de
a pœnitentia. quæſtio. 1. [a] [b] dicetur infra cap. 23. [c] Trident. ſeſ-
b ſio. 6. capit. 7. & cano. 11. & dictum eſt. ſupra. §. 7. Q. [d] Trident.
c ſeſſio. 6. cap. 6. & 14. ſeſſio. 14. cap. 4. Conc. Florent. ut conſtat ex
d Iocl. 2. Eſai. 55. Ierem. 3. 18. 31. Ezechiel. cap. 18. & 33. Roffenſ. artic. 4. 5. & 6. Taper. artic. 4. Veg. lib. 13. cap. 17. & ſequent. Ledeſm. quæſt. 32. artic. 1. dubio primo. Petrus Soto. lect. 4. & ſeq. communis DD. diſtinct. 14. & 17.

CAPVT XX.

a DIuus [a] Thom. 3. p. quæſt. 84. 2. [b] D. Thom. 1. 2. quæſtio. 71.
b agit de peccato, & 86. de macula, quæſt. 87. de reatu pœnæ.
c quæſt. 85. de praua propenſione fomitis. [c] ſupra cap. 17. Trident. ſeſſ. 14. capit 4. & generaliter D. Thom. 3. p. quæſtio. 85. 3. materiam proximam virtutis pœnitentiæ eſſe actus humanos, quibus
d fit compenſatio: & iidem actus ſunt materia ſacramenti. [d] communis, & certa ſententia D. Thom. 1. 2. quæſtio. 35. & ſequent. quæſt. 39. art. 4. quomodo dolor appetitus redundet in corpus. &

iniuſtam peccati quoad poteſt, ut cap. 19. & 31. explicamus. quamuis reipſa hæc non ſit ſufficiens ſatisfactio de iuſtitia pro culpa mortali, & pœna æterna, etiam ſecundum partem aliquotam.

3 Quidam patres videntur negare in ratione pœnitentię includi dolorem: [e] ſed loquuntur de illo ſenſibili [f] qui eſt paſſio appetitus proueniens ex ſenſu, & contactu læſiui realiter coniuncti. eſt tamen quidam vitalis dolor in volūtate, [g] qui eſt de ratione pœnitentiæ: [h] qualem ex igne coniuncto patiuntur dœmones, & animæ damnatorum, ac purgatorij: nec enim impoſſibile eſt, ut ignis tāquam diuinæ iuſtitiæ, & vindictę inſtrumentū moueat intellectum, & neceſſitet volūtatem ad actum doloris, [i] & ſummæ triſtitiæ: ut deuota euchariſtiæ ſuſceptio eſt diuinæ miſericordiæ inſtrumentum quo uoluntas, ſalua libertate, inclinatur à ſuauem Dei dilectionem. [k] hæc contritio pœnitentiæ includit triplex propoſitum, & differt ab attritione, ut dicetur cap. 24. & 25.

4 Pœnitentiæ virtus per contritionem reſpicit primo, & directe peccatum, ut eſt inimicitia, & iniuria Dei, ut eam deſtruat, nec ſolum reſpicit formalem malitiam actus, ſiue ſit priuatio ſiue morale poſitiuum contrariū rationi, & legi Dei, ſed deteſtatur etiam ipſum actum materialem [l] ratione malitiæ, & deformitatis coniunctę: præſertim quādo eſt intrinſecè malus. [m] 2. intendit pęnitentia deſtruere malum pœnæ quod eſt effectus peccati per ſatisfactionem viæ, aut purgatorij, aut per hoc quod ſibi applicetur ſatisfactio aliena, aut indulgētia. 3. intendit reprimere fomitem, & deſtruere habitus vitioſos, & occaſiones peccati, quia habet propoſitum firmum emendationis, & vitandi omne peccatum mortale, ſed de pœnalitatibus, ut eſt hominem morti, & morbis obnoxium eſſe, non eſt propriè pœnitētia, [n] nec per illam tolluntur in præſenti vita.

5 Pro peccato veniali non eſt neceſſarium ſacramentum, nec pœnitentiæ virtus, ſup. cap. 15. quia non eſt contra caritatem, neque proprie eſt iniuria Dei. [o] & certe non eſt infinita offenſa, nec dignum per ſe æterna pœna. quare iuſtus alijs remedijs ſine ſacramento, & formali cōtritione compenſat pro culpa veniali, & pœna temporali, idque fit etiam per actus alterius ſibi applicatos. eſt tamen veniale ſufficiens materia abſolutionis ſacramentalis, & materia non tantum caritatis, cuius feruorem, & progreſſum impedit, & cuius actu feruenti tollitur, ſed virtutis pœnitentiæ, [p] & cuiuſdam iuſtitiæ. venialis enim culpa eſt proprie compenſabilis, & digna odio, & pœnitentia, & aliqualis offenſio Dei, & cum quadam animæ macula: ut mendacium iocoſum eſt cōtra quandam Dei legē, & contra virtutem veracitatis, & tam intrinſecè malum eſt, ut Deus mendacij cauſa eſſe non poſſit. & pro quotidianis venialibus oramus: dimitte nobis debita noſtra. [q] qui ergo ſola venialia confitetur, vere, & ſimpliciter abſoluitur à peccatis.

6 De peccato etiam remiſſo, ut poteſt fieri noua confeſſio, & abſo-

generaliter omnis actus vitalis conſiſtit in actione, non in paſſione. quare Ariſtot. 3. Ethicor. cap. 12. & 3. de anima cap. 7. tex. 29. dolorem numerat inter actus vitales. Auguſt. 14. ciuit cap. 5. & 6. Caietant. cum D. Thom. 1 p. quæſt. 64. 3. ad primum. Gregor. 1. diſtin. 1 quæſt. 2. in quo falluntur qui putant dolorem appetitus, vel voluntatis eſſe paſſionem tantum, vt Scot. d. 14. q. 1. 2. Gabriel. quæſtio. 1. art. 1. not. 1. & diſt. 16. q. 1. artic. 1. not. 3. Caietan. to. 1. tract. 4. de contritione. q. 1. ad princip. Ledeſ. 1. p. quæſt. 32. art. 1. Nauar præelud. vlt. nume. 1. & cap 1. à princip. vſque ad nume. 6. [e] inf. cap. 25. quod tenet Soto. d. 17. quæſt. 2. artic 1. Ledeſm. 1. p. q 32. artic. 1. dub. 2. & 3. & quidam Recent. Vega lib. 13. cap. 24. 25 lib. 14. cap. 5. 18. Bellar. lib. 2. de pœnitentia. cap. 4. ſententię Scot. diſt. 14. q. 1. artic. 3. Caiet. to. 1. opuſc. 4. q. 1. Nauar. cap. 1. num. 5 fauet Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. vbi contritionem vocat deteſtationē, & odium peccati: dū vero Cōcilium, & alij Patres pœnitentiam vocant dolorē: exponunt cauſaliter, quia communiter ex contritione ſequitur dolor, & triſtitia volūtatis in ſubiecto capaci, ut ait Soto. d. 18. q. 3. artic. 2. & 3. Ledeſ. 2. p. q. 2. art. 2. Cano. relect. de pœnitent. quę ſententia verā tam vera ſit quam eſt probabilis. [f] ita quidam ſunt interpretādi. ſed alij plane explicārt nō requirere dolorem voluntatis, ut Sot. Ledeſ. Victor. Mant. Vega. Nauar. cap. 1. nume. 5. [g] fatetur omnes Philoſoph. & Theolog. de quo Caietan. 12. q. 46 dolorem voluntatis nihil aliud eſſe quam triſtitiam ex malo coniuncto. quam quidam ſupra cit. D. falſo negant eſſe actum vitalem. [h] vt plane colligitur ex Patribus. quia pœnitere eſt pœnam tenere, ut aiunt D. Gregor. Ambr. Bernard. & alij Patres. Auguſt. de vera, & falſa pœnitentia cap. 8. eſt quædam dolentis vindicta, D. Thom q. 84. 5. ad 1. q. 85. 1. ad 3. & communis cum Magiſt d. 17. Durand. q. 13. Capreol. q. 1. Paludan. q. 1. & vlt. Gabr Syluelt. & Summiſt. verb. contritio. Med. tract. 2. de confeſſ q. 22 28. 51. Pigh. controu. 9. Viguer. cap. 16. §. 4 princ. Cano. relect. de pœnit. 1. p. Catech. Pij V. Patres in id 2. Corinth. 7. triſtitia quæ ſecundum Deum eſt pœnitentiam operatur. ſic dolorē vocat Conc. Florent. & Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. can. 3. 8. ſeſſ. 14. c. 4. & ſui oblitus Soto d. 18. ſup. d. 17. q. 2 artic. 1. & art. 4. concl. 1. quamuis d. 14. q. 2. 1. fin. explicat dici dolorem ab effectu. ſic loquitur Ledeſ. 2. p. q. 2. art. 2. nam per pœnam inuoluntariam, ſeu dolorem ſponte aſſumptum, vindicat homo in ſe offenſam Dei, quæ fuit cū delectatione voluntaria. quare D. Tho. q. 85. artic. 2. ad primum, & 1. 2. q. 113. artic. 5. ad 1. diſplicentiam, & odium peccati negat eſſe actum pœnitentiæ, ſed caritatis: quia cōtrariorum eadem eſt virtus, & vt caritas diligit bonum diuinum ex amicitia, ita diſplicet de offenſa, & inimicitia, ut Deum amicum ſibi gratis reconciliet. dolor autem in finem compenſandi iniuriam pertinet ad pœnitentiam, & quandam iuſtitiam. quare in beatis non eſt contritio. infra. [i] D. Thom. add. quæſt. 70. artic. 3. q. 86. 3. quodlib. 7. artic. 11. & ideo ignis inferni vocatur à Damaſc. lib. 4. ſpiritualis. quia agit in ſpiritum, ut Dei inſtrumentum, & Gregor. 15. mor. cap. 15. Auguſt. 12. in Geneſ. vt exponit D. Thom. add. quæſt. 95. 5. ad primum. Sixtus lib. 5. biblioth. capit. 40. 141. ſic virtus productiua gratię. quæ eſt in ſacramētis, ab effectu dicitur ſpiritualis. D. Thom. 3. p. quæſtione 62. 4. ad primum, & tertium. [k] infra de euchariſt. capit. 35. D. Thom. 3. p. quæſtio. 79. 1. & ſic euchariſt. quam Chriſtus in Cœna ſumpſit nō fuit cauſa habitus, ſed huius refectionis ſpiritualis. quæſt. 81. 1. ad 3. [l] D. Tho. d. 17. quæſtio. 2. 1. 2. ad 1. Vega lib. 13. ca. 25. propoſit. 9. quia ex materiali, & formali volūtario reſultat vnū peccatū, quod habet ſpeciem moralē, ut fatetur Caietan. & Frat. Med. 1. 2. q. 71. artic. 6. & quæſtio. 79. 1. quare Vega carpit dicentem quod ſi quis in vindictam occidit, poteſt vera contritione dolere de peccato ſecundum formale, vt eſt offenſa Dei: licet complaceat de ipſo actu vindictæ. [m] at qui ex ignorantia comedit perdicem in die ieiunij, poteſt ob bonum finem de actu ſic excuſato complacere. Vega. Cordu. lib. 2. quæſt. vlt. fin. Nauar. cap. 16. nume. 7. cum Anton. Caietan. lib. 17. qq. quęſtio. 16. & verb. pollutio. & 22. quęſtio. 154. 5. Syluest. pollutio. Arm. §. 3. Frat. Alexand. ſum. lib. 2. tit. 3. c. 3. cum Alex. 2. p. & quidam Recent. dicunt licitum complacere de præterita pollutione, ut fuit alleuiatiua naturæ per ſolam viam naturalem in ſomnis, per quam natura ſe exonerauit excrementis ſuperfluis, & nociuis. At addit falſo Nauar. ſimiliter licitum cupere, vt ſibi dormienti cōtingat pollutio. cuius oppoſitum Soto. diſt. 12. quæſt. 1. artic. 7. Ledeſm. 1. p. q. 21. artic. 7. Paludan. Adrian. quodlib. 10. artic. 2. Turrecrem. cap. ſed penſandum. 6. diſtinct. & omnes Recent. Theolog. quia reſpectu futuri eſt velle totum, nempe effectum, & ſimul cauſam. cum tamen ideo excuſetur à cauſa, quia non eſt volita, & ſibi voluntaria. [n] D. Thom. quæſtio. 84. ſecundo ad ſecundum, diſtinct. 17. quæſtio. 2. 2. 1. capit. & ad primum. [o] D. Thom. 1. 2. quæſtio. 88. ad primum, quia non eſt contra caritatem, neque contra finem legiſlatoris: eo quòd veniale non auertit hominem à fine vltimo. [p] Auguſt. homil. 50. cap. 2. & homil. 27. ex 50. diſtinguit triplicem, pœnitentiam. idem ſupponit D. Thomas, quæſtio. 87. 4. & Doctor. cum Magiſt. diſt. 16. cap. vltim. de quo D. Thom. explicat gloſſ. interlin. in Rom. 4. cui Deus non imputauit peccatum: nempe etiam veniale. & ſic per baptiſmum, & extremam vnctionem remittuntur etiam venialia: & qui confitetur ſolum venialia, abſoluitur ſimpliciter à peccatis. vide Bellarmin. libro 3. de pœnitentia. cap. 4. probat id (Matth. 1. ſaluum faciet à peccatis. capit. 9. dimitte tibi peccata. quod etiam habetur Luc. 7. & in oratione Dominica Lucæ. 11. dimitte nobis peccata noſtra. Ioan. 1. qui tollis peccata. Act. 26. ablue peccata. Dan. 4. peccata tua eleemoſynis redime) intelligi etiā de venialib. [q] Cypr. & Ambr. dum explicant id, dimitte nobis debita noſtra, &

Conc.

lutio ita nouus actus virtutis pœnitentiæ: quia cum homini non dimittatur propter ſeipſum, ſed propter Chriſtum; poteſt conari, ut ipſe actus nouo titulo, & iteratis actibus ex ſeipſo ſatisfaciat quoad po-
t teſt. [a] idque expedit, quia homini non eſt certa fide notum remiſſum ſibi eſſe peccatum mortale.

7 Peccatum, ut futurum, aut poſſibile non eſt materia pœnitentiæ. ea enim vox ſignificat deteſtationẽ facti præteriti, aut omiſſionis: & tamen ſub ſigillo cadit peccatum præteritũ de quo pœnitens fatetur adhuc habere propoſitum in futurũ, inf. lib. 3. de pœnit. cap. 19. tenetur tamen qui vult abſolui, habere præſens propoſitum vitandi peccata in futurum: inf. cap. 24. & poteſt cõſiderata malitia peccati, quod ſcit, aut timet ſe facturum in generali, dete-
ſ ſtari: vt, ſine virtute, pœnitentia [ſ] deteſtatur peccata aliorum, pro quibus non tenetur habere intentionẽ ſatisfaciendi: id quod pertinet ad dilectionem Dei, & proximi potius quam ad pœnitẽtiam, aut debitum iuſtitiæ. de peccato originali, quod eſt proprium vnicuique noſtrum; non tenetur homo habere formalẽ
t actum pœnitentiæ: [t] quia non propriæ perſonæ, ſed alienæ Adami voluntate cõtrahitur, & ineſt per modum habitus. ſed quia includit auerſionem, & veram rationem culpæ, nos enim peccauimus in Adam, cuius libertas, & voluntarium, quia erat caput totius naturę, imputatur nobis tanquã membris, quæ Adam ipſa actione vitiatæ naturæ, id eſt, generatione mouet: poteſt homo illam culpam deteſtari per pœnitentiam, quaſi in nobis participetur inimicitia, & iniuria quã Adam intulit Deo: nec licet complacere in illa. ſed ad remiſſionem peccati origi-
u nalis contentus eſt Deus in adultis ſola conuerſione caritatis, [u] cum voto baptiſmi, ſine formali pœnitentia: aut eum applicatione meritorum Chriſti per baptiſmũ quem puer, uel adultus ſponte ſuſcipit.

CAPVT XXI.

Qui actus præcedant communiter contritionem, & de obiecto materiali.

§. 2. Oportet fide proponi obiectũ ſupernaturale. & quomodo fides dicatur iuſtificare.
3 *De actu ſpei, & fiducia.*
4 *Præcedunt communiter attritiones ſupernaturales.*
5 *De multiplici propoſito.*
6 *Contritio non eſt actus naturalis ſecundum ſubſtantiam.*
7 *Prædicti actus non ſemper cõcurrunt formaliter.*

VT ante formæ introductionẽ, & diſpoſitionẽ illius vltimam,
a præcedunt imperfectæ quędam diſpoſitiones: ita ante contritionem, quæ eſt vltima, & perfecta diſpoſitio primæ gratiæ, præcedũt quidam
a actus. [a] 1. propoſitio obiecti ſupernaturalis, & fides infuſa de illo. 2. fiducia, ſeu ſpes in Dei miſericordiã.
b 3. incuſſio timoris. 4. dilectio Dei, [b] ex qua procedit contritio, quæ eſt ſupernaturalis quoad ſubſtantiam actus. Nec enim impium adultum Deus de lege poteſt iuſtificare abſque proprio hominis actu, & quadam pœnitentia, qua voluntas eius auerſa, & curua rectificetur. ſed de potentia abſoluta non implicat contradictionem, ut ſicut attritum, qui tamẽ adhuc manet ſimpliciter auerſus à Deo, & conuerſus ad creaturam, Deus per receptionem ſacra-
c menti iuſtificat, infundẽs habitus: [c] ita poſſet contentus eſſe ſola attritione naturali, aut ceſſatione à peccatis, & illum ſola externa ſacramẽti receptione, aut ſine ſacramento
d iuſtificare gratis. [d] non quod peccator qui fuit gratia priuatus denominetur iuſtus extrinſecè, quia Deus
e non imputet peccatũ ad pęnã: [e] ſed quia de facto per habitum, (& poſſet per ſolos actus, aut per rectitudinem quãdam cum auxiliis datam) iuſtificat, & acceptat ad gloriam.

2 Vt homo impius, conuertatur in Deum, & iuſtificetur, oportet ex peculiari Dei prouidentia per externam prædicationem, aut internam proponi ſibi opportune obiectũ ſupernaturale, & gratia excitante moueri intellectum eius, & piã volun-
f tatis affectionem, [f] vt ſponte credat: quod ſola vi naturę homo non poſſet: poteſt vero per amicos, & p Dei paratum oblatumq; auxilium
g ſi eo vtatur, credere, ſi vult. [g] & præter obiectum rite propoſitũ requiritur, vt actus fidei procedat ex habitu infuſo, uel auxilio superna-
h turali: [h] oporteťque fidem eſſe explicitã de aliquo obiecto ſuperna-

t Conc. Mileuit. cap. 8. [t] vt eadem peccata poſſunt iterùm, atque iterum abſolui nouo titulo. ſup. cap. 12. At creditori cui ſemel ſolui pecuniam debitam, ſi iterum ſponte ſoluam: non eſt iam actus iuſtitiæ, & compenſationis: quia ceſſat tota ratio debiti. de B. Virgine certum eſt, quod non habuit actum pœnitentiæ, nec vnquam confeſſa eſt etiam ſub conditione, & ſcrupulo: ut
ſ quidã fingunt. [ſ] D. Thom. quæſt. 84. 2. ad 3. addit. quæſt. 2. artic. 5. diſtinct. 17. quæſt. 2. 1. 1. ibi Soto, quæſt. 1. artic. 2. Med. tract. 1. de pœnitent. quæſt. 3. colligitur ex Augu. de vera, & falſa pœnit. capit. 8. pœnitentia eſt de male vſa libertate. ſupra capit. 19.
t §. 9. V. [t] D. Thom. quæſtio. 84. 2. ad 3. add. quæſt. 2. art. 2. diſtinct. 17. q. 2. 2. 2. Richard. diſtinc. 16. artic. 4. q. 1. ad 2. Bonauent. artic. 1. q. 1. & diſt. 4. artic. 1. q. 1. Soto. d. 14. quæſt. 1. artic. 2. d. 17. q. 2. 2. Ledeſma. 1. p. q. 25.
u artic. 1. dub. 3. [u] D. Thom. dicta q. 84. & diſtinc. 17. Soto, Ledeſma, ſupra.

CAP. XXI.

a COncil. [a] Trid. ſeſſ. 6. cap. 51. & ſeq. Roffen. artic. 6. D. Thom. 3. p. q. 85. 5. & 1. 2. q. 113. Bellarm. lib. 2. de pęnit. cap. 27. Soto. d. 14.
b q. 2. artic. 5. [b] ſupra cap. 19. §. 2. L. Trid.
c cap. 6. [c] Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. & can. 11. per quos habitus voluntas hominis, quæ erat realiter auerſa, & detorta, rectificatur cum vera ſui mutatione: & tollitur priuatio rei debitæ in eſſe. ſicut tenebræ tollũtur per
d lucem. [d] fatetur Ledeſm. 1. p. q. 27. art. 2. Scot. diſt. 14. q. 1. § ex his ad ſolutionem. Gabr. q. 1. art. 2. concl. 1. & in 2. d. 38. cum Occam. & Nominal. Med. tracta. 1. q. 7. Fr. Med. 1. 2. q. 113. art. 3. ad 2 cum Caiet. q. 112. 2. Durand. 4. diſt. 1. q. 7. Vega li. 6. ca. 5. Recent. Peña, Soto maior. quia non eſt ratio quæ ſatis probet implicationem contradictionis. quamuis Caietan. 1. 2. q. 86. 5. q. 113. 2. & 3. p. q. 86. 2. vbi fauet D Thom. & Soto. d. 15. q. 1. artic. 2. q. 2. artic. 1. aiunt implicare, quòd Deus ſine pœnitentia, &
e iuſtitia infuſa remittat peccata. [e] D. Tho. 1. 2. q. 110. 1. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. can. 10. 11. Tolet. 1. Leo. epiſt. 91. ad Toril. Conc. Brachar. 1. can. 5. Taper. artic. 8. contra Recent. hæret. & Vega lib. 7. cap. 4. 5.

21. 27. lib. 15. cap. 2. Torren. 2. confeſſ. cap. 5. §. 13. & ſeq. ex Aug. de ſpiritu, & lit. cap. 22. lib. 14. trin. c. 12. Horantes. 1. de loc. c. 59. Sonnius lib. 7. demonſtr. relig. Chriſtian. tracta. 2. cap. 9. Auila in Audi filia. cap. 89. Sot. 2. de nat. & grat. cap. 19. 20. Fr. Med. 1. 2. q. 113. 2. dub. 1. concl. 2. Tiletan. apol. pro Trid. & alios in generali citat Mich. Medin. libro 1. de recta in Deum fide capit. 4. Hoſi. inſtit. c. 71. cũ Cypr. lib. 3. epiſt. 8. Cyrill. 22. theſaur. cap. 3. & 5. optime Diony. cap. 1. eccleſ. hierar. Baſil. Hiero. At de potentia Dei poſſet Deus ſine habitib. iuſtificare, & diligere ſupernaturaliter pręſeruando cum auxiliis eum a peccat. Sot. 2. nat. & gratia. c. 17. 18. d. 1. q. 3. 1. ratione. 6. d. 15. q. 2. 2. Fr. Med. 1. 2. q. 110. 1. & 4. communis recẽt. Doct. 1. d. 17. Durand. q. 2. Scot. q. 1. artic. 2. Almain. Gregor. q. 1. artic. 2. & d. 14. ar-
f tic. 2. [f] Trid. ſeſſ. 6. can. 3. vocat inſpirationem. Mileuitan. can. 4. requirit auxilium in intellectu, & voluntate. Philip. 2. Deus dat velle. Prou. 16. pręparator volũtas à Domino. quo teſtimonio ſæpe vtitur Auguſt. q. ſi forte. 1. actus quem habet paganus adultus, ſi iudicium ex vi naturali, quo credit ſide humana ea quæ ſunt propoſita probãtur eſſe euidenter credibilia, certe pia affectio voluntatis, ex qua ſtatim mouet intellectum, vt credat, & accipiat fidẽ, eſt ex dono Dei vt ait conc. Arauſic. c. 5. atque ita initiũ iuſtificationis nõ eſt ex nobis. ſed fruſtra. Suar. 3. p. q. 7. art. 3. ponit et in Chriſto habitũ pię affectionis ad credẽdum. cũ ſatis ſit fides quæ intellectũ diſponit in ordine ad volunta-
g tem. [g] Trid ſeſſ. 6. c. 6. D. Thom. 1. 2. q. 109. 4. 2. & tamen ſi ſponte claudat oculos impedit liberè illuminationem, & inſpirationẽ Dei. D. Thom. 3. cont. gent. c. 159. quod ſi impedimentũ hominis Deus efficaci auxilio tollere poſſet, ſed nõ ſemper vult. D. Tho. verit. q. 14. art. 11. Taper. art. 7.
h [h] Trid ſeſſ. 6. c. 6. D. Th. 1. 2. q. 112. 3. q. 113. 4. & 3 p. q. 85. 5. Bonau. 3 d. 25. art. 1. q. 2. Bellarm. lib. 1. de pœnit. c. 2. lib. 2. cap. 3. Rom. 2. iuſtus ex fide viuit. Hebr. 11. ſine fide. Conc. Mileuit. c. 4. Arauſic. c. 7. Auguſt. de vera, & falſa pœnit. cap 1. lib. 1. retract. c. 23, Roffen. art. 6. & 7. & 10.

turali: oppoſitum enim dicere ſapit hæreſim Pelagij. non quidem oportet, vt homo certo credat vel fidat ſibi remitti peccata: nec fides qua apprehendat iuſtitiam Chriſti ſibi applicari, quaſi ſola extrinſeca Chriſti iuſtitia denominetur iuſtus: [i] ſed credere debet Deum glorificatorem remuneratione ſupernaturali, [k] in quo implicite includitur fides de Chriſto mediatore. neceſſe etiam eſt fidem explicitam eſſe de Chriſto tanquam de obiecto, ſi modo homo eam habere poſſit. [l] porro fides dicitur iuſtificare: non quod ſola ſufficiat [m] nec quaſi primas partes habeat, [n] ſed quia eſt initium & fundamentum iuſtitiæ, [o] & quia oſtendit viam ſalutis: [p] & tamen fides non eſt pars pœnitentiæ. [q] & quidam falſo putant ſemper neceſſariam eſſe fidem de peccato, vt eſt offenſa Dei: [r] & vt præcedat contritionem cogitatio de ſingulis peccatis ſaltem in ſpecie. [ſ]

3 Communiter concurrit actus ſpei & fiduciæ. [t] & requiritur formalis actus, ſi aliàs nunquam habuit formalem: [u] quia non dicitur virtualis ſpes, niſi aliquando præceſſerit actus formalis illius. ſed ſi quãdo illum actum habuit, ſatis eſt virtualis ſpes, in puncto iuſtificationis. [x] qui enim credit retributionẽ ſupernaturalem & remiſſionẽ peccatorum, excitatur ſpe vt concupiſcat ad bonum arduum, [y] & velit proſequi media quamuis difficilia ad conſequendam remiſſionẽ peccati, & beatitudinem firmo & roborato animo.

4 Communiter ante pœnitentiã qui meminit peccati & pœnæ ęternæ ſibi debitę, concutitur attritione ſupernaturali, quæ eſt donum Dei: [z] & timore vtili, [a] quem ſeruilem vocant ex parte ſubiecti, vt fugiat peccatum. hic timor inferni aut moralis turpitudinis quæ eſt in peccato, [b] aut infamiæ etiam temporalis, [c] aut alterius damni & flagelli, quando incuſſus eſt à Deo: per auxilium vt fuit Niniuitis, [d] nõ excludit quin cohibeatur ſimul interior effectus ab omni peccato, & actus feratur in Deum propter ſeipſum: ſed eſt motiuũ ſine quo homo tepidus forte nõ excitatur ad fugiẽdum deteſtandũque peccatum. ſæpe hunc actũ comitatur timor filialis de culpa & offenſa Dei. [e] tandem cõiter præcedit contritionem proxime dilectio Dei. [f] quia via intẽtionis prius natura homo ordinate volens vult finem, & accedit in terminum ad quem, quàm eligat media, & recedat à termino à quo. ſic enim Magdalenæ Lucę 7. dimiſſa ſunt ei peccata per pœnitentiam, quoniam

tractans Sot.d.1.q.3.art.1.& in fi. totius. quarti.& diſt.5.quæſt.1. artic.2. dicit id eſſe aſſertũ neceſſarium. Cano rele.de pœnit. p.2. oppoſit.ſapere hæreſim.& rel.de ſacr.Cord.lib.1.q.2.p.32.& li.4. q.3.Mich.Med.lib.1.de recta in Deum fide. c.7. & lib.4. & 8 Ledeſ.1.par.q.26.art.3. dub.3.& art.4. dub.2. & correxit Sot. lib.2. de nat.& grat.c.11. in quo errant Victor. rele. de inſtan. vſus rationis. Veg. lib.6.cap.15.20.22. 28. innuit. lib.13.c. 25.26.34. Cord.li. 1.quæſt.2.p.31.lib. 2. q.5. videtur Taper. artic.7. & olim Sot. [i] omnes ſupra cita. & Cano dicit oppoſitum, ſapere hæreſim. quod in Acad.Hiſp.Salm & Complut.& alijs reputatur certum. [k] Triden. ſeſſ.6.ca.8. can.9.12.13.14. de quo Hebr.11.accedentem ad Deum oportet credere qa eſt, & quia remunerator eſt. D.Thom. 2.2.quæſtio.113.4. ad tertiũ. Soto, maxime diſt.5.ar.2. & licet fides de Chriſto mediatore ſit de præcepto diuino (neceſſaria Triden.c.6. Augu.18.ciu.c.46. Sco.Dur. Gabr. 3. diſt.25.) ei tamen qui inuincibiliter ignorat myſterium incarnationis, ſatis erit ad iuſtificationem fides implicita Chriſti, quæ cõtinet ſub actu quo credit remuneratorem. Sot.ſup.D.Thom. 2.2.q.2.art.7.c.3.& 3. diſtin.25. Hug.lib.3.tract.1.a.3.Cano. & omnes recent.& expreſſe Aug.19. contra Fauſt.cap.14.licet Hoſius inſt.cap.2.fi. Latom. libr. de fid.& operib. Pigh.contr.2.loquuntur diminute [l] Trid.c.7. can.10.11.Cano.& videtur eſſe mediũ neceſſarium ei qui ante mortem poteſt habere. [m] Trid.cap.7.8.can.10.11.nec vnquam in ſcriptura reperitur ſolam fidem ſufficere. vt aduertit Vega.opuſc.de iuſtif.q.2.& ſeq. Bellar.lib.1.de purgatorio.c.8 dum vero apud Patres reperitur. ſunt interpretandi, vt in Rum.2. Amb.& in Rum.3. Ambr. Orig.Chryſoſt. Aug.in Pſal 88. Hilar. in Matt.can.8.Bern. ſermo.22. Cant.epiſto.77. Martin.PP. Bull.contra Vuicleph. [n] vt contra Luther.probat Hoſius lib.3. cont. Brent. & ſup. Latom.& Pigh.ſupra Smyngheus lib.de iuſtif. Sot. 2.de na.& grat.cap.5.11. Veg.lib.6.c.14.& opuſ.q.2. Taper.ar.9. Caſtr.in add. verb. fides & opera. Roffen.ar.1. [o] Trid.ſeſſ.6.ca.8.ſic.Ephe.2.gratia ſaluati eſtis per fidem.& Epheſ.3.quare ly ſola, non excludit alios actus requiſitos. Tridenti can.9. Aug.q.76.ex 83.Clemen.Alexand.2.Strom. Greg.Nyſſe.hom.2.de Symb.Cyril. catech.5. Bellar.1.de purgatorio c.8.ad 5.lib.2. ſacram. c.4. ad fin. fides aut ſacram. iuſtificat, quamuis eſt ex parte intellectus: niſi aliunde ex voluntate ſit impedimentum. vt cum dicimus ex hoc ſemine naſcitur arbor: intelligitur ſi non deſit calor ſolis, humor aquę, & alia beneficia communia quæ omnibus offeruntur. [p] vt medicus dicit infirmo, hæc epiſtola ſanabit te, nempe in qua oſtenduntur medicinæ & remedia, ſi illa ſerues. [q] Pius V. catech. ti.de pœnit. Triden.ſeſſ.6.c.6 & probat Bellar.lib.1.de pœnitencia.c.19.concl.2. quia iuxta Patres illæ ſolum dicuntur partes pœnitentiæ quæ manant à virtute pœnitentiæ. contra hæret. quos affert. c.6. col.4. ſed fides eſt fundamentum ante omnem actum pœnitentiæ. [r] Soto.diſt.5.art.2.at in ignorante & oblito peccato, ſatis eſt dilectio Dei, quamuis non aduertat peccatum. [ſ] quod refutatur infra c.28. [t] Matth.9. confide fili remittuntur. 1.Ioan.3. qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe. Rom.8. ſpe ſalui facti ſumus. Pſal.36. liberauit eos quia ſperauerunt in eo. Pſal.90. Prouerb.28. Eccleſi.vlt. Triden.ſeſſ.6.c.6. Aug. de catech.rud.ca.4.ſerm.32.de verb.apoſt. Amb.de pœniten.ca.1. Hiero.in Epheſ.3.in quo habemus fiduciam per fidem. [u] Soto.2. de natu.& grat.ca.11.vid. Diuum Thom.1.2.quæſt.62.articu.4. [x] Veg.lib.6.in Trid.c.2. & ſimiliter ſe explicat quod in puncto iuſtificationis illum qui prius habuit actum formalem fidei, non oportet habere nouum actum fidei.lib.6.ca.7.& 13.Catharin. Cor dub.lib.1. quæſtio. 2. & tamen omnino tunc aut prius requiritur actus fidei. dicit Veg.ca.3. 12. 15. & de iuſtif. quæſt.9. at reuera requiritur in puncto iuſtificationis ſi adultus extrà ſacramentum iuſtificetur cum proprijs actibus. [y] ſupra c. 19.§.1. G. [z] Trid. ſeſſ.6.c.6.& clarius ſeſſ.14.ca.4. eſſe ex gratia excitante, & donum Dei, de qua 2.Corinth.7. triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, & ſeſſ.6. can.8. quod ſumitur ab Augu. tract. 9.in 1.epiſto. Ioan. ſicut. ſeta introducit filum, ita timor caritatem, & hom. vlt. ca.50. probat ex Pſal 49. arguam te: ſic Baptiſta Mat. 3. orditur prædicationem à metu, qs demõſtrabit vobis. Matth. 10. timete eum. Prou. 1. per timorem domini declinat omnis homo à peccato. Eccleſ. 1. timor domini expellit peccatum, & initium Sap. timor domini. gloſ. in id Roma.8. non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis. vbi Hieron.& Auguſt.Baſil.in Pſal.33.Hieronym. in Eſai.26.à timore tuo concepimus. Auguſt.1.ad Simplic.quæſtio.2.Richar.de Sancto Victor.in Beniamin minore. ca.8.& 9.c.ſicut ſeta.de pœniten. diſt.3.Caſſian.collat.3.c.4.collat.11.cap.6.quem falſo Luther.pro ſe citat. Adrian. quodlib.4.quæſtio.2. Bellarm. lib.1.de pœniten. c.19.prop.1.ait quod falſo Luther.terrores animi computat inter partes pœnitentiæ: cum ſit aliquid prius. Alexan. 4.parte quæſt. 74.m.1.Bon.diſtin.14.artic.2.quæſt.2.fin Diuus Thom. 3.parte quæſtio.85.5.argu.3.cum ſolut.& 22.quæſtio.19. articu.4.Taper. artic.3.& 4. Cano. relec.par.3.agnoſcit quandam attritionem eſſe ſupernaturalem ex dono Dei.Sot.diſtin.14.quæſt.2.artic.5. [a] Triden.ſeſſ.6.c.6.& can.8.Roffen.artic.6.Taper.artic.3. Bellar. ſupra D.Thom. 22.quæſt.19.4.Auguſt.de fi.& oper.ca.1.de vera & falſa pœnit.cap.8.de catech.rud.c.5. Cypr.ſermo.de lapſis. & tamen quia hic actus non eſt neceſſarius, nec ſemper adeſt in iuſtificatione. ideo Tridenti.ſeſſ.6.can.3. ſolum numerat fidem, ſpem, caritatem & pœnitentiam, Vega. lib.6. ca.23. Caſtro, verb.contritio.& timor. Taper.artic.4.Soto.inf. [b] Vtrumque expreſſit Trident. ſeſſ. 14.ca.4.ſatis eſſe cum ſacram.pœnit. [c] hic timor non ſatis eſt ad ſacramenti fructum. Sot. diſtin.14.quæſt.2.5.& 1.de natu. & gratia, ca.19.lib.2.ca.15. Nauar.cap.1.num.11.37.38. & tamen qui ex timore pœnæ facit, ſi hic eſſet tota ratio implendi præceptum, non implet Caſtro, Roffen. articu.6. Vega. lib.6.ca.22. Latom. pro aſſertione Vniuerſit. Louanien. Nauar. cap.11. num.16. timor vero mundanus eſt malus, Diuus Thom. 2.2. quæſtio.19. 3.Vega. libro 6.cap.25.& vituperatur à ſanctis. [d] Trident. ſeſſ.14.cap.quarto ad finem. Soto.diſtin.17. quæſtio.2.5. Cano, par.3. Vega. libro 13. cap.14. ad med. [e] Diuus Thom. 3.parte, quæſtio.85. 5.Bon. diſtinct.14. in ſecunda par.articu.2. quæſtio.2. & hic actus proxime diſponit ad veram pœnitentiam: & in anima Chriſti fuit donum timoris. D.Thom. 3.par. quæſtio.7. articu.6. [f] ſupra cap.19. §.primo.M.ca.2.§.3. A. D.Thom.quæſtio.85.5. & ad 2.& articu. 2.& 3.& 1.2.quæſtio.113.4.ad primum.& artic.1.ad 2.& artic.8. interdum vero præcedit actus pœnitentiæ, qui perficitur per di-

dilexit multum. [g] ea vero dilectio in priori naturæ, nondum intelligitur efficax ſuper omnia, nec ſola eſt idonea diſpoſitio gratiæ, quouſque per adiunctam contritionem cui imperat, expellat omne impedimentum peccati recedens à bono commutabili: contritio enim includit vt ſit propter Deum ſumme dilectum, [h] & eo ipſo facit vt prior dilectio ſit efficax & perfecta conuerſio. [i]

5 Poſt hos actus ſequitur motus pęnitentiæ contra peccatum [k] cum propoſito emendandi pręteritam vitam, implendique in futurum omnia præcepta, & ſatisfaciendi: ſimulque cum voto ſacramenti, & implendi iniunctam à confeſſario pœnitentiam: quæ fere includuntur in ipſo actu contritionis. [l] atque ita multarum virtutum actus iuuant & quodammodo concurrunt ad perfectum actum pœnitentiæ: ſed actus pœnitentiæ eſt ſimplex ab vna virtute, quæ ex connexione aliarum virtutum participat vigorem, & in executione elicit vnum actum, in quo ſimul includantur participata motiua aliarum virtutum.

6 Hunc actum quidam [m] putant naturalem, & ſola vi naturæ elici poſſe quoad ſubſtantiam actus. ſed reuera ante contritionem præcedunt ſupernaturales actus fidei & caritatis vt dictum eſt: & ipſa contritio eſt non tantum ex modo vel denominatione extrinſeca ſed intrinſeceè in ſubſtantia ſupra totam vim naturæ, ex habitu aut auxilio gratiæ: [n] quia ſcriptura pœnitentiam vocat donum Dei. [o] certumque eſt vltimam diſpoſitionem gratiæ vt ſit ei proportionata, debere eſſe ſupernaturalem: [p] præſertim cum procedat ex motiuo fidei & caritatis. interdum tamen datur imperfecta & remota diſpoſitio quæ eſt attritio quædam ex viribus naturę [q] propter moralem turpitudinem peccati contra dictamen rationis, & propter Deum quem imperfecte diligit vt finem naturę, quando infidelis ex ignorantia nihil de fide & ſupernaturali retributione cognoſcit. [r] ſed ea naturalis pœnitentia nec eſt ſufficiens diſpoſitio gratię, [ſ] nec cum certa ſpe venię obtinendę: ſed vt liberetur homo aut populus à pœnis temporalibus [t] & flagellis Dei. poſſet tamen philoſophus ratione naturali coniectari, quod ſi qua via peccatum ex ſpeciali Dei prouidentia ſit homini remittendum, vt ſic beatitudinem naturalem aſſequeretur, nullum videri aptum remedium, quàm dolorem pœnitentię, quo factum retractat, veniam petit, & tentat compenſare offenſam quoad poteſt.

7 Quamuis patres pręedictos actus numerent, [u] & ſemper virtualiter cōcurrant dum homo per proprios actus iuſtificatur extra ſacramentum, & ordinario modo paulatim diſponitur: interdum tamen Deus qui vno temporis momento iuſtificat, concedit cum ſubita illuſtratione & fide de ſupradictis motiuis, & cum voluntatis efficaci auxilio contritionem perfectam: in cuius virtute includitur ſpes venię, dilectio Dei (ſupra §.3. & 4.) & propoſitum multiplex, infra ca. 24. nec ad hanc virtualem in vno incluſionem, aut ad uotum ſacramēn, oportet vt homo prius habuerit formaliter prędictos actus ſpei, caritatis & propoſiti de emendatione vitæ & receptione ſacramenti.

CAPVT XXII.

Pœnitentiæ virtutem eſſe per ſe infuſam colligitur ex obiecto formali & ſpeciali actu eius.

§. 2. *Eſt ſpecialis virtus.*
3 *Ineſt voluntati, vt patet ex definitione pœnitentia.*
4 *Non datur habitus aliquis pœnitentia in appetitu ſenſitiuo: bene tamen actus.*
5 *Habet pœnitentia actus externos: vtiles eſſe, quamuis, per accidens, ſequatur vita decurtatio.*
6 *Differt à iuſtitia.*

EX obiecto formali, & proprio ac difficili actu contritionis colligitur eſſe in homine ſpecialem habitum pœnitentiæ, quo facile, prompte, & delectabiliter operetur. hic habitus cū ſit circa actus ſupernaturales, eſt per ſe infuſus: [a] vt habitus virtutum Theologicarum. quamuis qui ſalſo actum pœnitentiæ putant eſſe naturalem ſecundum ſubſtantiam, ex conſequenti aiunt habitum pœnitentiæ acquiri [b] & manere informem in peccatore. hic eſt ſimpliciter & proprie virtus [c] cum ſit habitus circa obiectum & actum honeſtum [d] & comitatur gratiam ſicut uirtutes Theologicæ, & morales, & eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, cum perducat hominem in finē vltimum: quamuis uero verſetur circa malum difficile, vt for-

g lectionem Dei, vt vbi dictum eſt. [g] 1. Ioan. 3. qui non diligit manet in morte. 1. Petr. 4. caritas operit. Prouerb. 10. vniuerſa delicta operit caritas. Patres caritati tribuunt odium doloremque peccati: quia imperio mouet ad pœnitentiam, & quia. 1. Corinth. 13. h ſine caritate nihil prodeſt. [h] per hoc concordantur qui dicunt dilectionem Dei, nempe imperfectam eſſe priorem pœnitētia: & qui dicunt conuerſionem perfectam non eſſe ſine pœnitentia, Diuus Thom. quæſt. 87. 3. addit. quæſt. 4. 1. ad 4. Ledeſ. 1. parte. quæſt. 32. 1. Soto diſtinctio. 14. quęſt. 2. fatetur Caietan. tom. 1. tract. 4. quæſt. 1. dilectionem fieri formatā per dilectionē Dei & gratiam. Pighius controuer. 9. & in §. contritio ergo. cap. caritas. cap. fin. de pœnitentia. diſtinc. 2. ſine caritate quomodo quis pęnitentiam habebit. Durand. diſtin. 17. quęſtio. 1. nume. 7. Gabriel. diſtin. 14 quęſtio. 2. artic. 1. lit. F. Petrus Soto. lect. 24. & patet ex Patribus, Auguſt. de vera & falſa pœnit. cap. 9. 14. 17. lib. 2. contra Creſcon. capitu. 12. lib. 14. ciuit. ca. vlt. libro 21. cap. 27. ſermo. 7. de temp. Ambr. libro de Iſaac, & anima, ca. 3. habetur in ſenſu. cap. fugerat. de pœniten. diſtinc. 2. Gregor lib. 6. epiſto. 23. lib. 3. dialog. ca. 34. homil. vlt. in Ezech. ad fin. Bern. ſermo. 16. in Cant.
i [i] Diuus Thom. quęſtio. 85. 6. cap. & ad tertium Zachar. 1. Ierem. 3. Ioel. 2. Ezech. 18. vbi Hieron. ſupra cap. 19.
k §. 2. L §. 8. R. [k] Diuus Thom. 3. parte quæſtio. 85. 6. & 1.
l 2. quæſtio. 113. 5. [l] Tridem. ſeſſ 14. capitu. 4.
m [m] Scot. diſtin. 14 quæſt. 2. articu. 2. & tamen fatetur fieri diſpoſitionem gratiæ quia poſt quandam temporis continuationem, informatam habitu gratiæ ſeu caritatis. idem Caiet. tom. 1. tracta. 4. de contrit. q. 1. ſed alij vere negant requiri continuationem temporis, & tamen fatentur idem quod Scot. vt Gabr. diſt. 14. q. 1. Dur. 3. diſt. 28. q. 5.
n [n] Trid. ſeſſ. 6. c. 6. can. 3. Mileu. c. 3. & 4. Arauſi. c. 5. & ſæpe D. Tho. q. 85. 5. & 1. 2. q. 109. c. 1. q. 113. 3. & 5. Sot. d. 14. quæſt. 2. 5. ibi Dur. q. 1. inclinat Vega. lib. 6. & 13. in Trid. Latom. 1. de iuſtif. c. 3. vid. Aug. de prædeſt. ſanct. c. 13. & 19. Bellar. lib. 2. de pœn. cap. 3.
o [o] 2. Tim. 2. ne quando Deus det illis pœniten. & conuertantur. Act. 8. & 11. gentibus dedit Deus pœnitentiam & vitam. Ierem. 31. poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiā Arauſ. cano 4 & facit can. 7. 25. Triden. ſeſſ. 6. c. 5. can. 3. Augu. 2. pec. mort. c. 18. lib. 2. cont. duas epiſto. Pelag. c. 20. Inno. I. epiſto. 25. 26. Celeſtin. I epiſto. 1. Leo. epiſt. 84 89. Augu. 5. contra Iulia. c. 3. poſt. med. de fide ad Petr. ca. 31.
p [p] Trid. ſeſſ. 6 cap. 7. princ. hanc diſpoſitionem ſequitur iuſtificatio.
q [q] quod agnouit Ariſto. 7. Ethic. ca. 7. intemperatus eſt incurabilis, quia non pœnitet Plat. 9 de legib. ſæpe cōmitti noua peccata ab eo qui non expiauit præterita. D. Tho. q. 84. 7 & 1. 2. q. 113. 5. ad 1.
r [r] Sed falſo putant cognitionem naturalis obiecti, ſi procedat ex ſpeciali auxilio, dici fidem: & ſatis eſſe pro iuſtificatione. Vega. lib. 13. in Triden. c. 25. Cord. lib. 1. quæſt. 2. opin. 4. dub. 4. de quo dictum eſt.
ſ [ſ] Ledeſ. 1. p. q. 26. art. 1. Cano. relect. p. 3. & 5. Caiet. 10 1. tracta. 4. de contrit. q. 1. Soto. 1. de natu. & grat. c. 22. & 23. lib. 2 c. 15. 16.
t [t] de quo Ouid. 1. de Ponto. Sæpe leuant pœnas, ereptaque lumina reddunt: cum bene peccati pœnituiſſe vident.
u [u] Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.

CAP. XXII.

a SVp. [a] [b] c. 19 §. 3.
b Y. vt de virtutibus moralibus eſſe infuſas probat D. Th 1. 2 q. 63. art. 3. Greg. 2. mor. c. vlt.
c [c] D. Tho. q 85. 1. & d. 14. q. 1. ibi Bon. Rich. Scot. Marſil. q. 10. art. 1. Soto. q. 2. 1. Alex. q. 54 m. 1. Ledeſ. q. 26. 1. Med. in trac. 1. q 1 Cano relect. & ita patres pœnitentiam commendant tanquam virtutem eximiam
d [d] ſup. cap. 19 §. 1. H. quia virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum & ab Ariſt. definitur habitus electiuus, ſecundum rectā rationem.

titudo, & manſuetudo, [e] & actus eius ſupponat præfuiſſe malum, id eſt, peccatum in homine, ineſt tamen etiam innocenti, [f] & manet in beatis, habetque etiam bonos actus: dum peccator proponit ſeruare mandata, & compenſare offenſam, & beatus cõplacet de peccatorum venia, & circa peccatum quod intendit deſtruere actus odij, & deteſtationis, cum ſit obiecto proportionatus, eſt bonus. habitus vero circa erubeſcentiam malo quamuis honeſtus eſſet, non habet rationem virtutis: [g] quia verecundia includit hominem ſubiectũ timori [h] de turpi facto, ne videatur, & confundatur: ac ſubinde promptum in turpe factum niſi uideretur.

2 Pœnitentia eſt ſpecialis virtus moralis diſtincta non tantum à uirtute theologica, cuius præcipuum, & proprium obiectum materiale, & formale eſt Deus: [i] ſed á virtute religionis cũ qua conuenit in eo, quod includit Deum tãquam obiectum [k] cui offertur cultus, uel ſatisfactio, & compenſatio pro culpa. & quamuis circa homines diuerſa ſit virtus qua regẽ colimus, & qua ei reddimus compenſationem pro offenſa: ſed reſpectu Dei una virtus eſt qua colimus, & fidelitatem promiſſionis ſeruamus, ac iuſtitiã Deo debitam ob ſupremam eius excellẽtiam. differt tamen pœnitẽtia à Religione, & iuſtitia, ut ſupra patuit, cap. 19. §. 3. & 6. & multo magis ab alijs uirtutibus moralibus quę ſunt circa particulare obiectum.

3 Habitus pœnitentiæ ſubiectatur immediate in voluntate: [l] cum ex affectione iuſtitiæ intendat compẽſare offenſam, & pręcipuus actus eius ſit contritio, id eſt, triſtitia voluntatis [m] contra peccatum, cuius præcipua ſedes eſt voluntas libera. ſic enim definitur: pœnitentia eſt uoluntaria vindicta, ſeu diſplicẽtia peccati. [n] quamuis enim ut dolor & pœna eſt, includat in uoluntariũ, [o] pœnitens tamen ſponte eam pœnam aſſumit, ut Deo reconcilietur: ſicut Chriſtus uolũtarie paſſionem ſuſtinuit.

4 Quidam [p] in appetitu ſenſitiuo adijciunt quẽdam habitum quo iuuetur homo ad actum pœnitẽtię: ut liberalitas ponitur in voluntate ſimul & appetitu. nam in appetitu eſt difficultas, ut concurrat cum uoluntate ad dolorẽ peccati, & promptam electionem. ſed re vera neceſſarius non eſt: cum pro actibus pœnitentiæ, [q] iuſtitiæ, & caritatis ſatis ſint uirtutes morales, quæ paſſiones appetitus moderantur, ut alijs etiam virtutibus ſubſeruiãt. nec ad perfectam cõtritionem requiritur, ut in appetitu ſenſitiuo excitetur paſſio doloris, [r] aut commotio corporis cum lachrymis, & gemitibus, aut cum ſuaui, & ſenſibili delectatione: quamuis hęc omnia interdũ ex refluentia uoluntatis diligentis Deum, & contritæ, communicentur appetitui, & corpori. [ſ] poteſtq; appetitus peccatũ quatenus per cogitationem cõcipitur tanquam malum ſui ſuppoſiti corporalis, [t] aliquo modo odiſſe, & deteſtari, cum propoſito vitandi, fugiendique omnem peccati occaſionem quæ præſens ſe obtulerit: nam & bruta imperfecta cognitione cum inſtinctu naturæ fugiunt malum futurum, quod virtualiter impendet in cauſa præſente. [u] hic actus appetitus á uoluntate participat rationem liberi, & honeſti, ſicut & actus temperantiæ: non tamen eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam, ut requirat proprium habitum: cum ſatis ſint alij habitus infuſi, per quos appetitus facile mouetur. hic dolor ſenſibilis temperandus [x] eſt, ne noceat ſaluti in ijs, qui faciles ſunt ad lachrymas, ne triſtitia abſorbeantur.

5 Habet pœnitentia actus externos honeſtos, ad quos ſcripturæ, & Sancti excitent, [y] vt uoluntas oſtẽdatur efficax, & zelo iuſtitiæ con-

[e] D. Tho. 1. 2. q. 56. 4. [e] D. Th. ſingulariter. 1. 2. q. 60. art. 5. ad quartum. [f] vt pœnitentia infuſa fuit in Adam in ſtatu innocentiæ. inf. cap. 35. D. Thom. 3. d. 36. artic. 2. ad quintum. & 4. d. 14. q. 1. 3. 2. add. quæſt. 16. 3. & 1. p. q. 95. artic. 3. Ledeſ. 1. p. q. 26. 4. contra Sotum. d. 14. q. 2. 5. & Almain. quia tunc non potuit eſſe peccatum veniale. 1. 2. q. 89. artic. 3. & fuit in Beata Virgine, Paluda. d. 14. q. 4. concluſ. 2. Led concl. 1. Palac. quæſt. 2. Maior. Marſil. de quo Ledeſ. ait nihil reperiri apud D. Thom. & negant eam habuiſſe Soto. & Almain. quia B. Virgo. ex copia gratiæ erat impeccabilis ab intrinſeco. vide Vega lib. 14 cap. 18. D. Thom. 3. p. q. 27. artic. 4. [g] Ariſtot. 2. Ethic. cap. 7. lib. 4. cap. vlt. D. Th. 3. p. q. 85. 1. ad 3. & 2. 2. q. 144. 1. vbi tamen Caiet. ſine cauſa videtur negare pęnitentiam eſſe virtutem, quia ſupponit turpe factum: ſicut & erubeſcẽtia. quod etiam inſinuat Durand. d. 14. quæſt. 1. & 2. [h] ſic continentiam Ariſt. 7. Ethic. negat eſſe virtutem, quia ſupponit hominem adbuc imperfectum, & vehementibus paſſionibus ſubiectum, D. Thom. 2. 2. q. 155. 1. [i] D. Thom. 1. 2. q. 62. 2. & de fide. & caritate conſtat. 2. 2. q. 1. 1. & q. 25. 1. de ſpe autem probat Caieta. cum D. Thom. 2. 2. q. 17. 5. quia ſpero Deũ ipſum tãquam bonum meũ, quod mihi vnietur in viſione beata: & ſpes innititur virtuti diuinæ, ad obtinendũ tam arduũ bonum. [k] De religione D. Tho. 2. 2. quæſt. 81. 5. vbi Caiet. de pœnitentia vero 3. p. q. 85. 3. ad primum, & diſt. 14. quæſt. 1. 1. 4. Richard. artic. 2. q. 2. Carthuſ. d. 16. q. 1. Ledeſ. q. 26. 3. Soto. d. 14. q. 2. 3. Med. tract. 1. q. 1. ad quartum, & communis. hinc conuenit cum virtute Theologica, quæ caret medio. 12. quæſt. 64. 4. ſic ex religione debetur Deo infinitus cultus qualẽ Chriſtus exhibuit: & nunc offertur per ſacrificium miſſæ, & ex pœnitentia debetur infinita compenſatio, qualem Chriſtus obtulit, & nos eam debemus, ſi eſſet nobis poſſibilis. ſicut quantum eſt ex dignitate obiecti, debetur Deo dicenti infinita fides, infinita ſpes: & modus diligendi eſt ſine modo diligere, ut ait Bernard. [l] D. Thom. q. 85. 4. communis. d. 14. Soto. q. 2. 4. Bonauent. artic. 2. q. 1. Richard. art. 3. quæſt. 1. Ledeſ. q. 26. 4. ſicut iuſtitia, & religio quæ eſt ad alterum ponitur in voluntate. 1. 2. q. 56. 4. & quia pœnitentia eſt ſupernaturalis, ut caritas: & circa difficilem actum contritionis, ad quem adiuuant multæ virtutes ſub diuerſa ratione. [m] D. Thom. q. 85. 4. & addit. q. 1. artic. 1. 2. & 4. ſic Iocl. 2. conuertimini ad me ex toto corde. i. voluntate, ſicut Matth. 22. diliges Dominũ ex toto corde. i. voluntate. [n] Auguſt. de vera, & falſa pœnitentia. capit. 8. & 19. [o] vt arguit Scot. diſt. 14. q. 1. artic. 3. ſed reuera dolor eſt actio vitalis voluntatis ſupra cap. 20. §. 2. F. [p] Paludan. d. 14. q. 2. num. 11. propendet Soto, quæſt. 2. artic. 4. tenet Ledeſ. q. 26. artic. 4. addit Bonauent. artic. 2. q. 1. eſſe in iraſcibili in qua eſt ſpes, Albert. artic. 8. Mantius id putat colligi ex D. Thom. q. 85. artic. 4. ad 1. ſicut liberalitas ineſt primario voluntati, & tamen habet ſecundarium habitum in appetitu ſenſitiuo. 12. q. 60. 5. & 2. 2. quæſt. 104. artic. 4. qui habitus ſecundum ſe non eſſet virtus erga alium, niſi ut cõiunctus habitui voluntatis. [q] communis, & plane Diuus Thom. d. 14. q. 3. 1. ad 3. & q. 85. 4. Richard. artic. 3. q. 1. Recent. [r] Durand. d. 14. quæſt. 2. Soto, q. 2. artic. 4. Nauar. cap. 1. nume. 24. D. Thom. diſt. 17. q. 2. 3. 1. vbi explicat quo modo vires inferiores mouentur á potentia ſuperiore, id eſt ex naturali redũdantia, & colligatione. 2. ex electione, quia voluntas facit, vt proponantur appetitui motiua ſenſibilia, ad excitandũ dolorẽ: de quo Fr. Med. cum *D. Tho.* 1. 2. q. 9. artic. 2. & q. 16. [ſ] mouent Doctor. ſup. Nauar. c. 1. nume. 24. cum D. Thom. d. 17. ſup. & quodlib. 1. artic. 9. cap. non mediocriter. de conſecr. d. 5. [t] Pſal. 83. cor meum, & caro mea exultauerunt. D. Thom. d. 14. q. 2. 4. & q. 85. 4. ſic dũ homo Angelum apprehendit, vt benefacit corporibus motu cœli, poteſt diligere per appetitum, imo Paludan. & Caietan. 1. p. q. 82. putat quod voluntas immediate per intellectum aliquando mouet appetitũ ſenſitiuum, & membra exteriora hominis. [u] Caiet. 1. 2. q. 40. artic. 3. [x] ſupra lit. S. Bonauent. d. 16. & 17. vtrobique artic. 2. q. 2. D. Thom. d. 17. q. 2. 3. 2. addit. q. 3. 2. Durand. q. 4. Soto. d. 14. q. 2. 5. Alexand. 3. p. q. 68. mem. 1. art. 4. hinc 2. Corinth. 2. donate, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, ibi Chryſoſtom. hom. 4. At Richard. d. 17. artic. 1. q. 8. addit, quod licet homo ſentiret ex vehementia doloris ſecuturam ſibi mortem, non peccat perſeuerans in actu cõtritionis: ſi tamen mortem ipſam non intendat. quod falſum eſt, niſi eo modo quo Carthuſiani, aut Capuccini poſſunt rigorem regulæ ſeruare, quamuis putent minori tempore victuros eſſe. [y] Matth. 11. in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent. cap. 3. facite fructus dignos pœnitentiæ. vbi Chryſoſt. & 1. Corinth. 9. Caſtigo corpus meum. Ioel. 2. Conuertimini in toto corde, in ieiunio, fletu, & planctu. Trident. ſeſſ. 14. cap. 8. & 9. cano. 12. 13. 14. Soto, diſt. 17. q. 2. artic. 5. Nauar. cap. 1. num. 42. cap. 26. num. 1. cap. 10. num. 4. cum Anton. 3. p. tit. 14. cap. 18. §. 5. per 6. conſiderationes excitari dolorem: ex memoria peccati, pudore ex vilitate eius: timore iudicij: amiſſione gloriæ: ſpe veniæ. de quibus Syluestr. §. 4. Caietan. verb. confeſſio. cond. 10. lachrymoſa. Hoſtien. ſumma de

tendat totus homo per dolorẽ animæ, & corporis compenſare offenſam Dei, quamuis maceretur corpus, & per accidens ſequatur decur z tatio vitæ. ᶻ ſic religio cultu, & ritu etiam externo Deum colit, & ſacraméto ſenſibili inſtituit Chriſtus cultum Dei, & veniã peccati fieri. hic exterior actus non dicitur im- a peratus, ſed elicitus pœnitentiæ: ᵃ quia non habet aliam rationem boni, nec nouam in membris difficultatem, præter eam quam participat à uirtute pœnitentiæ, nempe, ut cõpẽſet pro peccato, & pro effectibus illius, id eſt, pro pęnis temporalibus, quæ impediunt conſequutionẽ beatitudinis, & perfectum ſtatum amicitiæ. Deus etiam non parum tribuit operibus externis per modum priuilegij, non quidem ut ſacramen b tis, & martyrio: ᵇ ſed eleemoſynis, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus, ut ſine quibus homo non impetrat quorundam bonorum conſecutionem, & malorum depulſionem.

6 Differt à iuſtitia, quia præcipuus actus iuſtitiæ eſt in opere ex- c terno circa medium rei, ᶜ nec eſt in ſola electione ſine propoſito operis, hoc enim modo vtilis eſt proximis, quibus iuſtitia debetur: ſed pręcipuus actus pœnitentiæ eſt in voluntate per quam Deum offendit, & in Deum conuertitur actibus charitatis, & pœnitentiæ. nec ſemper requirit propoſitum operis externi, aut ſponte ſatisfaciendi in præſenti vita pro pœnis temporalibus: in cõtritionis enim dolore ſatis includitur exhibitio ſatisfactionis neceſſariæ, quæ contritio, ſi magna ſit, delet omnem pœnam.

CAPVT XXIII.

Qualis actus voluntatis ſit contritio, an ſit intentio, uel electio.

§. 2. *Incipit ab imperfecto cum tribus actibus. 1. nollem peccaſſe. 2. eligo aſſumere dolorem intentione compenſandi Deo. 3. dolore ipſo contendit compenſare, & hinc ſequitur deteſtatio.*

3 *Cur doctores nunc vnum, nunc alium actum explicent.*

4 *Dolor contritionis non eſt primarius actus voluntatis.*

5 *Explicantur qui negant cõtritionem eſſe dolorem.*

CONtritio in eſſe naturæ eſt voluntatis actus reſpectu peccati præteriti quod formaliter eſt quidẽ a malum proprium, ᵃ licet præterierit: obiectiue autem eſt offenſa, & iniuria Dei. habet autem peccatum duo. 1. quod pręteritum fuit, & propria voluntate commiſſum: & quãuis tunc ſub falſa ratione boni placuit dum præſens erat, nunc tamen dum cognoſcitur tanquam verum malum proprium, diſplicet dum ait ſimplici odio, & velleitate, nollem peccatũ fuiſſe, ſeu vellem nũquam, b peccaſſe, ᵇ ſi mihi eſſet poſſibile: cõcipio enim peccatum abſolute, & ſecundum ſe, præciſa ratione præteriti. 2. eſt ſtatus quidam præſens relictus ex peccato præterito nõdum c remiſſo. ᶜ imo quamuis remiſſum fuerit etiam per abſolutionem, poteſt cõcipi, ut peccatum eſt præſens coram me, de quo iterum, atque iterum licet repetere actus contri- d tionis. ᵈ

2 Reſpectu huius mali ſic præſentis dũ homo ab imperfecto paulatim pcedit, diſtingui poſſunt tres actus pœnitentiæ. primus nollem e peccaſſe, ᵉ deinde eligo aſſumere dolorem fine compenſandi, & deſtruẽ f di peccatum. ᶠ tandem in executio g ne doleo, & conteror, ᵍ atque ita deſtruo ſtatum peccati. ſic datur triplex actus volũtatis reſpectu boni: primus amor ſimplex, ſeu deſideriũ h obiecti boni. 2. intentio, ʰ ſeu electio efficax. 3. executio qua voluntas vtens potentia executiua conſe- i quitur reipſa finem bonum. ⁱ vt in reſtitutione, ſeu ſolutione debiti, ſolus amor, aut electio non ſatisfacit creditori, niſi in executione ſequatur realis ſolutio.

3 Ita ergo virtus pœnitentiæ contra malũ habet. 1. fugam, & odium mali: quod ſic explicatur, nollem k peccaſſe, ᵏ diſplicet mihi meũ peccatum, vtinam nunquã peccaſſem. hic ſimplex actus dici poteſt diſpli- l centia, ˡ deteſtatio, & retractatio voluntatis malæ. ex quo actu, ſi efficax ſit, conſequuntur in viatore re- m liqui duo actus ᵐ ſequentes, qui non reperiuntur in his qui ſemper n fuerunt innocentes. ⁿ nec in bea- o tis. ᵒ 2. actus pertinet ad intentionem, ſeu electionem, qua per me-

ma de pœnitent. col. 3. 17. Polanco Direct. cap. 8. & de remedijs contra vitia. Frat. Lois Granat. lib. memorial. tract. 2. & 5. fol. 87. Stella. 1. p. de la vanidad del mondo, capit. 96. Ioan. Viualdus de vera contritione, cap. 4 col. 3. Roſarium Buſt, 2. p. ſerm. 6. vbi refert. 24. malignitates peccati. & 60. ſpurcitias peccantis. Fr. Med. lib. 2. de inſtruct. ca. 10. de contritione, cap. 14. de propoſito emendæ. Sot. d. 14 quæſt. 2. artic. 5. Ledeſm. q. 26. 5. D. Th. q. 85. 5. Caſtro, verb. contritio, & ti z mor. ᶻ vt Carthuſ. ſtricto ſtatuto abſtinent à carnibus etiã in morbo, & mortis articulo, quos tamẽ bene excuſat Gerſon, & Victor. relec. de temperantia. 1. p. a à num. 8. & alij. ᵃ ſic cultus externus, & oratio, quę eſt actus intellectus, elicitur à virtute religionis, quæ eſt in voluntate, vt bene Caietan. cum D. Thom. 2. 2. q. 83. 2. vbi Victoria, Mant. & Recent. & ſolutio debiti externi elicitur à virtute b iuſtitiæ. ᵇ quæ habent effectũ ex opere operato, & conferunt gratiam attri- c to peccatori. ᶜ Supra cap. 19. §. 3. T.

CAP. XXIII.

a S Vpra ᵃ cap. 19 §. b 9. V. ᵇ ſupra cap. 19 § 9. Z. D. Tho. 3. p. quæſt. 85. 1. ad 3. Soto. d. 14. q. 2. 1. d. 17. quæſt. 1. 2. ad ſecundum. Ledeſm. q. 32. artic. 1. dub. 1. D. Thom. add. q. 1. art. 1. Bellarm. lib. 2. de pœnitẽtia. cap. 5. col. 3. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 18. §. 10. Nauar. cap. 1. nu. 2. cum Caietan. to. 2. opuſc. 4. de contritione. & ſenſit Palud. q. 17. q. 1. & vlt. & prius Scot. d. 14. q. 1. artic. 3. in idem redit quod Alexan. 4. p. q. 54. memb. 2. artic. 3. Med. de pœnitent. tract. 1. q. 1. eſſe ad 1. quod conſiderator peccatum abſolute, pciſa omni differentia temporis: & ſic habetur odium, quia malum & offenſa Dei. huius meminit Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. & 14. ſeſſ. 14. cap. 1. Amos 5. odite malum. Prouer. 8. timor Domini odit malum Pſal. 35. malitiam autem non odiuit. & alibi, proijcite iniquitates: derelinquat impius viam ſuã. contra Adrian. de pœnitentia. quæſt. 1. negat eſſe talem actũ, ex eo quod conditio de præterito ſit impoſſibilis, & impoſſibilium non eſt electio, ut dicit Ariſtot. 3. Ethic. cap. 2. At omnes reijciunt Adrian. nam & Chriſtus (qui certo ſciebat ex decreto patris ſe moriturũ illa nocte) habuit timorem filialem. 3. p. quæſt. 7. artic 6. præciſe conſiderans ſeparationem à Deo, ut impoſſibilem: & ter orauit patrem ſub conditione ſi poſſibile eſt, id eſt expediens, tranſeat à me calix, id eſt paſſio: de quo D. Thom. 3. p. quæſt. 21. artic. 4 conci- c piens mortem abſque circumſtantijs, vt poſſibilem euitari. ᶜ quia auerſio à Deo, & virtuale odiũ cum macula voluntaria (quæ trãſeunte actu relinquitur per modũ habitus) poteſt deſtrui per verã pœnitentiam: & de hoc eſt electio efficax, vt faciam peccatum non eſſe in me, D. Thom. quæſt. 85. 2. d ad 3. ᵈ ſup. cap. 12. quia conſiderat peccatum, ut præſens iuxta id Pſalm. 50. peccatum meũ contra me. i. coram me, eſt ſemper. & lauabo per ſingulas no- e ctes. ᵉ ᶠ de quo B. f C. ᵍ hoc bene ex- g plicuit Scot. & Na- h uar. ſup. ʰ D. Tho. 1. 2. quæſt. 12. art. 1. cap. & ad 4. & art. 4. Auguſt. 3. de Trin. Ariſtot. 3. Ethic. cõmunis. 2. diſt. 38. vbi i Durand. q. 2. & 3. ⁱ poſt intentionem, & electionẽ ſi efficax ſit (quæ interdum ſunt idem actus. q. 12. art. 4. cõtra Gregor. 2. diſtinct. 38.) ſequit executio operis, ut per certa media conſequatur finem, D. Tho. verit. quæſt. 23. artic. 13. Durand. & Scot. 2. d. 38. Capreol. 1. d. 1. quæſt. 1. concluſ. 4. ſic quod rex velit cõdere legẽ, non obligat: donec lex per imperium, & promulgationem man- k detur executioni. ᵏ ſup. B. D. Tho. q. 85. l 1. ad 3. ˡ D. Thom. q. 84. 8. dicit. diſplicentia eſt cauſa doloris add. q. 1. art. 2. ad 1. Paludan. d. 17. quæſt. 1. Soto. d. 14. q. 2. 1. Ledeſm. q. 26. artic. 2. q. 32. art. 1. dub. 2. Caietan. tracta. 4. de contri. q. 1. Nauar. cap. 1. nu. 3. cum Scot. d. 14. ad fin. Bonauent. d. 14. in 1. p. art. 1. quæſt. 1. ad penult. & colligitur ex Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. ſeſſ. 14. cap. 4. Bellarm. lib. 2. de m pęnitentia. cap. 4. ᵐ & tamen quia iſti tres actus ſubordinantur in eundem finem proximum, dicuntur vnus in genere moris. vt in ſimili de amore, & gaudio, ait D. Thom. 2. 2. q. 28. artic 1. & 1. 2. q. n 30. artic. 3. ⁿ vt in B. Virgine. ᵒ quare dum beatus ait, nollem o peccaſſe, non eſt contritio: quia in eo ex tali actu, non poteſt ſequi dolor de ſe ſufficiens ad remiſſionem peccati. D. Thom. q. 84. 8. add. quæſt. 4. artic. 3. q. 16. artic. 2. Caiet. opuſc. Scot. Soto. d. 17. quæſt. 2.

[a] Caietan. [a] opuſ. de cont. trac. 4. quæſt. 1. & tract. 5. de confeſſ. quæſt. 5. ſeu opuſcu. 27. qq. quæſtio. 12. Nauar. capit. 1. num. 36. [b] D. Tho. 1. 2. quæſt. 74. 7. artic. 8. ad ſecundum, & artic. 9. ibi Conrad. Caieta. Fr. Med. cum Aug. 12. Trinit. cap. 2. 5. 12. [c] Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. Bellarm. 2. de pœnitentia. capit. 17. [d] Cano relect. de pœnitentia. p. 5. Ledeſ. 2. p. q. 8. & quæſt. 10. artic. 1. Soto lib. 2. de natu. & gratia. cap. 3. 15. & diſt. 18. quæſt. 3. art. 2. & art. 3. concluſ. 5. & poſt concluſ. 6. Palud. d. 17. quæſt. 8. Capr. q. 2. videtur Richard. ar. 2. q. 8. ad 5. Durãd. quæſt. 13. Caietan. opuſc. de contritione, & de confeſſione. q. 5. Syluest. verbo. contrit. §. 2. Nauar. cap. 9. num. 10. & in cap. fratres. de pœnitent. d. 5. num. 33. Couar. cap. alma. mat. 1. p. § 4. nu. 13. Victo. Mant. Peña, & Recent. quia concurrunt omnes partes neceſſariæ ad ſacramentũ: & ſit vera accuſatio cum vera ſententia iudicis, ſic ſententia etiam iniuſta, quæ non cõtinet intolerabilem errorẽ, valet in vtroque foro. quæ eſt ratio. Nauar. cap. 9. num. 1. § 2. & nu. 11. facit. c. 27. num. 3. [e] DD. ſup. cit. & omnes qui admittunt ſacramentũ confeſſionis informe, defectu doloris legitimi: Nauarr. cap. 9. num. 10. Petr. Soto. de confeſ. lect. 8. Bonauent. d. 17. in 2. p. articu. 2. quæſtio. 2. Vega lib. 13. cap. 26. 34. 35. & idem fatentur qui defectu diſpoſitionis legitimæ, negãt dari hoc ſacramentum informe: atque ita aiunt ſic attritum excuſari à noua culpa, ſi acceſſit bona fide reputans ſe contritum, & tamen ſi id noſſet, obligari ad iterandam confeſſionem. quod tenent Gabriel. Maior. Adrian. Medin. de quo infra

tur omnes, qui vere admittunt ſacramentum pœnitentiæ interdum reperiri informe, [f]) quia nihil ex requiſitis ad veram accuſationem coram iudice, & ſubſtantiam iudicij deeſt. At 3. attritio ſatis non eſt, vt fiat ſacramentum: quia non eſt verus dolor pœnitentiæ de offenſa Dei, nec cum vero propoſito emendationis: nec illa triſtitia eſt ſecundum Deum quam Apoſtol. 2. Corinth. 7. dicit pœnitentiam ſtabilem operari: ſed eſt ſterilis ex timore, aut amore mundano. [g] prima attritio ſufficit, ut dictum eſt, ut fiat verum ſacramentum, ſed informe.

3 Neceſſaria eſt aliqua attritio ſecundi generis ad fructum cuiuſuis ſacramenti, in adulto impio: ſed non ſufficit quiuis gradus illius. Vitandæ tamen ſunt, aut temperandæ opiniones extremæ. 1. Quidam [h] aiunt quod in ſacramento pœnitentiæ (quod & de baptiſmo firmius aſſerunt) ſatis eſt non apponere obicem. Sed quia fatentur dolorem eſſe neceſſarium in hoc ſacramento: interpretandi ſunt pro diſpoſitione ſatis eſſe eum doloris gradum, quo tollatur obex peccati. 2. Alij licet aiunt requiri, ut attritio reputetur contritio: [i] alibi explicant eum, qui aduertit ſe pœnitere, non quia peccata ſint offenſa Dei abſolute, ſed propter pœnas inferni, accedere indigne: quia oportet dolere immediate de offenſa Dei, [k] & non de reatu pœnę tantum. Si tamen dicat, doleo de offenſa Dei (quamuis per reuelationem ſciret ſe nondum iuſtificatum) hic eo actu (quem vir etiam prudens, & doctus reputare poſſet eſſe obiectiuam contritionem) digne accedit ſuſcitandus per abſolutionem: quæ ſicut & baptiſmus eſt per ſe ſacramentum mortuorum. Ad Euchariſtiam vero (quæ eſt per ſe cibus viuorum) hic cui nota eſſet ea diſpoſitio, accederet indigne, contra præceptum poſitiuum Chriſti, accedens tamen cum bona fide iuſtificatur: quia ob ignorantiam excuſatur à præcepto, & affert ſufficientem doloris gradum, quod tamen ſtatim explicabitur. 3. Alij aiunt pro diuerſis ſacramentis requiri varios gradus: ut pro baptiſmo, quia regeneratio eſt minimum attritionis gradum ſatis eſſe. [l] Pro ſacramento pœnitentiæ meliorem: ſufficit tamen nota attritio, licet immediate ſit ob expreſſum motiuum quo timet offenſam Dei ob pœnas inferni, ut dicetur §. 5. in euchariſtia aiunt optimum gradum eſſe medium neceſſarium, (etiam in ignorante qui bona fide communicat) nempe, ut ſit obiectiua contritio, qua dolet abſolute, & immediate de offenſa Dei. [m]

4 At diſtinguendum eſt. 1. quendam gradum attritionis ſecundę eſſe medium ſufficiens ad fructum, ſi quis ignorans, & ruſticus bona fide recipiat ſacramentum Euchariſtiæ. 2. in homine vero ſciente meliorem requiri ad fructum Euchariſtiæ. Tum ex præcepto diuino poſitiuo: tum quia ſcienti, & habere valenti eſt medium neceſſarium, quia ex Chriſti inſtitutione tale præceptum de illo eſt: tanquam de medio neceſſario: ut ſup. cap. 2. in ſimili dictum eſt. Quare homo, qui ob ignorantiam ſe reputat accedere contritum, & iuſtum, ſatis videtur diſpoſitus attritione ſupernaturali etiam ob immediatum motiuum inferni. Vt enim attritio nota ſat eſt cum baptiſmo, aut pœnitentia: ita ſi hæc reputetur contritio, videtur ſufficere in omni ſacramento, (vt pote in quo virtus Chriſti operatur) niſi alter obex impediat. At qui ex ſcientia, aut conſcientia etiam erronea aduertit ſe in peccato cum attritione nota communicare (licet forte excuſaretur à noua culpa ob dictum hominis, quem ſapientem putat) non iuſtificabitur: [n] quia Chriſtus inſtituit tanquam medium omnino neceſſarium, ad effectum Euchariſtiæ, ut habeat reipſa certam quandam diſpoſitionem uoluntatis: & ut intellectu, & probatione facta reputet ſe accedere iuſtum, & contritum.

5 Attritio ſecunda non ſufficit in quouis gradu ad fructum ſacramenti pœnitentiæ: aut etiam baptiſmi, id eſt, ſi hæc attritio ex amore tantum naturali Dei procedat, [o] cum debeat eſſe circa obiectum fide propoſitum. 2. ſi tamen ex ſupernaturali motiuo procedit, eſt idonea diſpoſitio, quamuis nota ſit, ut peccator per ſacramentum baptiſmi, vel pœnitentiæ habeat fructum gratiæ: [p] niſi ex conſcientia erronea putet ſe indigne accedere, & ſine

f infra lib. 2. de pœnitentia. cap. 11. [f] Vt Paludan. diſt. 17. quæſt. 8. Capreol. Richard. Durand. Syluest. Caietan. Sot. Cano, Couar. Nauar. cap. 9. num. 1. & 10. de quo inf. lib. 2. cap. 11. [g] Doct. ſup.

g Caietan. Cano, Soto, Nauar. cap. 1. num. 36. Recent. & colligitur ex Aug. de ver. & fal. pœnit. c. 9. pœnitentiam ex timore mundano, vocat ſterilem, & ſine ſpe veniæ, & cap. 17. citans Ezechi. 33. & habetur. c. ſi quis autem 2. de pœnitentia. d. 7. diſtinguit inter cõuerſum, & verſum quia de conuerſo: Ezechiel. dicit, vita viuet (qui totus, & omnino vertitur nec tantũ pœnas timet, quãtum ad bonum Domini contẽdere feſtinat) verſus vero à peccatis dicitũ, qui non plene, Nauar. c. 1. nu. 37. ad fi. Ambr. lib. 2. de pœnit. cap. 9. Aug. de catechiz. rud. c. 17. conuerſionẽ ex tali amore vocat fictã. Rupert. libro 11. de gloria filij hominis in Matth. 26. Iudas pęnitẽtia ductus eſt ſine fructu. & lib. 2.

h in Ionam, in princ. [h] Quidam putant euchariſtiam ignorãti peccatori (qui accedit etiã abſque omni dolore) conferre gratiam: quia excuſatus à noua culpa non ponit obicem, & dolor nõ eſt pars euchariſtiæ, uel baptiſmi: ſed diſpoſitio ad tollendũ obicẽ, tenet Alex. 4. p. q. 46. mem. 3. art. 2. Led. 1. p. q. 20. art. 3. Palud d. 9 q. 2. dicit forte recipi primam gratiã. Nauar. c. 21. nu. 47. Vict. Mant. Idem de baptiſ. ait Caieta. 3. p. q. 68. 7. ad 2. vide ſup. lib. de baptiſ. cap. 26. T. & ſic Almai. intelligit Scot. d. 14. q. vlt. art. 3. dicentem, ad baptiſmũ, vel pœnitẽtiam ſufficere ne apponat obicem. Quę ſententia (niſi explicetur, ut in tex.) eſt falſa. quia ad euchariſtiã requiritur reipſa melior diſpoſitio, quæ reputetur contritio. Sot. d. 12.

i & citati inf. M. P. [i] Soto. d. 17. q. 2. 4. & lib. 2. de nat. & gratia. c. 16. lib. 3. c. vlt. & ſæpe requirit pro ſacramento pœnitentiæ attritionem quæ reputetur contritio. [k] Idem Soto d. 18. q. 3. art. 2. & 3. & lib. 2. de natura & gratia, cap. 15. Idem plane Victor. relect. de poteſtate eccleſiæ. q. 2. qui ait, ſi quis videt ſe dolere, non quia peccata ſint offenſiua Dei abſolute, ſed ob pœnas inferni, hic accedit indigne ad ſacramentum pœnitentiæ: quia oportet dolere immediate de offenſa Dei, & non tantum de reatu pœnæ. idem Mantius poſt longam diſputationem. addit Ledeſm. q. 20. artic. 3. & de hac loqui Caietan. opuſc. de confeſſ. quæſt 5. & quòd qui habet hanc cõtritionem obiectiuam doleo de offenſa Dei. (quamuis per Dei reuelationem ſciret ſe nondum iuſtificatum) hic digne accedit ſuſcitandus per abſolutionem: quę ſicut & baptiſmus, eſt ſacramẽtum mortuorum, cum tamen hic indigne accederet ad euchariſtiã. [l]

l m citat. H. [m] [n] Soto

n diſtinct. 12. quæſt. 1. articu. 4. colum. 11. dum accedit ad Euchariſtiam Bonau. diſtinctio. 9. artic. 2. quæſtio. 3. Caietan. etiam 3. p. quæſtio. 79. 3. Gabriel. d. 9. quæſt. 2. & in Can. lect. 80. idẽ ſignific. Adrianus, quæſt. de Euchariſtia. vbi ſæpè ait, quòd nõ ſemper recipit primam gratiam, licet excuſetur à nouo peccato. vt ſi ruſticus ex falſo dicto ſapiẽtis, putet licitum accedere ad communionem cum attritione nota propter pęnas inferni, non recipit gratiam, hic etiam obiectiuã contritionem requirit Soto, pro ſacramento pœnitentiæ, vt dictum

o eſt. [o] Videtur communis, quia oportet iuſtificationẽ adulti etiam quæ fit per ſacramentum, procedere ex fide obiectiuã ſupernaturalis, Trident. ſeſſ. 6. c. 6. & ſacit c. 3. 4. & 9. can. 3. ſeſſ. 14. c. 4. Arauſic. can. 8. & 25. Bellar. lib. 2. de pęnitentia, capit. 3. & 17. Frac. Medina, 1. 2. q. 109. art. 6. ad fin. & idem à fortiori tenẽt Doctores, qui putant requiri veram contritionem ante abſolutionem (ac ſubinde negant dari veram cõfeſſionem informem, ſed iterandam eſſe, ſi cui forte conſtaret eã fuiſſe ſine fructu.) vt Gabriel. d. 17. q. 1. art. 3. dub. 2. Maior. quæſt. 3. & 9. Adria. de cõfeſſ. q. 5. dub. 4. & 5. Med. C. de confeſſ. quæſt. de confeſſione ficta iteranda. fol. 71. Sylueſt. confeſſio. 1. §. 22. At falſo admittunt ſatis eſſe attritionem ex dilectione finis naturalis. Soto. 2. de natura, & gratia. cap. 3. diſt. 6. q. 1. 7. d. 14 q. 2. art. 5. videtur Cano relect. de pœnit. p. 3. p. 24. & Victor. in lectur. Vega lib. 3. cap. 25. & id in caſu raro videtur ad-

p mittere Auguſt. de catechiz. rud. cap. 5. [p] Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. Cano relect. de pœnitentia. p. 3. Nauar. cap. 1. nu. 43. Taper. art. 4.

D. Thom.

idonea diſpoſitione ſuſcipere ſacramentum. 3. velleitas conditionalis cum ſit deteſtatio abſque formali dolore, ſola non videtur ſufficere, ut fiat verum ſacramentum pœnitentiæ, ut cap. 23. ad fin. dictum eſt. 4. ſi quis dicat, doleo quod me non pœnitet, quidam putant, [q] ſatis eſſe cum ſacramento, quaſi voluntas dolēdi reputetur pro facto apud Deū: in quo actu videtur virtualiter includi votum ſacramenti ſatisfactionis, & doloris. Arte vera non eſt ſatis: ſed poſito dolore aliquo ex motiuo ſupernaturali, iuuat addere, & doleo quod non ſentiam maiorem dolorem.

6 Qui ſacramentum attritus digne ſuſcepit, non tenetur poſtea ex naturali pręcepto ad contritionem formalem: [r] quia ſatis ſuppletur per aliquid æquiualens. quin & ea attritio ſi ſuperueniat ſacramento, quod homo ex ignorantia inculpate recepit informe, aliquando tollit obicem: quo ſublato ſacramentum iuſtificat hominem, ut dictum eſt, lib. de bapt. cap. 26. Ad reliqua vero ſacramenta digne, & cum fructu recipienda homo tenetur procurare contritionem quādam obiectiuam, quam reputet veram contritionem de offenſa Dei, quamuis forte inefficax ſit.

7 Dum quis ſola venialia confitetur, tenetur habere aliquem formalem dolorem voluntatis (ſaltem de quibuſdam, nec enim oportet omnia hæc confiteri, [s]) quia dolor aliquis eſt de ſubſtantia huius ſacramenti, [t] ſicut confeſſio, & abſolutio. Satisfactionis tamen exterioris impletio non pertinet ad neceſſitatem ſacramenti. quandoque vna contritio ad duo ſacramenta pertinere poteſt, quorum eſt pars. ſupra lib. de bap. c. 27. vt cū abſolutioni informi ſuperuenit contritio, quæ remouet prohibēs, cum ordine ſimul ad futuram abſolutionem, uel cum ſimul abſolutus, iterata mox noua confeſſione explicat præteritum dolorem, & peccatum oblitum, hic nouum effectum gratiæ auctæ videtur recipere, dum abſque nouo dolore recipit abſolutionem: [u] quia adſunt requiſita omnia, ſcilicet, noua confeſſio, ut ſignum peccati, & doloris: nam dolor prior, ut in virtute extenſus eſt ad peccata oblita perinde valet, ac ſi eſſet nouus dolor de ſolis oblitis. at qui noua confeſſione repetit peccatum de quo directe abſolutus eſt, habere debet nouum eiuſdem peccati dolorem, qui ſubijciatur formæ nouæ abſolutionis, ſicut & nouam confeſſionem peccati: ut probat piorum hominum vſus, & conſuetudo.

8 Varijs conſiderationibus [x] excitandus eſt pœnitentis animus ad dolorem, qui haberi poteſt, maximum, & ad firmum emendationis propoſitum proponenda ſunt pro cuiuſque pœnitentis captu propria motiua contritionis: de quibus ſatis dictum eſt; & copioſe tractant Patres in ſacris Concilijs, & ſuis ſcriptis.

CAPVT XXVII.

De quadruplici quantitate contritionis.

§. 2. *Satis eſt quantitas appretiatiua.*
3 *Haberi poteſt vno inſtanti, & §. 4. nō requiritur continuatio temporis.*
5 *Nec certa intenſio.*
7 *Nec requiritur etiam dum ſit, comparatio peccati cum alijs malis.*
8 *Appretiatiua de grauiori peccato eſt maior contritio, ſed interdum excuſatur à mortali, qui data optione præferret minus.*
9 *Satis eſt de omnibus dolere in communi, nec magis de graui alieno quam de minori proprio. at alteri parato licet conſulere minus malum.*

CONtritio quatuor habet: quantitatem [a] quandam virtutis, & durationis, & inſuper dilectio caritatis dicitur obiectiue maior, ut dum B. Petro volo maiorem gloriā, quam mihi: [b] quod in contritione non repetitur. prima eſt quantitas appretiatiua quæ vrgente obligatione explicatur. Si fiat cōparatio, aut detur optio hoc modo, mallem hoc bonum manere quam illud, aut fugere hoc malū potius, quam illud. 2. extenſiua per durationem, & moram temporis, aut cum quadam continuatione. 3. intenſiua quantitas quando actus habet plures gradus intenſionis, eo quod elicitur cum maiori conatu potentię, uel cū meliori concurſu habitus intenſi, aut cum maiori efficaci auxilio: interdum concurrunt alia motiua ad intenſionem actus, ut mater præ patre intenſius diligit, & tenerius infantem ſuum, pro quo multos dolores pertulit. 4. per extenſionem ad obiecta, [c] vt enim caritas includit impletionem omnium præceptorum, ita deteſtatio, & contritio vera extendi debet ad omnia peccata mortalia.

2 Vt contritio vera ſit, non requiritur alia quantitas, quam vt appretiatiua comparatione deteſtetur peccatum ſuper omne malum deteſtabile: [d] hæc enim eſt idonea diſpoſitio, ut homo ſtatim iuſtificetur.

D. Thom. d. 17. q. 3. vbi Palac. q. 1. id ſæpe repetit Frat. Med. lib. 1. inſtruct. §. 2. Nauar. add. Hiſp. cap. 1. num. 29. Bellarm. lib. 2. de pœnitentia. c. 17. quod in publicis actibus Salmant. Peña, & poſtea Gallo, Sancius, & alij doctiſſimi, reputarunt ita certum, ut ſine temeritate, vel errore negari non poſſit, & idem plane fatetur Scot. diſt. 14. q. 2. ſatis eſt non apponere obicem, & ſe explicat. d. 19. in 2. par. illius quod claues faciunt de attrito contritū: nec tolli obicem ſine dolore pœnitentiæ cuius oppoſitū ei falſo tribuit Almain. citatus ſup. H. idem plane Soto. diſtinct. 18. q. 3. 2. & 3. & lib. 2. de natu. & gratia. cap. 13. Vict. relect. de poteſtate eccleſ. q. 2. citati K. & Bonau. d. 17. ar. 2. q. 4. & art. 4. q. 3. fatetur quod abſolutio confert primam gratiam. & Adrian. de clau. q. 2. fatetur: cum tamen quodli. 5. ar. 3. requirat pręuiam contritionem ex obiecto. Vega libro 13. c. 23. & ſeq. plane D. Tho. quia 3. p. q. 79. 3. ad 2. ad baptiſmū digne accedit attritus, conſcius peccati mortalis nondum remiſſi. & mox q. 80. 4. ad ſecundum æquat ſacramentum pœnitētiæ cum baptiſmo, ſicut & Triden. ſeſſ. 14. cap. 2. item add. q. 10. art. 1. & d. 17. q. 1. 5. 1. d. 24. q. 1. 3. 1. & artic. 3. 1. ad 3. & id plane ſignificant Paludan. d. 17. q. vltim. Capreol. & Hiſpalenſ. quæſt. 2. Durand. q. 13. Ant. 3. p. tit. 13. cap. 19. §. 5. item quod hęc attritio nota ſufficiat cum baptiſmo, probat Taper. ar. 3. ex Auguſt. de catechizand. rud. ca. 17. ad regenerationem baptiſmi digne accedere, qui veniūt ex metu gehennæ, uel ex deſiderio æternę beatitudinis. & epiſto. 180. ad Honoratum, videtur ſimiliter loqui de baptiſmo, & pœnitentia, idem Rupert. in Ionæ 3. vade in ciuitatem Niniuem, & in Ioel. 2. ſi conuertatur, & ignoſcat, & in Matth. 27. Iudas pœnitentia ductus.

[q] Nauar. c. 1. nu. 10. ſin. 21. 23. ſin. c. 10. nu. 4. cū Palud. d. 17. q. 1. art. 4. concluſ. 5. & art. 5. nu. 29. & Sylu. contritio. 1. verſ. 1. ſin. At non eſt de mente D. Thom. & Bonau. niſi vt explicatur in textu. [r] Cano relect. de pœnit. p. 4. Soto. d. 17. q. 2. 6. & communis Recent. contra Vegam lib. 13. cap. 20. & de iuſtific. q. 13. ad 1. contra ſecundam concluſ. cum Med. [s] Trid. ſeſſ. 14. c. 5. can. 7. ſin. licet memoriam illorum habeat. [t] Conc. Florent. Triden. ſeſſ. 14. cap. 3. & 4. quamuis enim ſola dilectio Dei ſit perfectior actus, & de ſe ſufficiens cōtra omnia venialia: ſed nō eſt ex materia ſacramēti quam Concil. & Patres explicant neceſſariam. [u] quia attritio, ſecundum quod extenditur ad peccatum oblitum, non fuit informata per ſacramētum directe: & perinde valet, ac noua attritio illius peccati, quod fatentur qui putant dolorē non eſſe partem neceſſariam huius ſacramenti, ſed requiri, ut diſpoſitionem (de quibus dictum eſt. c. 10. vt tenet Maior. diſ. 17. q. 3. Almain. & videtur Scot. Gabrie. Durand. Palud.) ac ſubinde negant confeſſionem cum defectu doloris factā eſſe iterandam, quæ ſententia licet falſa ſit, ut bene ait Nauar. cap. 1 nume. 41. §. 21. ſeruit tamen propoſito. [x] ſup. c. 22. Y. Nauar. cap. 1. num. 42.

CAP. XXVII.

[a] CAietan. opuſ. de contrit. q. 1. & opuſ. 27. qq. q. 12. & verb. contritio. & inf. Nauar. cap. 1. nume. 23. 25. DD. diſtinct. 17. Durand. q. 4. & ſeq. Paludan. quæſt. 1. Soto. q. 2. art. 4. ſup. cap. 7. Bellarm. lib. 2. de pœnitentia. capit. 10. 11. [b] Quia melioribus debetur ſecundum iuſtitiam maior gloria: D. Thom. 2. 2. quæſt. 26. 7. & pręſertim in patria eſt hic effectus bene ordinatus, D. Thom. art. 13. cum tamen ar. 4. explicet, quòd appretiatiue ex caritate plus diligo gloriam meam, quam B. Petri. [c] infra capit. 28. [d] colligitur de fide: dolor enim contritionis fundatur in dilectione Dei, ex Auguſtin.

communiter tamen homo impius non peruenit ſubito ad tam eximiũ actum contritionis, ſed præcedit tẽpore diſpoſitio imperfecta [e] in intellectu, & voluntate. ex Dei auxilio, qui paulatim præparat, & diſponit ad formam gratiæ quę cum contritione infunditur. mouetur enim homo ex varijs obiectis, & per diuturnam deliberationem cum diſcurſu: & ex amore concupiſcentiæ, ac timore pœnæ manuducitur ad amicitiam Dei, & plenam peccati deteſtationem.

3 Non eſt impoſſibile, ut vno inſtanti ſine alia pręcedẽtis temporis deliberatione, ſint multi actus ſubordinati. ſic enim Angelus in primo ſuæ creationis inſtanti, ſeu diſpoſuit cum Dei auxilio ad gratiam & meruit gloriam, quod de beatiſſima anima Chriſti certum eſt. [f] Ita proponi poteſt ex peculiari Dei prouidentia obiectum apte peccatori, ut ſimul per fidem cognoſcat Deũ amore dignũ, & illius offenſam dignam deteſtatione, & compenſatione: eodemque temporis momento pręparata voluntas per auxiliũ Dei, poteſt habere cõtritionem dolorem que peccati propter Deum, quem ſumme diligit. quamuis enim concurrãt plures actus in intellectu, & voluntate, habẽt tamen ordinatam connexionem per modum vnius ſine impedimento: & ex uno tanquam ex cauſa quę ſit natura tantũ prior, poteſt ſtatim prodire alter: nec requiritur moroſus diſcurſus, ſi Deus efficaci auxilio, & lumine inclinet in iudicium certum de prędicto obiecto: [g] vt cum ex Saulo perſecutore Act.9. ſubito fecit Paulum Apoſtolum: & vir diligens qui fidem habet, & aſſuetus eſt conſiderare prædicta obiecta, & redire ad cor, poteſt breui, hoc totum aduertere, & conteri. Paganus vero ita ſubito excitari non ſolet ſine miraculoſa conuerſione.

4 Quidam aiunt contritionem nõ fieri, & vltimam diſpoſitionem gratiæ niſi per aliquod tempus duret, [h] cum ſit actus humanus deliberatus. At re vera cum primum impius habet verum actum contritionis, qui in inſtanti perficitur, nõ eget vlla continuatione, [i] per moram temporis, ſed ſtatim cum ea eſt plene diſpoſitus ad primam gratiã, quam Spiritus ſanctus ſine mora infundit. quare non tantum in quacunque hora, ut dicitur Ezech. 18. & 33. ingemuerit peccator: ſed in quocunq; inſtanti contritus fuerit, ſtatim iuſtificabitur. quod ex Eſai. 30. ſi reuertamini, & quieſcatis ſalui eritis: colligũt Patres, [k] quia hęc & ſimiles conditionales ſignificant effectum fieri ſine mora: [l] & quãuis Deus non omnibus conferat tã efficax, & ſubitum auxilium, & per opportuna tempora infundat meliores inſpirationes: qui tamen laborat in extremis, & vrgetur pręcepto pœnitentiæ, ne irreparabiliter pereat, ſi faciat totum, quod in ſe eſt vtens præparatis auxilijs, & feruenti oratione petat, quod ſibi deeſt, [m] impetrabit donum contritionis, dum ſupereſt via, & vita in tempore quantumuis breui [n] ante mortem. quod ſi ad deliberationem humanam, & omnes partes contritionis egeret tempore, ut quidam falſo putant, [o] non eſt determinata temporis mora neceſſaria, ſed in minori, ac minori temporis parte poteſt digne conuerti: ita ut nunquam viator ſit ſine remedio, & extra ſtatum ſalutis ſi pollet vſu rationis, [p] & vtatur auxilijs, ac orationibus prædictis. ſed re vera nullum tempus requiritur, quod ſi actus humanus temporis continuationem requirat, ut quidam aiunt, [q] ſatis eſt inſtans quo primum incipit, & adeſt hic contritionis actus.

5 Contritio à Patribus conſulitur, ut fiat toto animi conatu, & intenſione, [r] & ex toto corde cum

dilectio vero Dei eſt appretiatiuè maior (Matth.10. qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus) ac ſubinde peccatum quod eſt ſummum malum, & obiectiue opponitur bono diuino in ſe ipſo, eſt ſumme deteſtandum propter Deum communis Theolog. diſt.17. D.Thom. quæſt.2.3.1. Durand. quæſt.4. Nauar. cap.1. num. 20.21. D.Thomas, quodlib.1. articu.9. Caietan. opuſc.4. de contrit. & opuſc.17. quęſt. vnica. Palud. diſt.17. quæſt.1.5. Soto, quæſtio.2.4. poſt 4 concluſ. & diſtinct.18. quæſt.3. Bonauent. diſt.16. quæſtio.1. Ledeſm. 2.p. quęſt.2. artic.3. (addit Soto ſatis eſſe, dolere de peccatis abſolute, ut ſunt offenſa Dei.) Vega lib.13. cap.25. ſatis eſt quod nulla ratione vellet conſenſiſſe peccato, quia eſt offenſa Dei: quia hæc eſt maxima ratio, ob quam deteſtandũ eſt. ſed Confeſſarius inducat eam plius, ut deteſtetur ſuper omne deteſtabile in communi, cum propoſito vitãdi omnia peccata ſuper omne vitabile in cõmuni. per hoc vero nõ iniicitur laqueus fragili pœnitenti, ſi non deſcendatur ad particulares comparationes. [e] Supra cap.21. Trident. ſeſſ.6. capit.4. 5.6. & 7. D.Thom. quæſt.85. 6. & 1.2. quæſt.112. artic.3. quæſt.113. artic.7. [f] Sic eodem inſtanti quo Sol illuminat Lunam, Luna illuminat aerem, & terram: quia ſine impedimento reſiſtentiæ. Angelus in primo inſtanti habuit, & actus naturales, ac ſupernaturales, quibus ſe diſpoſuit, diſpoſitusque recepit gratiam, & meruit gloriã. D.Tho. 1.p. quæſt.62. artic.5. & de Adam. 1.p. quæſt.95.1. ad 5. de anima Chriſti. 3.p. quæſt.34.3. & communis cum Magiſt. 3. diſtin.18. vbi D.Thom. art.3. Richard. art.1. quæſt.2. Scot. Gabr. Marſil. q.12.1. concluſ.4. nec id negare audent Paludan. q.2. Palac. quæſt.1. cum D.Gregor. dum explicat Exod.25. Suar.3.p.q.19. artic.3. dub.39. §.3. Caietan. Fr. Med. omnes Recent. contra Alex.3.p.q.16.m.2. artic.1. quem videtur ſequi Bonauent. diſt.18. artic.1.q.1. Albert. art.6. & eius diſcipul. Vdalric. putantes quod in primo inſtanti cœpit extrinſecè mereri per vltimum non eſſe. quod Durand. q.2. dicit problema. D.Tho.1.2.q.112.2. ad 2. q.113.7. probat Ioan.6. [g] omnes qui audit à Patre, & didicit, venit ad me. cap.12. omnia traham ad me ipſum. Oſeæ 11. in vinculis caritatis trahã te. Can.1. trahe me poſt te. Auguſt. tract.26. in Ioan. vbi Chryſoſt. hom.43. Aug.1. de liber. arbit. cap.11. ſic Eccleſ. cap.11. facile eſt in oculis Domini ſubito honeſtare pauperem, ut Actor.9. in conuerſione Pauli. & Dauid cum dixit, peccaui Domino, triplici ſyllaba obtinuit ſtatim veniam trium peccatorum grauiſſimorum, ut ponderat Aug. cit. inf. cap.28. T. [h] ſupra cap.7. Ezech.18. & 33. Cathar. lib.5. contra Caiet. Chryſoſtom. libel. de reparatione lapſi. cap. talis, de pœnitent. d.3. Leo. epiſt.89. aliàs 91. ad Theodor. (quem Soto falſo citat epiſt.19.) Cœleſt. I. epiſto.2. ad Epiſcopos Gall. Cyprian. ſerm. in Cœna Domini. cap. agnouimus. de pœniten. d.7. de quo bene Soto. lib.2. de natura & grat. cap.14.16. lib.3. cap. vlt. d.17. q.2.4. ad fin. vbi literam mendoſam ſic corrige: vbi dicit per horam, lege per 16. partem horæ. vbi dicit per medietatem horæ, lege per 128. partẽ horæ. vbi dicit per quartã partem horæ, lege p 256. partem horæ. & nihil aliud oportet mutare. [i] In quo errant Scot. d.14. q.2. ar.2. Ocam, Gabriel. & Scot. 2.d.28. q. vnic. fin. Caietan. opuſc. de contrit. quos bene reprobat Medi. tract.1. de pœnitentia. q.1. Nauar. c.1. nu.30. [k] quod citat Leo Caſtri in Eſai. 30. ſi reuertamini: vbi legunt 70. cum cõuerſus ingemueris ſaluaberis: & citat Cyprian. ſerm. de lapſis ad ſi. epiſt. 28. Hieron. tom.1. epiſt.46. ad Ruſtic. Auguſt. tom.8. lib. de conflictu virtutum, & vitiorum. Ambr.1. de pœnit. c.4. Pacian. epiſt.3. ad Simpron. Tertull. de pœnitentia. c.4. vbi Pamel. Bellarm. lib.2. de pœnitent. cap.10. & cap. 11. prop.4. [l] id Ezechiel. 18.33. in quacunque die, vel hora. Apoc.3. ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum. Zachar.2. cõuertimini ad me, & conuertar. Ierem.15. ſi conuerteris, conuertam te: vt exponit Cœleſt. Pap. epiſt.2. capit.3. Iul. I. decret.2. poſt epiſt.3. Leo epiſt.91. cap.4. Chryſoſtom. tom.3. orat. de Sancto Philogon. & to.5. de reparatione lapſi. habentur cap. talis eſt. de pœnitent. diſt.3. & alia apud Grat. 26. quæſt.6. [m] Trident. ſeſſ. 6. cap.11. Deus iubendo monet facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, quæ verba ſunt Auguſt. de natura & gratia. cap. penult. vide cap.16.43. & Torrenſ. lib.2. confeſſ. cap.8. §.1. Chryſoſt. ho.1. de compunct. cord. hom.39.65. ad popul. Baſil. regu. breu. q.176. & tamen vt oratio impetret, eget præueniente auxilio, ut ait Aug. ſup. ex Rom.8. quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ſpiritus poſtulat pro nobis. Conc. Arauſic.2. cap.6. Aug.1. retract. cap.26. Vega de iuſtificat. q.8. & lib.12. cap.21. [n] [o] Nam inter vitam, & primũ non eſſe hominis, mediat tempus determinatum, ſi eſſet neceſſaria mora tẽporis, quæ ſuppleatur per intenſionem. At reuera non requiritur cõtra Scot. & Caiet. [p] At amens, aut furioſus, imo ebrius, aut dormiens in peccato mortale, non eſt ita proximè præparatus. [q] Greg. Arimi. de quo dictum eſt. c.7. ſi quando incipiat actus voluntatis per vltimum non eſſe, ut contritio, ita iuſtificatio fiet in parte temporis inadæquata. [r] Trident. ſeſſ.14. cap.4. ex vehementi odio peccati, & ingenti deteſtatione. Ierem.31. pone tibi

amaritu-

amaritudine, & dolore parturiĕtis, & rugiennis : vt ſic homo oſtendat, quod quantum valet intendu com penſare Deo ad obtinendam remiſſionem non tãtum culpæ, ſed totius pœnæ. nec patres ſatis diſtinguunt inter dolorem appretiatiuum, & in ſ tenſiuum: ſ cum tamen reuera mul tum differant. nam intenſio circa idem obiectum formale, & materiale ſumitur ex maiori conatu ſecundum gradus intenſionis: ſed ap pretiatio eſt firmior adhæſio ex me liori motiuo formali, ita ut interpre tatiue fiat comparatio hæc, ſi inter duo detur optio potius deſerĕdum eſt quod minus appretiatur, vt dum Deus diligitur ſub ratione finis vlti mi quamuis paruo, & remiſſo cona t tu diligatur, t præfertur appretiatiue dilectioni cuiuſcũque creaturæ, quamuis nimis intenſo, & tenero affectu diligatur. Hæc vero intĕſio iuuatur ex paſſione appetitus ſenſitiui, quæ tamen ad contritionem u neceſſaria non eſt. u iuuatur itĕ ex varijs motiuis, ut mater tenerius, & intenſius diligit infantem quem diu aluo continuit, cum dolore peperit, & cum labore educauit, quã pater: qui tamen firmiori ratione appretiatiue diligit filium.

6 Vt contritio ſit vltima gratiæ diſpoſitio non requirit certum gra- x dum intenſionis, x nec ſummum conatum voluntatis, dum abſolute elicitur à virtute pœnitentię, uel ex auxilio Dei. nam Deus nõ obligat ad rem tam difficilem, & de cuius gradu intenſiuo homini conſtare nõ poteſt. nec obligat, ut homo pro quantitate auxilij cooperetur toto conatu quantum poteſt. ſed ſatis eſt ſubſtãtia contritionis, quãuis cum y minima intenſione y fieret. ſicut gratia quantumuis remiſſa ſufficit iuſtificare totũ hominem, & actus remiſſus virtutis qui fit ab homine grato, eſt meritorius augmenti gra- z tiæ, & gloriæ z eſſentialis, & pecca tum mortale licet tepidè, & paruo a conatu fiat, deſtruit totam gratiam a cum caritate, virtutibus, & donis Spiritus ſancti infuſis. Cur ergo parua contritio non deſtruet om- b nia peccata? b

7 Non requiritur ad veram con- c tritionem, ut dum fit comparatio c cum alijs malis, quam tamen imbe- d cilliores facere non expedit, d ſit actus cõtritionis intenſior quam do e lor aliorum, e id enim eſt difficile, & omnino ignotum homini, quo gradu intenſionis vnus actus alterum ſuperet. ſatis eſt, ut dum fit cõparatio appretiatiua, plus doleat de peccato quam de quocũque malo, ut explicatum eſt. Sic enim in alijs f virtutib. datur ordo appretiatiuus. f quare ſi culpa compararetur cum ſola pœna etiam inferni, ita ut ab inferno præſcindatur obſtinatio in culpa ſine qua infernus nõ eſt, potius eligenda ſit pęna, aut omnino nõ eſſe, g ad vitandam culpam. g deinde ſine formali comparatione contritio eſt maxima appretiatiue, dũ homo de peccatis dolet abſolute, ut ſunt offenſa Dei, ita ut nulla ratione veller h conſenſiſſe peccato, h & cum propoſito emendę.

8 Si quis conſideret diuerſa peccata, dolor pœnitentiæ de grauiori peccato dicitur appretiatiue maior: i i quia ſi per impoſſibile daretur, optio, potius eligendum eſt leuius peccatum, ut furtum quam adulteriũ. & dum concurrunt præcepta incõpoſſibilia, aut ſcrupuloſus ligatur perplexitate conſcientiæ erroneæ, quam neſcit deponere, non peccat dum ſe cõformat prudenti dictamini rationis, ut eligat, & libere permittat in ſe, quod minus malum videtur. Si quis tamen habens firmũ propoſitum non admittendi vllum peccatum mortale, ficto caſu optionis datæ, eligeret ex infirmitate vitare potius peccatũ mortale leuius, quia ſibi magis infame, quam peccatum grauius: hic præuertens ordi- k nem ſolũ peccat venialiter, k quia quodlibet mortaliter interpretatiue includit odium, & deſtructionem ipſius Dei ex affectu, habetq; æqualitatem quandam ex parte auerſio- l nis, l cum ſit ſummum malum, & dignum infinito dolore, & æterna pœna: id vero in quo vnum peccatum excedit alterum ratione cõuerſionis, aut quia auerſio eſt directius m contra Deum, eſt quid finitum, m cuius præuerſio dum minus peccatum propter grauem infamiam homo eligit potius fugere, non videtur peccatum mortale quando com penſatur honeſtis cauſis.

9 Qui habet plura peccata inæqualiter grauia, non oportet magis n deteſtari actu vnum quam aliud: n ſed ad remiſſionem ſatis eſt de omnibus dolere pro vt in re ſunt offenſa Dei: hic enim dolor videtur appretiatiuè maior eſſe de grauiori of

amaritudines. Mich.4. quaſi parturiens. Eſai.59. rugiemus. Ambroſ.2. de pœnit.c.10. vehemens dolor, & ad virginem lapſam.c.8. ſ Bellarm.lib.2. de pœnit.c.10. & 11. ſ Petrus Soto, de pœnitent. lect.14. putat certum quod ſi fiat comparatio, tenetur impẽſius deteſtari peccatum, quam quodcunque aliud malum, & an oppoſitum eſſe periculoſum contra Patres. qui tamen intenſionem ſumũt pro appretiatione, vt Adr. de pœnitentia. q.2. quodl.5.ar.3. innuit D.Thom.d.17.q.2. 3.1. quia de ſolo dolore ſenſibili negat fore maximũ. Alex. 3.p.q.64.m.1.ar.3. & clarius ad arg. loquitẽ de intenſione. t de quibus ſtatim. t Sic dilectio Dei dicitur intenſior, ideſt appretiatiue maior. Aug.1. doctr.c.27. D.Tho.2.2.q.24.6. ad 1. ibi Bañes. Richar. d.17.ar.2.q.3. Scot.d.14.q.2.ar.2. & in 3.d.27.q. vni. vbi Almain. Adria. ſup. Petr.Soto.lect. 25. & 17. Medin. de u pœnit.tract.1.q.5. u D.Tho.d.17. ſupra. Nauar.c.1.num.24. x Doct.ſup. x D.Th. d.17.q.2.5.3.& 1.p. q.60.ar.5. Sot.d.14. & d.17.q.2. artic.4. Led. 2.p.q.2.art.1. & 1.p.q.26. artic.4. Cano relect.pœnit. p.3. Veg li.13.c.24. 25. Nauar.c.1.nu. 23.37.& c.11.nu.5. Bellar.lib.2.pœnit. c.11.prop.3. Aliaco. d.21. Victor.§.117. Gabr.d.14.q.1.ar.2. concl.5. Med.ſupra. y & omnes Recent. y Chryſoſt.epiſt.5.ad Theodor.lapſum.c. talis. de pœnit.d.3. Leo. epiſt.89. aliàs 91. & Trid. ſeſſ.14. c.3. & 4. ſolum explicat dolorĕ de offenſa Dei, ex dile- z ctione caritatis. z Trid.ſeſſ.6. can.32. actus meretur augmentum gratiæ, & gloriæ, vbi propoſitio indefinita ęquiualet vniuerſali, qa c.16. dicit nihil amplius requiri. Arauſic.2.cano.13. Mag. Peña, & Soto maior dicunt oppoſitũ eſſe erroneũ, quia videtur contra Conc. & Patres ſcripturã explicantes: & contra bonos mores à quibus diuertit hoĩes, prob. Matth.10. calicĕ aquę. & capilli veſtri oẽs numerati ſunt. Ledeſ.1.p.q.28.1. Soto lib.2. de nat. & grat.c.17. Vict. relect. de augm.carit. dicit, Catholicus non eſt qui id negat. Rich. Greg. Mai. Ægid. Carthuſ. Scot. Gabr. Capr. Almain.1.d.17. Caiet. Conrad. cum D.Tho.1.2.q.114.8.ad 3. vbi Fr.Med. & omnes Recent. Cordub.lib.1.q.9. Berg.concord.§.882.

Vinc.Ferrer. ſer. Septuageſimę. Petrus Sot. de pnĩa. lect.18. quam veriſſimam ſolam Bañes.2.2.q.24.art.6.ad 1. reijcit contra Torrĕ a rem. & multis adductis impugnat. vid. inf.c.33.P.R. a D.Tho.2.2. q.24.ar.10. vid. Trid. ſeſſ.6.can.19. Caſtr. verb pceptum. hęr.1. peccatum. hær.5. & 10. & paſſim in ſcripturis. Bellar. de bapt.c.14.15. b b quia Rom.5. vbi abũdauit delictum, ſuperabũdat, & gr̃a. Ezech.18.& 33. æque minatur mortĕ peccãti, vt vitã con uertenti ſe in quacũ que hora. Eſai.20. Iacob.4. appropinquate Deo, & ap- c propinquabit nobis. c Doctores ſup.X. cuius oppoſitum tenet Petr.Sot.lect.14 & ita putat limitãdos qui dicunt gñaliter requiri, ut contritio ſit intenſior, nempe quãdo ſit comparatio, q etiam ſignificant. Rich.d.17.ar.1. q.5. ad 3. Dur. q.4. Bonau.d.16.artic.2. d q.1. d vt quod in particulari plus doleat quam ſi vita, honor ſuus, aut vxoris, uel tota res familiaris lęderetur. ſup.c.24. §.3. Q. Nauar.c.1. nu.21. Soto.d.17.q. e 2.ar.4. monent. e Su f pra lit.C. f vt ex caritate plus tenetẽ diligere Deum q̃ proximum: Cant.4 ordinauit in me caritatem. D.Tho.2.2.q. 26.ar.1.& vlt. ex miſericordia prius tenemur parentibus, vxori, fratri, q̃ extraneis. q.31. art.3. ex iuſtitia creditor qui cũ hypotheca prior eſt t pe, potior eſt iure. Nau.c.17.nu.50. g g Dur. d.17.q.5. & de mĕte D.Th.q.2. 3a.ad 4. licet Capr. 4.d.14. q.1. ad arg. cont.1.cõc. & in 3.d. 27.ad 2.cont.3.cõc. improbet pp locũ. h D.Th. verit.q.13. h Sot.d.17.q.2.4. Veg. lib.13.c.25. Recent. Palud.d.17.q.1.ar.5. i Nauar.c.1. nu.21. i Dur.d.17.q.4. Soto. cũ D.Tho.add.q.3. art.3. Led.2.p.q.2. art.3. quod tñ vult Rich.d.1.q.5. Vict. Mãt. Guenar. & alij k Recĕt. k Soto. Led. ar.3.cõcl.7. Victor. Mantins, Recent. ſic Adr. affirmat q extra neceſſitatĕ licet plus diligere fratrĕ quã patrem. At ſtultum vr̃ facere hanc cõparationĕ: ſed abſolute doleat de omni mortali, qđ ſi ſcrupulus, & tentatio vexet, qd data optione præferret? ſuſpendat actũ, & cõfidat l de Dei auxilio, quod faciet tunc id quod debet. l m D.Tho.1.2. m q.73.2. DD.2.diſt.42. Durand.q.8. Auguſt. epiſt.19. & hær.82. n Caſtr. peccatum. hær.8. Cicer. paradox.4. n Soto, Ledeſ. Victor.

Mant. Recent. [n] D. Thom. 1. 2. quæſt. 12. artic 4. [p] Sic qui contritionem habet de veniali, intelligitur ſuper omne malum pœnæ. [q] Paludan. diſt. 17. q. 1. art. 5. Duraud. q. 5. Ledeſ. Mant. Aug. contra mendac. ad Coſentium. cap. 9. & lib. 1. qq. in Geneſ. quæſt. 42. cap. quod ait, 32. quæſt. 7. lib. de agon. cap. 30. ca nequit. 22. q. 2. lib. 1. doctr. cap. 36. D. Tho. 2. 2. q. 110. artic 3. vid. Sixt. lib. 5. bibliotħ. cap. 89. 107. Innoc. cap. ſuper eo. de vſur. Sot. d 17. quæſt. 2. art. 4. diſt. 22. q. 1. artic. 4. d. 18. artic. 2. d. 37. fin. Couar. 2. p. ſponſal. cap. 3. § 4 nu. 5. cap. alma mater. 1. p. § 3. num. 9 Caſtro. verbo mendacium. Cano lib. 2. de loc. c. 4. [r] Angel apud Syluest. matrimon. 7. §. 5. verſ. 9. Adria. quodlib. 1. art. 3. ad 8. contra 2. p. corol. quolib. 3. quęſtio. 2. Caiet. opuſc. in quędam dub. 2. 2. vbi re tractat quod ſignificat. 2. 2. quæſtio. 78. artic. 4. & verb. tyrãnus. Soto lib. 6. iuſt. quæſt. 1. 5. lib. 4 q. 7. artic. 3. ſpecul. coniug. 1. par. artic. 15. dub. 5. Nauarr. cap. 14. nume. 29. 31. g. capit. 24. nume. 11. Hiſp. num. 14. ſignificat. Auguſt. 2. de adulter. coniug. cap. 15. tom. 6. c. ſi quod vere. 33. quæſtio. 2. Chryſoſt. hom. 27. ad popul. Recent. [ſ] Nauar. cap. 14. num. 31. § 14. cap. 17. nume. 263. Soto. lib. 6. quęſt. 1. 5. colum. 3. libro 8. q. 2. 3. col. 1. Durand. 3. diſt. 37. q. 4. Paludan. Anto. 2. p. tit. 1. cap. 9 §. 14. iu caſu quod ſcio illum aliter non mutuaturum.

hom. 16. & ſerm. de pœnit. & conſ. qui generaliter exigit pœnitẽtiam de ſingulis, ſine ordine ad confeſſionem. [b] D. Thom. 3. p q. 87. 1. & 1. 2. q. 113. 5. ad 3. vtrobique Caietan. ſed ait non de neceſſitate medij, vel præcepti, ſed quia naturali progreſſu homo infirmus procedit ab imperfecto ad perfectam, & addit. q. 2. artic. 6. cap. & ad 3. ſeu diſt. 17. q. 2. 2. 6. & 3. ad 2. addit ſola obliuione excuſari à ſpeciali contritione de ſingulis: quorũ tamen recordatus tenetur ſpecialiter de illis conteri. de verit q. 28. 5. ad 4. tenet ſe cogitare ſingula ante, vel poſt iuſtificationem. & diſ. 21. 1. in fin. idem ſequuntur tanquam ſententiam D. Thom. Angel. contr. §. 4. Syluſ. num. 3. Cano relec. de pęnit. 3. p. ad fin. Taper. art. 5. princ. Medi. C. de pœnit. tractat. 1. q. 3. Soto. diſt. 17. q. 2. 3. Cord. lib. 1. quæſt. 5. & hi loquũtur abſque ordine ad confeſſionem. Alij vero agũt de contritione in lege euangelica, ob confeſſioné: vt Angel. Syluest. Caieta. to. 1. tract 4. de contrit. q. 2. & verbo cõtritio. Palud. d. 17. q. 2. artic. 2. concl. 5. ibi Durand q 2. ad 5. & d. 21. q. 3. nu. 7. Richard. d. 16. art. 4. q. 2. Bonau. in 2. p. q. 1. & 2. Gabr. q. 1. art. 3. dub. 2. reſp. 5. Maior. d. 14 q. 2. ad 2. contra 1. concluſ. Alex 4. p. quæſt. 17. memb. 3. art. 8. alias q. 69. memb. 8. ar. 2. Adria. de baptiſmo q. 3. artic. 2. fin. 17. Vict. §. 105. Nauar. cap. 1. num. 25. Pedraza cap. 2. [c] ita in lege euangelica eſſe traditioné eccleſiæ, ex cõmuni Patrum doctrina ait Caiet. tracta. 4. de contrit. q. 2. [d] Per hoc mutata ſniam 1. Doctor. ceſſat arg. Led. q. 1. art. 6. quia vera contritio generalis, ut haberi non poteſt, niſi præcedant quædam (puta fides explicita, reſtitutio in propoſito, repulſio occaſionis ꝓximæ, & formalis dolor, ſi recordetur peccati) ita aiũt requiri has ſpeciales cõtritiones. [e] Non quidé vt contritio nõ remittat peccatũ ſine voto, & onere cõfeſſionis (qa poſt generalẽ contritioné de peccatis in cõfuſo, nõ requiruntur ſpeciales attritiones, vt mediũ uel pręceptũ: quod ſatetur Caiet. 1. 2. q. 113. 5. ad 3.) ſed ut ſolo intellectu recogitet ſpecies, an ſit aliquid ꝙ proximis debeat reſtituere, vel an ſit in occaſione proxima peccati. [f] Citati. B. 8 ſup. E. & id tantum

ſenſa: vt qui uno actu vult finé, & media, plus appretiatiue diligit finé: [o] quare dum pęnitens dicitur odio habere furtum ſuper omne deteſtabile, & proponit vitate ſuper omne vitabile, uon ſequitur, ut ita ſtatuat ſuper omne aliud peccatum mortale, ſed intelligitur, ut furtum deteſtetur ſuper omne aliud malum quod nõ eſt peccatũ mortale. 2. non licet plus dolere de grauiori peccato alieno, quam de minori proprio: ſicut nõ licet venialiter mẽtiri pro ſalute totius orbis: [q] implicat enim ut mendacium quod eſt intrinſece malum, aut adulterium, mihi liceat propter bonum alienum. licebit tamen homini qui paratus eſt facere graue malum, conſulere, ut contentus ſit potius facere quoddã minus malum, [r] ad vitãdum maius: nam id conſilium, & electio non eſt, vt malum faciat, ſed ut minus faciat, ideſt, ne iam paratus homo peccet tam grauiter, quando conſulens nõ poteſt illum amouere ab omni malo patrando. Sic qui iure ſuo vtens petit ab vſurario parato mutuum ſub vſuris, [ſ] non peccat dũ ei oſtendit materiam minoris mali, permittens, ut illa abutatur.

CAPVT XXVIII.

Quantitas ex parte obiecti, ut ſit vniuerſalis dolor de ſingulis peccatis: ſed non requirũtur ſingulæ attritiones.

§. 2. *Quædam attritio eſt de omnibus.*

3 *Cõtritio quarta haberi poteſt poſt meditata peccata, aut antea.*

4 *Sed generalis contritio confuſe dicitur de ſingulis.*

5 *Qui recordatur tantum vnius mortalis contritio generalis delet omnia.*

6 *Communiter contritio non habetur ſine prauiis attritionibus: nec amplius intendunt Patres.*

QVidam ducti apparenti autoritate Patrum Ambr. [a] Aug. Greg. Chryſoſtom. & Scholaſticorum, ut B. Thom. [b] & quorundam aliorum, putant in lege euangelica per traditionem Eccleſiæ colligi, [c] medium eſſe neceſſarium ad iuſtificationem ei pœnitenti qui poteſt, & recordatur, ut ante generalem cõtritionem recogitet ſingulas peccatorum ſaltem ſpecies, & de illis habeat quaſdam pœnitudines quas attritiones vocant. alioqnin aiunt non habiturum ſpeciale donum cõtritionis [d] veræ, quia conuertatur in Deũ. vt ſine fide explicita Chriſti ſi eam habere poteſt, & ſine ablatione quadam impedimentorum ſibi poſſibili, non impetrabit donum contritionis, quod ſi vrgente mortis articulo, [e] vel propter obliuionem non præmittantur dictæ attritiones, dilectio Dei, aut ea generalis contritio remittet quidem culpas, ſed cum onere, & obligatione, ut poſtea cum poterit, habeat recogitationem, & ſpeciales attritiones de ſingulis peccatis, aut peccatorũ ſpeciebus: non quod per eas remittantur culpæ mortales prius iam remiſſæ, ſed ut impleatur onus præcepti poſitiui, aut naturalis, ſub cuius voto contritio remiſit peccata. Sic enim remiſſis per cõtritionem peccatis tenetur ad confeſſionem, quam contritio includit in voto: & operarius recepto ſtipendio tenetur ad onus laborandi in vinea. Sed hi Patres interpretandi ſunt, vt propter præceptum confeſſionis de ſingulis mortalibus requiratur examẽ illorum, [f] quod communiter fieri ſolet cum quadam attritione peccati: & hæc dicitur de ſingulis, ut poſtea dicetur.

2 Vt attritio perfecta quæ cum ſacramento pœnitentiæ ſufficit ad iuſtificationem non eſt de quibuſdam tantum peccatis, ſed de omnibus mortalibus, abſque eo, ut in aliquo retineat virtualem affectioné: ita potiori iure perfecta cõtritio, ita eſt de omnibus mortalibus ſaltem confuſe, & in vniuerſali, ut nullum excludat. 2. contritio non tantum nunc includit propter præceptum poſitiuum Chriſti de confeſſione, ſed olim includebat, ut homo intellectu recogitet obligationes proprii ſtatus, & ſpecies præcipuas peccatorum in quæ incidit. [g] quia interdũ habet præſentem obligationem reſtituendi ſtatim, aut iacet in ignorantia culpabili, uel ob propoſitum, & remedium in futurum, ut iacet occaſionem proximam ſtatumque peccati: quæ occaſio niſi prius tollatur non eſt vera contritio. in articulo tamen mortis ſicut homo per impotentiam excuſatur ab integra confeſſione, quæ alias eſt medium de ſe neceſſarium, vt digne abſolua-

CAP. XXVIII.

AMbroſ. [a] in id pſalm. 37. amici mei: & iniquitatem meam annuntiabo. Auguſt. de vera, & falſa pœniten. cap. 9. 14. vbi loquitur in ordine ad cõfeſſionem, & cap. 17. Greg. 3. p. Paſtoral. cap. 30. & ſeq. exponens id Thren. 3. diuiſiones aquarũ, & lib. 4. moral. cap. 17. lib. 8. cap. 15. 16. & citat pſalm 36. cogitaui dies antiquos. pſal. 37. cogitaui pro peccato meo. Eſai. 38. recogitabo omnes annos meos. Chryſoſt. hom. 42. Matth. lib. 1. de compunct. cord. ad fin. & lib. 2. ad fin. tom. 5. & hom. 4. de Lazar. & diuite poſt med. to id Eſai. narra. quod habes, habetur Græce dic tu peccata tua, vt iuſtificeris, & citat. 1. Corint. 11. ſi nos ipſos diiudicaremus, hom. 9. Hebr. & ad popul. hom. 31. 41. 46. in Gen.

tantum expreſſit D.Thom. de verit. quæſt. 28. 5. ad quartum, ſed quia ex tali de ſingulis recogitatione in homine bene diſpoſito ſe-
h quuntur attritiones, ut Doctor. explicant. in fin. §. 6. [h] certum eſt tunc ſatis eſſe contritionem generalem: quia in quocunque inſtanti poteſt homo conuerti, ſi præſtet totum quod poteſt, & nouit. fatetur Angel. pœnitens. §. 3. Caietan. dict. opuſc. de contrit. & verb. contritio. Nauar. cap. 1. nume. 25. Ledeſm. quæſtio. 1. articu. 6. Victor. ſup. Petrus Soto lect. 13. ad fi. Vega. lib. 13. cap. 25. propoſitione 8. Albert. diſtinct. 16. artic. 32. Marſil. quæſtio. 12. articu. 1. de confeſ. quę fit Deo. Bellarmin. lib. 2. de pœnitent. capit. 11. propoſi. 6. vt bonus latro. Petrus. & Magdalena vno puncto ſunt iuſtificati. Cyprian. ſermo. de lapſ. ad fin. Ambro. libro ad Virginem corruptam. capit. 8. Auguſtin. 8. confeſſ. capit. 12. Cordub. libro 1. quæſtio. 25. Medin. tracta. 1. de pœnitent. quæſt. 12. Pius V. catech. Catharin. lib. 5. contra Caietan. & fatetur Caietan. 1. 2. quæſtio. 113. 5. ad ter-
i tium [i] quod tantum ait Chryſoſtom. homil. 9. ad Hebr. ad fin. homil. 46. ad popul. libro 1. de compunct. cord. fin. homilia 4. de Lazaro poſt med. ſignificat Gregor. 3. Paſtoral. capitu. 30. Caſſian. collat. 20. capit. 6.
k & 7. [k] vt unus conceptus animalis, aut entis prędicatur formaliter de ſingulis ſpeciebus, ſeu inferioribus: quia confuſe ſub illo conti-
l nentur. [l] vt in articulo mortis, & neceſſitatis, ita extra illam ſi homo præſtet cum Dei auxilio totum quod in ſe eſt, generalis contritio in confuſo cum Dei dilectione eſt ſufficiens, & ultima diſpoſitio gratiæ, cum ſit perfecta conuerſio. communis citat. H. & omnes Recent. Catharin. Victor. Ledeſma, Vega. libro 13. capitulo 23. & 25. Marſil. Maior. diſtinctione 17. quæſtione 3. Petrus Soto. Nauarr. numero 25. Caietanus. 1. 2.

tur: ita excuſatur per tēporis anguſtias à prædicta recognitione peccatorum, & ſatis eſt eam habere in voto implicito, ſi quando per tēpus
h liceat. [h] ſimile eſt in oblito peccatorum poſt diligentiam: hic enim per generalem contritionem poteſt in quocunque puncto cōuerti. 3. hæc præcogitatio, ut de ſingulis peccatis habeātur ſingulæ attritiones, vtilis
i eſt ad ſatisfactionē pœnæ [i] temporalis poſt culpam remiſſam: ſed in præſenti vita non tenetur ſub mortalis ſatisfacere plene pro pęna temporali, nec enim nouit homo quāta ſufficiat pro tota pœna. ſup. cap. 8.

3 Ex parte voluntatis contritio quatuor habere poteſt, primo poſt præmeditata peccata, ut habeatur vna generalis de omnibus contritio. & hęc eſt formaliter de ſingulis
k quamuis confuſe. [k] 2. vt præmiſſo examine recordetur vnius mortalis, & de illo tantum formaliter doleat. ſed cum præparatione animi quod doleret de alijs ſi recordaret. 3. ſi abſque vlla pręmeditatione peccatorum in particulari doleat in cōi ſimpliciter, aut ſub cōditione ſi forte peccatū habeat. 4. ſi in particulari non recordetur quorundam peccatorū: & tamen de vno tantū formaliter dolet, quod ſibi valde nocuit. Certe ex parte volūtatis nec nunc propter confeſſionem faciendā, nec olim in pœnitente requiruntur attritiones multæ, aut vna, niſi forte per accidens: ſed ſatis eſt poſtea, aut ante recogitata peccata vna genera-
l lis, & confuſa contritio. [l] nam qui peccata omnia confitetur ſine vllo dolore, & tamen in fine confeſſionis habet cōtritionem, ſatisfacit pręcepto, & fructum ſacramenti recipit. ſi vero prope mortem confiteri non poteſt, ſatis eſt ſic conteri, & intellectu recogitare quaſdam ſpecies peccati, ut perpēdat, an aliquid reſtituendū ſit, aut vitanda occaſio. non tamē tenetur recogitare ſingula in indiuiduo: quia ratio ſic recogitandi non eſt niſi propter confeſſionem, quæ fit homini tāquam iudici, & medico: quo fine ceſſante, ceſſat, & obligatio ſic recogitandi.

4 Poſita generali de peccatis, ut ſunt offenſa Dei contritione, quamuis nullū peccatum a ſe cōmiſſum in ſpecie, & numero pręmeditetur,
m ſtatim iuſtificatur impius. [m] quia ea contritio eſt formaliter de omnibus & ſingulis, licet confuſe: nec tenetur amplius de hoc vel de illo peccato conteri. & cum hoc ſimul eſt dilectio Dei ſuper omnia, quæ vtraque eſt ſufficiens diſpoſitio gratiæ ſine vllo impedimento. examen tamē, & recogitatio intellectus interdum poſt contritionem requiritur, ut dictum eſt. c. 14. ſi facta diligentia examinis, homo non recordetur niſi vnius peccati, cū habeat plura mortalia, & formaliter conteratur de illo abſolute, hic iuſtifica-
n tur. [n] quia interpretatiue doluit de omnibus ſub cōi ratione formali. ſi tamē poſtea recordetur aliorū mortalium tenetur de illis conteri, vt cōpenſatio cōtritionis formaliter fiat de ſingulis dum poteſt & recordat.
o ſic qui omnino peccatorū oblitus [o] habet dilectionē Dei ſuper omnia iuſtificatur, ſed ſub eo onere, & pręcepto, vt cum peccatorum recordatus fuerit habeat de illis formalē pę-
p nitentiam, [p] quam Deus inſtituit eſſe mediū neceſſarium remiſſioni: ſicut & fidem explicitā de Chriſto in eo, qui per ſe ipſum cum cōi auxilio poteſt, & recordatur. ſic qui poſt acceptam abſolutionē iuſtificatus recordatur peccatorum oblitorum, tenetur expreſſe cōfiteri, ut directe ab illis abſoluatur. non tamen obligat Chriſtus ſtatim confiteri, vt medium neceſſariū: quia id homo ſe ſolo nō poteſt, ſed pendet ex alterius ſimul miniſtri voluntate: & cōtentus eſt Deus ad remiſſionem ea compenſatione quam ſtatim homo ſe ſolo poteſt, cum voto ſacramenti ſuo debito tempore recipiendi.

5 Si quis vero nullā pręmiſit recogitandi diligentiā, & tamen forte recordatus vnius mortalis conteratur: ea contritio virtualiter, & confuſe fertur in omnia, & ſingula pec-
q cata: [q] cum procedat ex dilectione Dei, & nullum mortaliū excludat, de quo nō doleat: nec habeat vllius cōplacentiam virtualē. vt iuſtificatur qui nullius peccati in particulari memor dolet in genere ſaltē ſub conditione dicens, ſi peccaui dete-
r ſtor [r] ſuper omne deteſtabile ex dilectione Dei cum propoſito, &c. ſi quis vero meminit in particulari multorū peccatorum, & tamē ſiſtit in vno ſibi valde noxio quod deteſtatur, ut offenſam Dei, & ex dile-
r ſtantiam ingratitudinis, vt dictum [r] eſt. tandem in foro etiam exteriori interdum Eccleſia propter pœnitentiam condignam, priuatum dignitate Eccleſiaſtica, & beneficijs, reſti-

ſ tuit in priſtinum ſtatum, [ſ] ad imitationem diuinæ liberalitatis.

CAPVT XXXV.

De ſubiecto, ſeu de ſuſcipientibus ſacramentum, vel habitum pœnitentiæ. habuit habitum B. Virgo, & Adam.

§. 2. Quales actus haberet ex virtute pœnitentiæ B. Virgo.

CAPVT XXXV.

a b c INfra [a] lib. 2. cap. 4. confeſſio eſt pars neceſſaria. [b] inf. lib. 3. cap. 4. & 14. [c] D. Thom. 3. d. 36. artic. 2. ad quintum. in 4 d. 14 q. 1. 3. 2. add. quæſt. 16. art. 3. & 1. p. quæſt. 95. artic. 3. Ledeſ. 1. p. q. 18. 3. Tabien. verb. pœnitentia. § 4. Victor. & Recent. contra Sotum. diſt. 14. q. 2. artic. 5. & Almain. quia cum Adam in eo ſtatu innocentię non poſſet peccare venialiter, (vt ait D. Tho. 1. 2. quæſt. 89. art. 3.) falſo negant habuiſſe habi-

d tum pœnitentiæ. [d] Caſtro, & Medices de hær. verb. Adã. ex Sapient. 10. & 1. Corinth. 15. vbi eſt mors. Philaſt. & Guid. de hæreſ. Auguſt. de hęr. ca. 25. Euſeb. 4. hiſt. capit. 27. Nicepho. lib. 4. capit. 4. Iren. lib. 1. cap. 31. lib. 3. Epiphan. hær. 46. Martin. 5. hypotyp. c. 1. Pereira libro 7. in Geneſ. vid. ſup. cap.

e 12. F. [e] Paludan. diſtinc. 14. quæſt. 4. concluſ. 2 Ledeſm. 1. p. quæſt. 26. artic. 4. concluſ. prima. Maior, quæſt. Palac. quæſt. 6. Marſil. (Ledeſm. dicit nihil de hoc reperiri apud D. Tho) At Sot. ſup. & Almain. falſo negant, & probant, quia ob intrinſecam gratiæ copiã B. Virgo præſeruabatur ab omni peccato (de quo lib. de confirmat. cap. 13. D. Tho. 3. p. q. 27. art. 4. Vega lib. 14. in Trident. cap. 18. Trid. ſeſ. 6. can. 23.) ſed ratio eſt infir-

f ma. [f] nam vt Chriſtus ab extrinſeco tentatore paſſus eſt tentationes, ita B. Virgo: quæ tamen ab intrinſeco nõ habuit tẽtationem ex fomite ſemper ligato, aut potius ſubla-

g to. [g] quare B. Virgo, non habuit actũ formalem cõtritionis circa ſuos actus.

h [h] Sup. cap. 15. quia de veniali dolet ex dilectione Dei ſuper omne deteſtabile: nempe quod eſt

i malũ pœnæ. [i] quia Luc. 1. reuelatũ eſt ei eſſe gratia plenã. nam cum Apolloniæ ſit reuelata propria gratia, & prædeſtinatio, potiori iure

3 *Peccator de eadẽ culpa poteſt repetere actus contritionis. baptiſmus, eucharistia, confeſſione, & extrema vnctio collata eſt B. Virg. ſed non potuit abſolui.*

4 *Chriſtus non habuit habitũ pœnitentiæ, aut ſpei: nec Angelus, vel anima damnata, Deus per metaphoram dicitur pœnitere.*

5 *Pœnitentia virtus infunditur infantibus, per baptiſmũ Adam ſaluatus eſt. manet in animabus purgatoriũ, & in beatis hæc virtus.*

SAcramentum pœnitentiæ recipi non poteſt niſi ab eo qui poſt baptiſmum fecit peccatum, ſup. c. 9. & voce, aut ſigno illud cõfitetur ſacer-

a dotı [a] habenti iuriſdictionem, eamque non impeditã in pœnitẽtem, &

b in oẽs caſus [b] quos confitetur: de quo dicetur poſtea. & pęnitens debet eſſe moraliter præſens Confeſſario, ut ab illo poſſit abſolui: infra lib. 2. de pœnitentia. cap. 2. § 7. quæ præſentia miniſtri in omnibus ſacramentis requiritur præterquã in matrimonio. Virtus pœnitentię infuſa quæ ſicut & religio proxima eſt virtuti Theologicæ, reſidet in voluntate hominis ſup. cap. 22. & infunditur ſimul cum gratia: quamuis baptizatus non ſit, nec vnquam habuerit

c peccatum: vt Adam [c] etiam in ſtatu innocentiæ, recepit: & poſt peccatum egit verã pęnitentiam, ob quã Sapient. 10. Deus eduxit eum à de-

d licto ſuo. [d] habuit, & intemerata

e Virgo Maria, [e] hunc habitũ habuit: quia cum eſſet in adulta ętate de ſe capax peccati, non erat mutanda lex de virtutum omnium vtilium connexione, propter priuatum priuilegium quod erat in ſtatu innocentiæ, aut in B. Virgine.

2 Potuit tunc Adam, & B. Virgo per actus ex virtute pniæ elicitos re-

f ſiſtere tentationibus oblatis, [f] & habere firmũ propoſitũ vitandi omne peccatũ, vt eſt offenſa Dei: vt per virtutem iuſtitiæ cõfirmatur homo ne quem lędat, & proponit nulli facere iniuriam. ſed cõtritio quæ eſt pręcipuus actus pniæ haberi non poteſt, niſi ab hoĩe viatore qui habet vſum arbitrij vertibilis à malo in bonum,

g & poſt peccatum actuale. [g] qui fecit mortale poteſt ſtatim vtiliter auerti ab eo per contritionem: & contra

h venialia vtiliter habetur contritio. [h] de peccato originali complacere nõ licet, ſed pœnitere opus non eſt: ſup. c. 9. cum pro eo delendo ſufficiat ſupernaturalis conuerſio per dilectionem Dei ſuper omnia: quare B. Virgo quæ certa ſemper fuit de propria

i innocentia [i] nunquam habuit contritionem abſolute, nec etiam ſub

conditione quaſi de ſcrupuloſa conſcientia peccati.

3 Alii homines qui peccatum aliquod, vel ſemel admiſerunt, poſſunt repetere actus contritionis, [k] quamuis ſibi ex reuelatione cōſtaret peccatum eſſe omnino remiſſum: ſicut Petrus Apoſt. & Dauid poſt veniã rigabant faciem lachrymis. quod ſi quis nullum vnquam peccatum haberet, & tamẽ ſcrupulo peccati mortalis angeretur, deberet conteri ſaltem ſub conditione, & hic baptizatus teneretur confiteri id peccatum de quo probabiliter dubitat, quia in dubiis certior pars eſt tenenda ſup. cap. 9. & 15. nec tamen reciperet effectum ſacramẽti, ſi re vera nullum peccatum actuale fecit poſt baptiſmum. [l] baptiſmus tamen quamuis ordinetur contra peccatum, & extrema vnctio contra reliquias contractas ſaltem ex peccato originali, quæ in adulto cauſant debilitatẽ reſiſtendi tentationibus, & cooperandi auxiliis, potuit vtiliter conferri B. Virgini ſup. de confirmat. cap. 13. quæ immunis fuit ab omni peccato originali, & actuali: quia contraxit debilitatem, & mortem ex debito, & ex cauſa contrahendi peccatum: ſicut per ſacramentum confirmationis, & euchariſtię accepit incrementum, & robur gratiæ quo fortius dimicaret contra hoſtes. ſed nũquam confeſſa eſt Ioanni Euangeliſtæ peccatum vllum etiam ex humilitate, & confuſione, ut quidam fingunt: cum vtrique conſtaret perpetua virginis innocentia.

4 Quidam vt beatiſſima animam Chriſti, oneratam potius oſtendant quam ornatam, tribuunt ei habitus etiam virtutum quarundam voluntatis, & intellectus: quos ſapienter B. Thom. negat quaſi minus decentes. 1. aiunt habuiſſe habitum Pœnitentiæ per ſe infuſum, [m] quem ut ſuſpicionem vitent, negant differre ab habitu religionis: de quo dictum eſt cap. 19. §. 2. Chriſtum tamen habuiſſe actus proprie elicitos à pœnitentia. deinde eodem loco, coniungunt habitum ſpei infuſæ in Chriſto: [n] quia gloriam ſui corporis ſperauit per meritorium medium difficile paſſionis ſuæ. 3. vere habitum fidei non admittit: permittit tamen in voluntate Chriſti habitum (quem dicit ſemper comitari fidem [o]) qui pbet piam affectionem ad credenda myſteria. 4. Virtutes morales quæ humana induſtria acquiri ſolent circa obiectũ naturali rationi proportionatũ (quas B. Thom. quaſi ocioſas non expreſſit fuiſſe in Chriſto [p]) aiunt Chriſto fuiſſe per accidens infuſas, [q] vt in Adam fuerunt, nec auctas vllis actibus heroicis fuiſſe temperantiam, aut prudentiam hãc acquiſibilem: eo quod Chriſtus rẽperabat feruorem, ne prodiret in actum vllum habitibus illis intenſiorem. 5. B. Thom. ſæpè expreſſit, [r] ex Patrum doctrina, [ſ] Chriſtum ſcientias humanas acquiſiuiſſe experimẽtis, & naturali excellentis ingenii diſcurſu, [t] ſimul cum refluentia ex ſcientia infuſa: [u] quia decuit per omnia fratribus aſſimilari in modo ſciendi, & ſcientias acquirendi, ne alioqui intellectus agens quaſi ocioſus ceſſaret à connaturali officio abſtrahendi ſpecies vniuerſales: & ne ſenſus interni ſine cauſa impedirentur ne acquirerent ſpecies ex immutatione ſenſuum exteriorum. Sed aiunt hanc ſententiam defendi non poſſe, [x] ne Chriſtus inferior eſſet Adamo, qui ne priuaretur debito ornatu, habuit ſcientias per accidens infuſas: [y] & Patres negant Chriſtum profeciſſe in ſcientia diuina, aut humana. [z] At ſana doctrina illa eſt, quæ Chriſto tribuit, aut negat eos habitus, & actus, quos Patres conſiderate, & prudentiſſime tribuendos, [a] aut negandos aſſerunt.

5 Chriſtus etiam dum viator erat

k iure id dicendum eſt de B. Virgine. [k] quia homo nõ poteſt de ſuo ſatisfacere Deo pro peccato mortali recognoſcit ſe ſemper debitorem, & poteſt repetere actus contritionis. [l] quia ſcrupulus non eſt materia capax abſolutionis, qñ ſine culpa eſt. [m] Tho. de Argent. 4. d. 14. q. vn. art. 1. ad fin. pro actibus cõditionatis, ſi peccaſſẽ, pœniteret me. Marſil. 4. q. 10. ad 6. ſi. ſed falſo Xuar. 3 p q. 7. ar. 4. dub. 19. §. 1. citat D. Tho. 3. d. 13. q. 1. a. ad 1. & Alex. 3. p. q. 12. m. 3. art. 1. At Marſil. cũ Dur. putat pñiam non differre à iuſtitia commutat. [n] Quidam cõtra D Th. Caiet. & oẽs Recent. 3. p. q. 7. ar. 4. & ſæpe & antiq. Doct. 3. d. 26. Capr. Hiſpalenſ. & Mag. Carthuſ. q. 1. col. 5. Palac. q. 2. fin. Alex. ſup. nec ſpes manet in aliis beatis D. Th. 2. 2. q. 18. 2. ad 1. & 1. 2. q. 67. art. 4. vbi Conrad. Bañes, & Fr. Med. Victor. Mant. vterque Soto, & Peña. Rom. 8. quod videt quis, qd ſperat? & iuſ. quod non videmus, ſperamus. Auguſt. 1. doctr. c. 43. recedente fide, & ſpe, caritas nunquã recedit. enchir. c. 5. Quare ut in patria non manet in ſubiecto tota ratio formalis pro habitu fidei (quia idem mediũ diuinę reuelationis cõſtat clare beatis) ita nec ratio ſpei, vt autẽ ſperemus aliia beatitudinẽ non ſeruit ſpes, ſed caritas. D. Tho. 2. 2. q. 18. 2. ad 1. & 4. At Gerſon, vt in beatis dicit manere ſpẽ, ita tũ Durand. 3. d. 31. q. 4. Palu. q. 2. Guillel. de Rubion. 3. d. 24. q. 1. aſſerit manere habitum fidei. cont. D. Tho. 1. 2. q. 67. art. 3. & Patres D. Th. 3. p. q. 7. ar 3. & Doct. 3. d. 3. Albert. Bonau. Scot. Rich. Carthuſ. dicit oppoſitum eſſe improbabile. Capr. dicit eſſe contra ſcripturam. qa aliàs per fidem ſimul eſſet beatus, & viator. 2. Cor. 5. quamdiu &c. peregrinamur à Dño: per fidem. n. ambulamus. Aug. 14 Trin. c. 2. & colligit ex 1. Cor. 13. cũ ven. quod perfectum eſt, euacuabitur. vbi Hiero. Chryſ. Theoph. Theod. Bed. Primaſ. Mag. & Bruno, glo. interlin. Lyr. D. Tho. Caiet. Greg. ho. in Ioan. 20. quia vidiſti me Thoma. Aug. ſup. At Dur. ſent. dicunt non improbabilẽ in 1. Cor. 13. glo. ord. & Oecum. idemque Maior. d. 31. q. 1. Gabr. q. vn. Palac. q. vn. p. 375. Bacho. 3. d. 24. q. 1. d. 25. q. 1. Herui. quodl. 2. q. 10. artic. 3. At ſane non vr̃ probabile, ſed temerarium quod contra tot Patres ſcripturam explicãtes aſſeritur, aliàs ſimili oppoſitione non obſtãte maneret fides infuſa in hæretico, quod ſolus Dur. 3. d. 23. q. 9. affirmat. ſed periculoſe: & autor quidam in procœm. Dur. ait illũ retractaſſe: & oppoſitũ bene ſignificat. 2. d. 28. q. 1. art. 7. in 4. d. 13. q. 5. oẽs Recent. cũ Caiet. & D. Th. 2. 2. q. 5. art. 3. Bañes, & Arag. Albert. 2. d. 7. cõis. 3. d. 23. Gabriel. q. 2. dub. 2. Palac. q. 9. Capr. & Hiſpal. d. 24. Guid. de hæreſ. c. 9. Almain. tract. 2. moral. c. 3. Gerſ. tract. de cõio. ſub vtraque ſpecie Sonnius lib. 2. de fid. & iuſtificat.

o c. 2. Simanc. de cath. inſt. c. 28 nu. 5. [o] Henr. Gand. quodlib. & quidam noui, ſed cont. commun. Recent. & colligitur ex D. Tho 1. 2. q. 62. 3. & 2. 2. q. 4. art. 2. 10 ſolo intellectu inhæret fides. art. 6. eſt vna virtus. & ſpeciali rationi qñ voluntas eſt perfecta per habitum caritatis, quæ ſpeciali ratione dr̃ forma fidei. ar. 3. tunc fides eſt virtus, & dr̃ iuſtificare. quãuis aũt eſſet habitus pro iſta pia affectione, ſed naturaliter repugnat Chriſto, ſicut & fides. [p] D. Tho. 3. p. q. 7. qa Chriſtus nõ egebat freno paſſionum: & actus illarũ virtutũ ſemper retulit in finem ſuper naturalem. ſ. per infuſas morales, quãuis ſentit iſtas acquiſitas morales manere in beatis. 1. 2. q. 65. 2. & clarius. q. 67. 1. quantum ad formale, & ſm̃ diuerſos actus. cõs cum Mag. 3. diſ. 33. Gabr. q. 1. ar. 3. dub. 3. Scot. q. vn. Bona. q. 6. & Aug. 4. Trin. c. 9. Palac. q. vnica. Alex. 4. p. q. 98. m. 3. ar. 3. §. 1. ad 3. oẽs Recẽt. nec id negat Rich. art. 1. q. 6. qđ autẽ D. Tho. d. 33. q. 1. art 4. vr̃ negare. loquit̃ quantum ad materiale, vt etiam in 1. 2. Ioan. Arbor. lib. 19. Theoſoph. c. 12. Sixt. lib. 5. biblioth. c. 170. 171. lib. 6. c. 136. contra Dur. d. 33. q. 4. negãte de virt. appetitus. [q] Solus Xuar. ar. 4. quia & Adam habuit per accidẽs infuſas. 1. p. q. 94. 3. ad 1. & hinc Xuar. ait etiam acquiſitas ſcias fuiſſe Chriſto per accidẽs infuſas. [r] 3. p. q. 9. ar. 4. q. 12. ar. 3. Caiet. ſr. Med. & multi Thomiſt. Recent. Marſil. 4. q. 10. art. 2. concluſ. 5. Doct. 3. d. 14. Maio. q. 5. Capre. Hiſpal. Palac. q. 2. [ſ] ita id Luc. 2. proficiebat ætate, & ſapientia exponunt D. Tho. 3. q. 12. 2. ad 3. Dam. lib. 3. c. 21. Greg. hom. 11. in euang. Ambr. de Incarnat. c. 7. facit lib. 5. de fid. c. 8. & in Luc. 2. Bed. Cyril. lib. 2. de fid. ad Reginas. c. 3. Bellarm. lib. 4. de Chriſto. c. 5. Theod. epit. diuin. decret. Rich. Vict. lib. 1. de Emmanuel. c. 15. 16. lib. 2. c. 18. Laurent. Iuſtin. de connubio verbi, & aĩæ. c. 10. Sixt. lib. 6. bibliot. c. 141. & itẽ addit D. Tho. cum Amb. & Dam. c. 22. non dr̃ anima Chriſti ſimpliciter profeciſſe in ſcia: quia id ſignificat de ignorante factũ eſſe ſimpliciter ſcientẽ. [t] D. Th. q. 12. ar. 1. addit Caiet. & Recẽt. qđ miniſterio Angelorum pñtatæ ſunt Chriſto fere oẽs res ſenſibiles, & aĩalium ſpecies dũ erat in deſerto: vt D. Th. 1. p q. 96. 1. ad 1. colligit ex ſcriptura Angelos adduxiſſe oia ad Adam, vt noie impoſito ſciret experimento natur̃ã cuiuſque rei. [u] Capr & Hiſp. ſup. [x] Xuar. q. 12. ar. 4. dub. 30. §. 2. col. 1 ſi. [y] Xuar. & citat Bon. 4. d. 14. Rich. ar. 3. q. 1. Scot. Dur. Gabr. Alber. & vr̃ olim D. Th. ar. 3. 3. Palu. q. 2. & qdam Recent. Alex. 3. p q. 13. At hi nõ admittunt in Chřo alias ſcias ſeu ſpecies p ſe infuſas· vt nec alias virtutes morales. [z] Amb. Dam. ſup. Bed. in Dñic. 1. poſt epiph. & in Luc. 2. Theoph. Euthy. Lyr. at illos explicat D. Tho. ar. 2. ad 3. vid. ſup. lit. C. ſi. [a] Vt donum timoris, & actum

b non habuit habitum pœnitentiæ, [b]
quia ab intrinſeco ratione ſuppo-
ſiti, & animę beatæ erat incapax pec
cati: ſicut nec habuit virtutem fidei,
& ſpei infuſę, quæ ſupponit imper-
fectionem ſtatus in habente. 2. An-
gelus bonus in via non habuit ha-
c bitum pœnitentiæ: [c] quia ſi pecca-
ret, vt quidam peccarunt, manebat
pœnitentiæ incapax propter natura
lem immutabilitatem voluntatis,
quam habet poſt plenam delibera-
d tionem, [d] & poſt peccatum: quod
enim homini eſt mors Angelo fuit
e caſus, [e] vt mutari non poſſit à ſtatu
peccati. Dęmones, & animæ dam-
f natæ dolent de peccatis, [f] ſed fru-
ſtra abſque vlla Dei dilectione, aut
ſpe veniæ ad delendum peccatum.
ſed ut peccata ſunt ſibi cauſa crucia
g tus, & his ſubtrahitur fides, [g] &
h ſpes olim infuſa, [h] & pœnitentię:
quia ratione ſtatus eſt eis inutilis.
i Deus autem dicitur pœnitere [i] per
metaphoram, ſicut tangi dolore cor
dis, & iraſci: quia habet ſe ad mo-
dum pœnitentis, & punientis ex
iracundia.

6 Infunditur virtus pœnitentiæ
k infantibus per baptiſmum, [k] vt in
adulta ætate vtentes ea pręſeruen-
tur à peccatis, & doleant de venia-
libus: ac dum veniunt ad vſum ra-
tionis dicant, propono nunquam
peccare mortaliter, & ſi peccaue-
ro, cito reſurgere, quem actum ſi-
militer habere potuit Adam in ſta-
l tu innocentiæ: [l] ſed poſt lapſum ha
buit ex virtute pœnitentiæ veram
contritionem, qua eductus eſt à de-
m licto ſuo, & ſaluatus. [m] manet ha-
bitus, pœnitentiæ non tantum in
n animabus purgatorii, [n] in quibus
o manet etiam fides, & ſpes infuſa: [o]
p ſed in beatis, [p] nec fruſtra ad or-
natum, quia odio habent peccata
q quæ fecerant, ſed abſque dolore, [q]
& propoſito ſatisfaciendi: & con-
gratulantur, & gaudent de remiſ-
tione peccatorum ſibi facta ob pœ-
r nitentiam. [r]

CAPVT XXXVI.

De intentione recipiẽtis hoc ſacramentum.

§. 2. *Si intendat confiteri vni, & tamen audit alius, & abſoluit, valet ſacramentum.*
3 *Intentio ſit diſcreta, id eſt, in bonum finem cum intentione mortalis, non valet. ſed intentio peccati venialis non impedit fructum ſacramenti.*
4 *Qualis intentio ſufficiat.*

POenitentem oportet eſſe, aut
certe aliquando fuiſſe pręſentem
ſacerdoti abſoluenti: ut dicetur lib.
2. de pœnitentia. cap. 2. intentio ex
parte pęnitentis requiritur, vt velit,
a & proponat confiteri, [a] id eſt ſubijce
re ſe clauibus ſacerdotis. ſic ad alius
recepturus alia ſacramẽta habere de
b bet intentionem aliquã formalem [b]
reſpectu baptiſmi, vel ordinis: ſatis
vero eſt virtualis reſpectu extremæ
c vnctionis, [c] & viatici euchariſtię,
d [d] hęc enim miniſtrantur in mortis
articulo, ſi homo Chriſtiane vixit,
quamuis non petierit formaliter.

2 Si pœnitens intendat confiteri
cuidam ſibi noto ſacerdoti, & tamẽ
eo ignorãte adſit alius ſibi ignotus,
e qui illũ audit, & abſoluit: quidam [e]
putãt irritam eſſe abſolutionẽ, quaſi
pœnitens non intenderit ſponte ſe
ſubijcere huic tãquam iudici: & ar-
f bitro: pręſertim circa peccata [f] in quæ
pœnitens ſua electione tribuit Con
feſſario tanquam arbitro iuriſdictio
nem voluntariam. At re vera valet
abſolutio impenſa ab illo, qui habet
iuriſdictionem: quia pœnitẽs licet
priuato errore fallatur, putans hunc
Cõfeſſarium eſſe certum hominem
ſibi notum, vult tamẽ in particulari
abſolui ab iſto, & tenetur pœniten-
tiam ab eo impoſitã implere. Sicut
ex parte miniſtri dum baptizat, ab-
ſoluit, uel ordinat hunc in particula
ri, quem tamen priuato errore dece
ptus putat eſſe aliũ, valent collata ſa-

actum prophetiæ cum quadam obſcuritate in cogitatiua D. Tho.
b 3. q. 7. art. 6. & 8. & omnes Doct. [b] D. Thom. d. 14. q. 1. 3. 3. ad 2. add. q. 4. art. 3. & in 3. d. 13 q. 1. 2. 1. ad 1. & 3. p. q. 84. 7. ad 4. Palud. q. 4. concl. 4. Gabr. q. 1. fin. Palac. q. 2. fin Soto. q. 2. art. 5. ad fi. Led. 1. p. q. 26 art. 4 concl. 3. Xuar. 3. p. q. 1. ar. 2. dub. 4 §. 5. verſ. an vero, fatetur certum eſſe virtutem qua Chriſtus pro nobis ſatiſfecit, non eſſe pœni
c tentiam. [c] D. Tho. d. 14. q. 1. 3. 4. Soto. q. 2. 5. ad fin. Palac. q. 2. fi. Led. q. 26 4. Gregor. Niſſen. in verb. Luc. 6. non veni vocare iuſtos. Tabien. verb. pœniten
d tia §. 5. [d] in Iob 41. Gregor. 34. moral. c. 3. 25. Dam. lib. 2. cap. 3. & 4. & Greg. Niſſen. lib. 1. de homine. cap. 3. dęmon eſt inadeptiuus pœnitentiæ D. Thom. 1. p quæſt. 63. 6. vbi Caiet. & q. 64. 2. & ideo ſcript. nõ fecit mentionem de peccato Angelorũ: q a erat irremediabile. Alexan. 2. p. q. 109. memb. 8. cũ Albin. in Geneſ. 1. de quo miratur Aug. 1. de mirabil. ſcript. ca. 2. At re vera fecit Geneſ. 1. diuiſit lucem
e à tenebris. [e] Dam. lib. 2. cap. 3. Niſſen. Greg. ſup. Iſid. lib. 1. de ſumm. bon. c. 18. Anſelm. de liber. arbit. ad fin. Aug. ſup. lib. de vera, & falſa pœnitentia. c. 5. colligitur. 2. Petr. 2. ſi Deus Angelis peccant. Caſtr. verb. infernus. hær. 3. Soto d. 50. art. 4. concl. 4. & art. 5. Doct. cum Mag. 2. d. 7. Albert. Richard. Carth. q. 1. Capreol. Ferrar. 4. cõtra gent. cap 95. Henric. quodlib. 8.
f q. 11. Alex. [f] Sapient. 2. pœnitentiã agẽtes, & pręangu ſtia ſpiritus gementes, D. Thom. d. 17. quæſt. 2. 4. 3. & q. 3. 4. 1. ad ſecundum, add. quæſt. 16. 3. Soto diſt. 17. fin. Ledeſm. 2. p.
g quæſt. 18. [g] D. Tho. 2. 2. q. 5. art. 2. vbi Bañes, & omnes Recent. aiunt oppoſitum eſſe periculoſum, & proximum errori. idem D. Thom. 1. 2. quæſt. 67. artic. 3. communis in 2. diſt. 7. vbi Albert. at quia dęmones Iacob. 2. credunt, & contremiſcunt: & inuiti (quia conuicti ſunt miraculis) habent materialiter actum de obiecto fidei, quo credunt Chriſtum eſſe Deum (quod ſibi ignotum erat dum Chriſtus egit mortalem vitam) ideo Duran. 3. d. 23. quæſt. 9. artic. 2. & Alexand. 2. p. q. 118. memb. 3. artic. 1. aiunt in dęmonibus manere fidem. & Auguſt. de fide & operib. cap. 16. lib. 15. Trin.
h cap. 18. ſed loquuntur de fide acquiſita, non de infuſa. [h] D. Tho. 2. 2. quæſt. 18 artic. 2. nec ſpes eſt in Beatis. & addit. 3. p. q. 7. art. 4.
i nec fuiſſe in Chriſto, ſup. N. contra Xuar. [i] Geneſ. 6. pœnitet me feciſſe hominem: vbi Eucher. & alij Patres. Ierem. cap. 18. D. Thom. ad Rom. 11. ſine pœnitentia ſunt dona Dei. & 1. p. q. 19. 7 ad 1. & 3. p. quæſtio. 49. 5. ad 2. lib. 1. contra gent. cap. 91. Auguſt. 15. Ciuit. cap. 25. Greg. 20. moral. cap. 24 Martin lib. 2. hypot. cap 4.
k col. 3. lib. 9. reg. 3. probat ex Patribus. [k] Trident. ſeſſ. 6. capit. 7. & can. 11. & iam eſſet error denegare: quia infantes nõ habent actus ſupernaturales, & liberos, per quos iuſtificentur, ſicut adulti: Paludan. d. 14. q. 4. Richard. artic. 3. quæſt. 2. D. Thom. add. quæſt. 16. artic. 1. Ledeſm. q. 18. 1. Soto. diſt. 14. quæſt. 2. 5. ad fin. vbi falſo
l dicit D. Thom. ſentire oppoſitum. [l] quia Adam habuit habitum pęnitentiæ ſup. §. 1.
m [m] Sapient. 10. hæc ſapientia primũ hominem creauit, & eduxit eum ex delicto ſuo. & idem credendum eſt de Eua, quæ vt ſocia delicti, ita fuit ſocia pœnitentiæ Caſtro, & Medices verbo. Adam Irẹn. lib. 1. capit. 31. & lib. 5. cap. 34. Philaſt. D. Tho. 2. 2. q. 163. 3. Guido. Prateol. in Tatiano. Augu. de hæreſ. capit. 25. & epiſt. 99. ad Euod. habetur capit. ſicut primi. c. hi duo. de pœnitentia. diſt. 1. dicit, conſentit tota fere eccleſia. item Ambr. 2. de pœnitentia. c. 11. Chryſoſtom. hom. 7. ad popul. Epiphan. lib. 1. to. 3. hær. vlt. lib. 3. in expoſit. fid. Euſeb. 4. hiſtor. ca. 29. idem dicunt etiam de Eua. Anſel. lib. cur Deus homo. Niceph. lib. 4. hiſt. cap. 11. Mart. lib. 5.
n hypot. cap. 5. [n] D. Thom. d. 17. q. 2. 4. 3. quęſt. 3. 4. 1. ad 2. Sot. d. 17. fin. ſed negat D. Thom. habere contritionẽ: quia non habet cum animo, & ſpe ſatisfaciẽdi Deo per talem actum, ſed ſatis patitur, ut dicit Soto. diſt. 19. quæſt. 3. ar-
o tic. 3. [o] D. Thom. 2. 2. quæſt. 18. ar. 3.
p [p] D. Tho. add. q. 4. art. 3. q 16. artic. 2. Paludan. d. 14. q. 4. Richard. art. 3. q. 2. Soto. quęſt. 2. art. 5. Palac. q. 2. & communis Recẽt. item Soto. d. 17. fin. & generaliter D. Thom. d. 14. q. 1. 3. 3. & quæſt. 4. ad quartum, quod autem omnes virtutes morales remaneant in animabus beatis ad ornatum, & actus ſecundarios, probat D. Thom. 1. 2. quæſtio. 67. artic. 1. & timor filialis. 2. 2. quæſt. 19. artic. 11. vbi Bañes: de quo
q Caietan. cum D. Thom. 3. p. quæſt. 7. art. 6. [q] D. Thom. 3. p. q. 84. artic. 8. add. quæſt. 4. artic 3. quæſt. 16. artic. 2. Ledeſm. quæſt. 18. in 2. p. Soto. diſt. 17 q. 2. 6. fin. Victor. §. 123. Caietan. opuſc. de contritione, tract. 4. q. 1. Richard.] alud. ſup. Scot. Nauar. cap. 1. nu. 5.
r prælud. 10. num. 1. [r] D. Thom. Richard. & alij ex cit.

CAPVT XXXVI.

a VT [a] [b] ante baptiſmum, D. Thom. 3. p. quæſtio. 68. 7. ſupra de
b ſacrament. cap. 22. [c] [d] ſup. lib. de confirmat. cap. 13. & lib. de
c euchariſt. cap. 54. [e] Richard. d. 21. art. 4. q. 3. ibi Paludan. quæſt. 3.
d artic. 1. & late Adrian. de confeſſ. dub. penult. §. eſt hic dub. lit. X. [f]
e vt in venialia, aut in ea peccata mortalia à quibus directe aliàs fuit
f abſolutus: vel dum Epiſcopus, aut Pontifex electione ſua tribuit iuriſdictio-

cramenta: vt lib. de ſacram. cap. 9. & 19. dictum eſt.

g 3 Intentio debet eſſe diſcreta, g id eſt, quæ confeſsionem ordinet in proprium ipſius finem. peculiare tamen eſt in hoc ſacramento, vt ſi confeſsionem dirigat in finem mortalis (vt ad ſeducendum Epiſcopum cui
h hypocrita h confitetur, intendens ſibi indigno conferri beneficium)
i non valet abſolutio: i quamuis ſimul fateatur ipſum peccatum hypochryſis, aut ſcandali actiui, quia in eadem confeſsione perſeuerat poſt illā fictio peccati actualis, quam nō confitetur, nec de illa habet dolorē, & propoſitum emendæ. Si finis ſit peccatū veniale, ut vanæ gloriæ motiuum, & cauſa ſine qua non eſſet ſuſcepturus ſacramentum, quidam
k putant k irritam eſſe abſolutionem:
l Sed falſo l Difficile eſt in praxi diſtinguere certa regula, quando motiuum, ſeu cauſa impulſiua non ex-
m cludat finem vltimū boni operis. m communiter tamen etiam in dubio præſumitur non excludere (præſer-
n tim extra tempus præcepti. n) quia ſi expreſſe non excludat proprium finem ſacramenti, manet ſufficiens intentio recta circa ſubſtantiam, ut ſecluſo reſpectu prauæ intentionis velit recipere ſacramētum, & partes eius neceſſarias, adhibet enim diligētiam præmeditandi, vt integre confiteatur omnia cum dolore, quam nō adhiberet niſi intenderet ſine impedimento recipere verum ſacramentum. differt vero finis principalis à motiuo, ſeu fine proximo per quem non intēdit homo excludere finem per ſe, & principalem operis.

5 Si quis recogitet peccata animo confitendi, hic habet cōfuſam actua-
o lem intentionem accuſandi ſe, o & ſubijciendi clauibus iudicis: ac ſubinde recipiendi ſacramentum: nec requiritur alia formalis intentio ſic enim qui ex virtute pœnitentiæ habet contritionem de offenſa Dei, ſa-
p tis includit votum ſacramenti: p ſi quis aduertens confiteatur dimidiatè, & inconuritè, ſed abſque intentione recipiendi abſolutionem, vt meretrix quæ ſic confitetur in Quadrageſima, vitabit quidem pœ-
q nas, q vt excommunicationem quę ſolet ferri ab Epiſcopis: nec eſt ſacrilegus dum ita confitetur: nō tamen implet præceptum Chriſti, aut Ec-
r cleſiæ r de confeſſione annua. Si quis tempore præcepti confitetur
ſ propter ſolam vanam gloriam, ſ aut
t pœnas inferni, t vel ne notetur per excommunicationem Epiſcopi, ita ut expreſſa intentione excludat finem præcepti, dicens quod aliàs nō eſſet confeſsionem facturus, hic nō
u videtur implere præceptum: u quia præceptum confeſsionis, vel communionis, & alia præcepta includere debēt ſaltem virtualiter finem
x ſuum proximum, x ex quo ſumitur ratio formalis, & ſubſtantia obligationis. ſic ſub præcepto dilectio-
y nis cadit modus pręcepti, y qui eſt finis proximus, & obiectum illius. hic tamen, qui ob prędictam cauſam mouetur ad impletionem pręcepti, non cenſetur excludere proprium finem pręcepti, niſi expreſſa
z intentione id declaret. z Hactenus de prima parte materiæ, quæ contritio: & de virtute pœnitentiæ. Sequitur de ſecunda parte quæ eſt confeſsio.

g iuriſdictionem ſuo Confeſſario. g inf. lib. 5. de pœnitentia. cap. 3. Caietan. verb. confeſſio, & alij dum explicant condition. vt ſit di-
h ſcreta. h ſup. cap. 59. §. 1. vel ſi pœnitens intenderet fraudulenter
i inducere Confeſſarium ad peccatū mortale. i Nauar. c. 21. nu. 40. Soto. d. 18. q. 3. art. 3. Sylu conf. 1. §. 8. Ang. confeſſ. 1. §. 4. vanaglo-ria. §. 1. Arm. cōfeſ-
k ſio. §. 4. k Syl. Ang. Arm. ſup. imo addit Ang. verb. vanagloria, ſemper eſſe peccatū mortale. ſi quis opus per ſe inſtitutū in Dei gloriā, vt ſacrū, dirigat in vanā gloriā: & Abul. in Matth. 6. q. 3. & 55. idē de concione miſſa, & oratione.
l ſed falſo. l Nauar. cap. 23. nu. 13 §. 4. c. inter verb. cō. 1. 5. num. 83. aliàs 33. citans alios, & de cōfeſſione propter vanam gloriam. c. 21. nu. 40. lib. de orat. not. 22. nu. 12. Sylu. vanaglor. §. 3. & addit. ad Angel. verb. vanaglor. limitat illum ſi ponat finem vltimū in ambitione: ſicut qui cū vxore ſua habet actum de ſe licitum, ſed excludit proprium finem naturæ, intendens impedire prolem, peccat morta-
m liter. m Couarr. 1. variar. c. 20. nu. 5. & c. Alm. 1. p. §. 5. reg. peccatū. 2. p. princ. nu. 4. Segur. fol. 76. Tiraq. tract. ceſſante cauſa Iaſ. in l. 5. nu. 18 ff. de cōdict. cauſa data. Nauar. c. 21. num. 40. c. 23. num. 13. Soto inf. Cordub. lib. 1. q. 2. opio. 3. punct. 1. & 2.
n Recent. n vt qui ludit principaliter propter lucrum. Nauar. c. 19. nu. 6. Canonicus domi recitans, qui diebus indulgentiæ non vadit ad publicas horas, niſi dum ſoluitur pingue ſtipendium, Soto. lib. 9. iuſt. q. 6. art. 2. Cordub. lib. 1. q. 25. vel qui ſine præcepto ieiunat, audit miſſam, aut dat eleemoſynam propter vanam gloriam. ſed qui mutuat principali intentione propter lucrum, vel ſeruit Epiſcopo gratis principaliter, vt ſibi minus digno det beneficium, videtur pactum implicitum, & vſura, aut ſimonia mentalis, Nauar. c. 17. nu. 209 c. 25. nu. 113. 124. fin. quia obligat præceptum iuſtitiæ, vt ſine pacto vllo detur mutuum, aut beneficium. Sic qui tempore præcepti audit miſſam, aut confitetur propter vanam gloriam, ut cauſam finalem, non implet præceptum: quod obligat, vt impleatur ceſſante omni alio fine extrinſeco: & perinde eſt ac ſi excludat, & dicat ſi non eſſet vana gloria hæc, non audirem miſſam. vid. Nauar. ca. 11. num. 16. lib. de oratione not. 6. num. 15. & Miſcel. 41. §. 4. Miſcel. 44. num. 88. Couar. ſup. Cord. lib. 1. q. 32. Vega lib. 6. in Trident. cap. 19. Caſtro verb. contritio, &
o timor. o Imo eſt intentio actualis, ſed confuſa, quia non requirit, vt præceſſerit alia formalis intentio: qualem requirit intentio vir-
p tualis. p Trident. ſeſſ. 14. c. 4. niſi quis expreſſe dicat, ſe dolere, ſed excludere votum ſacramenti, aut propoſitū ſatisfactionis, & emen-
q dationis: tunc enim non eſſet vera contritio. q ſup. cap. 4. Nauarr. cap. 10. nu. 4. Hiſpa. nam Latin. refert ad c. 27. nu. 269. vbi oblitus
r eſt. r Soto. d. 18. q. 1. art. 4. bis prope fin. & q. 3. art. 3. ad 2. Nauar. ſup. & in compend. Hiſpan. cap. 10. & 27. Sylueſt. confeſſio. 1. §. 7. Adrian. de confeſſ. q. 5. dub. 4. Ledeſm. 2. p. q. 8. art. 2. dub. 52. Durand. d. 17. q. 14. nu 8. & q. 15. Petrus Soto lit. de confeſſ. lect. 8. fin. Fr. Med. lib. 1. c. 14. §. 41. quia præceptum Eccleſiæ eſt determinatio iuris diuini. quare vt non implet præceptum diuinum, ita nec Eccleſię Cord. caſ. 15. & ſe refert ad lib. 1. q. 2. opin. 3. dict. 4. f. 16. & citat Alex. Rich. Angel. Caiet. Med. Nauar. & Cano. relect. de pœnit.
ſ p. 5. ad 2. & 4. ſ Su-
t pra lit. N. t u Do-
u lere ob pœnas inferni, vel priuationem gratię, & gloriæ, eſt bonum motiuū, & finis proximus: ita tamen, vt expreſſe nō excludat, quod doleat de offenſa Dei, & propter Deū punitorem: atque ita hæc attritio eſt ſufficiens diſpoſitio cū ſacramento. vt ait Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. & communis ſententia ſup. c. 26. in qua deficit Soto, & Victor. ibi citati, putātes quòd qui pœniter propter pœnas inferni, nō dolet de offenſa Dei: & monēt, vt potius dicat doleo abſolute de peccatis. quaſi actus vitiēt ſi addat propter pœnas inferni. At reuera non vitiatur, & implet præceptum niſi expreſſe excludat dicens. niſi eſſet infernus, non dolerem, aut non implerem præceptum. nam Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 11. fin. can. 26. 31. negat peccare, qui operatur ob remunerationem. & diligi poteſt Deus etiam ex motiuo temporalium bonorum: & fiūt proceſſiones Eccleſię propter bona temporalia: vt fatetur D. Tho. 2. 2. quæſt. 57. 3. & 1. 2. quæſt. 109. artic. 3. Bonauent. 3. diſtinc. 37. in 2. parte. Durand. diſtinct. 39. quæſt. 3. Direct. Inquiſitor. 2. part. cap. 9. & 10. Vega lib. 6. in Trident. cap. 26. lib. 11. capit. 8. Taper. artic 4. Soto lib. 1. de natura, & gratia. cap. 19. & lib. ſecundo de iuſt. quæſt. 2. artic. 3. fin. ſimiliter D. Thom. 2. 2. quæſt. 19. artic. 4. ad tertium, ait licitum operari propter timorem pœnæ. In qua re ſcrupuloſe, & male loquitur Adrian. quodlibet 9. quem impugnant Soto, & Vega. nec Nauarr. ſatis explicat. capit. 11. num.
x 16. §. ſexto. x ſic qui tempore pręcepti excludit attentionem miſſæ, aut horarum, non implet præceptum: vel qui reddit debitum
y vxori, excludens proprium finem prolis habendæ. y D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 10. & 2. 2. quæſt. 44. & quæſtio. 184. artic. 3.
z vbi Caietan. z ſup. T.

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS

Tomi Primi,

Doctore HENRICO HENRIQVEZ è Societate IESV Authore, in Academia Salmanticenſi Sacræ Theologiæ profeſſore,

LIBER QVINTVS,

Seu de Pœnitentia Sacramento: Liber Secundus.

Authores de hac materia tractantes.

DOct. cit. lib. præced. in princip. D. Thom. add. quæſt. 6. Led. 2. p. q. 5. Soto. d. 18. DD. cum Magiſt. diſt. 17. 18. 21. Bellarm. lib. 3. de pœnitentia, Summiſt. verb. confeſſio. Nauar. cap. 2. 21. 22. & ſæpe. Altiſſiod. lib. 4. ſum. tit. 6. Alex. 4. p. q. 76. Marſil. q. 12. Palac. diſt. 17. q. 5. can. relect. de pœnitent. p. 5. Petrus Soto tit. de confeſſ. Med. C. de pœnitent. tract. 2. de confeſſ. Adrian. in 4. de confeſſ. Caiet. tom. 1. opuſc. de confeſſ. tract. 5. 7. 18. 21. Viguer. cap. 16. §. 4. verſ. 12. Cathar. lib. 5. contra Caietan. Contra hæret. Taper. art. 5. Hoſius inſti. cap. 47. Horantes in loc. commun. lib. 5. cap. 25. & lib. 7. cap. 8. Lindan. lib. 4. Panopliæ. cap. 65. Caſtro, & Medices verb. abſolutio, confeſſo. Sixtus lib. 5. Biblioth. cap. 175. lib. 6. cap. 218. Canil. tit. de pœnitent. quæſt. 5. & 6. Vuald. to. 2. de ſacram. cap. 135. vſque 141. & cap. 147. vſque 152. Roffenſ. art. 8. & ſequent. Vega. lib. 13. a cap. 27. Pighius controuerſ. 9. & lib. 2. eccleſ. hierarch. cap. 7. & 8. Ekius enchir. cap. 8. & lib. 4. de pœnitentia. cap. 25. contra Eraſm. Coclæus lib. 2. Miſcell. tract. 9. Ayala de tradit. 3. p. conſid. 3. Hieron. Torrenſ. lib. 3. confeſſ. Auguſt. cap. 3. Latom. de confeſ. contra Oecolamp. Ioan. Homeinſter. in loc. communibus Antidid. Colonienſ. Gropperi in inſtitut. Chriſtia. Ioan. Arbor. lib. 3. Theoſoph. cap. 21. Doctores Canoniſtæ in decreto diſtinct. 5. 6. & 7. quas late explicat Nauarr. Alij in cap. omnis. de pœnitent. & remiſſ. Couar. cap. alma mat. 1. p. §. 1. nume. 6.

CAPVT I.

Ex nomine confeſſionis vocari totum ſacramentum.

§. 2. *Non fuit inſtitutum ante Reſurrectionem Chriſti.*

3 *Sed cum Chriſtus poſt Reſurrectionē Ioan. 20. dixit accipite Spiritum ſanctum, &c.*

5 *Ea verba non eſſe intelligenda de ſolo baptiſmo.*

DIctum eſt de prima ex tribus partibus materiæ ſacramenti pœnitentiæ, nempe de actu contritionis, & de virtute. Sequitur ſecunda præcipua pars, quæ dicitur confeſsio: & deinde dicetur de tertia parte, quæ dicitur ſatisfactio: tandem lib. 3. de miniſtro pœnitentiæ. Vox confeſſio [a] ſumitur tum pro confeſsione laudis, & gratiarum actione: [b] tum in propoſito pro manifeſtatione peccati, non ad conſilium tantum, [c] ſed ad conſequendam peccati veniam, quæ eſt actus exterior à virtute pœnitentiæ elicitus. Hæc vt pars huius ſacramenti ſic definitur, [d] confeſsio eſt ſacramentalis peccatorum accuſatio, ad illorum veniam gratis, virtute clauium impetrandam. Ab hac vocatur ſacramentum confeſsionis: [e] quia ſupponit pro confeſsione [f] connotando formam abſolutionis: vt artificiale inſtrumentū, & ſtatua ſupponit pro materia. dicitur Græcè exomologeſis. [g] qua voce vtuntur, & Latini Patrés, Iræn. Tertull. Cypr.

2 Id ſacramentum confeſsionis non fuit inſtitutū ante Chriſti Reſurrectionem, Matth. 8. & Luc. 17. cum Chriſtus leproſis dixit, ite oſtēdite vos ſacerdotibus. [h] Tunc tamē aliquo modo figuratum, & inchoatum eſt. Nec cū Chriſtus Marci 3. & Matth. 10. electione ſua creauit Apoſtolos, [i] cum poteſtate priuatim prædicandi in Iudæa, [k] & doctrinā

CAPVT PRIMVM.

[a] Petrus Soto. lect. 1. Taper. artic. 4. Soto. diſt. 18. art. 1. Hilar. in Pſalm. 65. Horantes. Lindan. & alij recent. ſup. [b] Matth. 11. Confiteor tibi pater. [c] Ioſue 7. confitere quid feceris. Pſal. 31. dixi confitebor. [d] D. Tho. addit. quæſt. 7. 1. & ad vlt. Ledeſm. q. 6. Soto. d. 18. quæſt. 2. artic. 1. Palac. diſt. 17. quæſt. 5. Palud. quæſt. 2. artic. 1. ad primum. Nauarr. cap. 2. nume. 1. vbi carpit Gabriel. diſt. 17. quæſt. 1. qui in definitione confeſſionis explicat proprietates illius: cū ſatis ſit virtute inſinuari. Cicer. 1. offi. omnis quæ de aliqua re ſumitur inſtitutio debet à definitione proficiſci, vt intelligatur id de quo diſputatur. [e] Locus PP. cap. ad abolēdam, de hæret. & communi vſu fidelium Ariſtot. 1. poſter. text. 5. definitio. debet eſſe breuiſſima, & communis animi cōceptio. [f] dictum eſt lib. 1. cap. 10. & 11. Sot. diſtinct. 14. quæſt. 1. artic. primo. Ledeſma. 1. parte, quæſtio. 25. artic. 1. & communis recent. nam forma artificialis eſt accidens. D. Thom. 2. 2. q. 96. 2. ad ſecundum ex Ariſtot. lib 4. & 7. Met. & ideo ſacramentum non ponitur in genere reali ratione formæ, ſed materiæ, vt ait D. Thom. 3. p. quæſt. 66. 4. & diſtinct. 3. artic. 1. 1. ad tertium, nec obſtat quod quæſt. 84. 2. ad tertium, ſignificat pœnitentiā ſupponere pro compoſito ex confeſſione, & abſolutione, (vt homo pro cōpoſito ex materia & forma) quod tenet Durand. d. 24. q. 3. Marſil. q. 10. art. 1. At reuera nomen connotatiuum (vt quod ſignificat rē artificialem) ſupponit pro materia, vt ait Ariſt. 7. Meta. & tamen connotat, & includit formā. quæ in propoſito eſt de eſſentia intrinſeca ſacramēti, ex inſtitutione Chriſti. [g] ſup. lib. de pœn. c. 1. §. 3. G. Bellar. lib. 3. de pœnit. c. 6. [h] Sic Leuit. 13. & 14. leproſi cōpellebātur morbum ſuum prodere ſacerdoti: & illius arbitrio manere extra caſtra. quā legē Chriſtus Mat. 8. & Luc. 17. approbauit, & fuiſſe figuram cōfeſſionis ait Hier. in Matth. 16. Chryſ. li. 3. de ſacerdotio. Theophil. in Io. 8. & tamen lōge excellere ſacerdotē Chriſti, in quē vetus ſacerdotiū tranſlatum eſt: & leproſus à longe clamabat: quæ frequētia lepræ apud Hebr. deſignabat frequentiā peccati, ad cuius curationē requiritur iudiciū ſacerd. ſic id Matt. 8. quod leproſus non erubuit petere remediū, applicat confeſſioni Beaux. to. 2. Harm. f. 411. cū Ambr. 5. in Luc. c. 5. Tert. de pœn. Orig. ho. 5. in diuerſos. [i] Sot. d. 20. q. 2. ar. 2. Led. & commu. contra Armach. lib. 11. in q̄ſtio. Armen. c. 14. & 15. qui temere loquitur cōtra Torrenſ. & cōtra Conc. Trid. ſeſſ. 14. can. 3. de quo ſtatim Tolet. in Io. 20. not. 21. Bellar. lib. 2. de pœn. c. 10. [k] Quia nec

Chriſtus

ſuam miraculis confirmandi: quando & conceſſit facultatem baptizãdi, priuatim, abſque ſolemnitate officij. [l] Nec Matth. 16. cum Petro Apoſtolo non tam dedit, quàm de futuro promiſit [m] poteſtatem ordinis, & clauium. ex quo tamen loco colligitur claues poſtea relictas eſſe Eccleſię: [n] cum Chriſtus in ea promiſſione abſoluta fallere nõ poſſet. Nec cõceditur Apoſtolis nondum ordinatis Matth. 18. quodcũque ligaueritis, vbi tamen non tantũ promiſſa, vt quidam putant, [o] ſed data fuit Eccleſiæ poteſtas excommunicandi. [p] quæ late dicitur clauis pro foro exteriori. [q] qualem nunc etiã habent quidam clerici ſacris nondum initiati. per hanc vero poteſtatem non ſe habent tãtum negatiue, retinendo peccata, ſed poſitiue ligãt cenſuris, [r] pœnitentijs iniunctis, & legibus Canonicis, ex virtute clauium.

3 Chriſtus inſtituit ſacramẽtum pœnitentiæ, præcipuè poſt Reſurrectionem quo ad formã præceptumque ſacerdotibus impoſitum abſoluendi, cũ inſufflauit, & dixit Io. 20. accipite Spiritum ſanctum, quorũ remiſeritis. [s] Ante illud inſigne factum, & dictum, non erat ſacramẽtum pœnitentiæ inſtitutum, niſi ſecundum quandam inchoationem: [t] quia Matt. 3. Chriſtus in principio ſuæ prædicationis deſignauit actus pœnitentis, quos poſtea erat inſtituturus in materiam huius ſacramẽti. & Matth. 16. promiſſa eſt Petro ea poteſtas ſoluendi peccata, ijs verbis, quibus poſtea inſtituturus erat formã abſolutionis: deſignãs à Petro, & ſucceſſoribus eius Pontificibus, & Epiſcopis, conſecrandos eos, qui erant futuri miniſtri huius ſacramenti. ſic in alijs ſacramentis quædam inchoatio præceſſit inſtitutionem baptiſmi, [u] & extremæ vnctionis. [x]

4 In vltima cęna Lucæ 22. dicens hoc facite, [y] initiauit Apoſtolos ſacerdotali charactere, vt poſſent euchariſtiam conſecrare, & offerre in ſacrificiũ. In quo charactere [z] fundatur radicaliter poteſtas abſoluendi, quæ Luc. 22. in cœna non fuit data ante Chriſti paſſionem (vt quidam falſo putant, de quibus ſtatim §. 6.) ſed poſt reſurrectionem Ioan. 20. quod non intelligitur de ſola poteſtate prædicandi: [a] ſed ibi de nouo per extenſionem perfectionemque prioris characteris, data eſt formaliter tota poteſtas abſoluendi. [b] atque ita tunc Chriſtus inſtituit formam, totamque ſubſtantiam ſacramenti pœnitentiæ, [c] dum Apoſtolos conſtituit iudices, [d] quibus alij tenerentur confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, deditque illis claues Petro prius promiſſas, quibus ſua ſententia ligare poſſent, tum priuatiuè, dum cõfeſſum non abſoluunt: [e] tum poſitiuè, per pœnitẽtias à Confeſſario iniunctas in hoc ſacramento: [f] & claues, quibus ſoluerent inſtrumentali virtute, [g] conferendo gratiam reconciliationis, & aperirent regnũ cœlorum. tunc ſimiliter Thomas Apoſt. licet abſens, recepit virtute Chriſti claues: [h] vtpote collatas toti collegio Apoſtolico, & ſingulis illius, cuius Thomas erat pars. Si quis vero neget tunc ei datas, cum propter incredulitatem eſſet indiſpoſitus: certè accepit poſt octo dies. [i] Ioan. 20. quando conuerſus miſit manũ in vulnera Chriſti, qui non ſolum cicatrices, & ſigna vulnerum [k] conſeruare dignatus eſt: ſed foramina ipſa vulnerum aperta. [l]

5 Quidam Patres ea verba Ioan. 20. intelligunt ſimul de remiſſione

Chriſtus tunc vniuerſaliter prædicabat populis Gentilium. Matt. 15. non ſum miſſus. & cap. 10. in viam Gentium ne abieritis. D. Thom. 3 p. q. 42. art. 1. [l] Quia baptizare ſolenniter ex officio, & prædicare ſolenniter, & vniuerſaliter omnibus gentibus pertinet ad offic. epiſc. ſeu ſacerd. quod Apoſt. iam ordinatis cõceſſum eſt, Matth. vlt. docete omnes gentes baptizantes. Marc vlt. prædicate omni creaturæ, baptiz. [m] Bellarm. lib. 1. de Rom. Pont. c. 12. ex Hier. in Matt. 16. & alijs Patribus. [n] Probat Bellarm. & ex eo loco Matth. 16. probat. Aug. hom. 49. ex 50. [o] Turrecr. lib. 2. ſumm. eccleſ. cap. 77. & Bellarm. lib. 1. Rom. Pontiſ. c. 12. [p] Vt in Matt. 18. dic Eccleſię, colligunt Patres poteſtatem excommunicandi Hilar. Hieron. Anſelm. idem Aug. in Ioan. tract. 22. & 49. Caietan. to. 1. tract. 3. cap. 5. ad 2. Ledeſm. 2. p. q. 19. art. 1. p. antep. Vict. de clau §. 2. innuit Sot. d. 18. q. 1. 2. neq; eſt alius locus tam expreſſus, ad id probandũ Ianſen. concord. ca. 72. Bellarm. ſup. & lib. 4. de pœnit. c. 5. 13. & lib. 3. cap. 2. [q] Dicetur inf. lib. 3. de pœnit. cap. 1. [r] Sup. lib. 1. de pęnit. c. 18. Caiet. opuſc. de primatu Petri. cap 5. [s] Ex Ioan. 20. colligunt Patres cit. lib. 1. c. 2. §. 1. D. & alij cit. c. 3. §. 1. E. contra quoſdã ibi cita. lit. I. [t] Propter qđ Trid. ſeſſ. 14. c. 1. dicit, ſacramentũ pœnitentiæ præcipue inſtitutum eſt poſt Reſurrectionẽ. nẽpe quantum ad poteſtatem miniſtri, & obligationem confitendi. cum tamen quantum ad actus confeſſionis, contritionis, & ſatisfactionis, quæ ſunt materia, Chriſtus prius inſinuauerit inchoationem quandã huius ſacramẽti. D. Tho. q. 84. art. 7. Soto. d. 14. q. 1. art. 7. ſic Ioan. 11. Lazarũ à ſepulchro exeuntem iubet ſolui ab Apoſtolis in figuram huius, vt aduertit Greg. hom. 26. in Euang. lib. 22. Moral. cap. 13. Iren. lib. 5. cap. 13. Ambr. lib. 2. de pœnit. c. 7. Aug. tract. 49. in Ioan. & conc. 2. in Pſal. 101. & de verb. Domini ſerm. 8. & 44. hom. 27. ex 50. nec obſtat quod Chryſoſt. & quidam alij id factum ſoluendi vincula Lazari tribuant etiã alijs præterquã Apoſtolis, ſatis eſt Chriſtum id dixiſſe Apoſtolis tanquã miniſtris: ſic Aug. tract. 49. dictum eſſe miniſtris ſoluite eum. Bellarm. 3. de pęnit. c. 3. Ianſen. concord. c. 102. Tolet. in Ioan. 11. not. 14. fi. [u] vt ante baptiſmũ Chriſti præceſſit baptiſmus Ioannis, & antequam plene poſt Reſurrectionem promulgaretur, figura fuit Ioan. 5. probatica piſcina, vt ibi dicunt Chryſoſt. Cyril. Theoph. Euthym. Tertul. lib. de bapt. Ambr. 1. de Spiritu ſancto. c. 7. & aqua Siloe qua Io. 9. cæcus fuit illuminatus ibi Aug. tract. 44. Ambr. epiſt. 75. ad Bellicium. Bellarm. 2. ſacram c. 4. & Io. 19 exiuit ſanguis, & aqua in figuram baptiſmi dicunt ibi. Aug. Bed. Ambr. lib. 10. in Luc. c. 105. Hiero. epiſt. 83. ad Ocean. Cyrill. Catech. 3. Bellarm. ſup. c. 27. [x] Mar. 6. vngebant infirmos Apoſtoli antequam eſſent ſacerdotes. vbi inſinuatum eſt ſacram. dicit Trid. ſeſſ. 14. de vnct. c. 1. dictum eſt lib. de confirm. c. 7. §. 6. Similiter matrimonij contractus dicitur inchoatiue ſactum ante inſtitutionem Chriſti inf. lib. de matrim. c. 1. & confirmatio inſinuatur Matth. 19. dum Chriſtus pueris manus impoſuit. [y] Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. can. 2. colligit Luc. 22. vt ex Patribus probant Taper. art. 17. Caniſ. tit. de ſacrif. c. 7. Hoſ. c. 41. 53. Pigh. controu. 5. Sot. d. 13. q. 2. 1. d. 24. q. 1. 4. Ianſen. concord. c. 131. Bellarm. 4. euchar. cap. 16. & 25. ad fi. cum Ioan. à Louanio. Cypr. lib. 2. epiſt. 3. Dam. 4. c. 14. [z] Inf. lib. de ordin. cap. 1. [a] Sup. lit. I. Cyrill. lib. 12. in Ioan. cap. 56. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerd. Tolet. in Ioan. 20. [b] Vt ex Patribus in Io. 20. probatum eſt lib. 1. de pœnit. c. 2. & 3. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerd. Bellar. lib. 1. de pœnit. c. 10. lib. de ord. c. 3. Ianſen. c. 147. [c] Quod Trident. ſeſſ. 14. c. 1. dicit ſic Ioan. 20. pręcipuè inſtitutum ſupra lit. T. alibi explicat ſine limitatione tunc inſtitutũ ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſſio. 14. can. 3. ſeſſ. 23. c. 1. & expreſſe can. 4. conſtat autem poteſtatem hanc abſoluendi eſſe ordinis indelebilis dicit Trid. ſeſ. 23. reform. c. 15. fatetur Soto. d. 20. q. 1. art. 2. eſſe communiorem ſententiam. & citat Hier. Ambro. Chryſoſt. D. Thom. Caietan. Led. 2. p. q. 19. ar. 1. concl. 4 fi. Turrecr. lib. 2. ſumma eccl. cap. 77. [d] Bellarm. lib. 3. de pœnit c. 2. 12. Triden. ſeſſ. 14. cap. 5. can. 7. & 9. [e] Sup. lib. 1. de pęnit. c. 16. [f] Trid. ſeſſ. 14. c. 8. can. 15. Bellar. lib. 4. de pœnitentia. cap. 5. 13. ad 6. colligit Matth. 16. 18. claues dari etiam ad ligandum. [g] Sup. de ſacrament. cap. 16. & ſeq. [h] In Ioan. 20. Cyril. lib. 12. cap. 56. Gagneius ibi. Exiui hom. de Reſurrectione Ianſen. Caſtro verb. ſacerd. hęr. 1. col. 4. Soto d. 20. q. 1. 2. ſic Num. 11. poteſtas 70. ſenioribus data, extenſa eſt ad duos abſentes. [i] Soto. Gallo. & quidam Recent. Tolet. in Ioan. 20. not. 25. fin. conſtat enim Ioan. 20 quod à principio Thomas incredulus cũ pertinacia fuit, vt ibi aduertunt Chryſoſt. hom. 86. Cyrill. lib. 12. c. 57. Theoph. Euthym. Ianſen. cap. 147. Aug. ſerm. 159. de temp. Ambr. Luc. vlt. Greg. 14. Moral. cap. 29. Orig. lib. 2. contra Celſ. Gregor. hom. 26. in Euang. Auguſt. 16. contra Fauſt. cap. 33. [k] In Ioan. 20. oſtendit eis manus. non cum vulnere, & foramine, ſed cũ cicatricibus. dicunt ibi Augu. & epiſt. 49. ad Deogratias. q. 1. (vt erunt in alijs martyribus dicit Aug. 22. ciuit. cap. 20.) quia Græc. habetur typos, id eſt. figuras, & topon, id eſt, locum clauorum. Ambr. Luc. vlt. Greg. hom. 26. in Euang. habetur in Breuiar hom. Dominic. 1. & 2. poſt Paſcha. Gregor. etiam hom. Aſcenſ. Bed. in Luc. 24. Anſelm. in ſpeculo Euangelici ſerm. c. 15. Ianſen. concord. cap. 147. & ſeriò aſſerit Abulenſ. paradox. 5. c. 25. 26. [l] Retinuiſſe foramina. Chryſoſt. in Ioan. 20. Theoph. Euthym. Dam. lib. 4. c. 19. ſed falſo putant ſic conſeruaſſe vſque ad Aſcenſionem tãtum. quia nihil de corpore beato mutandum eſt, vt bene D. Thom. inf. cum

Aug.

Aug.epiſt. 146. ad Conſent. Greg. 14. Moral.c.31. quare retinet & ſemp. conſeruabit. foramina vulnerum illæſa. D. Thom. 3. p. q. 54. artic. 4. ad. 2. vbi Caiet. & in Ioan. 20. quia Zachar. c. 13. dicunt Angeli Chriſto aſcendenti, quæ ſunt plagæ iſtæ. Ioan. 19. videbunt in quem pupugerunt. Bern. in ad Cant. 2. in foraminibus petræ. D. Thom. Caten. in Luc. 24. cũ Cyril. 12. in Ioan. cap. 58. Euthy. Tolet. Ioã. 20 not. 16. Hieron. Matt. 28. oſtendit Thomæ latus lancea vulneratum.

m quæ fit per baptiſmum: m vt verba fere ſimilia Lucæ vlt. intelliguntur de baptiſmo, n & de ea pœnitentia quam Act. 2. adultus præmittere debet ante baptiſmum. De quo baptiſmo & forma illius permanſura, eo die Aſcenſionis, quo hæc verba Chriſtus protulit, impoſuit præceptum & promulgat. Matt. vlt. & Marc. vlt. Cum tamen Ioan. 3. niſi
o quis renatus: o promulgare cœperit præceptum, quod non niſi facta pleniori promulgatione poſt reſur-
p rectionem, eſſet obligaturum. p Sic etiam ante euchariſtiæ inſtitutionẽ in cœna factam, cœpit Ioan. 6. niſi manduc. promulgare neceſſarium
q præceptum de euchariſtia. q at hoc ſenſu Ioan. 20. admiſſo, non licet excludere alium legitimum quem ſemper Patres & eccleſia ex Ioan.
r 20. intellexit r de clauibus in ſacramento pœnitentiæ.

6 Quidam catholici putant pro-
ſ babile, ſ quod in cœna vltima ſit data Apoſtolis tota ſacerdotalis ordinis poteſtas, etiam ad abſoluendum à peccatis: quæ tamen Ioan. 20. ſuit magis declarata, & addita
t plenitudo iuriſdictionis, t in totũ Orbem. atque ita ex Ioan. 20. conuinci claues eſſe in eccleſia: ſicut & conuincitur ex promiſſione prius facta Matth. 16. ut ibi aduertit B. Hieron. nec mirum eſſe, ſi Chriſtus conſecrauit miniſtros omnium ſacramentorum in cęna, antequam
u inſtitueret quædam ſacramenta: u ut uidetur ſacramentum confirmationis & extremæ unctionis inſti-
tuiſſe poſtquam Apoſtoli erant ſacerdotali & epiſcopali charactere inſigniti. At certo ex Patribus, &
x concil. Trident. conſtat x claues ſeu poteſtatem ordinis ad abſoluendũ, non fuiſſe collatam antequã Chriſtus reſuſcitatus, dixit Io. 20. accipite Spiritum ſanctum, ut dictum eſt.

CAP. II.

Non fuiſſe id ſacramentum in ſtatu legis naturæ aut veteris.

§. 2. *Modus confeſſionis auricularis inſtitutus eſt à Chriſto nec poteſt per Papam tolli.*
3 *Nec tamen vetat Chriſtus confiteri publice ex cauſa.*
4 *Nectarius quo modo dicitur abrogaſſe confeſſionem.*
5 *Modus confeſſ. auricul. nec eſt de eſſentia nec de præcepto ſimpliciter.*
6 *Accuſatio fit verbis, ſed poteſt ſignis. non tenetur ſcribere peccata nec per interpretem confiteri.*
7 *Abſolutio impendi non poteſt abſenti pœnitenti.*
8 *Non debet vnus confiteri duobus ſacerdotibus ſimul.*

EX his conſtat eiuſmodi confeſſionem exteriorem homini tanquam iudici factam, non fuiſſe uſi-
a tatam in ſtatu legis naturæ, a figura tamen fuit quod Angelus uice Dei à primis parentibus poſt peccatum & à Cain exegit confeſſionem

CAP. II.

4 Si confeſſarius prudens roget quædam vt aptius remedium afferat, & occaſiones reincidentiæ pręſcindat, poteſt pœnitens confidenter dicere: vt an nuper reincidit, ut in principio dictum eſt, ſi domi uel prope retinet cauſam reincidentiæ, aut iuſſus a confeſſariis nondum ſatisfecit cum poſſet, ſi quæ uero prę- latus à ſubditis confitentibus quærat, dicenda ſunt quæ pertinent ad propriam tantum conſcientiam pęnitentis, in cuius bonum ordinatur hoc ſacramentum: ut ea notitia adiutus prælatus melius in ſpiritualibus iuuet ipſum & guberuet, ſaluo tamen & intacto ſigillo, cauẽdumq́ue eſt, ne propter abuſum ſcientiæ, deterreantur ab integra confeſſione, quod ſi in hoc excederet prælatus, & præter officium confeſſarii, ac præter res ad conſcientiam pœnitentis pertinentes, inquirat curioſius de aliorum uitiis: cautus ſit pœnitens, ne dicat ſine cauſa id unde diffametur proximus: & ne confeſſio in remedium peccati inſtituta, fiat ſibi, aut confeſſario occaſio detractionis iniquæ, ut dicetur c. 10.

CAPVT IX.

De complicis circunſtantia caute confitenda.

§. 1. Proponuntur 2. caſus de complice,
3 Si urgente præcepto non poteſt habere alium confeſſarium communis ſententia ait confitendam integre circunſtantiam quæ mutat ſpeciem: licet hic per accidens veniat in notitiam complicis.
4 Interdum idem licet extra tempus præcepti.
5 Raro contingit caſus in quo excuſetur à confitenda dicta circunſtantia complicis.
6 Prima ſententia eſt ſequenda communiter in praxi.
7 Confeſſarius ne vrgeat ſibi reuelari perſonam.
8 Ne ſit temere curioſus, dum paſſim exigit dici perſonam.

DE complice diſtinguuntur duo perplexi caſus. 1. quando ad cõfeſſionis integritatem, non pertinet declarare quandam circunſtãtiam, qua explicata confeſſarius forte agnoſcet criminis reum: & tamẽ explicatio uidetur cedere in utilitatem complicis, aut pœnitentis pro capiẽdo auxilio, aut conſilio, de quo in cap. 10. dicetur. 2. quando explicatio circunſtantiæ, puta quæ mutat ſpeciem moralem peccati, pertinet ád neceſſariam integritatẽ confeſſionis, ut in his caſibus, ſi inſignis uir aut prælatus, cum parente, aut ſorore habuit commercium, uel admiſit aliud peius & magis infame delictũ, uel ſi ut occultaret prægnantis ſororis ſtuprum, fecit illam abortire. & quia parens & ſoror eſt nota confeſſario, ſi pœnitens eam circunſtantiam integre explicaret, incurret alter notam infamiæ, quamuis occulte apud unum confeſſarium.

2 In hunc caſũ quædam ſunt animaduertenda. 1. ut propter cõſeruandam proximi famam, curet pęnitẽs, quantum ſalua confeſſionis integritate licet, ne complex aut tertia perſona agnoſcatur: [a] quia infamatio complicis in re graui, licet fiat apud unum aliquẽ confeſſarium ſecrete, non compenſatur uilis bonis ipſius complicis: & tamẽ detectio proprii peccati etiam ignominioſi licet, & præcipitur, quia cohoneſtatur ingenti fructu abſolutionis & remedii. 2. in hunc finem pœnitens uti poteſt ea cautela, [b] ut adeat alium confeſſarium, ſi bullam habeat qua eligere liceat: aut petita proprii Paſtoris licentia: ſi id non ualet, certe diſsimulato habitu & uoce confiteatur integre proprium crimen cum circũſtantia, ſic enim fiet ne cõfeſſarius complicem puta matrẽ agnoſcat, qui pęnitentis perſonam ignorat. 3. ſi circunſtãtia eſſet ex illis quæ ſpeciem peccati in genere moris non mutant: qui-

CAP. IX.

a b Richard. [a] [b] & quidã nil explicant de quærendo alio, ſed D. Th. d. 16. & in opuſc. cap. 6. ſignificat eſſe aliquomodo pręceptum idem Bon. Palod. Frias. 2 par. ca. 4. cum Alexan. 4. par. quæſtio 77. m. 2. articu. 2. & 4. cum glo. in id Eſa. 43. dic tu peccata tua. Cord. caſ. 1. dicit teneri ſi facile & abſque labore poteſt habere alium. Alii tamen, vt Caietan. Petrus Soto Victo & Soto. ſolũ monent vt quærãt alium. Med. C. de confeſ. dicit, ſatis eſt quærere alium Gerſ. dicit non eſſe præceptum, ſed ſolũ conſilium ſer. in cœna Domini, & de pęnitentia. conſ. 4. §. fiat integre & alphab. 41. F. ita monent Caiet. verb. confeſ. cond. 7. Pet. Soto. lect. 10. Med. Soto. diſtinct. 18. q. 2. artic. 5. D. Tho. d. 16. quæſtio. 3. artic. 2. quæſtiuncula. 5. ad. 5. Ledeſ. Cano. relect. de pœnitentia. p. 5. Turr. Hoſt. Syluest. confeſſio. 1. §. 24. cũ Bonau. Ramer. Ang. confeſſio. 1 §. 3. Tab. circunſtantia num. 10. Viguer. capitu. 16. §. 4. verſic. 17. Armil. confeſſio §. 30. circunſtantia. §. 11. cũ Palud. Dur. Gabr.

c dam autores ſileri iubent, [c] vtpote ſecuti opinioné in praxi valde probabilem: quia & Conc. Trid. non expreſſit neceſſario confitendas circunſtantias, niſi mutantes ſpeciem. 4. vbi graue malum timetur ſi declaretur ea circunſtantia ſpeciem mutans, tacenda quidem eſt in particulari, vt dicetur §. 5. & tamen confitendum eſt genus peccati externi, vt quod fornicatus eſt, tacita circunſtantia ſacrilegii, aut inceſtus: aut certe exprimat conſenſum internum totius ſpeciei, [d] vt ſe concupiuiſſe matrem, nam huiuſmodi confeſſione alter complex infamiam non incurrit.

3 Dum non datur mutare confeſſarium, nec vero complex incurrit aliam infamiam, quam agnoſci ab viro & tuto confeſſario alieno: quidam [e] opinantur ſilendam eſſe etiã in mortis articulo eam circunſtantiam, quæ mutat ſpeciem. aiunt enim periculum infamiæ etiam leuioris eſſe detractionem ſaltem venialem: aut certe ex naturali iure conſeruandi illæſam proximi famam, excuſari à diuino præcepto de integritate.

f 4 Probabilior eſt ſententia, [f] vt ſaltem in mortis periculo vbi magis vrget præceptum diuinum, licitum & debitum ſit plane facere integram omnium peccatorum confeſſionem cum neceſſariis circunſtantiis: licet per accidens ſequatur leuior alterius infamia, qua confeſſarius veniat in perſonæ complicis notitiam, ſic quædam alia declarant Doctor. concedi in eo articulo, vt quod liceat confiteri excommunicato etiam denuntiato, & per interpretem, aut coram aliis in procella maris, quando aliter nõ poteſt, ſup. cap. 2. Cuius rei eam rationem quidam aſsignant, vt in mortis articulo migret è vita cum tutiori remedio ſecundum DD. ſentẽtiam: nam

g quidam Doct. [g] putant abſolutionem, ſi cadat in confeſsionem de induſtria non integram (præſertim in mortis articulo, quando non relinquitur tempus confitendi alias id peccatum) non conferre ſtatim gratiam, ac ſubinde non facere de attrito contritum. Cui ſententiæ occaſionem præbent Patres, dum aiunt, integram omnium confeſsionem ante mortem eſſe a Chriſto inſtitutam tãquam medium ſalutis neceſſarium ei, qui integre confiteri poteſt, de quo dictum eſt lib. 1. de pœnit. capit. 2. vnde inferunt quod quamuis pœnitens eam circunſtantiam tacens, excuſetur per opinionem probabilem, à noua culpa contra præceptum: non tamen ſupplebitur in eo id quod forte fuit reipſa à Chriſto inſtitutum, tanquam medium ſalutis neceſſarium. [h]

h 5 Hæc tamen iſtorum ratio non eſt idonea ad probandam hanc firmam concluſionem: cum falſo fundamento nitatur. Sed ſatis eſt quòd pœnitens (iuxta receptam à Patribus antiquis & Recent. ſentẽtiam, quæ plurimum valet in re morali) habet ius confitendi integre omnia, idque tum propter reuerentiam diuini præcepti de medio neceſſario, quod ante morté tunc maxime obligat (quæ integritas dum licet, pertinet ad bonum commune

i ſacramenti: [i] vt pertinet perpetua ſigilli conſeruatio) tum propter multas vtilitates, quæ ex hac

k integritate pœnitenti perueniunt. [k] Porro pœnitens dum ſic vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam. cap. in eccleſia, de elect. nec ei imputatur, ſi præter eius intentionem, & per accidens ſequatur leue famæ damnum complici: & roboratur ius, quia complex ratione conne-

l xitatis [l] in hoc & ſimilibus peccatis, huic periculo vt detegatur, ſe dum ſponte peccauit, expoſuit. leue

c Gabr. Ant. 3. par. tit. 14. capit. 19 cond. 9. [c] Colligitur ex DD qui negant illas tum circunſt. explicationem præcipi, nec eſſe neceſſariã ad integrit. confeſſionis, vt generaliter dictum eſt, capit. 8. §. 1. ſed in præſenti caſu ita ſilendum eſſe affirmant Anto. 3. par. tit. 14. capit. 19. §. 11. cum D. Tho. & Palu. idem Margar. confeſ. verb. confeſſio §. lachrymoſa. fol. 47. Sylu. & ſentit B. Bernardin. Rich. d. 21. art.

d 3. quæſt. 2. [d] Aluſ. lib. 4. quæſt. 3 cap. 3. ad fin. Petr. Nauarra de Reſtit. lib. 2. cap. 4. par. 2. dub. 2. & nu. 283. & carpit cenſuram Frat. Med. lib. 2. inſtruct. cap. 4. cum potius erret qui [illegible]er extremum ait [illegible] iectum eſſe explicare neceſſariam circunſtantiam ex qua per accidens, & indirecte ſequitur cognitio complicis abſque illius damno. cum tamen communis Patrum ſententia aſſerat tunc eſſe Chriſti præceptum de confeſſione integra vt colligitur ex Trid ſeſ. 14. capitu. 5. can 7. materia neceſſaria eſt peccatum mortale proprium, vt explicetur ſicut poteſt. D. Tho. [illegible]. par. quæſt. 84 art. 2. ad 2. & artic 7. ad 3. & alibi [illegible] bul. verb. pœnitentia. § 73. commun. d. 17. & 21. & fatetur communem B [illegible]hes. 2. 2. q. 3 [illegible] artic. 8. dub. 8. [illegible] 1. fin & p 2. in princ. atque ita id quod Patres aiunt [illegible] e præceptũ Chri[illegible] n[o]n licet dicere eſſe de re moraliter impo[illegible], ſeu il-

e [illegible] 112. [e] Victor. §. 74. [illegible]ponit hanc difficult. de qua 1. quidam [illegible] aiũt, pœnitens tenetur famam proximi, vt complicis quantum poteſt conſeruare. Anto. ſup. cum D. Tho. diſt. 16. vbi Duran quæſtio. 4. Palud. diſt. 17. quæſt 2. 2. alii vt Almain. cum Henr. & Gabr. cum Bona. negant reuelandum vnquam eſſe alterius peccatum, nempe vt directe ex intentione manifeſtet perſonam ſine cauſa, quando non eſſet neceſſarium ad confeſſionis integritatem. 3. alii in ſpeciali explicant tacendam circunſtant. ex qua alter reus agnoſci poteſt ſi qua infamia complicis ſequatur etiam parua. Nauar. cap 7. nu. 2. & 4. & in c. ſacerdos, de pœnit diſt. 6 nu. 99 (ſed falſo pro ſe citat Hoſt. & Inno. de quibus inf.) videtur Marſ. q. 12. art. 1. dub. 1 ad 6. videtur Cano. relect. de pœnitent. [illegible] ſed fal[ſ]o id tribuit Caiet. nec Victor. ſatis ſe explicat. Quidam [illegible]e Alexand 4 par. q. 77 m. 3. artic. 1. aliàs q. 18. m. 4. art. 5. §. 1. V[illegible]guer c. 16 §. 4 verſ. 17 Fr. Medin lib. 2. c. 4. §. 1. Lud. Lopez. 1. p. inſtructor. c. 36. Bañes d. dub. 8. in princ. p. 1. & p. [illegible]. ratione a ſi[illegible]tam Ledeſ. 2. p q. 8. artic. 4. dub. 2. con. 3. q. 10. artic. [illegible] dub. 7. dicit ſilendam extra mort. art. Armi. circunſt §. 11. dicit probabile. 4. Recent. ex ord. Prædicat. vt Mant. Peña, Gallo. aiunt licitum eſſe dicere id peccatũ aut circunſtantiam ſed non obligari pro iure tuẽdi famam proximi licet paruam, at reuera multi ex his Doct. ſolum vetant explicare quando alteri ſequitur magna infamia apud vnũ confeſſarium tutum, quia adhibent exempla, non in communibus peccatis, ſed in graui inceſſu, vt cum parente, quod aduertit Lud. Lopez. de Nauar. c. 7. nu. 7. nec amplius ait Victor. Cano. Ledeſm. Bañes. dub. 8. p. 1. Petr. Soto tit. de integ. conf. lect. 10. Mant Peña, Gallo. & alii recent. Pet. Nauarra lib. 2. reſt. c. 4 dub. 1. num. 175. idem plane Caiet. (vt aduertit Soto. & Cord. caſ. 1) qu. verb. confeſ. cond. 3. & 10. 1. tract. 31. quæſt. 5. ait ſi confeſſor ſit vir bonus poteſt pœnitens ei explicare omnia, quia per hoc non dicitur ſimpliciter infamare alium, & de hac graui infamia loquũtur Hoſtien. & Innoc. apud Nauar. & in generali colligitur ex eodem Nauar. ca. 18. nume. 33. & in cap. inter verba. conc. 6. vet. nume. 573. ſeu nou. nume. 53. at Alexã. generaliter monet eſſe tunc confitendum integre. quæſtio. 77 m. 2. articulo. 4. ad 2.

f & arg. 4. [f] Fatetur Cano. Ledeſ. Vict. Pet. Sot. lect. 11. Peña. Soto mai. F. Amb. de Salazar. & multi recent. ſine cauſa vero Soto. d. 13. quæſtio. 2. artic. 5. ad 4. Bañes. Frat. Medin. Petr. Nau. dub. 1. nume. 270. impugnant hãc exceptionem; quia nõ eſt contra Doctores vtriuſque contrariæ ſententiæ, dum in generali tan-

g tum loquuntur. [g] Vt Palud. diſt. 17. q. 5. Ang. confeſſio. 5. §. 10. Nau. de pœn. diſtinct. 5. c. conſideret. §. cautus, nu. 19 Monal. Rodor. & dicit communé, quod probabile di-

h cit Soto. ſup ad 2. [h] Vt de forma dubia baptiſmi dictũ eſt

i lib. de ſacram. capit. 27. fin. [i] In articulo mortis pœnitens habet ſummum ius non tantum propter communé ſententiam, ſed quia id fatentur tunc inculpate licere quidam ex contraria opin. Bañes.

k Ledeſ. Cano. Victo. & omnes fere recent. [k] Cordoua. caſu. 1. quia habet ius ex multis titulis, vt confiteatur integre ob confuſionem propriam, & meliorem diſpoſitionem gratiæ & vt remittatur ei pœna etiam illius peccati: & pro illo accipiat pœnitentiam, remedium, & cõſilium: ſed falſo addit quod poſtea tenetur iterare totã

l confeſſioné, vt tenetur, qui ſuperiori confeſſus eſt ſola reſeruata. [l] Sot. q. 2. 5. ad 4 Caiet. to. 1. tract. 31. num. 5. du. 1. ſic reus occultus amiſit ius pro foro exteriori vt accuſatus cum vno teſte teneatur fateri, quamuis damnandus ſit ad ſuſpendium, & hoc modo reus qui factus eſt complex ratione connexitatis pertinet ad iudicium alterius rei, cuius peccatum alter nouit extra confeſſionem: & non eſt dignus, vt pro conſeruanda integra eius fama apud vnum ſecretiſſimum confeſſarium dimidietur confeſſio cum periculo vt ſic repetenda, vt bene aduertit Cord. caſ. 1. id enim cedit in bonum commune ſacramenti, vt ſiat integra confeſſio, ſic reus vt ſe indénem ſeruet à comminata tortura poteſt prodere complicem. Nau. c. 18. num. 29. aliàs reus à confeſſario rogatus ſub iuramento, licite

negaret

m enim videtur ᵐ prudentibus viris & probatiſſimis autoribus, vt pro tuendo ſummo pœnitentis iure in mortis articulo, ille vnus tutus cõfeſſarius veniat per accidens in notitiam complicis.

6 Idem licet pœnitenti dum tempore præcepti eccleſiaſtici vult in-
n tegre confiteri ⁿ & communicare: aut ſi aliàs inſignis feſti vel iubilæi tranſitet occaſio, niſi tunc confiteatur. Vtitur enim iure confitendi integre, vt in iubilæo præuiam confeſſionem requirente, plene abſoluatur à caſibus etiam reſeruatis & cenſuris, aut diſpenſetur in votis & impedimentis, differenda tamen eſſet confeſſio, ſi forte breui expectat ſe habiturum alium, cui ita cõmode & ſine periculo alienæ infamiæ, poſsit integre confiteri. Nec
o cenſetur detractor ᵒ hic pœnitens, dum vtitur iure ſuo, vt non eſt homicida, qui pro tuendo iure vitæ vtitur remedio conceſſo, quamuis præter intentionem ſequatur inuaſoris occiſio, qui ex culpa huic ſe periculo ſponte ſubiecit.

7 Hanc doctrinam vt regulam moralem & communiter ueram ſine ea limitatione de articulo mortis ut liceat ſic integre confiteri tuto ſacerdoti tradiũt generaliter multi ex
p ſanctis, ᵖ & ſcholaſtici Doctor. ſum-
q miſtæ, & iuriſperiti, ᑫ ex his autem multi uere explicant non tãtum li-
r cere, ſed præcepto diuino obligari.ʳ Quamuis quidam ab eo præcepto excuſent per probabilem, quàm uo-
ſ cant opinionem. ˢ Qui ergo contra torrentem doctorum temeritatis damnat eam ſententiam quæ aſſerit ſic licere integram confeſsionem, temerarius ipſe cenſendus eſt.

8 Huius regulæ in ratiori caſu datur exceptio: nempe ſi complici ex aliena confeſsione circunſtantiæ immineret graue periculum famæ,
t aut alterius dãni in re graui.ᵗ quod quidam ſic probãt, quia quãdò con-

negaret ſe id feciſſe: quod tamen Soto non admittit. Sic accuſatus poteſt repellere actorem prodens occultum crimen illius pro
m iure tuendi ſuam famam. ᵐ Sic non eſt formaliter detractio dum ex cauſa manifeſtat occultum peccatum alterius cum leui infamia apud vnum, vt propter bonum meum, aut pro capiendo conſilio, vt probat Nauar. c. 18. nu. 33. ca. 22. nu. 83. & in propoſito explicandã eſſe circunſtantiam quæ mutat ſpeciẽ quamuis per accidens veniat in notitiam cõplicis admittunt, ſi leuis ſit iactura famæ. Caietan. Cano. Ledeſ. Victor. Petrus Soto. Petr Nauar. nume. 373 Bañes. ubi dub. 8 p. 1 fin. Nauar. c. 7. nu. 8. & ca. 18. num. 33. & clarius Hiſp. nu. 24. ſecus aiunt in caſu raro quando ex eo timetur graue damnum famæ alienæ, nam pro tuẽda ſua fama apud confeſſarium non licet occultare peccata: imo poteſt in periculo peſtis fateri publice & per ſcriptum aut per interpretem laicum cum periculo propriæ famæ, ſupra lib. 1. de pœnit.
n ⁿ Quia præceptum quo determinatur tempus iure diuino dat magnum ius confitendi integre parocho, quando non poteſt habere alium confeſſarium cui abſque complicis infamia confiteatur. Palu. & Io. à Medin. non concedunt licitum ſic dimidiare confeſſionem, niſi vrgente altero præcepto quod excuſet ab illo. At reuera aliàs licet, quia hic pœnitens habet ius ut tpe iubilæi uel alio confiteatur ad augmentum gratiæ & in remedium tentationum, aut conſilium capiendum. Rich. Bon. Ant. Adr. Ang.
o Soto, Roſell. Alex. q. 77. nu. 2. ar. 4. ad vlt. ᵒ Fatentur omnes cit. infr. M. N. late Pedraza in 6. præcep. interrog. 3. cum D. Tho. in generali 2. 2. q. 73. 2. Nauar. c. 7. Cord. caſ. 1. Petr. Naua. lib. 2 reſtit. c. 4. nu. 275. quia vtor iure meo in reuerentiam præcepti & ſacramenti, & ut vitem malum propriæ culpæ, ac remittatur mihi & pœna illius peccati: Cord. falſo addit. ne aliàs tenear iterare confeſſionem totam. Sic parochus ob præceptum eccleſiæ non celebrãdi in fermentato, nec ſine veſtibus excuſatur a præcepto diuino miniſtrandi euchariſtiã morientibus. & qualiter reus reuelans indici cõplicem non detrahit. Nauar. c. 18. n. 58. 59. & c. 25. nu. 26. 33. & eſt cõis in caſibus qui cedunt in præiudicium boni cõis, aut imminent in periculum tertij, & occultũ peccatũ filiorum licet detegere parenti, qui non oberit, & forte proderit. Nauar. c. 18. nu. 33. & c. inter verba conc. 6. n. 288 addit Caiet. 2. 2. q. 73. 2. dicere vni probato, nõ eſt proprie infamare, quia fama eſt multorũ opinio. idẽ Anto. ſumma defecerunt in 8. præcep. Cordoua ſuper Sotum, de ſecret. m. 2. q. 1. conc. 5. ſuper quẽ Cord. m. 4 q. 2 poſt conc 5. fin. Mant & quidam recentio. idem Naua ſup. & c. 24 n. 14. & Clarius Hiſp. nu. 24. ſic in propoſito licitum eſſe dici vni cõfeſſario qui nõ oberit, & forte proderit, fatentur Nauar. c. 7. n 8. Cord. caſ. 1. cũ Gerſ. Bon. d. 21. in 2. p. ar. 1. q. 3. & opuſ. 1. p. c. . Gab. d. 17. q. 1. conc. 5. Vt ad correctionem fratris, vel vt pro eo ſpecialiter oretur. Syl. confeſ. 1. §. 24. licet dicere confeſſori cum licẽtia reuelandi. Anto. 3. p. tit. 14. c. 19.
p §. 11 ait meritorium eſſe, ut dicat cõfeſſario. ᵖ B. Bernardus libr. formula honeſtæ vitæ, dixit de nullo proximo ſuo ſiniſtre loquaris, niſi in cõfeſſione. quem citat Cord. caſ. 1. D. Tho. opuſ. 1 . c. 6. & d. 16. q. 3. 2. 5. ad 5. Bon. d. 21. 2 p. 2. 1. q. 3. poteſt dicere confeſſori ſed melius eſt dicere extra confeſſionẽ. quod magis conſulit Bon. in opuſ. citato ne dicat in confeſſione. nempe quando non eſt neceſſarium aut utile Bernardin. 3. p. ſer de confeſsione, & cum ampliori licen-
q tia Antonin. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 11. qui oẽs ſunt ſancti. ᑫ Ex ſcholaſticis D. Tho. & Bon. Dur. 4. d. 16. q. 4. ad vlt. Carthuſ. q. 2. Tarantaſ. Palud. q. 3. 2. 3. con. 2. & ad 2. d. 17. q. 2. 1. d. 21. q. 3. 2. 2. Richar. d. 21. 2. 5. q. 2. Maior. d. 21. q. 2. fin. & q. 3. Capreol. Soncin. & Hiſpalen. diſt. 21. Gab. ibi 2. 3. dub. 2. & in cano. lect. 74 & d. 17. q. 1. 2. 2. conc. Almai. d. 17. q. 1. 2. 1. & 2. & citat duos Henr. & Altiſiod. Adrian. 4. de confeſ. q. 1. ad 4. §. ſed oritur. Caiet. to. 1. tract. 3. ſent.

opuſ. 17. quæſtionum. q. 5. quamuis limitat verb. conf. cond. 3. pura, dicit ſi confeſſor eſt vir bonus poteſt explicare. non dicit tenetur. atque ita ipſum Caietan. citat Sot. & Cord. Antoni. cum Rain. Nicol. de Orbellio d. 21. q. 2. §. 8. & d. 17. q. 2. §. 9. Alex. 4. p. quæſt. 18. aliàs 77. nu. 2. 2. 4. ad 2. & arg. 4. & mem. 3. a. 1. ad 4. ſeu q. 18. m. 4. artic. 3. §. 1. At ex Pariſ. præter Maior. Almain. Gabr. tenet Henric. quol. 3. q. 23. Gerſon. ſæpe, 2. p. oper. opus tripart. de præcept. decal. 1. p. c. 17. & 2. p. de cõfeſ. c. penult. Alphab. 24. & 42. lit. F. ſeu c. 9. Alph. 38. B. P. R. ſerm. in cœna Domini conſid. 4 imo Alph. 41. F. dicit non oportet facile mutare conſuetum confeſſariũ ob hoc, ne agnoſcat compliſcem ex circunſtantia. quod fatetur Cord. caſ. primo, quando ſine magno labore non poteſt habere aliũ. Med. C. de confeſ. quæſt. 11. de integritate confeſ. fol. 54. Areualo. de correctione fraterna fol. 154 Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitut. cap. 4. par. 2. dub. 1. num. 275. ex Summiſtis
r affirmant. Ant. cum Rainer. Syluеſt. confeſſio. 1. §. 24. cum Archid. Aſten. lib. 5. tit. 12 ad fin. Nider in ſuo præceptorio, præcept. 3. c. 9. & fauet Armil. circunſtantia. § 11. Tabie. ibi. §. 10. ſumma confeſ. lib. 3. tit. 34. Margar. de conſ. verb. confeſſio. §. lachrymoſa, fin. fol. 47. Angel. confeſſio, primo. §. 3. Piſan. confeſ. 1. §. 3. Roſel. confeſ. ſacramental. 1. §. 6. Enchirid. confeſſorum. 1. part. verb. confeſſor debet eſſe cautus, num. 3. §. 3. & cap 7 §. 3. Pedraza late in ſumma. 6. mandat interrog. 3. & annot. 5. ad Nauar. ſol. 54. Alcocer. ſum. c. 11. fin. Martin. de [illegible]nas, lib. de modo audiendi confeſſiones, cap. 4. corol. 4. ad fin quem lib. ſua ſubſcriptione approbarunt in fine illius Victor. & Cano. Ferdin. primus Archiepiſcopus Granatenſ. qui dicitur ſanctus in ſuo confeſſionali in primo mandat. Cordub. caſ. primo qui citat B. Bernard. & Alexand. Angles in flor. Theolog. tit. de confeſ. p 297. Fr. Luys de Granada in Memorial. tract. 2. de pœnitentia, c. 1. §. 6. Petrum Nauarra. lib. 2. de reſtitut. capit 4. par. 2. ex Canoniſtis. Fr. Alexand. ſumma lib. 1. titu. 3. poſt cap. 15. pag. 76 cum Innoc. Hoſtien. Ioan. Andr. Butr. in c. omnes. Turrecrem. de pœnit. diſt. 5. §. in pœnit. nu. 13. & plane Hoſtien. ſumt. de pœnit. §. qualis debet eſſe confeſſio, num. 12. Innoc. capit. omnis. Nauarr. capit. 7. nu. 4. fatetur commu. & nu. 8. videtur ſequi. & anno 1558. & deinde 74. oborta & renouata tempeſtate, idem confirmarunt Archiepiſcopus Granatenſis, Guerrero. Torres epiſcopus Canarienſis. Ayala, tunc epiſcopus Guadiz. Velazquez poſtea Archiepiſcopus Compoſtellan. Chriſtophorus Vela, nunc Archiepiſcopus Burgenſis. ex Dominican. Mantius. Hieronym. de Almonacit. Didacus de Arce. Vincent. Varron & in Academia Salmant. Complutẽn. Toletan. Valent. præcipui Cathedrarij, Theolog. & Iuriſp. & ex Ordin. Diui Franciſ. Auguſt. & alijs Ordin. & ex Societ. Ieſu
s in Italia & Hiſpania inſignes lectores conſultu ſubſcripſerunt. ˢ Victor. cum D. Thom. Bonauent. Richard. Gabriel. & late Pedraza. imo fere omnes citati, vt refert Petrus Nauarra. nu. 271. quare Bañes ait, eſſe certum & ſecundum communem opinionem ne-
ſ ceſſarium. ˢ Citati. E. & Caietan. ac recentiores. ᵗ Sic ſuam ſen-
t tentiam temperant, Soto. diſt. 18. q. 2. 5. ad 4. & quæſt. 4. art. 5. fin. Petrus Soto lection. 10. Ledeſ. 2. p. q. 8. artic 4. dubio. 2. concl. 3. q. 10. art. 1. dub. 7. Cano relect de pœnit. p. 5. fol. 39. Victor. in lectura quod non ſatis explicat in ſumma. 4. §. 174 Caiet. confeſſio. verſic. ſecret. ſeu condit. 3. quod probabile dicit Armil. circonſtantia § 11. Marſil. 4. quæſtio. 12. artic. 1. dub. 1. ad ſcatum. (& citant Alexand. ſed falſo Viguer. cap. 16. §. 4. verſ. 17.) ſed hic eſt pro nobis. Frater Medin. libro ſecundo inſtruct. capite 4. §. primo. Bañes 2. 2. q. 33. ar. 8. dub. 8. in principio, par. 1. & 3. ratione 2. fin. Nauarr. capit. 7. nu. 8. §. 3. vbi pro ſe falſo citat Innoc. & Hoſtien. & nume. 4. add. Hiſpan. cap. 7. no. 2. §. 2. capite ſacerdos, nu. 99. & Magiſter Mantius, Peña, Gallo, Frater Medina, conſultis, & in lectura, cum tamen fateantur

vbi

currunt duo præcepta incompoſsi-
bilia preferenda eſt executio vrgen-
tioris præcepti: in propoſito autem
ſeruandum potius eſt præceptum
naturale negatiuum de non infa-
mando proximum (præſertim ſi de-
tectio circunſtantiæ & complicis
afferret damnum aliàs irreparabile)
quam præcepto affirmatiuum & iu-
ris poſitiui de integritate confeſſio-
nis & apud viros prudētes interdū
cenſetur notabilis infamia ſi com-
plicis crimen agnoſcatur ab vno præ-
u lato: [u] quia cum id ad fructum ab-
ſolutionis non ſit neceſſe, plus inter
dum dolet proximus ab vno præla-
to crimen ſuum agnoſci, quam ſi
plures alij id ſcirent. Tacita vero ea
circunſtantia, non præiudicatur in-
x tegritati formali cōfeſſionis: [x] quia
ex intentione Chriſti & ipſius pœ-
y nitētis cenſetur formaliter integra. [y]
dum confitetur omnia quæ commo
de poteſt & debet, ſaluo iure ſuo &
proximorum: quia integritas eſt
quidem neceſſaria propter præce-
ptum diuinum: ſed ab illo excuſa-
tur dum ſeruat præceptum naturale
quod tunc magis vrget. hæc tamen
ratio non eſt vniuerſalis: quia in-
terdum licet ſilere eam circunſtan-
tiam quamuis non concurrat aliud
præceptum incompoſſibile, vt ſta-
tim dicetur.

9 Hæc exceptio quæ raro contin-
z git, [z] non impedit quin pœnitenti-
bus proponatur tanquā regula mo-
ralis & cōmuniter vera, vt integre
fateantur omnia & ſingula peccata
mortalia, cum circunſtantiis quæ in
genere moris mutant ſpeciem ſicut
definit Concil. Trid. ſeſ. 14. cap. 5. &
can. 7. & præſertim in mortis arti-
culo: quia viri prudentes & ſapien-
tes non reputant magnum eſſe fa-
mæ alienæ detrimentum, quod hic
tutus & probatus confeſſarius (quā
do alius haberi non poteſt) veniat
per accidens in notitiam complicis,
qui ratione connexitatis huic peri-
culo ſe expoſuit: vt dictum eſt, &
in oppidis ruſticorum, qui non ſatis
norunt quid prudēter ſilere liceat,
nec habent alium ſacerdotem præ-
ter vnum parochum omnes agno-
ſcentem; non ſunt turbandi cum
prædicta exceptione. Aliàs daretur
occaſio ne cōiugati, qui ſe inuicem
abhorrent, aut alij qui complices
a habent, confiteantur integre: [a] quia
dubitare poteſt pœnitens, an ſocius
criminis ſit ægrè laturus, vt à Paro-
cho, alterius confeſſionem audien-
te, agnoſcatur infamia complicis. 2.
Rarior eſt caſus vt ſine alterius præ
cepti cōcurſu excuſetur ab integri-
b tate confeſsionis: [b] puta quia ſi-
ne præcepto habet ius conſeruandi
intactam proximi famam, ſaltē ad-
hærens mitiori quorundam Doct.
opinioni, per quam in foro con-
ſcientiæ excuſatur à rigore alterius
c ſententiæ. 3. Quidam [c] conſulunt
vt etiam vrgente confeſſionis præ-
cepto (puta in articulo mortis, aut
in Paſcha propter communionem,
aut qui ob vitandum ſcandalum ce-
lebrare debet) contentus ſit eo pœ-
nitentiæ actu quem reputat contri-
tionem, vt abſque confeſsione cō-
municet: quaſi id ſit tutius, quam
dimidiare confeſsionem: & huic
cenſetur deeſſe copia confeſſarii, cū
non adſit idoneus, cui integre con-
fiteatur. At ſane tutius eſt confiteri
d omnia, illo peccato excepto: [d] cum
ea ſit confeſsio formaliter integra,
vt dictum eſt. Nec expedit in mor-
tis articulo, quando nullum aliud
ſacramentum præter abſolutionem
poſſet recipere, vt contentus attri-
tione, quam falſo reputat contritio-
nem, ſe exponat damnationis æter-
næ periculo.

10 Confeſſarius, vt Prælatus etiā
regularis non debet inquirere, nec
vrgere aut moleſtare, pœnitentem,
vt ſibi declaret perſonam complicis
e aut alterius. [e] vt dicetur inf. lib. 3. c.
25. eo etiam fine, vt eum iuuet auxi
lio. vix enim moraliter continget
caſus, in quo non poſsit pœnitens
prouidere remedium neceſſarium
per ſeipſum aut per alios nō minus
apte, quàm per manum confeſſarii,
nec Prælatus in eo occulto pœnitē-
tiæ foro habet ius inquirēdi de aliis
magis, quam vir priuatus: nec ma-
gis compellit, tunc addito præcepto
etiam ſub excom. quam alius priua-
tus confeſſarius: nec ei licet prohi-
bere pœnitentem, ne vadat ad con-
ſulendum alium, & iniurius eſt. Si
huic neget debitam abſolutionem:
aut minis & metu etiam reueren-
tiali terreat, niſi vt alius confeſſarius
licet, tenetur quidē pœnitens quæ-
dam crimina denūtiare, vt quæ im-
f pendent cōtra bonum commune: [f]
quod ſi per ſeipſum non valet, ali-
quando excuſatur omnino: ſic autē
excuſato non debet cōfeſſarius ne-
gare abſolutionē, cum non maneat
in ſtatu peccati, qui ob impotētiam
non denunciat. interdum tamē ita
vrget periculum boni communis,
vt qui per ſe non poteſt, debeat per
g alium denuntiare [g] ei qui poſsit cor
rigere & occurrere malis, quod ſi
alius non ſit cui pœnitens confidat,
licebit confeſſario dicere vt manife-
ſtet: ſed confeſſarius curet alteri di-
ci ſi adſit commodus vir, qui fide-
h liter opem ferre poſsit: [h] ne aliàs cō-
feſſarius incurrat periculum calum
niæ, quaſi curioſe pœnitentem in-

vbi leue eſt detrimentum famæ apud vnum confeſſarium, licere,
& ex his multi aiunt debere in articulo mortis confiteri integre
u circunſtantiam, vt citatum eſt. D. [u] Soto releċt. ſecret. membro 2.
quæſt. 2. libro 5. iuſtit. quæſt. 10. artic. 2. Frat. Med. libro 1. capit. 14.
§. 36. quare ad arbitramentum prudentis pertinet expendere an
in raro caſu reputetur grauis infamia etiā apud vnū virum, quod ſi grauis reputetur, ſilendum eſt. Nauarr. c. 7. nume. 8. cap. 18. num. 33. c. 24. num. 14. Bañes ſupra, etiā pro correctione fraterna quando proceditur ad Prælatum tanquam ad patrem. Soto etiā lib. 4. iuſt. quæſt. 6. art. 3. & lib. 5. q. 10. art. 2. conc. 4. Petr. Soto Caiet. Cano. Ledeſ. cōtra Caiet.
x 2. 2. q. 73. artic. 2. [x] Communis DD. quādo proximo imminet periculū grauis damni, vt mortis, aut animæ eſſet cōtra caritatem dicere eam circunſtantiam, ex qua ſequitur periculum. Nauar. cap. 7. nu. 4. cū Adr. & aliis. At falſo ſolus Cord. caſ. 1. ait quod poſtea tenetur hic iterum confiteri omnia peccata, ſcilicet cum illa circunſtātia omiſſa.
y [y] Ledeſ. dub. 13. con. 3. Victor. Cano. Soto, dicit ſalubrius. D. Tho. Sylueſt. vtrobique. Caiet. verb. conſ cond. 10. Adr. q 4. ad arg. Mai. q. 3. Aleſ. Roſell. cōfeſſor. 9. dub. 5. Angel. conſ. 5. §. 9. Tabie. abſolutio. 1. §. 9. Armi. abſolutio. §. 19 ſignificat & confeſ § 22. Anto. 3 p. tit. 17. ca. 19 §. 16. Nauar. capit. 7. nu. 3. 5. & 6. Altoc. t 2. Recent. Frater Aleſand. & omnes DD. cit. pro vtraq; ſententia id ſupponunt. Silueſt. confeſſio. 1. §. 18. 19. &
z §. 3. verſ. 1. [z] Sotus d. 18. q. 2. ar. 5. ad 4. quare communiter eſt leue detrimentum famæ, ſic dicere vni confeſſario ex cauſa integritatis. Soto d. q. 2. art. 5. 4. & citat. ſup. H. fatentur colligitur autem eſſe leue ex Caieta. 2. 2. q. 73. 2. vbi D. Tho. artic. 1. ad 2. Nauar. capit. 18. nume. 20. 33. 6.

inter verb. nume. 493. Cord. in Sotum releċt. ſecret. membro 2. q.
2. con. 5. & caſ. 1. Petrus Nauarra. lib. 2. de reſtit. cap. 4. p. 2. dub. 1.
a & 10. nume. 276. 335. [a] Vt Gab. Petrus Nauarr. & quidam recent.
b bene argument. [b] Quare vir doctus & prudens damnare non debet alterius contrariam ſententiam in caſibus vbi pendet ex arbitramēto. vt pro tuēdo iure propriæ famæ. inf. capitu. 12.
c lit. T. [c] Signif. D. Tho. add. q. 8. art. 4. ad 5. Victor. nou. §. 162. Med. q. de integr. cōfeſ. Viguer. c. 16. § 4. verſic. 17. quod probabile dicūt Alexan. Palud. Mantius, vt quādo quis hēt caſum reſeruatū, quē nō licet dicere Prælato pſenti & negāti licentiam confitendi alteri: licebit ob vitandum ſcandalum communicare contritum abſque confeſſione, dicunt Soto diſt. 18. q. 4. art. 2. Ledeſm. q. 8. art. 4. dub. 2. Victor. §. 146. dicit comulgue y vaya ſobre mi conſciencia. Nauarr. cap. 27. num. 239. & cap. 7. num. 6. quia grauius videtur præceptū de integritate confeſſionis, quam de præmittenda confeſſione ante communionem. At ſecus eſt in propoſito, quando confeſſio per ſe obligat in paſcha aut articu. mortis.
d [d] cit. ſup. Y.
e [e] Feiburg. Dominican. in ſum. conf. lib. 3. tit. 34. q. 89. Roſel. cōf. 1 § 6. cū Rain. Ant. Monal. Marg. conf. verb. lachrymabilis. §. Aſten. lib. 5. tit. 12. cū Rodon. ſuper Raymū. Sylueſt. Tabien circunſt. §. 10. Fr. Medin. & colligitur ex Richard. d. 21. arc. 5. q. 2. Palud. d. 16. q. 3. artic. 3. ad 2 & clarius d. 21. q. 3. ar. 2. con. 2. Medin. q. de integr. confeſ. Bañes d. art. 8. dub. 6 p. 1. conc. 4. addit Soto caueat tamen ne confeſſio ob id
f fiat exoſa. [f] Fatetur Bañes dub. 8. par. 1. con. 3. Nauarr. cap. 18. nu. 58. Simanc. de cath. inſtit. cap. 4. & 29. & capit. 42.
g num. 12. [g]
h [h] cit. A. quod conſolit Bonauen. vtroque loco Nauar. c. 8. num. 25. fin. P. Laynez. conſulius. At ſi vrgeat

duxerit ad manifeſtandam infamiā complicis, de quo inf. cap. 10. §. 5.

11 Confeſſarius qui frequenter exigit ſibi reuelari perſonas intra aut prope confeſſionem, arguendus eſt curioſæ temeritatis: [i] vt qui indiſcreto zelo ſit occaſio detractionis & peccati in eo foro, quod ordinatur contra peccata: temerariaque eſt doctrina [k] ſi quis dicat licitum aut neceſſarium vt confeſſarius ita lege ordinaria inquirat, & petat ſibi reuelari perſonam complicis. & periculoſius eſt ſi cum ea notitia ſtatim procedat incaute & paſſim, [l] ad denuntiandum, aut corrigendum proximos: & qui alienis conſcientijs tentat prouidere, neſcit ſuæ conſulere. Cui dici poteſt, id Roman. 11. O homo quis te conſtituit iudicem fiſcalem, correctorem aut denuntiatorem? Cum prudentiſſima lex Chriſti & naturæ temperet eū zelum qui non eſt ſecundum ſcientiam. Qui tamen in raro caſu non ex curioſitate, ſed ex caritate prudenter interrogat de alterius peccato: nec cogit ſed amice rogat, intendens prouidere periculo, cū ſit Prælatus, habet bonos autores quibus factum defendat: [m] de quo infra.

CAPVT X.

An liceat interdum manifeſtare complicem confeſſario.

§. 2. *Si ex cauſa liceat, non eſſe detractionem.*

3 *Interdum licitum confeſſario ſuſcipere negotium in vtilitatem complicis aut alterius.*

4 *Et ſeq. quando cedit in auxilium vel conſilium pœnitentis.*

9 *Satis eſt intra confeſſionem dare licentiam confeſſario.*

10 *An interdum expediat intra confeſſionem reuelare.*

11 *Quid curabit confeſſarius ſi curam ſuſcipiat faciendi denunciationem.*

12 *Quam fidem adhibebit iudex confeſſario ſic denuncianti.*

SI ad propriæ confeſſionis integritatem & bonum nō eſſet neceſſarium declarare perſonam complicis: diſtinguūtur duo caſus. 1. ad vtilitatem complicis aut alterius, puta vt correptione emendetur. 2. ſi vtile videatur ipſi pœnitenti pro auxilio aut conſilio capiendo. Quidam moraliter loquendo negāt eſſe licitum vt pœnitens intra confeſſionē manifeſtet alium, propter ſolam vtilitatem complicis [a]: quaſi pœnitens in famam alterius ius non habeat dandi licentiā confeſſario ad corripiendum complicem, & illicitum eſſe. 1. quia per hoc, confeſſionis iugum fieri videtur oneroſius, & exoſum. 2. quia præuerſio ordinis eſt, vt mea confeſſio quæ ex iure ſupernaturali dirigitur in bonum ſolius pœnitentis, ordinetur in bonum alienum, & in correptionis præceptum naturale, quod cum ſit inferioris ordinis, non eſt huic fini confeſſio medium proportionatum. At hęc ratio eſt infirma: quia caritas proximi propter Deū, non eſt finis inferior confeſſione: & quamuis ita eſſet, nō eſt illicitum rem ſuperiorem, vt Verbi incarnationem, ordinari vt cauſam in finem proximum inferiorem, puta in ſalutem noſtram, quādo vtrūque refertur in Dei gloriam. Quare in graui cauſa & periculo vrgente id licebit, ſeruatis debitis circunſtantiis. 1. vt pœnitens præmittat correptionem fratris: [b] ſi commode poteſt, cum ſpe fructus & abſque proprio periculo. 2. ſi ita non poſſit, & ſpes ſit profuturam correptionem datam per iſtum, qui eſt confeſſarius prudens, tunc adhibeatur quādo credit eam prodeſſe & non obeſſe. 3. hortetur pœnitentem vt id periculum reuelet potius extra actum confeſſionis. [c] ſed ſi malit intra confeſſionem, admittendus eſt interdum etiam propter bonū complicis. [d] Nam finis eſt bonus, & medium huic vtile non eſt illicitum, cum nullo Dei aut hominis præcepto & iure prohibeatur, concurrentibus tamen debitis cauſis. Nec per hoc confeſſio fit oneroſa, cum leuet onus pœnitentis, & proſit proximo infirmo, licet ei forte videatur faſtidioſum onus.

2 Non eſt contra finem ſacramenti dicere propria vel aliena peccata ſub ſigillo occultanda, & tamen data ſponte licentia ex cauſa vtili, vt confeſſarius detegat. [e] id enim perinde valet, ac dicere extra confeſſionem. [f] infra libro 3. de pœnitent. capit. 23. Perpendat tamen pœnitens ne id committat niſi viro prudenti, qui ſuauiter alium monebit. Confeſſarius vero cautus ſit ne dicat id in confeſſione ſibi fuiſſe declaratum. Quidam admittunt licitum dicere alterius peccatum, vt pius confeſſarius magis exerceatur ad orandum pro

gerat periculum boni communis (vt in hæreſiarcha, aut ſolicitante omnes filias in confeſſione) nec reperitur alius cui fœmina fidat. poſſet confeſſarius rogare ſibi extra confeſſionem dici, aut intra illam cum licentia neceſſaria. Bonauent. diſt. 21. in 2. par. art. 1. q. 3. Gabr. diſt. 17. q. 1. con. 5. Sylu. confeſſio. 1. §. 24. & fuſius Anto. 3. p. titu. 14. c. 19. §. 11. [i]

[k] Quia eſt doctrina cōtra bonos mores: & quæ confeſſionem de ſe reddit magis grauem & exoſam. & contra torrentem ſapientum huius tēporis ſed F. Med. lib. 2. c. 4. excedit in cenſura, ſup. §. 1. D. [l] Bañes d. art. 8. dub. 2 part. 2. in prin. [m] Citati. §. 9. A. & infra lib. 3. de pœnit. cap. 25. §. 6.

CAP. X.

[a] DOct. cit. cap. 9. §. 9. A. qui conſulunt dici extra confeſſionem, & F. Med. Bañes. 2. 2. quæſtio. 33. artic. 8. dub 6 par. 1. con. 4. niſi in caſu raro. Quia confeſſio nō ordinatur in bonū alterius ſed pœnitentis & ſigillum petit, occultari peccatum pœnitentis & eorum quos pœnitens forte nominauit: & huic ſecundum apparentiam videtur derogari ſi ſigillum ordinetur cum licentia manifeſtandi peccatum alteri, aut corripiēdi. [b] D. Tho. opuſ. 12. capit. 6. Nauar. capitu. 7. nume. 7. Bañes & alij. [c] Alexan. Bona. ſum. confeſ. Ang. confeſſio. 1. §. 3. Rich. Palud. Mai. d. 21. q. 2. Roſel. Palac. diſtio. 16. q. 3 p. 201. Qd tamen Soto monet caute faciendum. [d] Ex Auguſt. & aliis inf. lit. M. N. Adria. 4. de confeſ. q. 1. §. ſed oritur ex his dub. ad 4. & §. ad motiua aliorum, ad 3. D. Thom. opuſc. 12. cap. 6. ſentit dicens non licet reuelare in confeſſione perſonam complicis niſi ſaluo ordine correptionis, ergo eo ſaluo licet. Capreo 4. d. 21. quæſt. 2. ad 8. cont. 1. con. ibi Socin. quæſt. 2. con. 2. ad 3. Bonau. in 2. p. art. 2. q. 6. Henr. quodl. 3. q. 23. Gabr. diſt. 17. q. 1. art. 2. con. 5. & dicit ſentire Bonau. Fr. Alex. de Arioſt. enchir. conf. 1. p. c. 7. §. 6. cum eodem Bonau. Anton. d. §. 11. ſi bona fide fiat, vt pœnitentiarius corrigat, aut óret pro alio peccatore: idē Aſten. lib. 5. tit. 12. Sylueſt. Tabien. qui omnes citant antiq. Raym. in ſumma. & Rodonen. ſuper Raym. Friburg. ſumma confeſ. lib. 3. tit. 34. q. 89. Roſel. confeſ. ſacramentali. 1. §. 6. cū Monald. Hoſtien. ſumma. Piſan. confeſſio. 1. §. 3. Margar. verb. confeſſio. fin. verſ. lachrymoſa. Gerſon. 2. p. titu. de cognition. peccat. conſider. 19. & lib. qq. cum reſponſ. fol. 34. litt. P. & clarè ſermon. in cęna. F. Claud. Guillart. Dominic. de Cath. aſſert. Nau. ſentit. c. 7. nume. 7. ſeruato ordine correctionis. Victor. Petrus Nauarra. de reſtit. libr. 2. cap. 4. nume. 280. & tamē Gabr. diſtinct. 17. & Soto d. 18. quęſtio. 4. 6. c. ad 2. dicit ſi poteſt hic reuelare extra confeſſionem, multo magis licet in confeſſione: nec ex eo quod cum licentia dicatur extra cō feſſionem, fit confeſſio exoſa nec obſtat quod Gabr. d. 21. art. 3. dub. 2. negat licere confeſſario etiam de licentia pœnitentis reuelare ſigillum, & id monet dici extra confeſſionem, vt explicabitur inf. F. de hac re propter excitatum ſcandalum conſulti ſunt viri litteris, cathedra, & prælatura etiam religionis inſignea q ob autoritatē prædictorum & graues rationes ſubſcripſerunt licitum eſſe dicere perſonā complicis confeſſario intra confeſſionem, propter bonum ipſius complicis: ſeruatis tamen prudētiæ circunſtantiis, & ſaluo ſigillo, cū licentia vt ille corripiat, vt ſubſcripſerunt multi Salmāt. Complnten. Valentin. & ex ordine Prædicatorum, Minorum & Auguſt. [e] Syluest. confeſſio. 1. §. 24. [f] Infra lib. 3. de pœnitentia. c. 23. Nauarr. cap. 8. num. 15. cap. 17. nu. 23. in cap. ſacerdos à nu. 155. vbi Turr. Roſel. ſupplement. Piſan. Syluest. conf. 1. §. 24. confeſſio. 3. §. 3. Anton. 3. par. tit. 21. §. 1. Archid. in c. ipſi Apoſtoli 2. quæſtio. 7. Ioannes Andr. in c. dilecta, de renunc. Felin. capit. teſtimonium, de teſtibus Conarru. 2. parte ſponſ. c. 8. §. 12. num. 11. cum Panor. Philipp. Lapo. Ripa. Calder. Hipolyt. ex Theolog. Doctor. cum Magiſt. 4. diſtinct. 21. Bonau. in 2. par. q. 2. Palūd. q. 3. art. 3. Gabr. Palac. q. 2. D. Th. 3. d. q. 11. art. 4.

Adrian 4.

ipſo: [g] de qno nihil in præſenti dicimus: faciliori cauſa pœnitens eam licentiam dabit de ſuis rebus, quam de alienis: tanquam propriæ famæ dominus, qui iure ſuo renunciare poteſt. Dum vero licite reuelat peccatum & infamiam alterius ei qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe alteri, non eſt detractio formaliter, ſup. c.9. §.6. & paruum famæ damnum compenſatur cum bono alterius, dum impeditur periculum mortis ſpiritualis vel temporalis, quod ſolus pœnitens impedire non poſſet. Sine hac pœnitentis licentia poſſet interdum cõfeſſarius in bonum finem vti ſcientia ſecreta, ſaluo ſigillo: non tamen poteſt abſque ea licentia procedere ad correptionem alterius etiam vtilem, niſi violato ſigillo inf. lib. 3. c. 24.

3 In caſibus licitis in quibus prudens pœnitens expedire iudicat dici aliquid Prælato intra confeſſionem (puta quando poſt præmiſſam correptionem liceret id dici extra confeſſionem) tunc habita pœnitentis licentia licebit confeſſario id negotium ſuſcipere in vtilitatem alterius. ſup. c.9. §.9. vt ſi dicat Prælato tanquam patri & viro prudenti ac probato, aut alteri ſacerdoti familiam gubernanti: cui ex cauſa dicit intra confeſſionem cum licentia vt periculum præcaueat: nec enim detrectare debet Prælatus audire & cauſam ſuſcipere, cum hic arctius teneatur ex officio caritatis ad bonum ſubditorum: idem ſuſcipere poſſunt ij regulares qui ex vi instituti & profeſſionis deſtinantur ad opera miſericordiæ ſpiritualia. [h] at qui dati ſunt epiſcopis in coadiutores: qua ratione Prælatus horum regularium tenetur epiſcopo mittere, quos ille ad ea pia opera iure petit: ſed caueat confeſſarius etiam regularis, ne hac via niſi caute, & cum magna prudentia iuuet pœnitentes, quando alius commodo reperiri non poteſt qui negotium ſuſcipiat.

4 In 2. caſu, quidam negant licitum confeſſario adhibere opem externam pœnitenti indigenti contra complicem, niſi pœnitens reuelet perſonam extra confeſſionem: [i] quia aliàs videtur periculum ſcandali vt complex aut alii ſuſpicentur opem ferre ob occultam confeſsionis notitiam. At reuera communiter non eſt periculum talis ſcandali: & licebit ferre auxilium: [k] quod licet ſit publicum, cauſa tamen eſt occulta, ſine cuius declaratione confeſſarius prudens tãquam pater defendere poteſt imbecillem pœnitentem, monens ſuauiter complicem inuaſorem, de licentia pœnitentis; temerariaque eſſet aliorum ſuſpicio de reuelato ſigillo. [l] ſic Beatus Auguſtinus ſermone. 16. de verb. Apoſt. ait ſe profuiſſe multis.

5 Interdum confeſſarius vt ſecurior maneat, obtineat in ſcriptis licentiam pęnitentis: ne mutatus neget ſe licentiam dediſſe, & raro per ſeipſum ferat opem, niſi deſit alius per quem ferri poſsit: de quo varii caſus contingere ſolent vt ob temporis aut loci anguſtiã non ſit alius qui imminenti periculo commode ſuccurrere valeat præter confeſſarium: aut ita interdum expedit ob perſonarum aut negociorum qualitatem. [m]

6 Ob pœnitentis vtilitatem, dum indiget occulta conſultatione ſæpius & facilius licet alterius crimen & perſonam reuelare alteri etiam confeſſario [n] tuto & probato, tanquam patri qui poteſt prodeſſe & non obeſſe: vt dum eget cõſilio pro vitando malo: aut pro exequendo bono, putà ſtatu religionis, aut matrimonii quem cupit: Et B. Thom. ac Bonauent. declarant, confeſsionem inſtitutam eſſe, non ſolum in remedium prçteriti peccati, verumetiam in conſilium & cautionem futuri periculi.

7 Differt hic caſus à primo de circunſtantia, quæ pertinet ad integritatem confeſsionis: quia dum

Adrian. 4. de ſigill. §. ſed probabilior. Med. C. de confeſſ. folio. 124. Ledeſm. ſecunda parte, quæſtio. 10. artic. 4. dub. 1. Soto diſtinctio. 18. quæſt. 4. artic. 5. & relect. ſecret. membro 3. quæſtio. vlt. concl. 5. dubio 4. Petrus Soto. de confeſſio. lect. 11. Victor. §. 170. Angles, flor. Theolog. At quidam Doctor. innuunt non licere etiam de licentia pœnitentis, quaſi hic nõ poſſit cedere iure ſuo in præiudicium ſigilli confeſſionis, vt diſtinct. 21. Bonauen. Richard. Gabr. Iſidulph. Aureolus, Scotus quæſt. 2. ad 1. Durand. quęſt. 4. Maior. quæſt. 3. col. 4. arg. Almain. fin. Alexand. 4. par. q. 78. m. 2. art 3. Anglex. confeſſor. vlt. §. 5. Collectarius in capite omnis, num. 63. & alii apud Couarruias. Reſpon. non intendunt negare licitum, quando licentia ſponte datur à pœnitente. per hoc enim non violatur ſigillum, & perinde valet licentia, ac ſi eadem repeteret extra cõfeſſionem, vt bene exponit Sylu. conf. 1. §. 24. [g] Auguſt. cit. infra M. Anton. cum Raym. Aſtenſ. lib. 5. tit. 12. § 5 cũ Fratre Rodon. Dominican. ſuper ſumma Raymon. vide Syluestr. confeſſio 2. §. 24. Adr. quodlibet. 11. difficul. 5. & 6. Nauarr. cap. inter verb. conc. 6. nou. num. 350. vid. nu. 143. Cordub. in Sotum de ſecret. memb. 4. quæſt. 2. poſt con. 4. cũ Gerſon. alphab. 34. E. ſic Mag. Auila & quidam prudentes audiebãt exemplo B. Auguſtin. peccata aliorum ad compaſſionem, & vt libentius orarẽt pro illis. [h] D. Tho. 2. 2. q. 186. artic. 2. & 9. Baňes 2. q. 33. art. 3. dub. 3. Soto relect. ſecret. mem. 2. q. 3. poſt con. 5. [i] Baňes. 2. 2. q. 33. art. 8. dub. 8. Fr. Lop. 1. par. inſtru. c. 36. con. 4. & affert Sotum. ſic Bonauen. Gabr. & Turrecrem. in c. ſacerdos, monent ne dicas intra confeſſionẽ ſed extra. & ita communiter curãdum eſt, Bonan. & P. Iacob. Lainez. [k] D. Tho. & opuſ. 12. capit. 6. Bon. d. 21. Palud. Rich. art. 5. q 2. Gabr. B. Bernardio. Margar. confeſſ. Aſten. Alex. ſup. ad vlt. Piſan. Anto. Armil. Med. Victor. & ſane Soto non contradicit, quamuis liberalius admittat de conſilio, quam de auxilio quod externus manifeſtatur. Iuriſp. in c. ſignificaſti: de adulter. Nauar. c. ſacerdos, nu. 151. Petrus Nauarr. de reſtit. lib. 2. cap. 4. num. 280. ſumm. confeſſ. lib. 3. titulo 34. nec Bonauent. & Gabriel. negant, quando pœnitens data licentia perinde dicit, ac ſi extra confeſſionem diceret, vt exponit Syluestr. confeſſio. 1. § 24. Baňes ſupra, & interdũ expedit non dare licentiam hanc, niſi intra confeſſionem, infra. §. 10. ne forte confeſſarius productus in teſtem, reuelet me dixiſſe, de quo Nauarr. capit. 18. num. 55. [l] Quia etiam de improbo ſacerdote vix ſine temeritate iudicat vulgus fractionem ſigilli: ne dum de confeſſario probato. cautus tamen ſit confeſſarius, dum monet alium etiam alterius complicem de licentia pœnitentis: vt ſi dicat peccatum illos quod per mediatrices expleuit, notum eſſe multis & ſibi. [m] Doctor. cit. D. de his variis caſibus Auguſt. ſerm. 16. de verb. Domini. cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. & refert Anton. ait ſe profeciſſe multis carpẽs occultiſſima adulteria quæ vxores ad illum deferebant. 1. ex temporis anguſtia, ſi deſit alius ſuſcipiat confeſſarius curam vt in mortis art. 2. dum locus impedit incluſam virginẽ, vt monialem, aut virum incarceratũ; quando parens aut iudex nõ permittit alloqui alium quã confeſſariom: & tamen nouit rem neceſſario denunciandam: nec expedit vt confeſſarius dicat alteri, ne res diuulgetur, aut res magis diffametur. 3. ex qualitate perſonæ aut negotii ſunt varii caſus: vt ſi nobilis ex adulterio genuit primogenitũ; & monẽdus eſt Pater vt prouideat dãno ex prole ſecuto, item quarto ſi princeps aut prælatus etiã religionis fuit cauſa ingentis damni, & vult ſecrete per confeſſarium ſatisfacere dãno aut honori læſo. Qointo ſi ancilla confitetur, qoendam domeſticum præparare venenum quo dominum, aut principem interficiat: aut ſi tentat cum ſcandalo vir rapere filiã domini ſui. 6. ſi fœmina vix poteſt ſe liberare à viro procaci: vt ancilla ab hero, pupilla à tutore aut cognato ſollicitante, ſub cuius cuſtodia tenetur. 7. vt vxor liberetur à marito potentiori, qui tẽtat illa abuti contra fas. aut quã vir latro cogit cuſtodire res furto ſublatas, & eas vendere, cum periculo vtriuſque: aut occultare dum vir falſam monetam cudit. 8. ſi vxorem morti vicinam cogat vir vt ſe hæredem inſtituat: nec permittit alios eam muiſere quibus cupit auctoritate publica legare bona: ſunt pleraque alia id genus in quibus non eſt aliua præter confeſſarium, qui ferre poſſit auxilium. [n] Aug. in Leuit. 5. cap. hoc videtur. 22. q. 5. B. Bernard. ſup. Alexan. ad vlt. Bon. d. 21. p. 2. art. 1, q. 3. c. & adult. Rich. art. 4. q 2. Sot. d. 18. quæſt. 2. 5. ad 4. cum Bon. D. Tho. opuſc. 12. c. 6. nec id negat. diſt. 21. vbi ſolum intendebat agere quantum pertinet ad integritatem confeſſionis. Margar. cõf. Med. C. de conf. Syl. conf. 1. §. 24. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 12. Adria. de confeſ q. 2. §. ſed oritur ex his dub. ad 4. & dub. penul. de conf. §. ad 1. in ſolut. ad 8. & §. ad motiua aliorum ad 3. Raimun. Frat. Friburgio. in ſum. conſ. lib. 3. tit. 34. Armil. circunſt. §. 11. & cit. D. Tho. Tabien. circunſt. §. 10. confeſ. 1. §. 4. Roſel. ſup. Piſan. confeſſ. 1. §. 3. enchyr. confeſſ. 1. par. verb. conſ. num. 8. §. 3. Frater Alexan. in ſum. lib. 1. tit. 4. c. 3. tit. 7. cap. 2. Aſte. lib. 5. tit. 14. & refert alios Hoſtienſum.

u tingat regulares vagari, dum recurrunt ad Papam. [u] Cle. dudum. de ſepult. qua ratione non poteſt epiſcopus prohibito reſerua-

ꝑ caſus confeſſarijs regularibus in fraudem ſui priuilegij: vt nec poteſt parochus. [x] ſupra cap. 14. §. 5. [y] Syueſt. confeſſor. 2. §. 5. cum ſpeculator. [z] d. clemen. dudum. [a] Anton. 3. par. titu. 17. cap. 11. Petrus Soto. titu. de confeſſ. lect. 5. [b] Sup. cap. 6. lit. S. Nauar. cap. 27. nu. 201. Caietan. verb. excom. cap. 64. Syluestr. excommunic. 7. caſ. 14. Tabien. excommunic. 5. caſ. 5. Fr. Alexand. lib. 8. titu. 3. cap. 15. facit Cordub. caſ. 24. fin. & lib. 1. quæſt. 30. [c] [d] Sed quæ ſit intentio per verba ſignificata cõſulendi ſũt DD. vt per verb. omnes caſus aliquãdo. Summiſt. verb. caſus aiunt concedi etiam excommunicationes & diſpenſationes votorum. [e] Arm. caſ. §. 1. quia exceptio firmat regulam in contrariũ, in ijs quæ ſunt eiuſdem generis. [f] Nauar. cap. 27. nume. 255. §. 6. & 7. Sylu. confeſſor. 3. §. 6. Armil. caſus. §. 1. verſ. Abbas. §. 5. Tabien. §. 8. Anton. 3. par. titu. 25. ca. 77. titu. 17. cap. 11. Angel. confeſſ. 3. §. 18. cum Ioan. de Lign. Felician. lib. de cenſur. titu. de priuileg. capitu. 12. & 14. [g] [h] Nauar. num. 255. Armil. caſus. §. 1.

CAP. XVII.

[a] ID [a] Ioan. 20. accipite Spiritum ſanctum falſo exponit Theodorus, ſumi profuturo, id eſt, accipietis Spiritum ſanctum, poſt Aſcẽſionem, nunc vero tantum diſpoſitionẽ pro illo (quod damnat Concilium Conſtantinopol. cap. 10. licet videtur ſenſiſſe Chryſ. hom. 1. Act. hom. 85. in Ioan expoſitione. 1.) At ſubdit Chryſoſt. non intelligi de gratia ſed de poteſtate ord. data per Spiritum ſanctum. Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 56. Auguſt. Trinit. cap. 20. Hieron. ad Edib. q. 9. Tolet. Ioan. 20.

niſi forte epiſcopus reſeruet per cõſtitutionem ſynodalem cum excõmunicatione latæ ſententiæ: [x] vel ſi iure communi [y] cui etiam regulares ſubijciuntur, aut generali cõſuetudine totius eccleſiæ, [z] quæ æquatur legi, reſeruentur epiſcopo. quidam tamen habent priuilegium abſoluendi ab omnibus epiſcopo reſeruatis, etiam iure communi. alij etiam à reſeruatis Papæ occultis, dum non ſint in cœna Domini. Dum vero Pontif. in clem. dudum; explicat quod non intendit fratribus ampliorem poteſtatem dare, quam curatis ſit de iure conceſſa: loquitur in rebus alijs: & non reuocat priuilegium conſuetudine confirmatum, per quod fratres abſoluunt à reſeruatis, nec clem. 1. de priuileg. ſermonẽ facit de his, quæ pertineot ad ſacramentum pœnitentiæ: ſed tantum uetat regulares abſoluere ſine priuilegio ab excommunicatione iuris reſeruata. [b]

9 Si epiſcopus committat confeſſario omnes ſuos caſus, vel omnes ſuas vices pro foro conſcientiæ: ſatis eſt vt quibuſcunque verbis intentionem explicet. [c] vt ſi dicat cõcedimus omnia quæ per nos poſſumus, vel omnes noſtros caſus & facultates. [d] ſic enim communis loquendi conſuetudo attẽdenda eſt, vt per hoc caſus reſeruati intelligantur conceſſi: vel dum concedit omnem ſuam facultatem, excepto vno caſu, [e] cenſetur reliquos reſeruatos concedere. non tamen ſi non facta exceptione dicat, concedo omnem meam facultatem vel autoritatem ad audiendas confeſſiones, [f] & abſoluendum auditos pœnitentes. Per caſus pro abſolutione conceſſos non intelliguntur concedi excommunicationes illæ quibus non reſeruantur caſus: [g] nec diſpenſatio votorum & irregularitatum. [h] quomodo autem abſolutus indirecte ſe debeat præſentare ſuperiori, dictum eſt. c. 15. §. 1.

CAP. XVII.

De Miniſtri qualitate, ſeu bonitate.

§. 2. *Sine bonitate & gratia Miniſtri datur effectus ſacramenti, ſed eligendus eſt bonus.*

3 *A Paſtore licet peccator ſit, poſſunt peti ſacramenta.*

4 *Confeſſarius ſit ornatus caritate, continentia & fortitudine.*

5 *Quando liceat conformari probabili opinioni pœnitentis.*

6 *Ne ſit nimius, aut curioſus in examinatione.*

Dictum eſt de tribus quæ ſunt neceſſaria, vt miniſter poſſit abſoluere: nempe quod habeat cõpletam ſacerdotalis ordinis poteſtatem: quod iuxta Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. ſit ipſo iure, vel per ordinarium approbatus, vt idoneus: quod in illum pœnitentem & eius caſus habeat iuriſdictionem nõ impeditam. Nunc dicendum eſt de quatuor qualitatibus, vt bene & digne miniſtret ex officio hoc ſacramentum, bonitate, ſigilli conſeruatione, de ſcientia vero & prudenti dicetur. c. 26. & ſeq.

2 Noluit Chriſtus ex bonitate miniſtri pendere efficaciam ſacramenti, ſed æqualem gratiam ex operato confert ex ſe baptiſmus vel abſolutio quam peccator aut vir perfectus miniſtrat. [a] nam Ioan. 20. dum dicit, accipite Spiritum ſanctum, dedit gratiam cum plenitudine, vt digne miniſtrarent: nõ autem quod hæc neceſſaria ſit pro miniſterio. tenetur tamen pœnitens confeſſarium quem cognoſcit iacere in peccato aut in cenſura, à qua receſſurus non creditur, non inducere, [b] dum paratus non erat officio, ſi habet alium cui commode confiteatur. eliget optimum morborũ ſuorum medicum, vt eo aptiore miniſtro diuinæ miſericordiæ, melius excitetur ad actus neceſſarios contritionis & purioris vitæ: & qui precibus & exhortatione mediatoris officiũ inter Deum & impium præſtet: & de quo certo confidat nullam fieri iacturam famæ, quamuis grauiſſima crimina ſua aut aliorum ex cauſa ei aperiat ſub ſigillo contegenda.

3 Habet tamen pœnitens à proprio paſtore, quamuis ſciat in peccato vel occulta excommunicatione iacere, ius exigendi paſtum ſacramentorum: [c] tum vrgente præcepti tempore, vt communionis & pœnitentiæ in paſcha & tempore peſtis, aut in alio probabili mortis periculo: tum per alia opportuna anni tempora, [d] vt in ſolenniorbus feſtis, vel tempore iubilæi communis, uel ſi longum iter adornat. nam & parochus ex officio tenetur miniſtrare quædam ſacramẽta, ad quæ tamen pœnitens non obligatur, ut matrimonium, & extremam unctionem: epiſcopus uero confirmationem & ordines. nõ tamen peccaret mort. ſi bis vel ter in anno quoſdam extra tempora præcepti non admittat: [e] uel ſi uolentes frequentare ſacramenta eucharistiæ & confeſſiones ſemel uel bis in qualibet hebdomada, repellat propter moleſtum onus. [f]

4 Confeſſarius ſit omnium uirtutum genere & uitæ integritate ornatus: [g] ut qui perſonam Chriſti ſuſtinet, cuius uiſcera & ſtigmata portare debet animo & exteriori corporis modeſtia, uerbis ſit affabilis, uultu benigno excipiat pœnitentem, quem ad latus & ad aurem manu interpoſita audiat: & quaſi fi-

not. 20. Bellar. 1. ſacra. ca. 26. etiam aliter. ſupra de ſacram. ca. 13. 26. D. Tho. 3. p. q. 64. 6. Soto. d. 1. q. 5. art. 6. [b] ſup. de ſacra. c. 23. [c] Parochus occulte excõ. quãdo inculpate miniſtret ſacramenta. [d] ſup. c. 13. §. 9. [d] Nauar. c. 25. nu. 131. vt colligitur Ezechiel. ca. 3. 33. 34. Soto d. 18. q. 4. 2. ad 2. d. 1. q. 5. art. 6. col. 1. prop. 4. Adria. de cõf. q. 5. dub. 8. Nauar. in ca. placuit. nu. 156. Vict. §. 145. fin. Mant. Peña, & Recent. [e] [f] Sed limitãdi ſunt qui negant paſtorem teneri extra tẽpora quo ſubditi obligantur, vt Rich. d. 18. ar. 2. q. 3. Medin. de conf. q. 41. & 51. fol. 91. 95. Sylu. cõfeſſ. 1. nu. 14. confeſſ. 3. §. 18. Ang. confeſ. 1. §. 34. Arm. abſolutio. §. 27. [g] Ratione dignitatis ſacerd. & officij. Diuus Tho. add. q. 36. 2. DD. d. 24. vbi Alb. ar. 7. & 9. Carth. q. 4. Soto. d. 25. q. 1. ar. 4. Caſtro. verb. ſacerdotiũ hær. 3. Vualden. to. 2. de ſacramen. c. 122. 144. & prob. 1. Timo. 4. Tit. 1. & 1. Corin. 4. vbi expoſitores, & maxime Chryſoſt. & lib. 3. & 6. de ſacerdoc. Proper. de vita contemplat. lib. 1. capit. 15. Clemen. epiſt. 2. Origen. hom. 9. in Exod. ho. 6. Leuit. Hierony. in Ierem. 22. 23. Gregor. 1 par. paſtoral. cap. 11. (c. his etenim. 49. d.) & toto eo. lib. (quem epiſcopis valde commẽdat Concil. Turonen. 3. tempore Caroli Magni. c. 3.) Auguſt. 20. ciuitat. cap. 21. ſacerdotes non ex genere carnis, vt olim ex Aaron, ſed ex electione in qua ſanctitas eſt penſanda, Concil. Carthagin. 3. ca. 22. & 4. ca. 22. Tolet. 4. cap. 20. Tridens. ſeſſ. 14. ca. 6. can. 10. & ca. primo, de reformat. ſeſſio. 23. ca. 17. de vita eximia ſacerdotis, & ſeſſ. 22. refor. c. 1. renouat canones iura. de vita & honeſt. clerico. in ſexto. Clemens lib. 2. conſt. Apoſt. c. 1. Torren. li. 3. conſ.

liorum quem iterum parturire geſtit [h] tractare debet. fœminas dum audit ne inſpiciat ſed memor continentię quam voto ſolenni in ſuſceptione ordinis ſacri promiſit, ſe linteo, cilicino præmuniat, ne fœdetur dum aliorum pedes lauat: [i] & antidotum habeat hic animarum medicus, dum curat contagioſos ægrotos, ne halitu peſtilenti inficiatur. Talem eſſe decet hunc pontificem ſanctum & impollutum: [k] & quia iudex eſt expertem eorum de quibus reum increpat. qui infirmus eſt ne præceps id officium aſſumat, ne forte dum fragiles fœminas audit victus tẽtatione ſolicitet, dignas daturus pœnas: [l] quod uenenum pharmaco, & lutum fonti puro admiſcere tentauerit. 3. ſit fidelis diſpenſator prudens & fortis animo: vt qui contra draconis inſidias pro Chriſto, & pro implendo electorum numero contendit: & ita dignos abſoluat, vt indignum quãtis autoritate pollentem ligatũ dimittat: quod D. Ambroſ. feciſſe legitur virili animo in Theodoſiũ Imperator. [m] ſpe firma & fiducia in Deum ſit armatus, vt de faucibus diaboli eripiat etiam illum qui ſeptuagies ſepties ceciderat: bene patiens ſit vt ſupportet infirmos, vt opportune præparet dilata interdum abſolutione, ſed non ſublata illius ſpe.

5 Ex officio quod gerit iudicis tenetur claue ſcientiæ examinare pœnitentis diſpoſitionem. [n] 1. vt confeſſio ſit omnino integra quantum ad ſpecies morales & numerum in ſingulis ſpeciebus peccatorum, iuuans interrogationibus quantum ſatis eſt. 2. neminem licet affirmatiuo mendacio decipere: ſed confeſſarius tanquam doctor tenetur decentem veritatem docere ignorantes. [p] & roganti de caſu dubio, reſpondeat id quod doctus confeſſarius opinatur eſſe longe probabilius. [q] vbi tamen paruus inter opiniones eſſet exceſſus, cenſentur moraliter æquales, [r] & licet fauere pœnitenti: quia confeſſarius ſimul eſt pater, & benignus aduocatus illius. vt in concurſu, ſi paruus ſit exceſſus reputantur oppoſitores moraliter æquales. interdum prudentiæ eſt tacere quædam, relinquendo pœnitentem in ſua inculpata ignorantia [ſ] (præſertim facti vel iuris poſitiui: à naturalibus enim præceptis rarius excuſat ignorantia) quia caritas non obligat corripere & docere fratrem, niſi ſpes ſit quod proderit & non oberit. ſi ergo probabiliter timet quod ſua monitio nocebit ſaucians cõſcientiam ignorantis, debet tacere veritatem: præſertim ſi pœnitens ſequatur opinionem in iure dubio probabilem in praxi. [t]

6 Ne ſit nimius vel curioſus interrogando quæ ad rem non pertinent, & quæ in alterius aut complicis infamiam culpabili detractione cedunt. ſup. lib. 2. pœnitent. c. 9. eſt enim adiutor Dei vt peccata tollat, non vt augeat: eſt pater ſpiritualis vt filios ſuos transferat in adoptionem filiorum Dei, non vt incaute fiant filii perditionis.

conf. Augu. c. 11. §. 4. Bellarm. lib. 1. de ſacramen. cap. 26. deinde quia frequenter miniſtrat ſacramentum confeſſionis tanquam ſpiritualis pater, & alia ſacramenta, debet eſſe exemplaris. Diuus Thom. 3. par. quæſt. 64. articu. 5. & 6. Soto. diſtin. 1. queſtio. 5. articu. 5. & 6. [h] Galat. 4. filioli quos iterum parturio. 1. Timot. 3. [i] Tit. 1. deſcribit mores epiſcopi & ſacerdotis ait, fore continentem (de quo voto ſolenni Triden. ſeſſ. 24. canon. 9. & Boniſacio viij. cap. vni. de voto in 6.) ſic Io. 13. in exemplum Chriſtus linteo ſe præcinxit vt lauaret eorum pedes. [k] Hebr. ca. 7. de Chriſto ſacerdotũ principe, talis decebat vt eſſet nobis Pontifex, ſanctus, Innocens, impollutus. [l] Caſus ſolicitantis infra, aut prope confeſſionem filias ſpirituales, reſeruatur cẽſoribus fidei ab anno 74. quia ſerpit contra bonum commune & honorem Chriſti: & vix vafer confeſſarius emendari ſolet correctione. de quo peccato. ca. omnis. cap. fin. 30. quæſtio. 1. iubet depont. Simanc. de cathol. inſtit. ca. 40. num. 15. Selua de benef. 3. p. quæſt. 3. nume. 9. Bernard. Diaz. pract. ca. 76. Diuus Thom. add. quæſt. 56. art. 2. ad 8. opuſc. 64. ca. 23. Soto. diſtin. 42. q. 1. ar. 2. col. 3. & diſtin. 39. quæſt. 2. art. 5. col. 4. [m] ſup. cap. 13. §. 3. [n] Concil. Agathen. c. 1. cap. cum quidam de pœniten. & remiſſ. Fr. Med. lib. 1. inſtruct. c. 13. (vt ſi immineat proxima occaſio recidendi, & pœnitens nimis non exaſperatur.) c. omnis pœnitẽs de conſilio confeſſarij excuſatur à præcepto confeſſionis & communionis paſchæ. Fr. Medin. lib. 1. ca. 12. §. 3. fin. c. 14. §. 41. at in dubio iuris non eſt neganda abſolutio. Nauar. c. 23. num. 21. & c. 26. nu. 3. (vt ſi pœnitens excuſetur opinione probabili. Nauar. eo. num. 3. & 4.) caueat confeſſarius facile, & ſine cauſa negare abſolutionem ne ſit infidelis diſpenſator, & habeatur nimis ſcrupuloſus, & rigidus. [o] Sup. lib. 2. de pœnitent. cap. 5. Nauar. c. 5. à principio. Ange. verb. interrogationes & confeſſio. 1. §. 23. Tabien. verb. interrog. Caieta. verb. interrogat. & opuſc. tract. 5. de confeſ. q. 3. Sylueſt. confeſſor. 3. §. 14. 15. vid. §. 7. & 12. confeſſio. 1. §. 11. fin. Vict. §. 161. 193. & de numero peccatorum. §. 178. Angles. pag. 290. Medin. C. de confeſ. fol. 79. Fr. Alexan. lib. 1. ti. 4. c. 1. Bonauen. diſt. 19. in lit. Cordub. caſ. 189. Fr. Medin. lib. 2. c. 3. & lib. 1. c. 8. & fere omnes monent, ne ſit nimius interrogando quæ ad rem non pertinẽt, ſed ſatis eſt ea quæ probabiliter aduertit videri neceſſaria, vt confeſſio ſit per ſe integra & fructifera: quia obligatio illius præcepti ſuauis & affirmatiui non imponit duram obligationem confeſſario, qui non niſi per accidens rogat. vt iuuet pœnitentem, dum opus eſt. [p] Si profuturum ſe putat, debet pœnitentes etiam bene præparatos docere veritatem (vt ſi nouit habere impedimentum matrimonij, aut debere reſtitutionem) licet pœnitens ad tempus turbetur. Nauar. c. 5. nu. 2. Caietan. verbo interrogat. Angel. Tabien. confeſſ. §. 31. Armil. §. 19. cum D. Thom. Bonauen. Palud. & alijs, d. 19. Anto. 3. p. ti. 17. cap. 17. §. 2. neque id negat Cordub. caſ. 189. (ſecus ſi periculum eſſet relinquendi ſauciam conſcientiam ſine fructu. inf. Q.) [q] Aymo de antiq. 1. p. §. propoſitum. num. 48. Nauar. c. 27. nu. 286. Cordu. ſibi contrarius. lib. 2. q. 3. can. 2. (vid. ad 1. & col. 8. fin. & lib. 3. q. 9. fin.) Anton. Gabr. to. 1. commu. lib. 13. verb. opinio. & late to. 3. ex Ant. Maria. tit. 6. & de iudice in foro externo inter partes, id in praxi certum putant Nauar. nu. 288. Cordu. lib. 2. q. 3. Soto. lib. 3. iuſti. q. 6. ar. 5. ad 4. Ledeſ. 2. p. q. 54. ar. 4. Anton. Gabr. Adrian. de matrim. Conrad. de contract. queſt. vlt. ad primum. Guillel. Pariſien. de collat. benef. Carth. opuſ. 5. de pluralit. benefic. Gabr. 4. d. 15. q. 8. Anto. 2. p. tit. 3. c. 10. §. 10. Gerſon. regu. moral. in princ. Sylueſtr. & Armil. verb. opin. Tabien. §. 3. cum Monald. quia ea opinio eſt melioribus autoribus & rationibus, perinde eſt, ac ſi haberet meliores teſtes & probationes. aliàs pernicioſum eſſet in praxi, ſi iudici liceat fauere amicis in re quam reputat longe minus probabilem. [r] Quidam indulg. vt detur optio partis minus probabilis (ſi habet bonos autores & rationes cũ probabili ſolutione argum.) Vdalric. cum magiſtro ſuo Alber. ſumma de homine (quem refert Anton.) tenet Hoſtien. Lãdulph. in vita Chriſti. fauet D. Tho. quodlib. 8. artic. 13. Henric. quodlib. 3. queſtio. 33. Medin. C. de confeſſ. quæſt. 27. & de reſtit. quæſtio. 22. Mercado. 1. de contratos. cap. 5. Fr. Med. 1. 2. quæſtio. 19. artic. 6. dub. penulc. & lib. 2. inſtruct. cap. 3. ad fin. & 13. Frat. Ludou. 1. par. inſtruct. ca. 3. ad fin. & 13. Frat. Ludou. 1. par. inſtruct. c. 120. Palac. & Caieta. ver. opinio. Burgos, in proœm. legum Taur. num. 163. & alij apud Sylueſt. confeſſor. 3. §. 7. & 10. Cordub. lib. 3. quæſt. 9. & tangit quæſtio. 5. propo. 2. & refert autores lib. 2. quæſtio. 3. argum. 1. qua ſententia libenter vtebatur Mantius. addit Mandoſ. in cancel. reg. 18. quæſtio. 2. num. 2. quod opinionum varietas excuſat. ſed prædicti autores limitandi ſunt vt in textu. quando paruus exceſſus, arguit opiniones eſſe moraliter æquales. ſic Albertum limitat Sylu. ver. dubium. § 2. Cord. lib. 2. q. 3. ad 1. & col. 8. lib. 3. quæſt. 9. ſi. addit Nau. in c. ſi quis autem. de pęnit. diſt. 7. nu. 75. cum Adrian. roganti pęnitenti confeſſarius propriam opin. rigidam tacens poteſt dicere: conſule alios doctiores, & licet tibi ſequi opinionẽ illorũ, fauet Mandoſ. ſup. & cit. à princ. [ſ] ita monent Cordub. ſup. Soto. diſt. 18. quæſt. 2. artic. 4. & bene Nauar. c. 22. nu. 93. Fr. Med. lib. 2. c. 3. Mant. Peña, quia pœnitens tali ignorantia laborans, non eſt in extrema neceſſitate ſpirituali, cui confeſſarius tenetur ex officio ſubuenire, bene Sylu. & Nauar. c. 9. nu. 13. cap. 10. nu. 7. [t] Nauar. c. 26. nu. 3. & 4. c. 27. Hiſpan. nu. 269. & in dubio facti reſpectu pręteriti poſt diligentiã factam non eſſet damnandus reus in foro cõſcientiæ, tanquam obnoxius reſtitutioni, ſed arbitrãdum eſt in fauorem poſſidentis. vid. Soto. diſt. 18. q. 4. ar. 5. fin. Ledeſ. 2. p. q. 8. ar. 4. dub. 7. & 8. Vict. §. 177. Mercad. li. 1. de contract. c. 5. Palu. Adr. Ang. Anton. (ſed Nau. c. 27. nu. 193. & 288. Hiſp. loquitur ſcrupuloſe) maxime ſi pœnitens adhæret ſententiæ probabili, quia huic non poteſt confeſſarius (qui iudex eſt nõ inter partes, ſed inter pęnitentem & Deum) negare abſolutionem. Sot. Ledeſ. Vict. & alij cit. Sylu. Armil. ver. opinio & cõſulti doctiſſimi Salm. & Romæ.

CAP. XVIII.

In quibus debeat confeſſarius iuuare pœnitentem.

§. 1. 2. Iuuet circa dolorem & firmum propoſitum emenda.

3 Quando negligens confeſſarius manet obnoxius restitutioni pro pœnitente. nec vnquam abſoluat indignum.

4 Nec abſentem, vt corrigat proprium errorem.

5. 6 Examinet ſe, an habeat iuriſdictionem non impeditam, aut ſit prohibitus, & ne cum conſcientia peccati miniſtret: oret, &c.

EXaminet & iuuet pœnitentem circa dignam diſpoſitionem curans vt habeat contritionem peccatorum: & de propoſito emendationis firmo, poteſt credere pœni-
a tenti, [a] vt credit peccata & excuſa-
b tiones. [b] homini fragili non proponat comparationes in particulari, vel conditiones euentuum diffi-
c cilium, ne forte impingat. [c] nec oportet vt intellectu ipſe vel pœnitens certo credat ſe amplius non
d peccaturum mortal. [d] ſed ſatis eſt vt voluntate proponat ſe cum Dei gratia curaturum, quantum in ipſo fuerit.

2 Tenetur tamẽ confeſſarius aduertere primum, ne credat idoneã diſpoſitionem pœnitentiæ & propoſitum, ſi pœnitens ſponte manet in proxima occaſione reincidendi,
e quam poteſt vitare: [e] quia hic manet in uirtuali complacentia peccati. ergo huius propoſito non decet credere confeſſarium, ſed differat abſolutionem, niſi pœnitens ad tempus non poſſet exire ex illa domo ſine graui noxa vel damno: tũc enim ſi vult nec commode poteſt, non imputatur ei periculum, tanquam moraliter voluntarium. 2. licet tutus pœnitens videatur in occulta conſcientia, ſi tamen manet ſcandalum publicum, oportet ante abſolutionem quæ occulta eſt, vel certe ante communionem quæ publice fit, ſatiſfacere publico ſcanda-
f lo [f] 3. ſi ſæpe miſſus a confeſſariis nondum reſtituit cum ſæpe potuerit, compellendus communiter eſt
g vt prius reſtituat, [g] vel ſatisfaciat, aut concordet cum proximo læſo: nec maneat in virtuali ſtatu peccati. Interdum cautio ſaltem iuratoria in caſibus iure expreſſis ante ab-
h ſolutionem, [h] præſertim excommunicationis requiritur.

3 Expendat tamen hoc confeſſarius φ ſi per craſſam ignorantiam quę æquatur dolo, deceperit malo conſilio pęnitentem, dicens nõ eſſe obnoxium reſtitutioni, niſi vocato pœnitente retractet, obligari vi-
i ce eius reſtituere damnum: [i] quando fuit moralis cauſa illius. ſi tamẽ per negligentiã omiſit monere, peccat, cum arctius teneatur ex caritate, vt parochus & epiſcopus tenetur: non tamen uidetur obnoxius
k reſtitutioni, [k] quia per hoc non induxit contra iuſtitiam ne reſtituat, ſed relinquit pęnitentem in ſua cõſcientia & obligatione: in qua interdum debet ignorãtem relinque-
l re. [l] confeſſarij obligatio ex claue ſcientiæ de pœnitentis diſpoſitione: prauia eſt propter reuerentiã ſacramenti, ne indigne, & indignis detur, cum tamen occulte ſine ſcãdalo negari poſſit abſolutio, cõmunio tamen datur occulto peccatori ſi petat publice, propter uitandum ſcandalum: vt Chriſtus dedit improbo Iudæ:

4 Si iniquus confeſſarius ſcit ſe impendiſſe irritam abſolutionem: quia caruit iuriſdictione, vel quia ſine intentione abſoluit: quidam monent (ſi pœnitentem reuocare
m non poteſt, [m] ut moneat ipſum, & habita facultate iterum rite abſoluat) poſſe illum dum exiſtimat bene diſpoſitum recuperata iuriſdi-
n ctione abſoluere abſentem: [n] quia ſatis uidetur quod præſens ſibi cõfeſſus fuerit. At ſi habere præſentem non poteſt, vel nequit ſine ſcãdalo reuocare ad confeſſionem, re-
o linquat illũ in ſua bona fide: [o] quia per ſequentem abſolutionem fiet de attrito contritus. ſic relinquet, quando ex timore reuerentiali uirum potentem abſoluit ſine debito dolore, & propoſito: niſi ex regulis caritatis monere liceat. ſi autem ex craſſa ignorantia dixit ei ne reſtitueret, & ob id confeſſarius (ut §. 3. dictum eſt.) uice eius obnoxius manet reſtitutioni, diligentior ſit in monendo.

4 Talis eſſe debet ex gratitudine quem diuina largitas dignitate, poteſtate, & officio, quod propriũ fuit Dei incarnati, præ cæteris exornauit: Angelus enim Dei exercituũ eſt, ut dicitur Malach. 3. & ipſis angelis quos in hoc officio excellit, & hominibus ſpectaculum factus. dum parat ſacramenta miniſtrare, aduertat, ſe non tantum habere integram ſacerdotalis ordinis poteſta-
p tem, ſed iuriſdictionem, [p] nulla cẽ-
q ſura impeditam, [q] in iſtum pœnitentem, & in omnes eius caſus & cenſuras: ne aliás ſit deluſor, tentans abſolutionem dare irritã. ſi ue

CAPVT XVIII.

a b Pœnitenti [a b] pro ſe & contra ſe credendum eſt, Nauar. c. 17. num. 59 150 fin. Hoſt. Ioan. Andr. Panor quos ſequitur Syluest. confeſſor. 1. § 17. Pet. Sot. de confeſ. lect. 10. ad fin. D. Thom. d. 17. q. 3. artic. 7. opuſc. 12. quæſt. 6. quodlib. 1. artic. 12. ſi confeſſarius putet huc habere certum peccatum, quod roganti negat, reputet φ forte excuſatus eſt, aut oblitus, aut cõfeſſus alteri: vel tacere timentem ex iſtius cõfeſſione graue malum ſibi aut alteri: Syluest. confeſſio. 3. § 16. Tabien. confeſ. 2. § 32. Ang. confeſſ. vlt. § 9. Armil. § 20. Nauar. ca. 8. nu. 17. Palac. d. 21. q. 2. Petr. Sot. lect. 10. ad fin. Ant. 3. p. ti. 14. c. 18. § 15. cond. 13. At ſi certus eſſet negari veritatem neceſſariam, cauté quęſito colore, ne abſoluat indignum (ſed communio publice non eſt neganda.) Nauar. c. placuit. num. 274. Sylue. conf. 1. § 17. cum gl Raim. ſum. confeſ. Richar. & docti conſulti (videtur contra Petrũ Sotum. ſup.) at iudex in foro externo iudicare debet ſecundum allegata. D. Thom 2. 2. queſtio. 67. 2.
c [c] Supra lib. 1. de pœniten. cap. 27. § 7. cum D. Thom. Sot. Ledeſ.
d Nauar. [d] Nauar. c. 3. num. 5. lit. Z. e. 9. num. 15. cap 14. nu. 31. § dixi ſeptima. cap. 1. num. 13. quia credere pertinet ad intellectum: & qui de ſe intellectu dubitat, poteſt certo proponere & ſperare quod cum Dei auxilio vitabit peccata. Cordub. caſ. 4. col. 2. & 16. Sylu. confeſſ. 1. § 21. & ſi. num. 25. nec Deus reſpicit futurum euentum vt puniat nũc, ſed ſtatum præſentem bonæ voluntatis. nam Petrus firmiter propoſuit nõ negare Chriſtum, præmunitus ſermone, communione, & oratione Chriſti: & tamẽ occurrente occaſione inſperata, ter nega-
e uit. [e] Sup. lib. 1. de pœniten. capit. 24.
f § 4. [f] Nauar. cap. 8. nu. 8. & 11. Frat.
g Med. li. 2. c. 4. [g] Na-
nar. cap. 17. num. 59. 64 cap. 26. num. 5. Ledeſm. 2. par. quæſt. 18.
h articu. 8. colum. 4. Cordub. caſ. 4. corol. 8. [h] Nauar cap. 26. num. 2.
i & 7. ſup. c. 10. § 11. [i] Nauar. cap. 17. num. 22. Richard. 4. diſtin. 15. Abbas c. cum cauſam. de teſti. num. 7. Cordub. caſ. 9 & 55. Sylue. reſtitutio. 3. § 1. verſicu. 4. reſtit. 2. nume. 14. confeſſor. 4. § 5. Gabriel. d. 15. q. 2. ar. 3 dub. 5. Medin. C. de reſtit. q. 5. fol. 39. Epiſcopus Cueſta & Peña, epiſcopus Chiapæ addit ad regulas confeſſorũ Indiæ Pet. Nau. li. 3. de reſt. c. 3. n. 3. c. 4. nu. 124. q2 confeſſari[a] ſic negligẽs cõtra officiũ, cenſet non obſtans: dũ aduertit ſe inuiſte abſoluere excõicatũ, & ea occaſione nunquã iſſe reſtituturũ: aut ſi ex craſſa ignorãtia quod reſtituendũ erat Petro, iuſſit reſtitui
k Paulo. [k] Sic temperãdus eſt rigor (pręſertim ſi vir doctus, aut cõſilio docti abſoluit bona fide) q2 tenetur ratione rei, aut acceptionis. nec debuit exigere cautionem (ex qua periculum ſit prodendi crimen pœnitentis) niſi in caſib. expreſſis iure, de quibus c. 10. § 11. & Nauar. c. 26. nu. 2. & 7.
l [l] Sup c. 17. §. Q cũ non ſit iudex inter partes ſed inter Deũ & pœnitentem. pręſertim ſi pœnitens ſit ſcrupuloſus, cui ſm DD. licet agere quis ſequaẽ contra ſcrupulũ, opin. quę ſibi videẽ minus ꝓbabilis. Nau. ca. 27. nu. 281. Sylo. verb. ſcrupulus. § 3. vbi Caiet. Fr. Medin. 1. 2. q. 19. ar. 6. dub. penult. Gerſon. Anto. Ledeſ. Cordu. li. 3. q. 5. propo. 4. & col. 2. & vlt. citat alios, vide. q. 12. cõc. 3. q.
m 13. § 2. modus. [m] Quod tãtum dicit Sot. d. 18. q. 4. ar. 6. Med. q. 39 d cõf. a-
n lieno facta. fo. 89. [n] Nau. c. 26. n. 14. & 1 c. de pę. d. 6. nu. 60. cũ Ant. 3. p. ti. 17. c. 12. & c. 21. § 3. dicẽtẽ id cõc. Baſil. multos id tenuiſſe. ꝓpẽdet. Med. Pa. Cord.
o caſ. 7. [o] Quia abſentẽ abſoluere nõ debet, vt dictũ eſt li. 2. de pœn. c. 2 § 9. niſi fortẽ cũ raro ſub conditione, dum eſtimat eſſe in bo-
p no ſtatu. [p] [q] Supra
q cap.

r cap.6. r ſup.c 2.ad ſi.per c. t.de cler.non ord.miniſtrante. Nauar.
ſ c.27.nu.242.ſi. ſ t Sup. c.6.niſi prælatus prohibitione abſoluit ex
t preſſe approbationem idonei. u D. Th.3.p.q.64.6.ſup.de ſacram.
u c.26.at licet eſſet in peccato aut excommunicatione, dum à principio audit confeſſionem, non peccat mort. ſi habet propoſitum pœnitendi antequã abſoluat.vt in ſimili Nauar. c.10. nume.3. x Sic D.Ambroſ.nimis ploraſſe cum pœnitentibus, refert Paul. in vita Ambr. y Sup.lib.2. de pœnit.c.10.

& cauſas peccatorum nulli niſi ſoli Deo manifeſtare. Greg. Papa
g cap.ſacerdos,de pœnit.diſt.6.c.omnis vtriuſque. g ſup.lib.2.pœnit. c.2.§.4.Bellar.lib.3.de pœniten.c.14. Sozom.lib.7. hiſtor.c.16.& lib.9.Tripar.c.35. viſum eſt antiquis Pontif.vt in theatro (id eſt, in loco publico eccleſiæ) peccata pandantur: ad quod inſtituerũt presbyterum bonæ conuerſationis, & qui ſeruet ſecretũ. h Altiſiodor. acute, ſed falſo ait, qđ formaliter licet in aliquo caſu infringere ſigillum, ſed non reuelare. Alex. & quidã alij in caſu (quẽ falſo admittunt) aiũt materialiter frãgi, non formaliter. cõtra quos ſtatim. i Præceptum 6. negatiuum de non fornicãdo obligat ſemper in bonum prolis (licet fingatur in caſu particulari ceſſare finem huius.) At in ſeptimo aut quinto decalogi: p neceſſaria vitæ conſeruatione aut defenſione, licet capere alienum & occidere inuaſorem: qa acceptio hæc vel occiſio eſt mediũ per ſe ordinatũ. D.Th. 2.2. q.64. articu.7. Couar. reg. peccatum.2 par.in princ.
k k Nau. c.8. num.3. Sylu.confeſſ.3. §.5. ſi.& 7 cum Richar. ar.4.q.4. Scoto. D.Tho.d.21 q.2.ar.1.2.Armil.cõfeſſ.§.9. Ang. confeſſ.vlt. §.7.ad fin.& §.14.fra. Alexan.lib.1.titu.7. cap.1.Ledeſ.quæſt.10.art.1.& artic.5. concl.3. Caie. confeſſio cap.vlt.(vt in periurio non datur materia leuis) maxime quia reuelatio peccati ꝗ ſe ſciri poteſt,nota vero generat ſcandalũ, & nocet facto: ita Soto. relec.ſecre.mem.3. q.4.cõcl.2.& 3.diſt.18.q.4.art.5.cõc.3. dicit.probabilius & tutius. At falſo ait oppoſitũ eſſe probabile: & male. Ledeſ. q.10.ar.1.& 5.Vict. & quidam Recent.
l negant id eſſe mor. l D.Th.1.2.q.74.ar.10.c.& ad 2. m ſup.
m K. n Soto,Ledeſ.Nauar.c.8.nu.7.ſi.quia eſt præceptũ negatiuum.oẽs recent.eſt certa ſentẽtia, vt fama & honor durat
o poſt mortem. o inf. c.25.B.Soto, & recent. & generaliter. Sylu. confeſſ.3 §.5. fin.

ro clericus ſine ordine ſacerdotali
t abſolueret, ſit irregul. t miniſtrans ſolenniter in ordine ſacro, quem non habet.

6 Licet doctus prudens & probatus ſit ſacerdos, ſi ex cauſa prohibeatur à ſuo prælato (præſertim regulari, cui ex voto tenetur obedire) peccat audiendo confeſſio-
ſ nes: ſ ſed non irritatur abſolutio. t
t ſi habet peccati mort. conſcientiam certam aut dubiam, tenetur contritus aut confeſſus procurare Dei gratiam, vt digne abſolutionem mi
u niſtret. u & ex bono exemplo tenetur vitare ſcandalum, ne alijs ſuſpicari liceat illum in peccato miniſtrare. Petat Pſal. 50.cor mundum ſibi creari à Deo, vt iniquos reducat in viam Dei: iuuet exemplo, profuſis
x lacrymis & compaſſione, x vt pœnitens conuertatur ad meliorẽ frugem: impleatque pœnitentias iniũctas: & per cõfeſſarij induſtriam & laborem implere aliquando poſ-
y ſit grauem aliquam obligatioẽ: y & vt ſecurus ſit de vera illius intentione, qua ſine fictione vult illum mundare, & ſerio abſoluere. de ſcientia & prudentia confeſſarij dicetur, cap.27.

CAP. XIX.

De ſigilli obligatione.

§.1. *Vox ſigillum.*
2. 3. *Obligat iure diuino indiſpenſabili etiam circa venialia audita.*
4 *Et poſt mortem pœnitentis & circa extrinſecas circumſtantias.*
5 *Nullo caſu eſſe frangendum.*
6 *Nec ob præceptum, aut diſpenſationem vllam.*
7 *Quomodo reſpondebit iudici roganti.*
8 *Obligat, licet pœnitens fateatur propoſitum prauum, & periculum futuri.*
9 *Quibus pœnis ſubiaceat fractor ſigilli.*
10 *Quali probatione conuincatur fregiſſe.*

Exponat confeſſarius interdum pœnitenti, quem verecundum
a aut meticuloſum exiſtimat, a ne qđ neceſſarium omittat: quamuis ſcelera habeat turpiſſima: eo quod arctiſſima ſit obligatio ſeruandi ſacramentale ſigillum confeſſionis.
b quod ita vocatur, b quia Deus ita contegit ſuo ſigillo ſacro ſeu ſacramento peccata quæ remittit, vt deinceps nota aut fœda non appareãt, aut quaſi ipſe oblitus ſit peccatorũ. vt quod ſigillo regis obſignatur id ſtricto ſecreto, quod ſacramentum regis dicitur, conſeruatur.

2 Quamuis vero ad ſacramenti iſtius eſſentiam non pertineat ſigillum iſtud ſacramenti, cum poſſit tunc ex cauſa confeſſio, vt olim fie
c ri publice coram multis: c confeſſarius tamen qui Deum in eo ſecreto repreſentat, tenetur ſub mort. id ſeruare inchoatiue ex iure na-
d turæ d ex virtute iuſtitiæ, ne proximo noceat contra fidelitatem naturalem ſecreti: & ex virtute religionis, ne profanetur hæc res ſacra, ſed ita perpetuo conſeruetur hoc neceſſarium ſacramentum ob ſigillum, vt nemo fidelium ab illo deterreatur.

3 Maxime obligat ſigillum ex diuino & poſitiuo præcepto Chri-
e ſti, e ſicut & ratio ſacramenti eſt expoſitiua Chriſti inſtitutione ar-
f ctius & antiquius obligante, f quã vlla lex humana: nec enim poteſtate humana poteſt hæc obligatio abrogari. & Nectarios ob id periculum, morem quendam abroga-
g uit. g eccleſia vero id additis pœnis confirmat. Alia diuina præcepta, vt de recipiendo ſacramento baptiſmi, pœnitentiæ, & euchariſtiæ, cum ſint affirmatiua, poſſunt licite omitti ob mortis comminatę periculum: at de ſeruando ſigillum eſt præceptum negatiuum, quo in gratiam ſacramenti, & ipſius pœnitẽtis, Chriſtus vetat ne vnquam
h ſoluere, aut infringere liceat. h quia non magis eſt medium per ſe ordinatum ad cauenda damna violatio ſigilli, quam mendacium aut forni
i catio, i quæ nullo caſu licent. Quare ſi confeſſarius abſque expreſſa pœnitentis licentia reuelet deliberate & in particulari aliquid etiam leue & veniale eorum, quæ in confeſſione audiuit, peccat mor. ſacrile
k gio: k niſi excuſetur indeliberatio-
l ne. l at quidam m eſſe mort. negant
m ſed falſo, quando veniale vnum leue Petri ita reuelat, vt alij nullo modo intelligant auditum fuiſſe in confeſſione.

4 Auditum in confeſſione nemini vllo tempore in vita aut poſt
n mortem pœnitentis n indicare licet, ſi peccatum eius ſit, aut aliquid per quod peccatoris praua intentio poſſit deprehendi: vt ſi per
o circumſtantias o quærat quid heri hora ſexta faciebas in domo Petri? aut quod ad infamiam pœnitentis aut complicis pertineat: quale eſſet ſi reuelet hunc fabrum vendidiſſe talem gladium huic pœnitenti: nam eo cognito per inquiſitionem ſcire facile poteſt, ex fabro, hunc occidiſſe eo gladio. peccata etiam, quæ alia via ſunt publica, vt meretricis, &

CAP. XIX.

a Expedit a hortari quaſdam fœminas quæ præ pudore facilius ſilent
b peccata. b Soto relect. de ſigillo ſecr. memb.3.q.3.& diſtin.18.q.4.artic.5. Nau.c.8.num.1.D. Tho.add.q.11.ar.1 Caiet. 3.p.q.87.2. Ledeſm.2.par.q.10. artic.1. Capre.licet Duran.& Scot.diſt. 21. impugnent eas congruentias optimas, quas admittũt
c Doct. c ſup ca.15.§. 6.F.& lib.2. de pœnit.c.2.Trid.ſeſ.14.
d c.5. d Matt.7. quod tibi non vis. Prou. 12. q ambulat fraudulenter, reuelat arcana. cap.qui ambulat.5.q.5. Nau.c.8. nu.2.§ ſacerdos.nume.3. D. Th.quodlib.12.art.17.Soto. Ledeſ.
e e D.Th.add. q.11.1.ad 2.Soto diſtinct.18.q.4.5.Ledeſ.q.10.1. & tamẽ eſt præceptum qua ſi connaturale ſini ſacramenti: vt poſito præcepto recipiẽdi ſacramenta, connaturale eſt præceptum de diſpoſitione digna ad reuerẽtiam illius: ſed præceptum de confeſſione ante euchariſtiam, eſt mere po-
f ſitiuum Chriſti. f Probatum eſt li. 2. de pœnit.c.2.ex traditione Patrum, eſſe modum auricularis cõfeſſionis: & ſecretę, tangit Bellar. lib.3.de pœniten.c. 12. col.3. fin. & refert ſe ad citatos. c. 4. & 7. Leo Papa, epiſt.80.aliàs 78.ad epiſcopos Campan. Baſil. regul. Monachor. cap.21. Aug. de ſalutar.documẽ. cap.52.Paulin.in vita Ambroſ. ſolebat confeſſiones audire

fin.& 7.cum D. Tho.diſt.21.quæſt.2.ar.2.(quamuis quæſt.3.ar.2. ſignific.oppoſitum.)Scot.Rich.art.4.quæſt.4.Angel.confeſſio.vlt. §.7.ad fin.& 14. (ſed dubie Armil.confeſſor.§.9.) Tabien. confeſſio.3.§.5.Aſten.lib.5.tit.20.fol.22.col.3. Frat. Alexand. lib.2, tit.7.cap.1.Nauar.cap.8.num.3.Soto.rel.ſecre. m.3. quæſt.4.ante.2.concluſ.& diſt. 18.quæſt.4.5.concluſ.3. Ledeſ.q.10. diſtin.2.dub.1.conclu.2.Victor.§.171. C. ai negat per hoc incurri pœnas iuris: niſi manifeſtet peccatum formaliter, vel virtualiter.) Caietan ver confeſſori neceſſaria. ad finẽ. Anton.3.par.ti.17. cap.22.§.2.Adrian. de ſigill.ad 2.folio

omnes Recent. At reus non peccat mortal. ſi tormentorum metu manifeſtet occultos complices delicti. Cordub.caſ.137. cſi Adria. 4.de excommun.Syluest.metus.§.7.Sot.lib.1.iuſt.q.6.art.4.lib.2. quæſt.3.art.8.facit Nauar.cap.18.num.18.55. aut ſi abſque perito ſibi impoſuit crimen, vt ait Soto.d.q.4.cond.10. Ledeſm.2.par. q.18.art.2.fol.256. fra.Medin.lib.1.ca. 14.§.35. Angel.de. tractio.§.6. Cordu. ad Sotum de ſecre. memb.4. quæſt.3. contra 14. dub.2. At Nauarr. retractans. cap.18. num. 19. negat licere (quaſi homo nõ ſit dominus ſuæ famæ, præſertim ſi ipſe innocens ex tali falſa confeſſione incurrat pœnam mortis) & Sylueſt.detractio.§.3.Armil.§.4. Paludan. diſtin.21 quæſtio.2. fin. Anto.2.par.tit.8. ca.2. §.3.& fatetur Cordub.Couar.2. Var. ca.2.num.8. Palac. rubr.de donatio.§. 70.num.5.& tract. de regno Nauar.3. par.§.2.col.4. Caietan. 2.2. quæſt.73. art.2. (quia negat hominem eſſe dominum ſuæ famæ.) Pan.capit.ex parte, de teſti.Felin.Soc.
e communis & certa ſententia. ſed quibus verbis occultabit veritatem non
f omnes cõueniunt.

vſurarij, ſi ſola confeſſione nouit,
p non licet referre alijs. quædã alia
obiter in confeſſione dicta, quáuis
ad ſigillum non pertinerent, occultanda
ſunt ſecreto naturali iuxta intentionem
q pœnitentis.

5 Quæ vero ad ſigillum directe, aut
indirecte pertinent arctiori vinculo
ſtringunt confeſſarium, quàm
ſi ſecretum firmaſſet ſacramentali
r iuramento, voto & qualibet alia
firmitate. quia ob nullam vnquam
cauſam reuelari poteſt: quáuis eſſet
ſ totius orbis ſalus, aut ipſius pœ-
t nitentis vtilitas: nec pro impediẽdo
matrimonio, quod contractum
foret irritum, licet detegere impedimentum
quod ex ſola confeſſio-
u ne hominis etiam defuncti nouit.
quando cõfeſſarius errorem ſuum
in auditione alterius pœnitentis factum,
non poteſt explicare niſi alter
veniat in notitiam pœnitentis,
non licet illum errorem tunc con-
x fiteri. licet quidam putent lice-
y re de quibus ſtatim. Nec pro vitando
vllo damno etiam grauiſſimo
innocẽtis, aut quod eſſet totius
z orbis conflagratio, aut præuerſio
religionis, & omnium ſacramentorum
intentata demolitio, quam hæreticus
pœnitens paratam eſſe confitetur.
Deus enim huic malo alijs
vijs prouidebit: quod quia ad tempus
tantum vrget, minus eſt quam
ſi data in vno caſu licentia reuelandi,
pereat in perpetuum totum ſa-
a cramentum pœnitentiæ.

6 Nec licet ob illius prælati præ-
b ceptum, quamuis ſupremus ſit, &
iubeat ſub excommunicatione lata.
c ne ob diſpenſationem, ſi enim Papa
diſpenſare potuiſſet, iam in tanto
annorum numero diſpenſaſſet: cũ
optent homines in praxi ampliare
iuriſdictionem ſuam. nec licet ob
d acerbam mortem vitandam, quã
ſacerdos pati potius debet, quam
aliquid ex ſibi dictis aperire.

7 Quod ſi iniquus iudex etiã ſupremus
ſub iuramẽto exigat & ſub
excommunicatione, non tenetur
e ad illius intentionem reſpondere,
nec ideo ligatur cenſura: imo ne-
f gans ſe aliquid prædictorum ſcire,
g vidiſſe, vel audiſſe, etiam in con-
h feſsione, non eſt mendax & periurus:
quia recta intentione & vero
ſenſu aſſerit ſe neſcire vt homo
i eſt, ita vt reuelare liceat: aut ſcire
eo modo quo alter autoritate pu-
k blica habet ius interrogandi,
quod ſane nullum habet. ſed ſcit
ut Dei miniſter, qui nulli humanæ
poteſtati ſubijcitur in ea re. Similiter
ſi pœnitens ſub iuramento ur-

p 289. Nauar.cap. 8.nu.10.11. Ledeſ. artic.1.dub.12.Soto. Gabr.quæſt.1. Antiſiod. Caietan. verſ. confeſſori neceſſ. Armil.confeſſor.fi.cont. Med.C. de confeſſ.q. de cõfeſſ.cap. celanda.fo. 211. dicentem, ſic nullum ſecretum reuelari, & laudari pœnitentem, quia talia nota, ſit rite confeſſus. inf.cap.21.§.
q 2. inf.capit.21.§.
r 1. Nauarr. cap.8. fin. & refert ſe ad cap.25.num.43.73. D.Th.di.21.& add. q.11.1.ad 3. Henr. quodli.1.quæſt.33. Gabr.diſt.21.art.3.
ſ dub.1. ad 3. Soto, Ledeſ. Nauar.capit.18.num.62. communis
t antiq.& recent.quamuis ſigillum ſit in gratiam pœnitentis: ſimul eſt in bonum neceſſarij ſacramenti. (quod non aduertit Altiſio. 4.par.tract.6.c.2.quæſt.4. fol.27.) & licet ceſſet vnus finis legis,
u manet alter. Couarr.2.par.ſponſal.c.8.§.12.num.9.Soto.diſt. 18.quæſt.4.art.5.col.5.(ait impediat ſi poteſt parochus ſed abſq; reuelatione confeſſionis, & ſcandalo.) Sylueſt.nuptial.lib.3 num. 45.Simanc.de catholic.inſtit.cap.42 num.14. Adrian. de confeſſ. q.5.dub.7.Medin.quæſtio.de ſigill.Nauarr.cap.18.num.54.fin.& fauet cap.inter verba.num.707. cap.ſi quis autem de pœniten. di-
x ſtin.7.num.71.contra quoſdam iuriſper.Iaſ.Rom.Caſtanæ. Sup. lib.2.de pœniten.cap.12,§.7.Paludan.diſt.21.quæſtio.3.articu.2, Scot.Richard.artic.4.quæſtio 4.Palac.quæſtio.2. frat. Alexandr. lib.1.titu.7.cap.2.Nauarr.capit.8.num.6.10.cap.9.num.12. capit. ſacerdos.de pœniten.diſtin.6.num.64.98.Ledeſm.quæſt.decima, art.1.dub.7.& artic.5.dub.5. Adrian.ſupra. Victor. Manc. Peña, frat.Ambroſ.omnes Recent.Aſten.lib.5.tit.12.Sylueſt.confeſſor. 5.§.3.vid.confeſſio.3.§.13.Armil. circunſtan. §.20. Petr.Soto de confeſſ.lect.10.Aleoc.cap.12.Medin.q.de ſigillo.Angel.confeſſio. vlt.§.8. Caietan.confeſſio. condi.10. in quod magis declinat Soto diſtin.18.quæſt.4.artic.5.verſ.occurrit.& certius rel.ſecret.membro 3.quæſt.4.conc.5.dub.2.vbi Cordub.& fatetur Soto eſſe communem omnium ſententiam. & in publico actu preſſus, negauit ſe aſſeruiſſe ſerio oppoſitum. & id tandem ſequitur Gabriel. infra
y dub.1. ad quintum. Franc.de Mairon.diſtinctio.21. Gabriel. quæſtio.2.3.dub.2. dicit, licere vt integre fateatur omnia: quia nõ eſt certum, quod arctius ſit præceptum Christi de ſigillo quam de integritate.& Soto.diſtinct.18. dicit probabile reſpectu ſcrupuloſi. At eſt temerarium contra torrentem: quia licet de ſigillo eſſet minus præceptum, eſt magis neceſſarium in Republic. ne ſacramentum ex tanto onere reddatur odioſum.de quo inf. capitu.20.
z §.5. Sot.Ledeſm.& eſt certa ſenten. Manc.gloriabatur ſe hac
a ſolutione in publicis comitijs ſoluiſſe difficultatem. bene Scot.
b diſtinct.21. quæſt.2. & communis contra ſolum Altiſ. dicentem
c licere, ſi redundet in bonum pœnitentis. Ledeſm.& Recent.
d commu.Gabr.dub.1.ad 4.Sylueſtr.confeſſor.3.§.19.Sot.de ſecre. memb.3.quæſt.4.concluſ.1.& ibi Cordub. Nauar.cap.8. nume.2.

Soto diſtinct.18.quæſt.4 art.5.ad 4.rel.ſecr.memb.3.q.3.(licet tepide.) D.Thom.quæſt.11. 1.ad 3.commun.diſt.21.Bon.Richard. Durand.Palud.Palac Maior.quæſt.3.& diſtin.15.quæſt.18. Scot. diſt.15.quæſtio.4.Adrian.de ſigillo.art.5.dub penult.ad 2.fol.95. & quodlib.11. ad 2.principale. Henric. quodlib.9. quæſtio.1. in princ.& quæſt.29. Caietan.verb.confeſſor. Nauarr. cap.12 nu.8. 9 cap.18.num.62.cap.25.num.43.addit. Hiſpan cap.12. num.8. cap.25.num.36.& in cap.ſacerdos.nume.141. Cordub.caſ.63.& ſeq.& lib.1 quæſt.43.& refert Medin.C.de confeſ.quæſt.de ſigill. omnes Recent.Theolog. & iuriſperit. quia ea verba habent commodum ſenſum & viitatum. contra Gabriel.diſtinct.21. quæſtio.
g vnica.articu.3.dubio.primo ad tertium, & Sepulued. communis Recent Richard diſtinc.21.art.4. quæſtio.2. ad 3. & colligitur ex Nauar.cap.12 nume.8.& 9.Caietan.Adrian Medin.Gerſon. Sylueſt.& probabile dicit Cord. quamuis Soto dubitat rel.memb.3. quæſt.3.concl.4.& 7.& lib.5.iuſt.q.6.a.de teſte, poteſt dicere neſcio (quia refert de ſeipſo) non tamen non audiui: quia refert
h de alio à quo audiuit.& probabilius eſſe dicit Cord. caſ.65. Nauar.cap.8 num.19.Adrian.de confeſ.quæſt.ult.de ſigillo. Sylueſt. confeſſio.1.num.11.Victor.§.184.Ledeſm.quæſt.10.art.1.dub.6. videtur Bon.Richard.diſt.21.omnes Recent.Manc.Peña, Frater Medin.quia reſponſio intelligitur iuxta debitam intentionem, & ſecundum quod alter habet ius interrogandi. Bernard. nil minus ſcio, quam quod confeſſione ſcio.contra Palud.Gabr.d.21. Caiet. ver.abſolutio.ver.confeſſori neceſſaria, & Sotum qui aiunt vt confeſſarius ſic rogatus taceat, & obiurget rogantem.nec ſibi impu-
i tari ſuſpicionem, ſi forte inde oriatur. ſic reus, qui iuridice non rogatur, poteſt deludere intentionem iudicis: vt probant ex Marc. 13.Patres inf.& viſu pene commune vſo Theolog. etiam recentio.
k prædicti,& Nauar c.18.num.62. Quidam admittunt quod priuatus ſic reſpondere poteſt (præſertim quando alter priuatus iniuſte illum cogit reuelare ſecretum) neſcio vt tibi inique roganti teneat manifeſtare: vel neſcio veritate practica, quia non licet mihi dicere ſecretum. vt Ioann.7.Ego non aſcendo ad diem feſtum hunc. ſic non habeo, vt tibi mutuem aut donem (retenta conditione tacite penes ſe) Nauar.cap.12 num.88.A.& nu.8.& 18.add. Hiſp.num.8.cap.25.num.43.Richar.4.diſtinct.18.circa lit. Palac. diſt.29.

geatur, an confeſſus fuerit tale peccatum, poteſt negare: [l] quia non dixit ſacerdoti vt homini, ſed vt Deo, i. vt miniſtro Dei, & in foro Dei, ſic Chriſtus qui etiam vt homo oĩa futura nouerat, verũ dixit apoſtolis Marc. 13: quod de die iudicij nemo ſcit, nec filius hominis: [m] nempe ad reuelandum, vt autoritate publica prædicare debeat, aut de iure ad hoc compelli poſſit. ſi nihil rogetur confeſſarius, ne ſponte procedat vt affirmet hunc nihil tale feciſſe: [n] & tamen quamuis ita dicat, nõ mentitur. [o] porro ſi parochus agnoſcatur fractor ſigilli, nec ſit alius confeſſarius in oppido, excuſabuntur pœnitentes ab integritate confeſſionis, [p] nec detegant ea quorum reuelatio ſibi aut alijs in fama & rebus nocere poteſt. id quod multum noceret ſcrupuloſis conſcientijs illorum, qui neſciunt ſatis diſtinguere quid eo caſu confiteri teneãtur, quid ſilere liceat.

8 Obligat ſecretum ſigilli dum pœnitens ſacerdoti tanquam confeſſario detexit peccata quæ in præterito aut præſenti habet, animo accuſandi ſe: quamuis propoſitum & periculum peccati penderet adhuc in futurum: [q] nam ſic facta abſque propoſito emendæ & dolore pœnitentis fuit vera confeſſio nõ iteranda, ſi ante abſolutionem accedat dignum propoſitum cum dolore: [r] & confeſſarius claue ſcientiæ tanquã [ſ] iudex ſimul examinat propoſitũ & dolorem pœnitentis. In quo quorundã [t] ſententia apparet erronea, [u] qui dicunt infringi licite ſigillum. & reuelari poſſe peccatum futurũ, quod vergit in perniciem confeſſarij, aut aliorum, aut boni cõmunis: eo quod vt aiunt, peccatum non eſt materia cõfeſſionis, niſi aut præſẽs, aut præteritum. At hi nõ conſiderãt ex reuelatione illius futuri, ſimul detegi propoſitũ, & peccatũ, quod in præterito habuit. [x] imo & iteranda confeſſio ob defectum propoſiti aut doloris, aut dimidiata in qua pœnitens non abſoluitur ob indiſpoſitionem ſuam, vel ob malitiam confeſſarij, eſt ſacramentalis reſpectu ſigilli. [y] cauendum ergo eſt ne data in vno caſu licentia frangendi ſigillum, aperiatur oſtium vt deſtruatur totum ſacramentum pœnitentiæ.

9 Eccleſia ſacrum ſigillum ita iunat perpetuo & religioſo ſilẽtio cõſeruari quoad peccata omnia, et peccatorẽ, vt grauiſſime animaduertat per canones [z] conciliorũ & Pontificũ, in eos qui verbo, ſigno, aut alio quouis modo prodidiſſe probãtur aliquatenus [a] peccatorẽ, dum produnt peccatum illius in confeſſione auditũ. t. ſacerdos ſigilli violator ſecũdũ iura antiqua deponi debet, [b] & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus haberi: & iubetur vagus peregrinari, [c] ne tantum nefas prodatur: & ſecũdum ius recentius in c.

4 *An liceat negare votum ob crimen in confeſſione notum?*
5 *At poteſt illum eligere. an liceat priuare officio, aut legato.*
6 *De Prælato, & magiſtro nouitiorum, cur in quibuſdam Relig. fiant confeſſiones prælato?*
8 *Quid circa peccatum complicis, & ne explores per alium.*
9 *Ne inquiras contra notum ex confeſſione etiam regularem.*
10 *Quid ſi peccatum ſit contra bonum commune.*
11. *Non tenetur pœnitens in confeſſione reuelare perſonam.*

QVia ſigillum ſtrictè obligat in reuerentiam ſacramenti, [a] quidam Doct. [b] videntur negare de pœnitentis expreſſa licentia, etiā in bonum ipſius poſſe cōfeſſarium illud peccatum detegere. [c] at reuera licet: [d] & perinde valet vnum verbū licentiæ, ac ſi reſpectu huius intelligentis, longa narratione extra confeſſionem pœnitens repeteret ſigillatim omnia. & dū ſic cedit iuri ſuo, nihil fit contra reuerētiam ſigilli & ſacramenti. & licitum eſt illa occulta ſcientia & licentia vti in bonum commune, aut pœnitentis, aut alterius. [e] cauendum tamen eſt ne petatur, vel detur hæc licentia circa peccatum proprium, vel cōplicis ſine cauſa honeſta & graui: [f] nec confeſſarius vtatur illa, niſi ſic detur abſque metu, ſponte, & expreſſa: [g] periculum enim eſſet vti tacita & præſumpta. [h] nec ſi licentia vergeret contra bonum pœnitentis ſpirituale, vel temporale, [i] aut cum periculo ſcandali. Alias redderetur confeſſio odioſa & oneroſa, ſi prælatus illa per metum etiam reuerentialem, vel fraudem aut importunas preces extorta abuteretur, vltra limites licentiæ datæ: quia hæc non extenditur vltra rationabilem voluntatem concedentis. [k]

2 In qua danda cautus ſit pœnitēs, ne forte data licētia quamuis abſq; cauſa, impune abutatur cōfeſſarius ſine periculo ſigilli, in damnum ipſius aut complicis. Expedit interdū vt pœnitens reſtringat licentiam in circunſtantiis: nec confeſſarius dicat, niſi vni, ſub eodem onere ſigilli: [l] nec manifeſtet quis ei dixerit, nec tempus vel locum, ſed nudū factum, quantum ſatis eſt pro capiendo conſilio, vel vitando periculo dāni. & ſane licentiam reuocare pœnitens poſſet, antequam illi dicat. [m] communiter ne dicat confeſſarius ſe in confeſſione audiſſe, [n] & cum licentia loqui: ſed vtatur notitia quam ex licentia habet extra confeſſionem. interdum tamen valet id dictum confeſſarij cum licentia, vt probetur reus eſſe emēdatus de crimine & ſcandalo, [o] & abſolutus ab excōmunione: [p] & prodeſt ēt apud iudicē benignū in foro exteriori. [q]

3 Confeſſarius non prohibetur fieri prudentior & cautior per confeſſionum auditarum experimēta. [r] hinc enim ſummus Pontif. vel epiſcopus poteſt promulgare legem vel edictum in communi etiam ſub excommunicatione, cōtra pernicioſa peccata, quæ nouit frequētari. ideo enim caſus reſeruantur, [ſ] vt ſaluo ſigillo prouideatur malis & meliori gubernatione conſeruetur bonum reipub. Prædicator & publicus prælector ſic ex cōfeſſionibꝰ inſtructus poteſt in generali carpere grauia peccata: [t] præcauens tamen ne puſilli perturbati ſcandalizentur, qui eidē confeſſi fuerant. ob quod decet vt ubi communiter quis prædicat, nō audiat confeſſiones, & confeſſarius Regis cauere debet corā eo prædicare de rebus ad eundem Regem pertinentibus. [u] 2. epiſcopus poteſt uti notitia confeſſionis, diſsimulata quadā dilatione, p quā indigno nō conferat literas dimiſſorias, quas reuerendas vocant: aut non admittat ad ordines ſacros. [x] ſimiliter decanus aut archidiaconus qui olim clericos ſibi ſubditos præſentabat ad ordines ne præſentet quos ex cōfeſsione nouit irregulares & ineptos, niſi cōpellatur. [y] & ubi paſtor ex cōfeſsione nouit occultū matrimonij impedimentum, neget licentiam faciendi

C A P. X X I I I.

SVp. [a] cap.19.§.3.E.concil.Lateranenſ.2.ſub Innoc.III.capit. omnis.de pœnitent.& remiſſ.c.ſacerdos.diſt.6. Tridē.ſeſſ.14. cap.5.ad fin.can 9.& 10.Doct. diſt.21. Soto.diſt.18.q.4.art.5.D. Thom.add. quæſt. 11. Ledeſm. q.10. Abulenſ.lib.5.tit.20. & alij ſup.citat. [b] Alexand. 4. par. q. 78 memb.2. art.3. Scot. diſtin.21.q.2. ad 1. Almain. q.1. in fi. Aureol. Durand. quæſt.4. Maior.q.3. argum. 3. Gabriel. q.vnic.art.3.dub.4. (ſed falſo tribuit Bonau. & Richar.) tenet Ang. confeſſio.8.§.5. collectar. in c.omnis, nu.63. Landulph. diſt.21. At illos exponit Sylu.confeſſ.1.§.24. quando eſſet formaliter fractio ſigilli. ſi tamē licentia pœnitentis ſit expreſſa & ſpontanea nō ita eſt: quia perinde eſt, ac ſi extra confeſſionem vno verbo repetat omnia ſup.lib.2.de pœnitentia. cap.10. [c] qa licet ceſſet vna ratio legis in particulari, nempe in fauorem pœnitentis, ſed non ceſſat lex, propter bonum cōmune ſacramenti: ac ſubinde tunc vt ſi opus ſit, roget pœnitentem vt finita confeſſione expreſſe & ſigillatim narret omnia. [d] ſup. lib.2. de pœnitent. cap.10. commu. & recepta ſentētia D. Thom. diſtinct.21. q.2.art.2.(ſeu add. q.11.4.vbi recent.) Bonauen. in 2.par. art.2.q.2. Richard. art.2.4. quæſt.1. ſupplement.quæſ.vnic. Palud. q.3. nu.42. Palac.q.2.Soto.diſ. 18. quæſt.4. art.6. & relect. memb.3. q.4.concluſ.5.dub. 4.vbi Cord. Adria. quæſtio.de ſigill.§. ſed probabilior Hērric.quodlib.7.quæſ. 26. Ledeſm.q.10. articu.quarto. Medin.de confeſſ.folio 124. Victor.§ 170. Angles. Flor.Theolog. de confeſſ. art. vlt.fr.Ludou.1.par.inſtruct.c.37.Bañes.2.2.q.33.art.8.fra. Med. lib.2.cap.4. Ant.3.par.tit.22.cap.d.§.1.Sylu.ſup.& confeſſor.3.§. & 5.ſupplem.Piſau.Roſel.Pet.Soto.de confeſſ.lect.11.Nauar.c.8. num.2.& 15.c.17.nu.23.c.18.nu.52.c.ſacerdos,num.127.151.& ſequent. Viguer. capit.16.§.quarto. verſicu.20. Abulenſ.libro quinto,titu. 20. Couarru.2.par. ſponſ.cap.8.§.12.num.11. cum Pan. Felin.cap.teſtimonium.de teſtib.Lapo.Ripa.Cald.Hippol.Anton. Gabriel. to.2. lib.ſeptimo,titulo de criminal.ad fin. Cardin.dicto capit: ſacerdos. Archidiac.cap.ipſi. Apoſt. 2.quæſt.ſeptima.Ioann. Andr. capitu.diſſecta.de renunt. [e] exempla ponit Nauarro. cap. ſacerdos.num.124. [f] Soto.Couarru.Victor. Frater Medin. Angles. Nauarr.cap.ſacerdos, num.158.cum D. Thom. Palud. Anton. [g] [h] ſup.ca.10. Medin.fol.115.fra. Medin.Ledeſm.artic. quarto, dub.8. & art.5. dub.2.concluſio.1.Angles. [i] [k] Doctor.ſup.ſic priuilegium, aut uotum quod eſt lex priuata inducit effectum, vel obligationem ultra intentionem vouentis, aut concedentis. [l] [m] Semper pendet ſicut & priuilegiū à concedente vt reuocari poſſit prohibito. ſic quia œconomo dedit pecunias diſtribuendas in opera pia poteſt reuocare, quia dominus eſt. [n] Nauar. cap. ſacerdos.num. 155.& c.8.nu.12. [o] Nau.cap.ſacerdos, nume.127. 151. [p] Nau.c.27.num.43. & 272. cum Ange. ad fin. quamuis iura quæ citat id non ſatis probent Frat. Medin.& Fr.Ludo. facit Syluest. excō.5.num.26. [q] Frat. Med.lib.2. c.12.ad fi. Fr.Ludou.& quidam Recent. ut D. Mich.Coſta & quidam Theologi. At ex rigore iuris prodeſt pro foro conſcientiæ tantū (qđ declarauerūt ī ſuis iubilæis Pius V. Gregor. XIII. anno.70.74.) Couar. ca.alma.1.par. §.11.num.16.lib.2. Varia.c.10.nu.3.& 6.facit in c. Rainut. num.16.de teſtam. Perez.l.1.tit.8.lib. 8.ordin.col.2. in addi Simanc. de Cathol. inſtit. c.8.nu. 4.& add.nu.18. Gomez reg. de non iudicando iuxta formam ſupplication. q.14.nu.3. Ledeſ.2. p.q.26.art.1.ad fi. [r] Doct. ſup. D.Tho. quodlib.ar.13.Sot. d.18. q.4.ar.5.rele. mem.3.q.4. Ledeſ. q.10. art.5. dub.4. Sylu. cōfeſſio.§.3. 14. contra Henric.quodl.8.q.29.& 31.(quē alij falſo citant q.18.) & aliter ſe gerere debet confeſſarius, ac ſi nihil audiſſet: quia neſcit vt homo. [ſ] Trid ſeſſ.14.c.7. [t] Soto.& praxis ſapientum Prædicatorum. [u] monet Soto. [x] [y] Trid.ſeſſ.14.ca.1.& d.eſt ſupra.Sylueſtr. ſibi autem imputent clerici indigni ſi non admittantur. quamuis ex repulſa crucientur etiam cum ignominia: quia ad dignitatem ſuæ ſaluti non neceſſariam, non debet accedere qui

agnoſcit repelli poſſe. [a] [a] ſup. [b] [c] Diuus Thom.q.11. artic.1. ad 5.quodlib.5.art.23.Soto.relect.mem.3.q.4.dub.1.poſt conc.5. Ledeſm.ar.5.dub.4.(ſed falſo citant Adr. in oppoſitum.fol.138. cum pro nobis ſit.fo 144)Bonau.d.21.Scot.q.2.Sylu.confeſſio.3. §.14.Palud.q 3.num.60. Nauarr.in ca.ſacerdos.num.146. addit Soto.nec curet de quacunq; ſuſpicione, quàm alij de ipſo habeāt,dum vtitur iure ſuo p Doctor.explicatoquia collatio beneficij eſt gratia,quæ non debetur huic particulari, niſi vt explicatur in tex.[d] atque ita poſt concurſum licebit epiſcopo vti occulta & ſacraſciétia. [e] Palud.in.q.3. nu.60.Soto,Ledeſ. & multi Recentio.(pro quo Nauar.c.ſacerdos,nu.148.falſo citat Adr.)at cō-perandas eſſe quaſdam ampliationes Sot.& Nau.monet bene Bañes. 2.2.q.33.ar.8.& Recét.[f] D.Tho.quodlib.5.ar.13.& diſt.21.q.3.ar.1.Scot.q.2 Rechar.ar.4.q.2. ad 4. Bonau in 2. p.ar.2.q.1.ad vlt.Palac.q.2.p 453.460. Soto.diſt.18.& rel.ſupra. Ang. confeſſio vlt. §. 12. Roſell. confeſſionis celatio. §. 2. Nau. c.8. nu.12. & c.ſacerdos,num.78.cum Palu. Adr. contra Panor. cap. omnis.Sylu.confeſ.3.§.14. fatetur Bañes, dub.vlt. [g] Soto.diſt.18. [h] ſignifi. Soto. diſtinc.18. ſed vid.ſup.cap.22.§.1.D. [i] D.Thom. & cit. F. [k] Diuus Thom. quodlib.5. art.13. & citati F. Palac. recent. fatetur Bañes.qua præxi dicuntur vti & ſapientes. prælati in ordine prædicatorum, vt noua videri nō debeat. quia prę latus eſt pater ſpiritualis regularium, in multis renunciat iuri ſuo in ſchola perfectionis & mortificationis. nec facit iniuriam ſubditis & ſacramento, qui prudéter vtitur iure ſuo.licet per accidēs addatur onus aliquod confeſſioni:cuius onera cum fructu ingenti compentantur. [l] ſignificat Sot.rel.mem.3.

Doct.cit.F.addit Soto memb.3.q.4.poſt 5.concluſ.quando electio fit per vota publica,elector confeſſarius indign(qui non eſt tantę autoritatis vt generet ſcādalum,ex eo quod negat votum tanquā iniuſtus perſonarum acceptor.) poſſet negare votum, permittens alios male ſuſpicari [o] electio ſuperioris regularis (iuxta Trid.ſeſſ. 25.regul.c.6. & ca. quia propter.de electio.)fit. 1.per vota ſecreta & nunquam publicanda. Sylueſ. electi.2.§.1. Perez. l.2. tit.6. lib.1.ord. pag. 259. & quolibet triennio, Trid. ca.8. deinde.2. iam tus ſuffragij nō habet abſens ex Trident.(ut olim habebat in capitulo prouinciali apud prædicatores ex dicto c. quia propter. & ca. pen.de electio.in 6. Sylu. elect.1.§ 3.) 3. elector debet eſſe profeſſus ſaltem tacite, & initiat. ſacris,c.ex eo.de elect. in 6. Syl. elect.1.§.2.(ut ad uocem in eccleſia cathedrali. Trid. ſeſ.24.c.12.) addit.4. Sylue.§.4. requiritur ętas certa,vt in quibuſd.relig.20.anni.5. ne ſit cenſura ligatus. Syl ueſt.etiam verb.ſacerd.1.nu.4. & Na.c.27.nu.21. in religione Societatis Ieſu, & Prædicatorū Generalis eſt perpetuus ſicut epiſcopus,aut parochus: olim omnes ſuperiores Regularium erant perpetui, qđ non expedit Nauar ro. de regul.in cap. nullam. num.3. & ſequ. addit congregat. Cardinal. poſſet epiſcopus cum Vicario, & Secretario, vel alio à ſe aſſumpto, uota monialium ore tenus expreſſa audire.[p] [q] ſup.lib.2.de pœnit. cap.17 & 16.[r] Gregor.in Paſtoral. Trident. ſeſſio.23. reform. in cap 1. ideo requiritur reſidentia perſonalis in paſtore. Bañes. 2. 2. quæſt.33. articu.8. dub.ult. [ſ] [t] colligitur ex communi (quia eſſet indirecte prodere ſigillum) Soto.diſtinc. 18.quæſtio.quarta, artic.quinto. ad fin. & relect. memb. 3. quæſt. 4. Ledeſm. quæſtione decima, artic. 1.dub.4. Recentior. [u] Sup. [x] Bañes ſup.& Diuus Thom. 2.2.quæſtio.72.articu.3.cum Gregor.homil.9. in Ezech. & Regularibus dicitur Eccleſiaſtici 41. Curam habe de bono nomine.

monitiones: [a] ſectis ſi quis iam habet reuerendas; aut fecit monitiones, & habet ius quæſitum, vt dictum eſt.[a]

4 Epiſcopus non conferat beneficia (quę ex beneuolentia cōferre ſolet cui vult:) ijs quos dicto modo nouit indignos: [b] niſi quando collatio,vel confirmatio debetur iā electo per concurſum,aut habēti præſētationis factæ ius. At ante electionem etiam in concurſu, epiſcopus, vel elector poteſt occultum ſuffragium negare indigno ſic noto, [c] dūmodo nō ſequatur vel colligatur reuelatio confeſſionis: vix vero ſequitur. nam & in collatione curatorū per concurſum & oppoſitionē, pendet electio huius inter multos ferè ęquales ex gratia epiſcopi. [d] ſecus vbi vnus ab omnibus creditur longe dignior cæteris,cuius repulſio ſuſpicionem afferret, id fieri propter confeſſionem eius auditam.

5 Qui tamen indignum ſola cōfeſſione notū eligit,qui exterius habetur dignus,non incurrit pęnas iuris, [e] quæ ſciēter eligenti indignum imponuntur,nempe ſi ſciat ſcientia humana. ſimiliter priuare poteſt epiſcopus officijs ad nutum amouibilibus [f] eos, quos ita nouit indignos, & nociuos. ſic qui alterum volebat inſtituere hæredem,vel dare legatū, poteſt ſecluſo odio, & ſuſpicionis periculo mutare voluntatem ob ea quæ nouit ex confeſſione. [g] non tamen priuare re etiam ſuſfurata alijs vel iure. quæſito, [h] niſi quatenus per exteriorem ſcientiam licet procedere ſecundum ordinem iuris.

6. In religione facilius ſaluo ſigillo fiunt ſimilia prædictis, vt vitetur non tantum cauſa,ſed occaſio relapſus. [i] 1.ut indignus qui timetur nociturus nō admittatur ad officia cōſueta quæ habent iuriſdictionem: uel ut admiſſus priuetur officiis ijs quæ quia ſine iuriſdictione ſunt,& ſolent abſque ratione pęnæ ad nutum amoueri [k] propter uarias cauſas,ut diſpenſatoris & ſacriſtæ munus:ſic Parochus, aut epiſcopus famulum quem ex confeſſione nouit ſuſfurantem, poſſet remouere ab officio prętexens cauſam aliam,& clā poſſet rem ab iſto ſibi ſublatam recuperare, [l] ſecluſo ſcandalo: poteſt etiam Generalis [m] prælatum inferiorem,ſi pernicioſus ſit,mittere in aliam regionē,ut ad Indos,ſub prætextu perfectionis. 2.elector aut magiſter nouitiorum poſſet ſuū notū occulte negare ei,quem nouit indignum [n] religione, profeſſione,aut ordinibus ſacris. nix tamen id fieri poteſt publice, quando per capituli, aut diffinitorum uota,uel per reuerendas ſuperioris habet ius in foro exteriori, ut admittatur ad profeſſionem uel ordines, aut officium prælati, [o].

7 Vt auferat peccati occaſionē negare poſſet prælatus uiro ſic noto licētiā exeundi domo:uel ut alius nocitus ad illum ingrediatur: poſſet claudere fores et feneſtras per quas mors intrat:erigere murum monaſterij, negare officium ei periculoſum. turpe enim eſt in religione ambire officia,& ex ambitu fit illis indignis. Rationem hortum iuuat cōſuetudo illa probata, qua prælatus ideo audit ſuorum confeſſiones ſaltem annales(ut ex ſtatuto pius mos à Pontificibus confirmatus uiget in quibuſdam religionibus; [p] & olim ſoli epiſcopi de reſeruatis abſoluebant, & ſoli parochi audiebant confeſſiones in paſcha [q])eo fine ut melius gubernet ſubditos in bonum ſpirituale ipſorum, conſolationem & directionem: & uultum ſui pecoris cognoſcat. [r] iuxta illud Io. 10. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas.in quem finem boni ſpiritualis per ſe ordinatur confeſſio,tanquam medium ex inſtitutione Chriſti: ut fraterna correctio ordinatur in priuatum bonū fratris. nec illarum cōfeſſionum repetitio ordinatur per ſe in finem externæ, & politicæ gubernationis.

8 Similiter nō prohibetur pręlatus uti prædicta ſcientia, quam forte per alterius confeſſionem de cōplice percepit,cuius curam gerit, ut uigilātior fiat & cautior circa illū: & clam per ſeipſum exploret,repertumque in flagranti delicto ſatis eſt ſuffundere pudore.et corripere:nec licet procedere ad externam punitionem occulti. ſed non licet prælato parare inſidias per aliū: [ſ] nec uiſitatori licet ob hoc inquirere priuatū per ſecretos exploratores, uel indirecte per inſolitas uexationes [t] cōtra iſtum,aut eius complicé,qui nulla externa infamia, aut iudicijs notatus eſt: nec per repertam ſchedulam [u] peccatorum.

9 Pręceptum eccleſiæ de non inquirendo contra occultum, quādo non pręceſsit infamia,(quod eſt ualde conſentaneum diuino et naturali.)dat ius conſeruandi bonum nomen: cui iuri regulares non renunciant, [x] & Pręlatus etiam regula-

[m] q.4. dub.1. poſt 5.concluſ. [m] Generalis enim vniuerſale bonum religionis intendens, vt cuſtos boni communis, habet plures cauſas vt poſſit remouere ab officiis quoſdam, aut mutare perſonas. [n] ex

mine. Prouerb. 22. melius eſt bonum nomen. de quo D. Thom. 1. 2. q. 2. a. ad primum. & 2. 2. q. 73. 1. ad ſecundum. quæſt. 129. 1. ad 2. Caietan. verbo, contumelia. vbi Angel. Syluеſtr. Armil. ſin. Soto. lib. 5. iuſtit. quæſt. 9. artic. 3. Ledeſm. 2. par. quæſt. 18. art. ſecũdo. fol. 245. Simanc. de Cathol. inſtit. capit. 56. numero 1. & Nauarro cap. 18. num. 61. & Hiſpan. num. 60. ca. inter verba conc. 2. num. 38. Regularis in deſerto ſibi ſoli viuens poſſet contemnere iniurias, nec reſpondere pro fama. (Diuus Tho. quodlib. 10. articu. 12. quodlibet. quinto. artic. 26. Nauar. dicto cap. inter verba.) ſed prælatus durante officio tenetur ex charitate reſpondere pro ſuo bonu nomine, quãdo iniuſte infamatur, quia habet famam alligatã aliis pro bono exemplo: & ratione ſcandali permanentis nõ debet remittere iniuriam ſine ſatisfact. Nauar. cap. 18. nu. 46 61. vide nu. 28. Syluеſtr. iniuria. §. quarto. vbi Alberi. Tabien. verb. charitas § 10. Maiol. lib. quinto. de irregul. cap. 17. num. 7. Pet. Nauar. lib. ſecundo de reſtitut. capit. 4. num. 123. 389. & ſequen. At tamde quidam putant peccare contra iuſtitiam, Petrus, nomc. 392. cum Soto. lib quarto. iuſt. quæſtion. 6. 3. ad quartum. Angles. de reſtitut famæ. Maior. diſt. 15. quæſt. 16. Caiet. & Armil. verbo, detractio. propendet Pe

y ha. 7 de quibus Syluеſtr. & Summiſt. verbo, inquiſitio. Nauarro. capit. 18. numero 38. capi. uigeſimoquinto. nu. 46. cap. inter verba, concluſio. 6. Duch. regul. 298. D. Tho. 2. 2. quæſtio. 68. Caietan. quæſt. 69. Soto. releſt. memb. 2. quæſt. 6.

z [a] Auguſt. in Regul. capit. 23. tom. 1. fin. cum quo D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 33. artic. 4. ad tertium. Caietan ibi articulo. 3. (ſed addit Baões, artic. 3 dub. 2. concluſ. quarta. & articu. octauo. dub. ſecundo, ad quartũ prælatus temperate vti debet medijs proportionatis) qui-

a dam Doctor. exponunt Matth. 18. adhibe teſtes, ideſt exploratores, vbi D. Thom. Caietan. Lyra. Hugo Cardin. [a] colligitur ex dictis, & poſſet prælatus occulte per ſe ipſum explorare, vt occulte corripiat deprehenſum in periculo peccati: ſed hæc ſcientia, quia eſt priuata, & occaſione confeſſionis orta, non licet occulte deprehenſum punire: quidam Redam Recentior. Diuus Thom. quodlibet. quinto, articulo vndecimo. Soto. releſt. memb. tertio quæſtio. quarta, dubio primo, poſt 5. concluſionem, Baſhes. dicto artic. octauo, dubio vltimo. Niſi poſſet illa exteriori ſcientia procedere ſecundum ordinem iuris: ut Sotu bene ſignificat, ſecluſo ſcandalo.

b [b] Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtio. 33. arti. ſeptimo, ad quintum.

c [c] quia correctio ſecreta ut non obligat in delictis publicis, ita nec in illis quæ ſunt contra bonum publicum, & minus in hæretico.

d [d] Nauarro capit. decimo octauo. num. 58. 59.

e [e] capit. cum in multis. capit. cum dilectus. de elect. Abba. in capit. primo, de offic. ordin. non tamen permittitur iure Canonico, aut Ciuili ea inquiſitio, quæ ordinatur ſolum ad puniendũ præteritum, Naua. capitulo inter verba, concluſio. ſexta. Corolla. 63. numero 179.

ris qui falſo infamatur tenetur arctius conſeruare bonum nomen. Quare etiã regulares ante infamiã ſunt immunes à rigore priuatę inquiſitionis, præterquam in paucis

y caſibus contra bonum cõmune. [y] Prælatus religionis cum ſit iudex, & cuſtos perfectionis (quæ pertinet ad bonũ commune religionis) poſſet generaliter inquirere per ſe-

z cretos exploratores: [z] & dum viſitat, habere ſpecialem attentionem

a ad illos [a] quos improbos nouit ex auditis in confeſſione: & cum deferuntur perpendat cauſas, & diligentius inuigilet ſuper gregem. temperate tamen vtendum eſt ea ſcientia, & medijs tantum proportionatis ad finem.

10 At quando peccata contra bonum commune ſciuntur extra confeſſionem, aut de illis prælatus coniectat per magna indicia & ſuſpicio-

b nes, [b] vt debet inquirere diligenter: ita ſcientes qui denuntiare iubentur, tenebuntur communiter abſque præuia correptione fraterna, iſtos nulla adhuc infamia notatos denuntiare principi, aut fidei

c cenſoribus. [c] & hic deprehenſus tenetur occultos complices mani-

d feſtare iudici. [d] quia omnes conſeruare debent bonum commune, quod diuinius eſt: quamuis priuatus impius detrimentum famæ patiatur.

11 At in foro pœnitentiæ nunquam pœnitens cõpellitur directe manifeſtare perſonam cõplicis, aut alterius delinquentis. ſup. lib. 2. pœnit. ca. 9. quamuis aliquando ea manifeſtatio liceret: quia confeſſarius nullum in eo foro ius habet coercẽdi, puniendi aut denunciandi reos illos: ſatis implet obligationem pœnitens, ſi per ſeipſum, vel per alium à confeſſario præſtet quod poteſt. fit etiã licite ſpecialis inquiſitio quando non agitur ad punitionem ſed ad cognoſcẽda merita hominis, cũ de illius promotione ad dignitatẽ,

e & officium agitur. [e]

CAP. XXIIII.

Vti ſciẽtia ſuperioris ordinis, quando non ſit contra præceptum.

§. 1. *Licet vti medio ſupernaturali ad finem naturalem, & §. 7. non præuertit ordinem rationis.*

2 *An liceat vti ſcientia ſaluo ſigillo.*

3 *Et interdum tenetur.*

4 *Factis quæ non ſunt ſigna, licet præuenire malum.*

5 *Vt in caſu de duobus latronibus.*

6 *At non licet verbis prodere.*

8 *Male conqueritur pœnitens quod prælatus vtatur iure ſuo.*

NOn vetuit Chriſtus, aut eccleſia, uti ſupernaturali re, aut ſcientia propter commune reipubl. bonum etiam temporale conſeruãdum (Chriſtus enim dum erat viator vtebatur ſcientia infuſa ad vitãda pericula temporalia: Eliſęus dono prophetiæ impediuit hoſtiũ bellicas inſidias) nec eſt illicita ordinis præuerſio, ſi ſupernaturalis cauſa, & ſpiritualis ordinetur, ſecundario fine in remedium efficacius boni temporalis. Sic Deus incarnationem filij ordinauit, vt cauſa eſſet noſtrę ſalutis ſpiritualis & corporalis: eccleſia miſſas, proceſſiones, & litanias dirigit propter pluuiã impetrandã, & in ſubſidium peſtis & belli. Paul. 1. ad Tim. 2. orandum docet vt trãquillam vitam agamus in hoc ſęculo: iuramentum diuini teſtimonij cõfirmat contractus etiam ciuiles: & pro temporali pace fit aliquando ſacramentũ matrimonij inter principes ſanguine cõiunctos: ſacramẽtum extremæ vnctionis ſecũdario ordinatur in robur & ſanitatẽ corporis, quam aliquando confert, vt badtiſmus contulit Conſtantino: gratia & charitatis iuuat ad temporalem miſerationem proximorum, & ad præcepta etiam natius alia efficacius implenda. nec enim prohibetur vllo præcepto vt inter fines inęquales, melior proxime dirigatur in minorem, quando vterque tandem ordinatur in bonum commune, & Dei gloriam.

a Sic in raro caſu (ne periclitetur commune bonum ſpirituale cõmunitatis) licebit cautiſſime ſaluo omnino ſigillo, & de licentia obten-

a ta pœnitẽtis, vt ſupra explicatum [a] eſt, vti notitia confeſſionis: bona enim totius gubernatio pendet ex priuatis ſingularium partiũ bonis, vt in dicto caſu proditionis & hæreſeos, vel ſi quis multas pœnitentes occulta intra confeſſionem ſollicitatione corrupit: ſi medicus pro medicamento venena propinet, vel ſi quod malum ſerpat ut cancer in ruinam religionis.

3 Tenetur ſimiliter confeſſarius ex caritate impedire ea mala omni modo quo abſque ſacramenti præiudicio poteſt, quando non ſatis eſſet monere pœnitentem, vt ceſſet aut denuntiet, nec in communi monere prælatum & principem ut ui-

b gilet ſupra gregem [b] & populum.

4 Perpendat ergo ſi quid poteſt iuuare utens ſacra notitia confeſſionis, non quidem verbis ſed fa-

c cto [c] aliquo, ad quod ius habeat.

CAP. XXIIII.

a b c SVpra [a b] capiten. 22. vid. 23. [c] factia & rebus externis, quia de ſe non ſunt ſigna, habet homo ius vtendi quando ſunt neceſſaria pro vitæ, aut honoris defenſione Diuus Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 111. Summiſt. verbo, ſimulatio. ſic Iudith ſimulauit dum ad Holophernem venit: & Iacob, indutus veſte primogeniti. quidam Patres quadam ſimulatione occultarunt pro tempore veritates aliquas: quos excuſat à mẽdacio, & peccatu Diuus Thomas

d 2.2.q.110.artic.3.cum Aug.& Patrib. [d] D.Thom.3.par.q.54.3.
e cum Greg.& Auguſt. [e] Bañes.2.2.q.3.artic.2.dub.1.vbi Peña,& Recent.Caietan.& Syluestr.verbo,habitus, Angel infidelitas.vbi Tabien.& Armil.Anton.2.par.titu.12.cap.6. Nauar.cap.11.num.
f 25.fin. [f] ſimulatio quæ fit factis,cum animo decipiendi eſt mendacium operis. D. Thom. 22.q.111. Summiſt. ver. ſimulatio Bonauent. 3. diſt.38. Nauar.cap. 18.num.8. Viguer.
g cap.5.§. 12.verſ.2.[g] D. Thom. 3.parte, q.83.artic.6. ad argum. Soto.diſt.13. quæſt.2.ar.3.Scot. diſt.21.q.2.artic.3. Gabr.q.vnic.art.3. dub.1.ad 4.Maior. q.3.ad 2.Soto.relect. memb.3.q.4. dub.1.caſ.2. Sylu. confeſſor.3.§.19. communior Recẽt. (aliàs ſumpto veneno occideret ſe, qđ eſt intrinſece malum.)At quod Soto.diſt.18.q.4.art. 5.trepidans monet petere licentiam à reuelante mihi periculum, quam ille tenetur dare (Led. q.10.art.1.& ſcrupuloſius. Richard. ar.4.q.2.ad 3.Henric.quodlib.8.q.19. & 31.)limitandum eſt, ſi non tantum mihi, ſed alijs immineret periculũ, quos monere non liceret niſi reuelato ſigillo: tunc enim petenda eſt licentia
h pœnitentis. [h] Scot. Gabr.Maio.diſt.21. Palac.q.:.Palud.q. 3.vbi D.Tho.q.3. 1.1.ad 3.Soto.diſt. 18.q.4.art.5.col.6. relec.memb.3.q.4. Ledeſ.art.1.dub.8. art.5.dub.4.&.Adr. de conſ.q.5.dubit. 10.Ang.cõfeſſio vl. §.7.caſ.5.& §.12. Syluеſ.confeſſio.3. §.14. Armil.confeſſor.§.12.Recentio, (cõtra Richar.ſup.) addit Bonau.quod dum nouit imminere periculum mortis alijs,licebit monere illos verbis generalibus,vt caueãt & fugiant. Frat.Alexan lib.1.tit.7.ca.2. Bañes.2.2.q.33.ar.
i 8.dub.vltim.[i] ſup. ſic prælatus factis (ſaluo ſigillo.) corripit ſubditos,quorum cõfeſſiones audiuit,remouendo ab officio ad nutum amouibili, & ab externis oc
k caſionibus,vt dictum eſt. [k] Ledeſm. & quidam Recent. [l m] Ari-
l ſto.1.perther.cap.9. nunquam licet mentiri verbis, & tamen licet
m ſimulare factis (vt ſi quis laicus dicat ſe eſſe monachum,mentitur: non tamen ſi ex cauſa ſe ſimulate occultet ſub habitu monachi.)addit Bañes 2.2.q.3.art.2.dub.1.con.4. apud Indos rogabãt hominem Chriſtianum priuata aut publica autoritate, (vt nanenem illius inueſtigarent)an eſſet Chriſtianus?(ideſt,an ſit Hiſpanus & hoſtis,) nec peccaſſe ita negantes,iuxta interrogantis inten-
n tionem. [n] Soto relect.mem.3.q.4.dub.1.poſt.5.concl.& quidam
o Recentio. [o] Cuius rei multa exempla affert Nauar.in ca. ſacerdos.num.124.
p & citat Doctor. [p] Sylueſtr. confeſſio. 3. §. 14. multi Recentio.fatetur Henric.quodlt.8.quæſt. 19. (ſed nimis extendit) colligitur ex D.Tho. quodli. 5.artic.13. At quia ad finem communiter id non eſt medium opportunũ, prælatus id facere non debet,ex quo pœnitens ſuſpicetur moleſtiam inferri ob notitiã cõfeſſionis. Ang. ſup. Roſel.cum Richar. diſt.21.ar.4.q.1.ad 4.& pœnitens iuſte cõqueritur.1.ſi prælatus licẽtia ſibi data abutatur contra complicem (vt ſi contra ordinẽ correptionis & caritatis illũ infamauit.) 2. ſi per metum & fraudem extorſit licentiam à viro ſimplici & ignorãte. 3. complex iuſte conqueritur,quod prælatus pœnitenti contra alium detrahenti crediderit: (cum reprehẽdere debuiſſet tentantem in cõfeſſione impune detrahere.) D. Tho. opuſc.12.c.6. Nau. c.7.nu.2. Bonau.d. 21.ar.1.q.3.fr.Med. li.2.c.4.Bañes 2.2. q.33.ar.8.dub.8.p. 1.& p.3. ratione 2. communis Recent.

ſic abſque mendacio. Luc.24. Chri-
d ſtus factis finxit ſe longius ire: [d] &
ſub veſte monachi, aut pagani licet
e ex cauſa laico occultare ſe [e] licet
alij ſuſpicione decipiantur: quia hic
permittens falſum, habet ius vtendi his rebus. quæ de ſe non ſunt
ſigna. (cauenda tamen eſt doloſa in
f tentio [f] frangendi indirecte ſigillum:)vt pro indemnitate propria,ficto caſu qui vix contingit, ſi quia
mihi celebranti dedit venenum in
g calice, [g] & facta conſecratione confiteatur mihi periculum, non debeo calicem ſumere: ſed conſueto
miſſalis remedio vti, quicquid ſuſpicentur aſtantes.

5 Si conueniant duo latrones vt
me iter facientem occidant in ſilua,
& ſocios meos, licebit fuga & con-
h ſilio euadere periculum. [h] neq; eo
facto quod mihi dat ius ad vitam,
dicor reuelare cõfeſſionem:quam-
i uis latrones factum intelligant. [i]
ſi nouit ſequenti nocte conueniſſe
quoſdam vt domum amici diripiant, & illum occidant, nec aliter
malum impedire poſſum,licebit vti
notitia confeſſionis,& amicos inuitare vt tota nocte ludamus in do-
k mo amici: [k] quamuis inde ſequatur, vt qui malum intentant comprehendantur in delicto.

6 At non licet confeſſario ver-
l bis, [l] quæ per ſe ſunt inſtituta, vt
ſint occultæ conceptionis, & affe-
m ctionis ſigna, [m] dicere prælato, vel
alteri indignitatem Petri etiam in
communi, quam ex ſola confeſſione ipſius aut complicis nouit, ut
impediatur malum etiam grauiſſimum, quod imminet in rempubl.
vel ne prælatus ei nocituro conferat beneficium,aut officium: vel ne
quis iam paratus,teſtamento vel donatione illum bonorum hæredem
n inſtituat, aut legatum ei faciat. [n]
quia quamuis re ipſa indignus ſit,
habet tamen iuſtũ acquirendi modum in foro exteriori,& bonam famam:qua ſi per verba priuetur contra ius & fas, redundat indirecte
contra ſigillum confeſſionis. factis
vero quæ per ſe non inſtituuntur
vt ſigna aliarum rerum, vti pro
tuendo iure proprio, vel proximorum, & reipubl. Chriſtus non vetuit, & in eccleſia admittit vſus
o ſapientum, [o] abſque ſigilli violatione.

7 Per hoc non præuertitur ordo
rationis & legis. nec per hoc ſententia abſolutionis, quam prælatus
confeſſionem audiens impendit,
ſubijcitur exteriori foro gubernationis aut denuntiationis: ut quidam falſo colligunt. manet enim
ſtabilis ea ſuprema abſolutionis ſententia, nec per vllam appellationem
alterius fori ſuſpenditur: ſed occulta & ſupernaturalis ſcientia quam
acquiſiuit confeſſarius uice Dei,ordinatur ſaluo ſigillo(vt & de licentia pœnitentis ordinari poteſt) in
bonum publicum gubernationis in
caſu raro: ſicut de ſcientiæ infuſæ,
& propheticæ ordinatione & directione dictum eſt.

8 Si forte pœnitens aut complex
conqueratur.& inſimulet confeſſarium de reuelata confeſſione per
huiuſmodi facta:cõtemnendus eſt:
p quia ſuo iure utitur confeſſarius: [p]
& ei magis credendum eſt, quàm
pœnitenti. ſi tamen reus teſtibus
apud prælatum comprobaret reuelantis confeſſarij culpam, debet hic
compurgare probans aliqua ratione ſe illud extra confeſsionẽ agnouiſſe,vel habuiſſe pœnitentis licentiam. ſup. capit.19.ad fin. aut nihil
uerbis reuelaſſe: ſed in factis uſum
fuiſſe iure ſuo. ſic dum pro officio
iudicis conſcientię, imponit graues
pœnitentias & cautiones, non ſibi
imputatur quod hinc alij ſuſpicantur malum de tali pęnitente: ſupra
lib.2.pęnit.c.21.

CAP. XXV.

Licet ſigillum extendatur ad aliena peccata: non tamen inquirendum eſt de perſona complicis.

§.1. *Peccatum complicis ſi forte agnoſcatur, cadit ſub ſigillo aut ſi detegat abiectum genus.*

2.3 *Prælatus non inquirat in confeſſione de alienis: & multo minus per exploratores.*

4 *Moneat, ne perſonam alterius nominet.*

5 *Prohibetur per confeſſionem inquirere, ſicut & per iudicium Aſtrologi.*

6.7. *An interdum liceat interrogare de alienis.*

8 *Dum opus eſſet, expedit ſibi dici extra confeſſionem.*

SVb ſigillo cadunt primum pœnitentis peccata, aut quæ ſua
a fiunt, licet ſimul aliena ſint, [a] ut

CAP. XXV.

a P Salm.17. [a] ab alienis parce ſeruo tuo (quæ homo interdum ignorat) & quamuis 1. Corinthio. quarto. nihil ſibi conſcius ſit, non in hoc iuſtificatus eſt. Triden. ſeſſio. 6. cap.nono, fin. capitu. 16. fin. Hæc aliena in ordine ad meam confeſſionem detecta, cadunt ſub ſigillo. Diuus Thom. diſt. 21. quæſtio.3.1.2. Soto.diſtinctione 18. quæſt.4. articu. quinto. con. 2. relecti.membro tertio, quæſtione quarta,con.3. Richard. diſtin.21.art.4.Palac.q.2.pag.453. Ledeſm.quæſt.10.articu.1.& quinto. Angel.confeſſio.vltim.§.17.Sylueſtr.confeſſio.3.§.ſexto. Frater Medin.lib.2.capitu.quarto,§.1. Bañes.2.2.q.33.articu.8. dub.

ſubditorum crimina; ſiunt etiam Paſtores negligentes. 2. quando aliena pertinent ad circunſtantias,[b] infamium; vel declarationem proprij peccati: vel ad ſtatum propriæ perſonæ, vt peccatum complicis, de quo ſupra:[c] ſi hæc prudenter in ſola confeſſione manifeſtentur, præſertim cum aliquo ordine ad peccatum magis declarandum, aut peccati periculum. vt ſi ſe frigidum, & matrimonio ineptum dicit, vel Petrum vendidiſſe gladium tali homicidæ. 3. ſi quis dicat abiectum & impurum genus parentis,[d] quod redundat in propriæ infamiæ circunſtantiam: Nam ſi complicis crimen infame detegeret cõfeſſarius, facile eſſet illo detecto agnoſci crimen pœnitentis: & poſito eo periculo excuſaretur pœnitens ab illius peccati, aut circunſtantiæ confeſſione. quod ſane ſuaue confeſſionis iugum redderet moleſtius: cum tamen Chriſtus poſito ſigillo velit neminem deterreri, ſed allici omnes ad confeſſionem.

2 Quocirca non licet prælato per exploratores inquirere de aliorum peccatis, quæ nouit ex aliena confeſſione:[e] nec poteſt à pœnitente exigere, aut illum iure compellere per præceptum, comminationem, vel ſuſpenſionem abſolutionis,[f] vt ſibi manifeſtet aliquam perſonam: quando nullo modo eſſet neceſſe, vel opportunum ad præſens iudicium & bonam pœnitentis conſcientiam. nec pœnitens tenetur ad mentem iudicis reſpõdere, dũ in generali inquirit de peccatis à quibus directe fuerat abſolutus,[g] nec debet quando quorundam confeſſio afferret ſibi, vel alijs probabile periculum grauis damni: ſup. lib. 2. de pœnitent. cap. 12. & multo minus rogatus de aliorum peccatis nihil ad integritatem huius confeſſionis pertinentibus. ſup. lib. 2. cap. 9. ad fin. quia in foro pœnitentiæ hic non magis eſt iſtorum iudex, quàm ſi quis ſine iuriſdictione contendat excommunicare & incarcerare aliquos, fingens ſe prælatum, aut viſitatorem, aut ſanctæ inquiſitionis iudicem, vel familiarem.[h]

3 Cauere debet confeſſarius ne rudes viros, aut inexpertas fœminas interrogatione & ſcrupulis[i] fallat. Simplices enim ſic rogati ne ex conſcientiæ ſcrupulo videantur incurrere mendacium, victi autoritate prælati confeſſionem audientis manifeſtant interdum incaute occultum complicem, vel aliud malum; quod ita manifeſtare re ipſa vergit contra charitatem proximorum. ſup. lib. 2. capit. 9. & ſane prælatus peccaret, ſi licentiam extra confeſſioné peteret, vt aboratur ea notitia, quam ab ignorante & inuito extorſit.[k] & forte continget vt per illum complicem data ſimili licentia prodator & iſte pœnitens, contra intentionem licentiæ à ſe datæ.[l]

4 Confeſſarius ergo tanquam doctor potius moneat,[m] ne alienam perſonam nominet, nec hiſtorias narret: ſed ſimplici & pura confeſſione dicat quæ pertinent ad propriam obligationem & peccata: vel non niſi quando opus eſſet ita explicare, vt à confeſſario capiat neceſſarium conſilium aut auxiliũ: ſuauis enim debet eſſe confeſſor, & abſtineat rogare difficilia, quæ nihil ad abſolutionem faciunt. difficilius vero aliquando pœnitenti videtur explicare eos complices qui sũt autoritate & fama potentes. & qui ſeipſos huic crediderunt ſecreto: quam prodere propriam infamiam & crimina, vtpote compenſanda beneficio abſolutionis.

5 Satis functus erit officio confeſſarius, ſi pœnitentem Deo reconciliet, & ad perſeuerantiam hortetur. reliqua occulta reſeruantur iudicio vniuerſali Chriſti permittentis interim inſcrutabili iudicio, multa impune fieri:[n] quæ mala nõ niſi via ordinaria per orationes, correctionem, aut denuntiationẽ præcedente infamia[o] medicanda ſunt (ſaluis eccleſiæ legibus, & communi lege charitatis, & miſericordiæ) quæ pertinent ad priuatum hominem, aut ad externum forum prælati. caueat prælatus ne ex falſo zelo videri uelit ante tempus efficacior Chriſto, qui etiam per miniſtros peccatores, & per Iudam proditorem ſalua fama ad exercitium officij utilis, ſinit tractari officia eccleſiaſtica:[p] nec licet facere malum etiam ueniale (quale eſt curioſe, & ſine cauſa inducere pœnitentem ad reuelandum quoſdam reos detractione occulta[q]) ut inde eueniant bona.

6 Malum eſt inquirere aliena occulta in eo foro pœnitentiæ, ubi nulla præceſsit illorum infamia.[r] ſic eccleſia prohibet explorare occulta liberi arbitrij per iudicium aſtronomicum,[ſ] quia ſi quando forte uera eſſent,[t] ſunt tamen contra bonos mores & famam proximorum, & contra illam generalem charitatis regulam Tobiæ. capit. quarto. quod ab alio oderis fieri tibi, caue ne tu aliquando facias alteri. & Matthæi ſeptimo. Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, facite & uos illis. nec eſt medium magis ordinatum in remedium alieni peccati inquiſitio per banc uiam confeſsionis periculis plenam, ubi confeſſarius non eſt alienorum iudex, ſed priuatus homo: quam ſi quis mendacium dirigat in aliorum ſalutem & bonã gubernationem. ergo ſi quæ aliena prælatus nouerit ex imprudentia ſua, aut pœnitentis, perinde ſe habeat, ac ſi nihil ex confeſsione

dub. vlt. Nauar. c. 8. nu. 3. Victor. & Recen. & al. ſ cit. c. 23. A. qui negant licitum confeſſario vti licentia pœnitentis.
b [b] ſup. cit. c. 19. §. 4.
c O. [c] ſup. lib. 2. de pœnit. c. 7. & 10. ſi circunſtantia non mutat ſpeciẽ & ex illius confeſſione agnoſcetur infamia complicis, ſilenda eſſet cum probabili ſententia negantiũ
d has confitendas. [d] Soto d. 18. q. 4. ar. 5. ſed Recent. variãt: quia & D. Tho. ſit. & Ledeſ. q. 10. ar. 2. dub. 1. negant per ſe pertinere ad ſigillum. ſentit Nauar. c. 8. num. 3. c. 18. nu. 51. in ca. ſacerdos. num. 68. impudenter vero pœnitẽs id manifeſtat confeſſario, ſine cauſa neceſ
e ſaria. [e] ſup ca. 23.
f §. 9. A. [f] Quia ſine pœnitentis beneplacito non licet confeſſario auditis peccatis, differre abſolutionem, niſi ſubſit idonea cauſa in
g bonum pœnitẽtis. [g] ſup. vt nec reus tenetur reſpõdere ad mentem iudicis, in iudice non rogan
h tis. [h] Simanc. de ca
i thol. inſtit. c. 46. ſi. [i] Vt ſi medicus, qui leuare debet morbum, grauaret cum
k damno ægroti. [k] [l]
l ſu. c. 23. §. 1. K D. Th. opuſ. 12. c 6 ſecus quando confeſſarius etiam prælatus vtitur iure ſuo.
m ſup. ca. 24 Q. [m] ſu. lib. 2. de pœnit. c. 3. explicata eſt. 4. cond
n dit. confeſſionis. [n] D D. dum agunt de prouidẽtia Dei D. Tho. 1. p. q. 22. a. ad
o 2. & q. 49. [o] c. qualiter & quando. el 2. c. inquiſitionis. de accuſat. ſed in ſpeciali inquiſit. infamia habet vicẽ accuſatoris (atque ita nunquam proceditur ſine accuſatore) Act. 25. Ioann. cap. 5. D. Tho. 2. 2. quæſt. 68 art. 3. Nauar. ca. 18. num. 38.
p per c. 1. de accuſat. [p] D. Thom 3. par. q. 64. art. 5. Bellarmi. primo de ſacramẽt.
q capitu. 26. [q] Interdum detrahere etiã apud Prælatum eſt peccatum mortale. Nauar. capit. 18. nu. 33. & alij. contra Caietan. 2. 2. quæſ. 73 art. 2. [r] D. Th. 2. 2. q. 33. art. 8. ad 1. ſaſes cum Aug. ſerm. 16. de verbo
ſ Domini. [ſ] Ab anno 1582. in edicto. S. Inquiſitio. prohibetur iudicia aſtrolog. de rebus pendẽtibus à libero arbitrio nõ autem de re naturali pertinẽte ad artem medicam. aut ad nauigationem, cõtra aſtrologos Diuus Tho. 2. 2. q. 95. 5. & 1. 2. q. 9. 4. ad 3. vbi Fr. Medin. & opuſ. 26. Alexan. 2. p. q. 184. Caiet. ver. aſtrolog. Picus 12. libris contra aſtrol. maxime lib. 2. Michael Medin. lib. 2. de recta in Deum fide. c. 2. Perez. l. 3. tit. 1. lib. 8. ord. Simanc. de cathol. inſtit. cap. 21. & c. 63. Sixtus li. 5. Biblio. ca. 15. lib. 6. ca. 10. Viues lib. cõtra aſtrolog. Trite. lib. 12. de dæmoniacis artib. Cælius li. 14. antiq ca. 9. Gerſon. in trilogia aſtrologiæ, propo. 11. & ſeq. & tract. de reſpectu cœleſt. ſyderum. Caſſanæ. catalog. gloriæ mundi. par. 10. confid. vlti. Alciat. in l. 5. de verbor. ſignificat. Abulen. Exod. 12. quæſ. 15. Leuit. 16. q. 29. Ciruel in prolog. apolog. aſtrolog. & par. 2. capitu. 3. Caſtro verbo, fatum. Fr. Medin. 1. inſtructor. c. 14. §. 2. & 36. Alcuc. ca. 14. ex antiquis philoſophis damnant. Cic. 2. de diuinatate. Plutarc. de plac. Pytag. Plato. Ariſt. & B. Petr. Apoſt. apud Clem. lib. 9. recognit. in ſi. & lib 9. Euſeb. lib. contra Heronem. Chryſ. hom. 1. in. 2. Tim. Aug. 5. ciuit. ca. 7. lib. 12. c. 12. li. 11. c. 21. Greg. ho. 10. in Euang. Conc. Tolet. 1. ſi qs aſtrologiæ, vel matheſi exiſtimat eſſe credẽ
t dũ, anathema ſit. [t] Vt ex pacto dæmonis diuinant, quis ſecerit furtũ, & p cõiecturas quæ homines male propenſi

ſciret, [u] vt Deo committat remedium malorum, quod ipſe præſtare non poteſt.

7 In caſibus quos ſapientes opinantur pœnitentem obligari ad detectionem peccati, & circunſtantiæ: [x] quamuis per accidens inde ſequatur notitia complicis aut alterius, licebit confeſſario prudenter interrogare. [y] ubi vero pœnitenti non adeſt certa obligatio, & tamen licet inculpate ſine detractionis periculo reuelare alienum peccatum, confeſſarius non habet ius in eo conſcientiæ foro, vt præcepto vel retentione abſolutionis compellat ad id pœnitentem.

8. Interdum confeſſarius nullo iure diuino, vel humano prohibetur quædam interrogare de conſilio, [z] oblata occaſione ex confeſſione auditi peccati: qua elapſa, vix ſe offerret quomodo de periculo alieno roget. tunc vero abſque ulla cōpulſione illum amice roget, non animo curioſo, [a] ſed vt pœnitentem iuuet opportuno cōſilio & auxilio, ad melius implendas proprias obligationes circa proximos. Sicut pœnitentem inducere poteſt, & inuitando rogare ad alia opera conſilij: nempe vt dicat etiam venialia grauia, et an reſiſtit inſpirationibus Dei: vel vt faciat ſemel confeſſionem generalem totius uitæ, [b] in qua licite interrogat ea quæ pœnitens repetere nō tenetur. Hęc enim licent confeſſario, quia pertinent ad finem utilem ſacramenti.

9 Conſulunt tamen Doctor. ut petat potius explicari extra confeſſionem, [c] ea quæ cedunt in alterius auxilium & correptionem ſine ſigillo, aut ſimplicitati confeſſionis nocere uideatur. Ita iudici licet generali interrogatione inducere aliquando hominem occurrentem ſibi, ut dicat ſi quid nouit: puta cum crimen notoriè factum eſt in publico foro, ubi homo reperitur occiſus. [d] quia quamuis non teneatur ille reſpondere: cum forte reus eſt, imo nec tenetur ut teſtis manifeſtare alium reum occultum: [e] propter bonum tamen proximi aut commune, aut breuiorem cauſæ expeditionem poſſet licite id manifeſtare iudici, [f] ſi uelit ſponte: ut licet quædam accuſare, aut denūtiare ob promouendum bonum commune, aut ob priuatam denuntiantis utilitatem, ad quorum denuntiationem interdum nullo præcepto compellebatur. [g] & paterfamilias prudens quædam inquirit de filijs & familia, quæ ſibi licite, & tuto dicuntur [h] abſque obligatione. hactenus de bonitate confeſſarii, ad quam pertinet ut fideliter ſub ſigillo conſeruet arcana: nunc de ſcientia & prudentia qua præditum eſſe decet confeſſarium dicamus.

CAP. XXVI.

De qualitate. 3. confeſſarij, quæ eſt ſcientia.

§. 1. *Qualis ſcientia requiratur? & §. 3. 9.*
2 *Dubius de ſua ſufficientia obediat Prælato.*
3 *Sciat ſupplere defectum pœnitentis.*
5 *Ne ſit nimius vel diminutus. ſciat remedia & interdum ſe exoneret.*
6 *Quando conformare ſe debeat opinioni pœnitentis: aut relinquere illum in ſua ignorantia.*
7 *Quid ſi dubitet de peccatis, aut diſpoſitione pœnitentis?*
8 *Sciat iniungere pœnitentias.*
10 *Quando teneatur iterare qui confitetur ignorans.*

CONfeſſarius cum ſit iudex [a] medicus, aduocatus, doctor, & paſtor paterque pœnitentium, non debet huic muneri ſe ſponte ingerere ſine illius peritia. [b] qui generaliter diſcurrunt per multas & magnas orbis ciuitates, ut confeſſiones excipiant eorum qui habent uarios, implicatos & peculiares caſus, ut principum, mercatorum, militum, & ſacerdotum; debent eſſe magis inſtructi circa negocia, reſtitutiones, [c] & quando requiratur iuris cautio, [d] & circa ordinis, ac officii eccleſiaſtici impedimenta pro clericis [e] de cenſuris, & præſertim de excommunicatione, [f] cuius ablatio præcipitur ante peccatorum abſolutionem. ut iudex ad quem deferuntur multiplices cauſæ de uariis ſtatibus, medicus qui curat uaria, & difficilia morborum genera, doctor & paſtor (quem in Petro Apoſtolo Chriſtus examinandum uoluit de ſcientia fidei. Matth. decimoſexto. & cura hac charitate circa oues paſcendas. Ioan. uigeſimo primo.) debet tanto muneri habere conſentaneam ſcientiam, [g] & uirtutem.

2 Pro ratione regionis, ut pro oppido ruſticorum, minor ſcientia ſatis eſt ut confeſſarius cenſeatur idoneus: [h] præſertim quando multa nouit lectione, experimento & conſultatione peritorum: quales in religione ſunt frequentiores, non

ſacere ſolent, vt refert Auguſt. ſup. [u] In quo verum eſt quod ait Henric. quodlib. 8. quæſt. 29. 31. [x] [y] ſup. lib. 2. pœnit. cap. 9 ſi non reperto alio confeſſario, leue aut nullum damnum eſt vt hic confeſſarius veniat per accidens in notitiam alterius. [z] Nauar. cap 6. num. 8. Syluest. confeſſ. 1. §. 9. vid. Sotum. diſt. 19. q. 1. artic. 1. [a] Nauar. capit. 5 num. 1. cap. 10. num. 7. fin. cap. 23. nu. 24. cum glo. in cap. iudicantem. 30. quæſtio. 5. Caieta. & Summiſ. verbo curioſitas D. Thom. 2. 2. quæſt. 167. artic. 1. [b] [c] ſupra lib. 2. de pœnit. ca. 16. & c. 10. §. 5. [d] Quod licet generali interrogatione, ex parte iudicis 1 Nauar. cap. 18. nume. 38. 40. fin. 59. cap. 25 num. 26 fin. 31. cap. inter verb. corol. 49. nu. 214. corol. 50. & ita ſeruari ex iodicum cōſuetudine (quæ habet vim legis, & derogat legi prohibēti ſine infamia fieri inquiſitionem) per leg. primam, tit. 17. par. 3. vbi Gregor. & leg. 5. tit. 1. lib. 8. recop. Petrus Nau. lib. 2. de reſtit. ca. 4. num. 157. & refert D. Thom. Gerſon. Angel. Armi. Med. Cordub. idem Bartol. Alexan. Ioann. And. Caietan. opuſ. Areualo. de correctione frater. concl. 6. propo. 7. [e] Tenet mitior & probabilior ſententia (cui reus, & teſtis tuto adhærere poteſt.) Caietan. cum D. Th. 2. 2. q. 67. 2. Soto. 5. inſt. q. 5. ar. 1. q. 6. art. 2. & relect. ſecre. memb. 2. q. 6. concl. 5. dub. 4. vbi Cord. fatetur Nau. c 25. num. 37. Petr. Nauar. ſup. nu. 167. Palud. Adr. Sylueſ. Innoc. Hoſt. Panor. ſylua nuptial. (& in quodā capitulo Pariſieſ. cōtradixerūt omnes D. Tho. adhuc iuniori oppoſitum docenti) late Cord. lib. 1 q. 43. Iudex edicto, aut mādato generali ſi roget illum, habet ius ex probabili ſententia: ſed quia ea interrogatio habet dubium ſenſum, iuſtū vel iniuſtum, interpretanda eſt in ſenſu iuſto. Baſſes cū D. Th. 2. 2. q. 33. 7. ad 5. bene Nauar. c. 27. num. 115. c. 18. n. 40. c. inter verba, conc. 6. nu. 131. & melius corol. 66. nu. 194. fin. c. Quintaualliſ. de iureiur. c. 1. eod. tit. li. 6. gl. c. dilecto. de præben. Ant. 2. p. tit. 9. c. 6. §. 4. quod ſi amplius incēdat prælatus, non obligat, quia Act. 5. obedire oportet Deo magis, quam hominibus. quod affert D. Thom. ſup. [f] vt poteſt reus, ſed non tenetur. [g] Nauar. c. 25. nu. 31. c. inter verba, nu. 171. Ad. 4. de correct. col. 17. ad 2. Peña cum Caietan. 2. 2. q. 68. ar. 3. Couar. 1. Var. c. 11. ad fin. [h] Nau. c. 18. nu. 33. c. 12. nu. 21. c. iter verba, cōcl. 6. nu. 158. 258. Cord. ad Sotum, de ſecre. memb. 4. q. 2. poſt concl. 5. Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. vid. D. Tho ar. 1. ad 2. Angel. verb. familia. §. 8. Armil. §. 7. Sylu. §. 8. Tab. §. 5. cum Duran. Pedraza in 4. præcep.

CAP. XXVI.

DE [a] quo præcipuo cōfeſſarij officio Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 1. 6. can. 9 Bellarm. li. 3. de pœnit. c. 2. probat ex Patribus. [b] Inſ. ca. 31. c. omnes. 38. d. Trid. ſeſſ. 21. ref. c. 6. Toletan 8. c. 8. Ant. 3. p. tit. 17. c. 17. Caietan. verb. confeſſor. Sylu. confeſſor. 3. §. 2. Sot. d. 18. q. 4. ar. 3. fin. Petrus Soto tit. de cōfeſſio. lect. 2. 6. tit. de excommunicat. lect. 4. Nau. c. 4. nu. 2. & ſeq. c. 25. num. 133. c. 23. nu. 125. & in c. 1. §. caueat. de pœnit. diſt. 6. Fr. Med. lib. 1. c. 17. li. 2. c 7. & ſeq. Fr. Ludouic. 1. par. inſtru. c. 25. cum D. Tho. diſ. 21. in lit. & opuſcul. 65. Cord. caſ. 9. Diony. Carth. de regul. accuſ. ar. 6. Concil. Colonien. tit. de vita & moribus parochi. c. 1. 18. 21. & de ſciētia proordinibus Trid. ſeſ. 23. c. 1. 5. 7. 13. D. Th. ad dit. q. 36. 2. Doc. 4. d. 24. Alb. ar. 8. Sot. d. 25. q. 1. 4. col. 6. [c] Monent autores citati, obligari cōfeſſariū, vt ſciat ſaltē regulas cōes de reſtit. [d] ſup. c. 20. §. 11. Nau. c. 16. n. 2 & 7. c. 27 nu. 46. [e] Nau. c. 4. n. 2. §. caueat. n. 27. [f] Caiet. ver. confeſſor. [g] Sūmiſ. verb. aduocatus, iudex, medicus, & Nau. c. 25. dū explicat iſtorū oblōnes. [h] Nauar.

confeſſarius regularis[i] facile conſulit. idcirco religioſus ſacerdos per epiſcopum approbatus qui dubius de ſua ſufficientia iubetur a docto & pio prælato audire confeſſiones, deponens ſcrupulos obediat,[k] quando eſt mediocriter inſtructus: quia in dubiis potior eſt conditio prælati poſſidentis ſubditorum voluntates.[l] præſertim quando nouit opportune dubitare, & domi habet doctorem quem in dubiis conſulat: per quod non manet in periculo[m] probabili male abſoluendi pœnitentes. nec oportet ſcire exacte totam rationem peccatorum & circunſtantiarum, omnes excommunicationes vel irregularitates. ſed hic caueat ne ſit præceps dum rationabiliter dubitat, ſed conſulat libros & viros doctos. Sic enim Prætori nobili qui iura & leges neſcit, datur ſocius vice tenens, aut aſſeſſor vel coadiutor, cuius conſilio ritè præſtet officium. vbi penuria eſt ſacerdotum ſapientum ob tenuitatem curatorum beneficiorum & ſtipendij, vel quia habitat apud infideles, idoneus reputabitur parochus minus inſtructus[n] aut iunior ad audiendas etiam fœminarum cōfeſſiones: quia vrget officii neceſſitas.

3 Sciat in particulari quæ pertinent ad materiam & formam ſacramenti. 1. de materia pœnitentiæ, quæ ſunt peccata: ſciat regulas dignoſcendi quæ communiter ſunt mort. quot & quales ſint ſpecies & circunſtantiæ neceſſariç quæ cōmuniter occurrunt in quolibet prçcepto Dei, aut eccleſiæ: hçc enim ſunt materia neceſſaria abſolutionis. vt vero in genere dicamus, tūc eſt mort.[o] quando deliberate & in re graui fit contra prçcepta Dei vel eccleſię & maiorum: contra iotū vel conſcientiam: & generaliter contra caritatem Dei vel proximi. ſciat inſuper regulas quç docēt quibus modis fiat excuſatio à prçcepto & peccato mortali.[p] hoc enim eſt medicum ſcire diſcernere leprā à lepra, & ſpecies morborum: aut iudicem ſcire cauſas proprii fori: & qui alios docet, ne ignoret internū cōſenſum peccati mort. eſſe peccatum neceſſario confitendum:[q] & ſimiliter delectationem moroſam ob interpretatiuum conſenſum aut periculum: & alia ſimilia.

4 Pœnitens cum ſit non tantum reus accuſator & vindex ſui, ſed teſtis integer, credendum eſt pro ſe & contra ſe.[r] quod ſi non ſatis paratus accedat, tenetur confeſſarius ſupplere eius defectus interrogando[ſ] ſpecies peccatorum, numerū & circunſtantias neceſſarias peccati & peccatoris: ita tamen caute, vt interrogando pueros & ſimpliciores perſonas nō doceat facere ignota peccata.[t] deinde tenetur ſcire impedimenta abſolutionis quando ſit neganda vel differenda: quibus caſibus iteranda confeſſio:[u] quando reſtitutio & ſatisfactio proximis debeatur: quando defectu doloris & propoſiti taceat in ſtatu peccati & occaſione proxima recidendi.[x] quāta ſit eius iuriſdictio circa iſtum & caſus reſeruatos & excōionem.

5 Vt circa examen curare debet confeſſarius, ne ſit nimius neue diminutus in inquirendis peccatis: ita nec incautus in adhibendis remedijs:[y] aduertens quæ ſint capita præcipua & origo vitiorum, quibus pœnitens tenetur obſtrictus: ſciat infundere vinum iuſtitiæ, & oleum miſericordiæ: vt & ob vulnera doleat, & ſpe miſericordiæ cōfortetur. Si quando ei qui non eſt proprius paſtor occurrat pœnitens variis & difficilibus caſibus præpeditus, qui vix neceſſaria remedia ſuſtineat, ſciat prudenter ſe exonerare & ad alium confeſſarium cum beneuolentia & dexteritate mittat. & quamuis deinceps illius confeſſiones non excipiat, poſtquam tamen peccata audiuit, tenetur ſi non obſtet certum impedimentum, abſoluere,[z] vt ſacramētum perficiat, & ne pœnitens cogatur iterare cōfeſſionem habet enim ad hoc pœnitens ius.

6 Ne ſit nimis tenax in propria opinione: caueat facile dānare peccati mort. vbi in praxi ob validam rationem, vel autoritatem, probabilis eſſet pœnitentis opinio,[a] cui depoſita practice, ob aliquam circunſtantiam aut alterius poſſeſſionem propria ſentētia, confeſſarius ſe cōformare tenetur.[b] nec enim tenetur ſemper tutiorem ſententiam ſi rigidior ſit ſequi, ſed ſatis eſt tutam. at ſi parum tuta habeatur pęnitētis opinio, qui in propria cauſa cęcatus affectione, potius vult ſequi ſententiam ſibi fauentem: perpendat confeſſarius an interdum ſit relinquendus in ſua ignorantia cum bona fide: confeſſarius vero cū præter officium iudicis, ſit medicus, pater ſpiritualis, & pius aduocatus, debet benigniorem partem in dubiis ſequi in gratiam pœnitentis.

7 Si pœnitens dubitat de quibuſdam, an fuerint mort. & reſeruata: intendat confeſſarius abſoluere ab omni grauitate, quam re ipſa habent peccata: & in dubio, caſus nō præſumitur reſeruatus. ſi dubitat an pœnitens accedat recte diſpoſitus, puta cum integra confeſſione & debito dolore ac propoſito, non debet ſtante dubio abſoluere, niſi per diligentiam aut cōſultationem illud practice depoſuerit:[c] quod facile poteſt.

8 In pœnitentiarum iniunctione, poſtquam perſuaſerit magnas deberi ſuis delictis in præſenti, vel in purgatorio exoluendas pœnas: declinet in humaniorem partem,[d] ſecundum quod ratio perſonę, loci

---

Nauar. cap. 4. num. 4. & in ſimili. cap. 3. nume. 5. & 8. conc. Baſilien. ſeſſ. 31. & additio. citatio. ſeſſio. 32. pro differentia locorum requirit diuerſos confeſſores, cum maiori ſcientia citatio. B.
[i][k] In quo vera eſt regula Anton. ſupra Ledeſ. ſecunda parte, quæſtio. 8. articu. 2. dub. 18. Caiet. ver. confeſſor. Alber. diſtinct. 17. articu. 6. Frater Medin. lib. 1. cap. 5. & quamuis oppoſitum ſignificat Bonauen. diſtinct. 17. & Nauar. d. §. caueat. nu. 27. & c. 4. num. 5. vtrāque tamen ſententiam conciliat Syluest. confeſſor. 3. in in princ.
[l] Fatetur Nauar. cap. 4. num. 6. cum D. Thom. 2. 2. quæſtio. 104. 5. quæſtio. 73. 2. argum. 1. cum ſolut. Alexand. ſecunda par. quæſt. 183. m. 2. §. 2. Bonauen. in ſecunda diſtin. vlt. Areual. de correc. fol. 80. & 193. Anton. Paludan. Syluest. ſup. & ver. obedient. §. ſecundo. Cordu. caſu. 64. & lib. primo. qq. quæſtio. 43. dub. ſecundo, lib. 3. quæſt. 6. col. 3. facit Couar. ſecundo Variar. ca. 22. nume. 4. Pinel. ſecunda par. rubr. C. de reſcind. venditio. cap. 1. nume. 15. fin. ſic miles ſubditus dum manet dubius de iuſtitia belli, tenetur, militare pro ſuo principe. Recent. & Bañes. 2. 2. quæſtio. 40. primo, dubio quinto. Syluest. bellum. 3. Armil. § 4. 15.
[m] ſupra lib. 1. de pœnitent. capit. 24. §. 4.
[n] Nauar. cap. 4. nume. 4. Frater Medin. lib. primo. cap. 5. Concil. Baſileen. ſupra
[o]
[p] De quibus Diuus Thom. 1. 2. quæſtio. 74. quæſt. 88. articu. 5. & 6. & 2. 2. quæſt. 66. articu. 6. quæſtio. 59 artic. 4. quæ loca Mendoſe citat Nauar. cap. 11. num. 4. vid. cap. 17. num. 3. cap. 21. num. 2. cap. 25. num. 98. & late in præſud. 9. num. 10.
[q] Commun. Diuus Tho. 1. 2. quæſtio. 72. 7. quæſtio. 74. 7. Alexan. 3. par. in declarat. 10. Præcept. Bonauen. 2. diſt. 24. Nauar. cap. 11. num. 9. cap. 16. nu. 9. & 10. cum Anton. Maior. Caiet.
[r] Nauar. cap. 17. nu. num. 59. 250. fin. abij citat. ſunt. ſup.
[ſ] capite. 17. §. 5. lit. O.
[t] Gerſon. Nauar. ca. 5. num. 3. fin. Frater Medin. lib. 2. ca. 3. & lib. primo. ca. 18. Polan. Caietan. Tabien. & Angel. verb. interrog. §. 2.
[u] lib. 2. de pœnit. cap. 13. & 14.
[x] lib. primo. de pœn. capit. 24. §. 4.
[y] De his remediis conſule. ſum. virtutum & vitio. Polanc. in director. Nauar. c. 26. dictum eſt lib. 2. de pœnit. cap. 19.
[z] Medin. quæſt. de confeſſ. iterand. fol. 70. Syluestr. confeſſor. 3. § 7. Anton. 3. par. titu. 17. cap. 20. §. 2. Conrad. de cōtract. q. 100. diſtinguunt inter eum qui eſt paſtor, quia hic tenetur audire & abſoluere. ſecus ſi nō ſit paſtor. At auditis peccatis tenetur etiam non paſtor. infra fatetur Anton. 1. par. tit. 10. cap. 10. Soto. diſtin. 18. quæſtio. 2. articu. 5. Ledeſ. ſecunda par. q. 8. articu. 5. Nauar. edit. anni. 84. ca. 27. num. 280. 288. & in ca. ſi quis autem. de pœnit. diſt. 7. num. 16.
[a] Nauar. cap. 26. nume. 4. & d. eſt.
[b] Syluest. confeſſ. 5. §. 25. Cordu. caſ. 41. Nauar. c. 26. num. 5. c. 27. nume. 287. vt quia pęnitēs eſt poſſeſſor, aut habet aliam conditionem cui iura fauent.
[c] Deponit practice ſcrupulos vir prudens, dum agit contra illos.
[d] ſup. lib. 2. pœnit. cap. 19. Simanc. de cathol. inſtit. ca. 47. nu. 79. vid. c. 46. num. 84. c. 64. num. 60. Syluest. confeſſ. 4. §. 3. Medin. tract. 2. de confeſſ. fo. 99. Benaueote tract. de pœniten. & remiſſ. par. 4. Clemens lib. 2. cōſt. apoſtol. c. 12.

& temporis poſtulabe videtur, vt ſupra expoſitum eſt.

9 Si qui abſque decenti ſcientia ingerant ſe præter neceſſitatem ad audiendas confeſſiones, peccant mort.[e] ſicut & epiſcopus vel prælatus religionis qui illos exponit.[f] niſi forte pœnitens doctus ſit,[g] qui ſuppleat explicando rationem ſpeciei, reſtitutionis vel cenſuræ: aut ſi in periculo mortis excepit confeſſionem, cum non ſit alius.[h] vel ſi eos audiat, qui communiter nihil difficile habent. ſi quod vero difficilius incidat, nec per temporis anguſtias liceat diſcernere, aut conſulere ſapientem, ſatis eſt vt pœnitens ſit paratus facere, quod confeſſarius re melius expenſa & conſulta iudicauerit: vel quod vir ſapiens ad quem confeſſarius remittet, dixerit faciendum:[i] ſic enim diſpoſitus poteſt ſtatim abſolui. At qui ſponte ita ignorantem confeſſarium elegit, vt peccata eius & negotia quæ habet difficilia diſcernere nequeat, tenetur iterare confeſſionem:[k] niſi idonea cauſa excuſetur, vt ſupra dictum eſt.

CAP. XXVII.

De qualitate 4. Prudentiæ.

§. 1. *Vt iudex prudenter roget de circumſtantiis debitis.*

2 *De circunſtant. perſona, ſi nouit ſtatum coniugati, aut monialis, nihil roget.*

3. 4 *Moneat omnia honeſte dici: quando docebit veritatem, aut relinquet in ſua ignorantia.*

5 *Quid ſi fœmina ex ſcrupulo roget an reddet debitum?*

6 *Conformetur opinioni probabili pœnitentis.*

SEntẽtia iudicis abſque iuris prudentia fieri non debet. quã prudentiam virtutum parentem ſequi ſtudeat confeſſarius in eo foro, vbi eſt ſupremus vice Dei iudex, cuius ſententia per appellationem reparari non ſolet. petat à Spiritu ſancto[a] ea dona copioſius infuſa quibus illuſtratur intellectus, & diſcretionem ſpirituum: imprudẽs enim minus alium quam ſe gubernare poteſt. Primum circa examen peccatorum prudenter roget quæ veroſimiliter opinatur, aut dubitat omitti culpabiliter, iuxta cuiuſque ſtatum. Ne quærat anxie circunſtantias non neceſſarias, præſertim in ſexto mandato: & honeſtis vocibus curet obſcœna explicari,[b] rogans à longe gradatim: ne puer dicat, nec honeſta & inexperta fœmina pudefiat: non oportet explicare quæ comitantur principalem actum,[c] aut minutulos modos peccati, qui ſibi aut pœnitenti tentationem excitent. Fœminas communiter non blande ſed rigidius tractet: nec ſubtilem in ſingulis exquirat numerum,[d] ſed probabiliter æſtimatum, plus minus: & ſuperfluas narrationes reſecet.

2 Si ſtatum pœnitentis videtur noſſe, vt ex habitu religionis vel ordinis ſacri apparet vouiſſe continentiam: non oportet in ſexto mandato circunſtantiam voti explicari. Quare ſi nobilis virgo quæ matrẽ comitatur, vel ſi monialis confiteatur conſenſum ſolius voluntatis in actum turpem, præſumere prudenter poteſt eſſe virginem:[e] cuius peccatum mentis vel operis pertinet ad ſpeciem ſtupri: nec tenetur pudore illam afficere rogans an virgo hactenus permaneat? cum ex ſtatu & habitu illud ſatis coniectet: & periculum eſſe poſſit, vt illa erubeſcens mentiatur rogata: ſatius ergo videtur illam in bona fide ignorantiæ relinquere, quę nec mentitur, nec aliquid grauans ſcienter omittit: quàm cum periculo ſacrilegi mendacij lędere conſcientiam incauta inquiſitione.

3 Pręmoneat incautum pœnitentem, ne quid minus neceſſarium dicat, ex quo declaretur alienum peccatum etiam complicis, vt dictum eſt:[f] Nec aliena ab ętate, ſtatu, & officio cuiuſque roget:[g] vt monialem de rebus militum. Confeſſarius qui ſimul eſt pœnitentis doctor ex officio caritatis (vt generaliter Paſtor animarum epiſcopus, doctor eſſe debet) tenetur non tantum non decipere pœnitentes praua doctrina & malo conſilio, ſed ignorantes docere utiles veritates conſcientię: ſi tamen credat & ſperet ſe profuturum, & non ſequatur ſibi vel aliis aut pœnitenti graue incommodum.

4 Quando pęnitens in bona fide eſt ex ignorantia iuris pręſertim humani, vel ex ignorantia facti, nec malum vergit in damnum publicũ ſed priuatũ, nec eſt periculum ſcandali: vt quia putat ſe rite coniugatum abſque impedimento, vel non eſſe reſtitutioni obnoxium: tunc tacita veritate relinquendus eſt in bona fide,[h] quando veritatis detectio non prodeſſet,[i] ſed cum conſciẽtia exulcerata permanſurus pręſumitur in ſtatu damnationis: aut ſequitur graue ſcandalum.[k]

5 Quod ſi ex ſcrupulo fœmina roget an debitum reddet? quæ incerta eſt, de impedimento, quod tamen eſt notum confeſſario, ſic dicet ueritatem in generali, vxores tenentur reddere debitum maritis:[l] tu ergo ne ſine cauſa ſis ſcrupuloſa: vel dicat, reddere debitum:[m] quia per imperatiuum nihil falſi enuntiat, ſed mouet ad verum practice. nec ei mentitur ſi reſpõdeat, hic eſt tuus vir: nempe reputatione, vt Ioſeph dicebatur Pater Chriſti. At ſi ipſa mortaliter conſcien-

14. 22. vbi Turrianus: c. 18. & optime Chryſoſto. homil. 43. in Matth 13. habetur, cap. allegant. 26. quæſtio. vltima facit Gregor. Nazianz. orat. 16. Auguſt. epiſto. 159. ad Marcellinum. vid. Trident. ſeſſio. 14. capit. 8. cano 14. & 15.

e f [e f] Caiet. §. 1.

B. Nauar. cap. 4. nume. 2. & 5. Frater Medin. lib. primo

g cap. 5. [g] Nauar. ca. 4 num. 5. & 11 §. ca ueat. nume. 27. Ledeſ. ſecunda par. q. 8. articu. ſecundo, dub. 18. Caiet. ver. confeſſor. Albert.

h diſtin. 17. articu. 6. [h] Iidem autores, & Trident. ſeſſ. 14. capit. 7. in artic. mor. ait poſſe quemlibet ſacerdotem abſoluere ab omnib. peccatis, & cenſu-

i ris. [i] Nauar. capitu. 26. num. 5. Syluest.

k confeſſor. 3. §. 12. [k] ſupra lib. 2. de pœniten. cap. 14. Nauar. cap. 9. num. 9. Frater Alexan. lib. primo. tit. ſecundo, fin. cum Richar. diſtin. 17. arti. 3. quæſtio. 8.

CAP. XXVII.

a NAuar. [a] ca. 10. num. 1. Frater Medin. lib. ſecundo inſtruct. cap. 6. vt dicat in Pſal. 50. cor mũdum crea in me Deus. accedat in Spiritu Patris & lenitatis ad Galat. 6. & cap. 4 filioli quos iterũ parturio Roma. 9. optabam anathema eſſe à Chri

b ſto pro fratribus. [b] Nauar cap. 5. num. 9. cap. 11. num. 12. cap. 16. nume. 4. Caietan. verb. interrogat. in ſexto mandat. ibi Angel. Armil. Tabien Sylueſtr. confeſſor. 3. ad fin. Diuus Thom. quarta diſtinct. 16. quæſtio. 3. Bonau. diſtinct. 19. Polanc. in direct. Frater Alexan. lib. primo. titu. 4. ca. 5. ad finem Frater Medin. libro primo inſtruct. ca. 9. & bene catechiſ. Pij V. in ſexto præ

c cepto. [c] ſupra lib. 2. de pœniten. cap. 7.

d Nauar. c. 6. nu. 17. [d] Caiet. opuſc. tract. 5. de confeſs. quæſtio. 3. Victor. § 178 & ſequen. § 193. dicit pro numero no le ſa que eſ alma. Ledeſ. ſecunda par. quæſtio. 8. articu. 2. dub. primo, Nauar. capit. 6. num. 14. & tamen pœnitens tenetur per ſe confiteri omnia & ſingula peccata mort. vt ait concil. Lateran. cap. omnis. & Triden. ſeſſ. 14. cap. 5.

e & can. 7. [e] Vt dict. lib. 2. de pœniten.

f cap. 8. [f] ſupra lib. ſecundo de pœnit. cap. 8. Nauar. cap. 7. nume. 2. cum Bonauen. diſtinct. 21. quæſtio. 1. articu. 3.

g [g] Nauar. ca. 5. num. 3. Medi. lib. 2. ca. 3. Caietan Angel. & Tabien. verb. inter-

h rogat. [h] Sot. diſtin. 18. quæſtio. 2. artic. 4. fin. Petr. Sot. tit. de conf. lect. 10. Cano relect. de pœni. p. 5. Aug. c. ſi quis autem de pœniten. diſtin. 7, vbi Nauar. num. 66. & ca. 22. num. 83. (quod autem Innocen. in ca. quia circa de conſanguin. & affin. dicit: bene exponunt Nauar. & Couar. 2. par. ſponſ. ca. 6. §. 10. num. 15.) Cordub. lib. 1. qq. quæſt. 11. Adria. infra Medin. quæſt. de confeſ. di

i mat. fol. 70. [i] Correctio, cum per ſe ordinetur in priuatum bonum fratris, non obligat niſi ſit ſpes quod proderit hunc, & non oberit. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 33. articu. 2. Soto lib. 5. iuſt. quæſtio. 6. articu. 2. conclu. 4. & relect. ſecret. m. 2. quæſt. 2. con. 4. vbi Cordub. & quæſt. 4. conc. 6. Caiet. ver. correct. Adria. de correct. Gabrie. in cano. lectio. 74. Syluest. de nuntiatio. §. 4. Nauar. cap. 24. nu. 12. & Hiſpa. nume. 12. Aſten. lib. 2. titu. 6. articu. quarto, nec obligat cum periculo damni grauis proprij, vel alieni.

k [k] Doct. ſupra quia ſequitur damnum

l alienum. [l] Sot. diſt. 18. quæſt. 2. articu.

m 4. ad fin. [m] Pena,

&

tia, quærit ex ignorantia iuris culpabili: tenetur confeſſor dicere veritatem prudenter, [n] quantum ſatis eſt interrogationi: vt ſi coniugatus qui habet votum continentiæ roget an poſſit reddere debitũ? affirmet: nec addat ei, non licere petere debitum. Et tamen contingere poteſt, vt reſponſione Doctoris etiam falſa, conſtituatur pœnitens in bona fide, dum authoritate docti motus pœnitens adhæret opinionibus minus conuenientibus, [o] vt de pluralitate beneficiorum iure incompatibilium ſine cauſa diſpenſatus.

6 Conſulat cõfeſſarius tutiorem & viciniorem ſaluti ſententiam: præſertim circa ea quæ à doctis dicuntur media neceſſaria ad ſalutẽ. [p] ſed ſi pœnitẽs ſequatur opinionem in praxi probabilem, quamuis confeſſarius eam ſponte non debeat cõſulere, [q] quando oppoſitum opinatur eſſe longe probabilius: tenetur tamen opinioni pœnitentis conformari, [r] vt illum abſoluat.

& Recent. [n] [o] Caueat ne vt imperitus chirurgus, incaute magis ſauciet & noceat quã proſit. [p] Inf. lib. de fine homin. vide de fide explicita Chriſti, de formali dolore pœnitentiæ, cum formali propoſito emẽdationis, de recipiẽdo ſacramentum baptiſmi, pœnitentiæ, & euchariſtiæ, iure, ſi commode poteſt. & vt reſtituat & ſatisfaciat proximo & ſimilia. vide Petr. Nauar. lib. 1. de reſt. c. 1. dub. 2. 2. num. 8. [q] d. eſt ſup. ſi conſuleret idem vir doctus, cõtra id quod dum publice prælegit aut prædicauit, docuerat firmiter, vt longe probabilius, faceret cõtra conſcientiam: vt facit Iudex qui fert ſententiam in cauſa minus probabili pro amico Caieta. cum D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 5. Sotu lib. 3. iuſt. q. 4. ar. 5. ſic conſultor in Capitulo, & in cenſura, & de qualitate propoſitionum, ſincere dicat, quod probabilius eſſe ſentit Cordu. lib. 3. qq. q. 9. ad tertium. Aduocatus tamen poteſt pro parte ferre patrocinium, quamuis reputet habere ius minus quidem, ſed vere probabile. Nauar. ca. 25. num. 19. relinquens reſolutionem ſententiæ iudici iuxta probationes quæ in proceſſu litis apparebũt. [r] Sot. d. 18. quæſt. 4. ar. 5. fin. Ledeſ. 2. p. quæſt. 8. art. 4. dub. 7. & 8. Victor. §. 177. Palu. Adria. Anton Mercad. li. 1. de contract. ca. 5. Frat. Medin. 1. 2. q. 19. ar. 6. propendet Sylu. Nauar. d. cap. ſi quis autem. num. 66. vid. nu 75.

CAP. XXVIII.

Quomodo ſapiens & prudens confeſſarius docebit ignorantes.

§. 1. *De quibus confeſſarius docebit pœnitentem?*

2 *Quomodo breuiter inſtruet de doctrina Chriſtiana.*

3 *Sciat accommodare remedia: & quãdo differenda ſit communio?*

4 *Sinat pœnitẽtem ſponte dicere etiam abſque ordine: & interſerat, de numero aut ſpecie peccati.*

5 *Et ſeq. Quomodo breui interrogatorio iuuabit memoriam pœnitentis?*

7 *In principio ne roget multa, ſed neceſſaria.*

SI ignoret pęnitens aliquid quod parat facere, & alias fecit, eſſe peccatum mortale communiter docẽdus eſt à confeſſario quia Doctor eſt: vt de reſidentia perſonali in beneficio curato, aut quando ſine ea obtinuit diſpenſationem non reſidendi, aut ſi ruſticus ignoret fornicationem eſſe contra ius naturæ [a] aut alia ex quibus ſequitur periculum ſcandali. [b] 2. eſt docendus quando ex conſcientia erronea putat aliquid eſſe peccatum mortale quod non eſt, [c] ob quod exponitur periculo peccati.

2 Si ignorat res neceſſarias, vt articulos fidei, præcepta decalogi & eccleſiæ, & obligationes quæ ad eius ſtatum & officium pertinent: debet confeſſarius tãquam doctor ſtatum inſtruere: niſi expediat pœnitentem mittere ad alium, vt ab eo doceatur.

3 Quæ pertinent ad doctrinam Chriſtianam poteſt hoc breui compendio docere ignorantem. ¶ Primum vt ſciat orare & quid teneatur operari & recipere: quod continetur in oratione dominica, mandatis & ſacramentis. 2. quæ quiſque expreſſe credere debet, his fere punctis continentur. 1. quod ſit ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium? nempe Trinitatem eſſe tres perſonas diſtinctas, quarum vna non eſt alia: & tamen omnes ſunt vnicus verus Deus. id quod confitetur dũ ſeipſum ſignat. 2. quis ſit Chriſtus Ieſus Dominus noſter? nempe eſſe filium & ſecũdam Trinitatis perſonam, qui verus Deus eſt & homo: & qui natus & mortuus eſt, & reſurrexit, &c. propter noſtram ſalutem. 3. in diuino altaris ſacramento ſub ſpeciebus hoſtiæ & intra calicem ſub ſpeciebus vini, eſſe verum totum & integrum Chriſtum. 4. eccleſiam catholicam eſſe congregationem fidelium Chriſtianorum, qui tenent quidquid ſancta Romana eccleſia credit & tenet.

3 Si de rebus quoquo modo ad ſigillum pertinentibus etiam indirecte & a remotis rogetur: habeat cautiſſimam reſpõſionem, quæ nullam generet ſuſpicionem auditi peccati: & in ore habeat, nihil omnino ſcio, feci officium meũ. 2. abundet prudentibus remedijs pro qualitate morborum, non tantum ad excitandum contritionis dolorem de offenſis Dei præteritis propter Deum ſumme dilectum: ſed maxime vt prouidus curet futurã emendationem vitæ, & inducat vt firmo propoſito ſtatuat ſe cum Dei auxilio numquam amplius peccaturum mortaliter ꝙ vt re ipſa exequatur, curet præſcindere cum pœnitentia medicinali & præſeruatiua pro varia morborum, & perſonarum qualitate, capita hydræ, & vitiorũ principalium radices, ne renaſcantur, remouendo propinquas occaſiones, quamuis ſint ſibi in temporalibus perutiles: Chriſtus enim docet, oculum eſſe eruendum, & manum præſcindendam. differat interdum ſuauiter beneficium abſolutionis, vt interim probetur & aſſueſcat bonæ conſuetudini uirtutis: vel certe differat communionem ſacram, quouſque magis ſedato poſt peccatorũ vomitum ſtomacho, præparetur ut deuotius accedat ad puriſſimam Chriſti menſam. Hic confeſſarii ſcopus & fructus eſſe debet, vt iuxta Dan. 9. auferatur peccatum præteritum, & impediatur futurum: qui & fuit finis & fructus incarnationis, & paſſionis Chriſti, dum merita ſua nobis applicat per ſalutaria ſacramenta, & per bona opera noſtra, vt dictum eſt,

4 Ad prudentem praxim hoc fere ordine procedere poteſt, poſtquam nouit pœnitentem ad ſuam iuriſdictionẽ pertinere. 1. vt dicat peccata hortetur: & ſinat craſſo & modo & ſine ordine dicere peccata, quorum habet conſcientiam. ſolet enim dicere grauiora ex quibus confeſſarius coniectabit, de qua re magis inquirendum ſit, & quæ reo fuerit præcipua peccatorum radix. 2. dicentem ne moleſte & importune interrumpat: interdum tamen breuem interrogationem ſubiiciat, puta de numero, quoties fecerit: de ſpecie & circunſtantiis neceſſariis, an ſolutam vel coniugatam concupierit, ex quo tempore aſſuetus eſt tali peccato concubinatus vel inimicitiæ, &

quoties

CAP. XXVIII.

[a] SOto [a] lib. 1. iuſt. quæſt. 4. artic. 5. ad fin. & art. 4. & q. 3. ar. 4. ad primum. lib. 2. quæſt. 1. ar. 3. e. fin. lib. 5. q. 3. art. 3. col. 5. & ſuper id Roman. 7. ego autem viuebam ſine lege: admittit dari apud valde ruſticos excuſantem ignorãtiam de fornicatione ſimplici, vid. D. Thom. 1. 2. quæſt. 94. artic. 6. & quæſtio. 103. artic. 4. ad tertium. Specul. cõiug. 2. par. articu. 7. & 22. & 3. par. art. 15. At raro reperitur ea ignorantia. [b] De his quę ſunt cõtra ius naturæ negat excuſari, Adria. in 4. de confeſſio. quæſtio. 5. dub. 7. & quodlib. 5. artic. 2. admittit vero in iis quę pertinẽt ad ius diuinum poſitiuũ, de quibus exponit Ambroſ. ſermo. 83. Gregor. lib. 1. epiſt. 33. habetur. c. Epheſiis. 43. d. At interdum relinquendus eſt ĩ bona fide ignorantiæ, vt ſi natus in India veniens in Hiſpaniã duxit eã quam ignorat eſſe ſemi ſororem; aut fœmina quæ putauit priorem maritũ obiiſſe, nupſit alteri, eſt ſtatus contra ius naturæ, & tamẽ confeſſarios id ſciẽs debet interdum relinquere in bona fide: ita affirmarũt in hoc caſu conſulti multi Patres, dũ eſſent in Concilio Trident. [c] Vt ruſtici putant peccatum ſumere iẽtaculum in feſto ante miſſam, & ſimilia.

quoties eo tempore interrupit voluntatem. Hæc ideo addat ne peccata quæ vix præ verecundia reus ſemel expreſſit, faciat poſtea repetere noua interrogatione de numero, & circunſtantiis. vbi opus eſt præmoueat ne quid obiter dicat minus neceſſarium de aliis perſonis aut complicibus, quod illorum famam vel leuiter lædere poſſit. & multo minus licet curioſe id interrogare, vt explicatū eſt. ſi quid grauiſſimum audiet, ne oſtendat ſe mirari: ſed nec hoc vel aliud ſtatim carpat, quia forte deterritus pœnitens ſilebit alia peccata: ſed ad finem confeſſionis id præſtabit.

5 Habeat in memoria breue & ordine diſpoſitum interrogatorium de ſpeciebus & circunſtantiis quæ communiter contingunt in ſingulis decalogi præceptis: ita vt ſub ſexto & ſeptimo mandato comprehendat nonum & decimum, ad quæ facile reduci poſſunt præcepta eccleſiæ & Maiorum, & reliquæ obligationes ſtatuum cuiuſque.

6 Si forte adiutus per confeſſarii diligentem examinationem deprehendatur pœnitens indigere adhuc longiori tempore, vt recogitet multa peccatorum genera, & negotia, præſertim quæ habent annexas cenſuras inhabilitateſque beneficii aut officii & reſtituēdi obligationem, in hunc modum. Doceat pœnitentem diſcurrere ad memoriæ ſubſidium. Primum, per tempora ætatis ſi generalem confeſsionem inſtituat, ut pueritiæ & iuuentutis. 2. per varios ſtatus & officia, vt ſi fœmina coluit ante coniugium, vitam cœlibem virginum: ſi vir uxore mortua initiatus eſt ſacris, & obtinuit curatum, aut factus eſt religioſus. 3. conſideret diuerſam ſui diſpoſitionem quo tempore fuit ſanus uel infirmus, in proſperis, vel aduerſis. 4. loca, in qua regione verſatus eſt, cum quibus vicinis, & in qua domo conuerſatus. 5. ſpecialius recolat perſonas, ſi fuit in collegio, & in bona ſocietate, aut mala. tandem examinet quid cum pleriſque ex his perſonis tractauerit: & peccata cordis, oris, aut operis quæ deprehendit, reducat in ordinem decalogi, ſubiiciens ſingulis ſpeciebus probabilem circiter numerum.

7 Dum interrogat ordine pœnitentem, ne moretur in veſtibulo multa rogitans, quæ opportunius inter mandata quæruntur: vt de ſtatu peccati, & proxima occaſione, de doctrina Chriſtiana & ſimilibus: ſatis eſt vt ante mandata præmittat paucas præambulas interrogationes. Deinde in ſingulis mandatis breuiter roget ſpeciem generalem: quam ſi neget, non oportet deſcendere ad ſpecialia: vt ſi nunquam habuit turpem conſenſum, aut tactum ſui impudicum, longe abeſſe creditur a turpi opere: & tamen rudiores interdum confitentur peccata operis, qui negant peccata ſolius conſenſus.

CAP. XXIX.

Breue interrogatorium cum præambulis: & præcepta reduci ad octo capita.

DVm longi temporis confeſſionem audit, expedit à principio interrogare penitentem de quinque præambulis. [Summiſt. verbo interrogat. Caiet. Angel. Tabien. Nauar. c. 5. & c. 10. num. 3. cap. conſideret. de pœnit. diſt. 6. num. 6. Polan. in director. Frat. Medin. lib. ſecundo. cap. 7. lib. 1. cap. 18. Frat. Ludou. 1. par. inſtruct. cap. 39.] Primo, an ſe præparauit ad hanc confeſsionem: & ex quo tempore non fuit confeſſus. 2. an recepit ſacramentum confeſsionis & communionis in paſcha, impleuitque pœnitentiam iniunctam. 3. ſi habet excommunicationem aut caſum reſeruatum. 4. ſi habet ſcrupulum de præteritis confeſſionibus, vt propter defectum integritatis aut aliam cauſam eas repetere debeat. 5. quem ſtatum habeat: an ſit clericus vel coniugatus.

In primo præcepto decalogi quatuor inquiri poſſunt. 1. De parua præparatione. 2. De amore Dei & proximorum, & præceptis quibuſdam affirmatiuis in genere, quæ pertinent ad cultum Dei: & de ignorantia doctrinæ Chriſtianæ, obligationeque proprii ſtatus. 3. ſi quid habeat contra ea quæ fide credit, aut contra ſpem. 4. ſi habuit ſuperſtitionem aut abuſum contra religionem Chriſtianam.

In ſecundo præcepto alia quatuor. 1. ſi affirmauit cum iuramento aliquod mendacium contra veritatem quam nouerat: vel affirmans de quo dubitat vel promiſit bonum aut malum abſque intentione implendi. Deinde quærat an mendacium fuerit in proximi præiudicium, vel in iudicio. 2. ſi quid iuramento vel voto etiam pœnali promiſit de re bona & graui, an ſua culpa non adimpleuerit. 3. ſi iuramento vel uoto promiſit facere id quod eſt peccatum mort. commiſsionis vel omiſsionis: nempe facere malum, vel non facere bonum aliquod præcepti. 4. an blaſphemiam dixerit: vt nō credo in Deum, pœniteat Deum, per vitam Dei.

In tertio præcepto. 1. Si violauit feſta opere ſeruili, vel alio prohibito per eccleſiam, per notabile tempus. 2. ſi in feſtis miſſam ſine rationabili cauſa omiſit totam, aut partem eius notabilem, vel cum magna diſtractione confabulando. 3. ſi cauſa fuit vt alter labore, vel miſſæ omiſsione frangeret hoc præceptum. 4. de præcepto ieiunii, cum haberet viginti unum annos completos: ſubiiciat, an diebus ieiunii uſus eſt ouis & aliis cibis prohibitis abſque morbo, aut priuilegio. ſed in feriis ſextis per annum ubi iura non prohibent oua & lacticinia, perpendat an conſuetudo regionis obliget. Addat ſi in morbo comedit aliqua cum notabili damno: ſi quando inebriatus eſt.

In quarto præcepto. 1. ſi dehoneſtauit parentes, aut maiores: dixit eis graue uerbum: non ſuccurrit in graui neceſsitate. 2. ſi eis nō obediuit, cum præcepto aut lege aliquid graue iubebatur. 3. Pater & ſuperior, Rex, Epiſcopus, iudex habeat curam familiæ ſubditorum & proprii officii.

In quinto præcepto. 1. ſi optauit mortem, uulnera, infamiam, uel aliud graue malum ſibi ipſi: aut expoſuit ſe periculo illius. ſi hæc ipſa optauit aliis: ut ſi ex auara ſiti ſuccedendi in hereditatem, congauderet de morte patris uel fratris primogeniti: ut ex inuidia dolet de proſperitate alterius eiuſdem officii, ſi inimicitias geſsit: & quanto tempore cum ſcandalo negauit colloquium; & reſalutationē inimico: ſi delectationem moroſam habuit cogitans de uindicta facta uel futura. ſi ex ira protulit minas & uerba contumeliæ grauis, etiam per irriſionem. 3. ſi occidit, percuſsit, uel iniecit manus in alterum. ſi mater infantē quem lecto tenebat oppreſsit. ſi fuit cauſa aborſus ante animationem fœtus, uel poſtea. perpendat damnum illatum occiſo, qui familiam ſuſtentabat. ſi contra parentem, uel miniſtrum iuſtitiæ: ſeu in clericum etiam primæ tonſuræ, uel religioſum manum admouit, per quod ſit excommunicatus. 4. ſi ex omiſsione eleemoſynæ uel curationis, aut iudex quia non cuſtodiuit urbem, fuit cauſa mortis, uel grauis damni corporalis: iudex tenetur læſis ſatisfacere damna ab aliis illata, ob eius grauem negligentiam. 5. huc reducat, ſi ſcandalo fuit cauſa mortis ſpiritualis, per inductionem illius ad peccatum etiam indirecte, qui paratus non erat.

In ſexto præcepto. A longe incipiet quærere. ſi habuit turpem cogitationē cum cōſenſu: deinde an proceſſit ulterius ad tactum vel opera. ne ſit nimius circa minus neceſſaria, contentus ſcire ſubſtantiam ſpeciei, & circunſtantias neceſſarias: vtatur verbis honeſtis.

Cum

Cum ergo reperit opera, ſic incipiat. 1. ſi habuit rem cũ fœminis. ne ſigillatim permittat fœminas aut actus confiteri, ſed vno uerbo ita dicat: ter cognoui duas fœminas vel plures: ſemel ſolutam, & intra eccleſiam: bis coniugatam. Diſcurrat per ſpecies, ſi cognata, virgo, voto religionis aut caſtitatis conſecrata. Si contra naturam. 1. vir cum viro habet rem: fœmina cũ alta fœmina ſumpto etiam inſtrumento. 2. vir cum fœmina extra vas naturale: quamuis illa ſit propria vxor. ſed boc minorem horrorem incunt, ſi ab alus in lecto ſic coniungi videantur: ſolet enim vir fœminam à tergo cognoſcere, fed intra uas naturale. nec oportet deſcendere ad modum vel locum corporis in eo contactu. 3. ſi beſtialis factus eſt cum bruto animali, non exprimat ſpeciem animalis, vel locum corporis: cum in genere moris ſint eiuſdem ſpeciei commiſceri animalibus diuerſarum ſpecierum. 4. ſi cum diabolo incubo aut ſuccubo: quod vix fiet abſque aliquali pacto contra religionem. & contingit varijs modis, vt ſi vir cum diabolo habente figuram fœminæ, an viri, vel bruti commiſceatur. Si nocte integra dormiẽs cum fœmina bis aut ter eam cognouit, dicta ſubſtantia operis, ne explicet actus communiter ante aut poſteà opus principale comitantes, vt oſcula & tactus impudicos. 2. mollities in ſeipſo dicitur contra ordinem naturæ: au habuit uoluntariam pollutionem in vigilia: aut in ea vna pollutione concupiuit fœminam coniugatam, vel alterius ſtatus, vel multas ſimul. ſi pollutio ùirt facta eſt cum prouocatione & tactu alterius, & mutuo ſe prouocat unt. ſi in ſomnis paſſus eſt pollutionem ex præuia cauſa mortali: an experge factus complacuit de illa. 3. ſi habuit deliberatum conſenſum peccandi cum fœmina coniugata, vel virgine, &c. ſi tamen ſtatum fœminæ non aduertebat, ſatis eſt in generali numerum cogitationum fateri. ſi inſecutus eſt fœminam diu, quærat an peruenit ad tactum impudicum: vel ad verba, quibus cum ſcandalo induxit non paratam. ſi ornatu, muſica, muneribus, nutu, àſpectu, deambulatione in malum finem placendi & prouocandi ordinatis, vſus eſt. ſi memor occaſionis prætcritæ pœnitet non peccaſſe, aut aduertens cõplacet cum delectatione moroſa de turpi cogitatione. gaudet lectione librorum impudicorum, quia turpiter prouocatur. ſi optauit ſe concupiſci à fœminis: & in hũc finem ornauit ſe, &c. 4. ſi uir inter viros praua intentione complacet de ſermone turpi. ſi ſe iactauit de huiuſmodi peccatis. ſi vſus eſt internuntio, per quem miſit nuntium, epiſtolam, munera: & an hæc miſit pro coniugata vel virgine, &c. ſi dedit domum, fuit ſocius, conſiliarius uel internuntius pro alio. 5. à cõiugatis ne quærat minus neceſſaria, quæ prouocent tentationem. ſed 1. ſi negauit debitum coniugale abſque cauſa. 2. ſi petiuit debitum cum haberet impedimentum ſuperuenientis affinitatis, cognationis, vel uoti caſtitatis. 3. ſi eam cognouit præter modum ordinarium, & uas naturale. 4. ſi tactibus præſertim laſciuis & impudicis uxoris, ſe exponit frequenti periculo pollutionis, extra actum matrimonialem.

In ſeptimo præcepto. 1. ſi furatus eſt rem alienam grandioris quantitatis: quamuis à proprio parente, vel intulit notabile damnum. aduertat ſi ab alus confeſſarijs iuſſus eſt reſtituere, & differat abſolutionem communiter. Grauius eſt per rapinam & vim capere aliena: aut etiã ſua, à quieto poſſeſſore, quando aliter recuperare facile poſſet. 2. ſi non ſoluit debita uel damna illicita. ſi non reſtituit ordine debito ſecundum iura & conſuetudinem, præferens eum qui habet antiquiorem hypothecam. Huc reducitur ſoluere decimas & primitias integre: & tributa debita. adimplere teſtamenta parẽtis vel alterius. 3. ſi concupiuit ſuſſurari aliena, vel retinete cum domini damno. propenſus vero in furta, qui concupiuit uarias res diuerſi ualoris, ſat eſt ut confiteatur numerum mortaliũ non explicata quantitate rerum. ſed quando re ipſa nocuit, explicet quantitatem operum, propter obligationem reſtitutionis. 4. ſi verbo, conſilio, uel auxilio fuit cauſa damni notabilis. Huc pertinet fraus in emendo vel uendendo. 5. ſi ludo aſſuetus eſt in uotabili quantitate contra proprium ſtatum. ſi in ludo fraudibus vſus eſt, aut importunis precibus ſeu minis induxit ad ludum, præſertim filios familias, quales ſunt ſcholaſtici: vel induxit alios quibus non permittitur facere contractus.

In octauo præcepto. 1. ſi falſum teſtimonium dixit: & grauius eſt in iudicio, vbi ſub iuramento fit teſtificatio. ſi vocatus & rogatus ſpecialiter à iudice legitime, vel generaliter per edictum ſub excommunicatione tacuit: & fuit cauſa damni, tenetur ſatiſfacere niſi cauſa iuſta excuſet. vbi uero reus vel teſtis contra ius rogatur, ſub cautela reſpondere licet tacita ueritate: quamuis hinc decipiatur iudex. 2. murmurano cum pernicioſo mendacio, ſeu detractio de honore, vel infamiam occultam manifeſtans alterius: vel eſſe cauſam murmurationis, quando auſcultat ſine cauſa: ſi hac ratione ſeminat diſcordias & inimicitias. Huc pertinet, ſi ſe iactauit de peccato turpi, aut de vindicta: præſertim exprimendo perſonam. 3. ſi abſque cauſa aperuit ſecreta notabilia peccati, aut generis infamis, vel ſecretum Capituli aut collegii quod iuramento adſtrictus erat cuſtodire. ſi aperuit alienas literas reputans in illis contineri aliquid graue. qui uero infamiam ſed occultam contra ius & caritatem aperuit, prudenter ſatiſfaciat: nec tamen tenetur dicere ſe mentitum fuiſſe. ſecretum vero ſigilli confeſſionis ex nulla cauſa abſque pœnitentis licentia reuelari poteſt. Reliqua ſecreta quamuis iurata non obligant in præiudicium boni communis. 4. ſi temere iudicauit graue malum abſque cauſa de alio: maxime ſi alus reuelet cum damno proximi. Iuſpicio grauiſſima de exemplari & probatiſſimo uiro, interdum eſt mort. præſertim ſi alus qui eam credunt leuibus indicijs explicetur.

Vltimo, circa proprium ſtatum & officium quærat. 1. an ſciat neceſſaria: an ſit negligens ut proprias obligatiónes impleat, quæ ſunt uariæ pro ratione ſtatus. 2. an aliquid amplius in memoria teneat, quod grauet eius conſcientiá. generaliter ſe accuſet offendiſſe Deum ſuis ſenſibus & potentijs defeciſſe circa opera miſericordiæ, & multa præcepta affirmatiua uirtutum, quorum tempus in quo obligant facile non ſcitur, quæ omnia poſſent à principio confeſsionis referri, vt de actibus fidei, ſpei & caritatis: de humilitate, pœnitentia, conuerſione in Deum tempore uſus rationis, de religione qua debuit interius & exterius Deum reuereri, & gratias agere pro beneficijs, quibus ingratus ſæpe reincidit in peccata: De oratione qua petere debuit auxilium in graui tentatione. de periculo peccati cui ſæpe ſe expoſuit negligenter, uel fecit quædam de quibus dubitare debuit an eſſent mort. & quædam contra grauem remorſum conſcientiæ. addat tandem. me accuſo de omni alia re in qua Deum offendi, uel fui cauſa ut alter offenderet. De ijs omnibus peccatis & circunſtantijs me accuſo eo modo & ea grauitate ut Deus melius nouit me peccaſſe.

CAP. XXX.

Appendix interrogatorij pro ſtatibus circa præceptum. 3. 5. & 7.

§. 1. ¶ *De clericis, & beneficiarijs.*
2 *De alijs circa ſacramenta, officia diuina, & locum ſacrum.*
3 *Pro quinto præcepto, de miniſtris iuſtitiæ, de bello, & medico.*
4 *Pro ſeptimo præcepto de emptione & venditione, & alijs contract.*
6 *De tutore, teſtamentario, iudice, & cuſtode.*
7 *De dominis, & famulis, & venatione columbario, tributis.*

1. In tertio præcepto, pro clericis.

1. ſi miniſtrauit ſolenniter ſacramentum aliquod cũ conſcientia peccati mortal. 2. ſi parochus petẽtibus ouibus, opportunis anni temporibus non miniſtrauit ſacramenta confeſſionis, communionis, & vnctionis. 3. ſi non dixit tot, & tales miſſas, in tali templo & altari, ſicut tenebãtur ratione beneficij, capellaniæ, aut pitantiæ. 4. ſi nõ applicauit valorem debitum miſſæ ei quem debuit. 5. ſi fecit notabilem defectũ in celebratione miſſæ circa eius ſubſtantiam & ceremonias. 6. ſi omiſit recitare horas canonicas, & implere alias obligationes ſui officij. 7. ſi exercuit officia iure prohibita.

Circa reliquos. 1. ſi recepit aliquod ſacramentum vt cõfirmationis aut matrimonii cum conſcientia peccati mort. abſque præuia contritione. ſi ante communionem aut celebrationem non præceſſit cõfeſſio mortalium, dum habebat copiam confeſſarij, nec vrgebat cauſa excuſans. 2. ſi excommunicatus affuit miſſæ vel officiis diuinis, vel recepit aliquod ſacramentum cum eſſet ab iis prohibitus. 3. ſi quid fecit contra reuerentiam loci ſacri: nempe ſi in illo effudit voluntarie ſemen, vel ſanguinem humanum iniuſte, per quod de ſe polluitur eccleſia: ſi ſuffuratus eſt aliquid de loco ſacro, quod erat ſub eius cuſtodia, eſt ſacrilegium, vt furtum rei ſacræ: ſi contra eccleſiæ immunitatem extraxit reum eius priuilegio fruentem.

Pro quinto præcepto, de miniſtris iuſtitiæ. 1. vt iudex ſi per negligẽtiam ſit cauſa mortis, vel damni corporalis. 2. ſi abſque cauſa damnauit ad carcerem, aut pœnam corporalem. idem de aliis miniſtris iuſtitiæ, dux vel miles ſi iuit ad bellum ſcienter iniuſtum, vel damna intulit finitimis contra iura belli. ſi medicus in graui neceſſitate non medetur pauperibus gratis: ſi aduocatus pauperibus non præbet ſimile patrocinium.

Pro ſeptimo mandato. 1. mercator ſi fraudem fecit in emẽdo vel vendendo circa ſubſtantiam, vt fallaces merces pro veris: circa qualitatem, vt corruptas & cum defectu occulto. aut circa quantitatem rei, ſi vſus eſt falſo pondere vel menſura. 2. ſi fecit monopolion: & qui abſcondunt frumenta vt carius vendant. 3. ſi contractum de quo dubius erat an eſſet vſura, aut iniquæ ſocietatis: vt ſi vendens pecunia credita, mutuans vel per cambium illicitum recipit lucrum. huc reducitur prauus cõtractus de cenſu: vel de pretio ſimoniæ exterioris vtrinque completæ, cuius non transfertur dominium.

4. Emptor. Si ex fraude minuit pretiũ: ſi vſus eſt adulterina moneta, vel nimis diminuta, licet ab aliis fuerit deceptus. ſi hic aut debitor vel fideiuſſor fraudat creditorem, quia differt vel negat ſolutionem debiti. ſi emit quod videbatur furto ſublatũ à viro ſuſpecto, vt quando ille noctu clanculum vendebat: vel cum eſſet ſeruus vel filius familias: hic enim tenetur poſtea inquirere an res fuerit furtiua.

5. Si quid illicitum fecit in alijs contractibus. Vt depoſiti, commodati, locati, in pignore & hypoteca: adde ſi exactor pignus vitæ neceſſarium exigat ab impotente: de fideiuſſione, iure emphyteutico, feudo, tranſactione ſeu compromiſſione. denouatione, id eſt, quando accepiat vt unus pro altero debitore ſubrogetur æquali obligatione: de pactis, promiſſione & uerborum obligatione & ſimilibus.

De clericis & beneficiarijs. 1. de ſimonia exterius completa: quia tenetur reſignare beneficium, ſicut & alter reſtituere pretium. 2. ſi non fecit fructus ſuos, ex eo quod non reſedit perſonaliter in beneficio curato. vel quia non recitauit horas canonicas, cum haberet beneficium etiam patrimoniale, vel non recitauit horas B. Mariæ cum haberet penſionem titulo clericali. ſi excommunicatus manet in mora & contumacia, aut ſuſpenſus à beneficio quamuis in mora non ſit, recepit fructus beneficii: nec enim poteſt, ſi aliunde habet unde honeſte ſuſtentet ſe & ſuos. 3. ſi canonicus qui defuit debitis horis recepit diſtributiones amiſſas, quamuis ſocii faciant remiſſionem aut colluſionem. 4. confeſſarius ſi per craſſam ignorantiam cauſa fuit ut pœnitens alioquin paratus nõ reſtituat. 5. elector uel præſentator qui prouidet beneficium aut officium indigno noto, tenetur damnum ſatisfacere ſaltem eccleſiæ læſæ uel reipub. ſi uero dignum eligit præ alio notabiliter digniori, dum per concurſum prouidentur curata, uel canonicatus, elector eccleſiaſticus peccat mort. 6. ſi per uim uel fraudem impedit hominem à iure prætendendi beneficium, uel à libertate petendi eleemoſynam dari ſolitam, tenetur reſtituere damnum. ſicut & in ſeq.

Tutor vel curator. 1. qui pecuniam pupilli non auxit licito contractu. 2. teſtamentarius qui non ſoluit legata, & præſertim pia.

Iudex. 1. qui per negligentiam permittit fieri furta & damna. 2. ſi recipit pretium contra iuramentum lege præſcriptum. 3. ferre ſententiam iniuſtam in alterius damnum: uel concedere dilationem in partis præiudicium. 4. ſi damnat iniuſte ad pœnam pecuniariam. 5. ſi per miniſtros iuſtitiæ ſinit damna fidei. 6. qui uendit iudicia, uel præuertit pretio & muneribus.

Cuſtos. 1. carceris per cuius culpam uincti propter æs alienum fugiunt, cum damno creditorum. ſimiliter qui eos uinctos ſine cauſa iuuat ad fugam: ſicut & qui ſeruum iuuat ad fugam cum heri detrimento. 2. cuſtos qui à republica ſub iuramento conſtitutus ad cuſtodiendam ſyluam, & paſtum herbarum, uel uenationẽ: & tamen permittit fieri notabile damnum. 3. cuſtos ſeu œconomus priuatæ domus, qui infideliter ſeruat ſuo officio commiſſa.

Princeps. Qui imponit noua tributa. 2. ſi exigat à perſonis eccleſiaſticis. 3. ſi uſurpat bona communia. 4 ſi non eligit miniſtros idoneos. 5. huc pertinent omnia quæ ſpectant ad officium iudicis.

Dominus, qui prohibet ſubditis occidere ceruos, uel cuniculos inferentes notabile damnum iactis ſeminibus: cum tamen damnũ non reſarciat dominus. 2. generaliter qui artificio in ſuum columbarium trahit columbas cicures: uel aliena animalia, ut ceruos in ſuum nemus. 3. ſi omittit famulis ſoluere mercedem integram, uel non miniſtrat eis fideliter neceſſaria. 4. ſi operarius detinet mercedẽ debitam. 5. è contrario ſi famulus, operarius uel artifex, accepta mercede integra, non adhibet iuſtas operas: & qui accepto publici muneris ſalario, paruam aut nullam operam nauat. qui non ſoluit tributa æquabilia, ſicut & qui eccleſiæ non ſoluit decimas.

CAP. XXXI.

Finito examine, quid præſtabit confeſſarius?

§. 1 *Attendas an ex cauſa differenda ſit abſolutio.*
2 *Quæ hunc fuit præcipua radix peccatorum: & de pœnitentia præſeruatiua.*
3 *Vt aſſueſcat bonis operibus in futurum.*
4 *An aliquid commutandum, aut diſpenſandum ſit cum pœnitente.*
5 *Et ſeq. Quomodo excitabit ad dolorem & dilectionẽ Dei?*
8. 9 *Quomodo iuuabit ægrotum periclitantem, & de teſtamento curando.*

PRudenter aduertat poſt finitũ breuiter examen. 1. an egeat tempore, quo diutius præmeditetur peccata, & repetat cõfeſſiones dimidiatas. ſi habet caſus reſeruatos, vel excommunicationes. ſi clericus cum impedimento

retinet

retinet vſum beneficij & ordinum. ſi iacet in ſtatu peccati, propter conſuetudinẽ, periculum aut proximam occaſionem. ſi à confeſſoribus iuſſus potuit, nec dum tamen reſtituit, aut non ſatisfecit læſis. ſi retinet graue officium cui eſt inſufficiens: & habet craſſam ignorantiam de doctrina Chriſtiana, & obligationibus ad ſtatum ſuum pertinentibus. Ob hæc & ſimilia differenda eſt interdum abſolutio. ſed aliquando ſatis eſt vt mittatur per horam ante altare ad meditandam criminum grauitatem, excitandum pijs conſiderationibus pium & firmum propoſitum, quod impetrare contendat recitato roſario, aut alia oratione ad ſanctos & angelos quos patronos habet.

2 Si nullum reperit abſolutionis impedimentum, aduertat quæ ſit radix & præcipua cauſa, aut occaſio quæ iſtum in peccata incitare ſolet: vt in ea adhibeatur cautio & remedium efficacius. ſciat vero varia remedia cõtra vitia capitalia, & contra peccatum in communi, quibus præſcindantur occaſiones recidendi, & confirmetur homo in bono emendationis propoſito, & bonorũ operum perſeuerantia, & bonorum ſocietate. imponat faciliores quaſdam medicinas, vt ter Aue, aut Salue iuxta id Pſ. 54. veſpere, mane & meridie, vt impetret per interceſſionem B. Virg. donum continentiæ, & perſeuerantiæ à relapſu. conſulat frequentiorem ſacramentorum confeſſionis & communionis vſum, vt poſt menſem vel hebdomadam, iuxta arbitrium prudentis confeſſarij: vt audiat conciones, piorum & regularium precibus ſe commendet, meditetur nouiſſima.

3 Aſſuefiat vt occurrens importunæ tentationi ſtatim imploret Dei auxilium, & dicat nolo, non conſentio: vt ſub conditione proponat, vel interdum ſed rarius uoueat, ſe ſi reinciderit in abuſum iurandi, vel aliud peccatum conſuetum, ſtatim ſequenti die ieiunaturum in pane & aqua, vel dicturum roſarium, erogaturum pauperibus aliquid ſibi carum, vel intra triduum poſt peccatũ confiteri. non autem voueat vel iuret ſe id peccatum non admiſſurum, in quod procliuis eſt. aut religionem ingreſſurum, quod adoleſcentulis frequens eſt: ſup. li. 2. de pœnitentia, cap. 21. §. 1. iuuat lectio piorum librorum de uita Chriſti & ſanctorum, vnde hauriat uirtutum exempla quæ imitetur: in feſtis uiſitare hoſpitalia, vt infirmos verbis & eleemoſyna conſoletur, & ſimilia pia exercitia. excitet ad conflictum cum vno præſertim uitio, a quo magis tentatur, per examen particulare quotidianum: in quo aduertat quoties inciderit, petat ueniã, & ſæpius iteret emendationis propoſitum. Expedit vni infirmo uariare remedia ad leuandum tędium, & ſuauius perſeuerandum.

4 Si habet facultatem, commutet, vbi expedit, maxime in confeſſione generali totius vitæ pœnitentias iniunctas: maxime quando multarum eſt oblitus: uota aut iuramenta commutando cum facultate, & ex cauſa diſpenſetur, quibus forte nimis grauatur. diſpenſet cum clericis ex cauſa in irregularitate, inhabilitate vel alio officij impedimento.

5 Tandem ante abſolutionem, quam addius communiter precibus, impendet ſub conſueta eccleſiæ forma, curet diligenter, ut reus grauitatem peccati mortalis ſentiat per uaria motiua: ſupra lib. 1. de pœnitentia, c. 19. ut ex ſtricto Dei iudicio, quo puniit Luciferum & primos parentes ob unum peccatum: quippe quod priuat gratia adoptionis, & hęreditate regni, facit reum æternę pœnæ, pro cuius remedio Dei filius & incarnatus eſt, & acerbiſſimam mortem ſuſtinuit.

6 Hinc gradatim moueat ad amorem diuinæ bonitatis propter ſe ipſam, cum pręuentus ſit tot tantiſque beneficijs, quibus ingratus Deum offenſione indigniſſimum affecit iniuria. hinc etiã intime deteſtetur doleatque de peccatis, cum propoſito emendæ & ſatisfactionis, propter Deum ſumme dilectum: in quo ratio contritionis conſiſtit.

7 Conſoletur propoſita ſpe veniæ ex infinita Dei miſericordia, & inexhauſto meritorum Chriſti theſauro. Scrupuloſos & deiecti animi, vel eos qui ad amorẽ ſunt propenſiores, confidere magis iubeat quàm timore deterreat: nec nimis peccata exaggeret, ſed interdum excuſet: præſertim vbi eos uidet cum magna præparatione & animi dolore confiteri, & quaſi comprimi peccatorum pondere: exemplis diuinæ pietatis propoſitis, expedit aliquãdo diffidentibus dicere, vt pacato animo deinceps ſit, ſeque pro illius peccatis onerari, vt Deo reſpõdeat & ſatisfaciat: vadat in pace & amplius nolit peccare.

8 Aegrotis periclitantibus adhibeat ſummam diligentiam: (de quo Polanc. fecit utilem lib. 8. & Nauar. c. 26. nu. 26-36. Fr. Med. l. 2. c. penult. & vlt.) cum ex eo mortis puncto pendeat æterna ſalus aut dãnatio. in quo proinde poteſt quilibet ſacerdos, quamuis nõ expoſitus ſed cenſuris alioqui impeditus, pœnitentem à quibuſuis peccatis & cenſuris directe abſoluere: neque eſt in mortis articulo ulla reſeruatio caſus. ſi careat loquendi vſu, & ſigna peccati doloriſque in genere oſtendat, ne timeat abſoluere ſub conditione. Curet vt recipiat ſacramentum euchariſtiæ in uiaticum, & extremam unctionem, & vice pœnitentiæ toleret patienter morbi & mortis ærumnas. Concedat indulgentiam, ſi forte Bullam cruciatæ habet, aut calculos benedictos. Pręmiſſa debita diligẽtia, hortetur ut vehementer confidat de Dei miſericordia, Chriſti ſanguine, & efficacia ſacramentorum: cum nunquam ſera ſit pœnitentia facienti cum Dei auxilio quod in ſe eſt.

9 Si teſtamentum condere uelit cum neceſſaria ſolennitate & teſtibus, dimittat ei liberam voluntatem vt legata faciat pauperibus, præſertim ſi cognatione iuncti ſint: & alijs pijs operibus. & teſtamentum condat, uel ſaltem confirmet cum creditur eſſe in ſtatu gratiæ, vt pijs legatis tanquam operibus viuus peccata redimat, & comparet ſibi uitam æternam.

CAP. XXXII.

Epiſcopus & examinator quomodo approbare debeant confeſſarios.

§. 1. *Qualis eſſe debet examinator.*
2 *Quærat de officio ſacerdotis.*
3 *Quomodo epiſcopus ſe gerat cum valde docto, aut indocto.*
4 *Quærat de ſacramentis quæ ſacerdos miniſtrare ſolet.*
5 *Et de confeſſarij officio: vt de fine huius ſacramenti, forma, materia & caſibus reſeruatis.*
6 *Et ſeq. Sigillatim de tribus partibus materiæ.*
9 *Quærat de qualitatibus boni Miniſtri, & ſigillo.*

EXamen illorum, qui ad confeſſarij munus approbandi ſunt ab Ordinario tãquam idonei de quo ſup. c. 6. fieri deberet per examinatores in ſynodo Diœceſana cõſtitutos: qui iuramento iuxta decretum Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. aſtringuntur, ne quid cauſa examinis ante uel poſt accipiant, ne eſculenta quidem aut poculenta: & depoſita omni humana affectione curaturos digne adminiſtrare id graue munus: nec ſpe præmij, aut metu & nimia reuerentia inſignium virorũ habituros perſonarum acceptionem. Nec examen ab vno ſed à duobus vel tribus coram epiſcopo aut eius generali Vicario euocatis fieri deberet: nec ab eo, qui ſacerdotem examinandum docuit priuatim.

4 In praxi primitiuæ eccleſiæ uidetur prius fuiſſe iuriſdictio circa viuos ſubditos, cum abſolutione à pœnitentiis iniunctis [i] (quæ eſt relaxatio quædam & indulgētia) deinde ſimul fiebat applicatio indulgentiæ ex theſauro pro pœnis debitis. At quia ſæpe pro uiuis datur indulgentia de non iniunctis ſed iniungendis, & quia defunctis applicatur abſque abſolutione: vniuerſalis ratio indulgentiæ ſaluatur in diſpenſatione theſauri, completurq; per liberationem à pœna debita. [k] Nec repugnat reſpectu diuerſorū; vt indulgentia ſit abſolutio gratuita reſpectu hominis indulgentiam cōſequentis (quia fit ſine merito & ſatisfactione propria illius l. p.) & ſit ſolutio iuſta quæ fit à Papa ex ſa-

CAP. IIII.

a Mairo. [a] 4. diſtinct. 19. de quo ſupra cap. 2. H.
b M. [b] Cord. li. 5. q. 18. cum D. Thom. diſt. 45. ſeu addit. q. 71. ar. 10. Bon. diſt. 20. artic. 5. c. & ad quartum. Anto. A-ſten. ar. 5. fin. Gabr. lect. 17. Nauar. de indulgent. not. 32.
c num. 48. [c] Palud. d. 20. q. 4. Duran. q. 3. fauet Diuus Th. articu. 1. ad tertium Alexand. 4. par. q. 83. mem. 2. Adria. Capre. At Caie. de indul. ca. 7. dicit D. Thom. loqui ex aliorum ſententia.
d vid. cit. ca. 2. lit. L. [d] Vt probat D. Tho. 1. par. q. 21. artic. 4. vbi ad primum addit, Deus damnatos punit cum miſericordia citra condignum. communis. 4. diſtin. 46. ex Pſ. 76. numquid cōtinebit in ira miſericordias ſuas. vt exponit Auguſt. 21. ciui. cap. 14. & præmiat vltra condignum. vi. Caieta. & frat. Med. 1. 2. q. vlt.
e artic. 3. [e] Nauar. c. 12. num. 76. 57. Caiet. & Recent. cum D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. articu. 10. ad ſecundum Fra. Med. 1. 2. q. 97. 4. Soto lib. 7. iuſt. quæſt. 4. artic. vlt. ver. ſed dubium. Syl. vot. 4. §. 6. vid. Couar. 2. p. ſponſ. c. 6. §. 9.
f [f] D. Thom. addit. q. 25. 1. arg. 2. cum ſolut. dicit in diſtributione theſauri conſiſtere indulgen. nempe primo, & præcipue (quia ſine applicatione theſauri non datur, & hunc Papa immediate attingit & aperit) Pa lud. quæſtio. 4. Sylueſt. indulg. Ledeſ. quæſtio. 27. artic. 1. conc. 2. §. 5. principaliter. Sot. artic. 2. cum Bon. Caieta. tracta. 8. quæſtio. 1. Nauar. not. 20. nu. 8. fauet Trid. ſeſſ. 25. de indulg. Cordu. quæſtio. 4. Capre. diſt. 20. Hiſpal. quæſt. vni. ar. 3. no. 5. & articu. 4. ad tertiū, ſignificat Abulen. tract. de indulgen. & obiter 1. par.

defenſor. c. 3. ad fin. & in Matt. 16. q. 90. At qui ex Mat. 16. & 18. colligunt eſſe abſolutionem, intelliguntur cauſaliter: quia ex conſequenti abſoluitur à pœnis, aut pœnitētiis (imo iuriſdictiū clauis, qua Papa aperit arcam theſauri, dici poteſt abſolutio: ex fine quem intendit) ſic Ale. III. vocat abſolut. vel remiſſionem. Clemen. VI. extrauag. vnigenitus (vbi cō mu. Canoniſt.) dicit indulgentias dari per modum diſtributionis & abſolutionis. idem Boniſac. VIII. extrauag. antiquorum. ait in hoc ſectari veſtigia prædeceſſorum.
g [g] Cord. lib. 5. q. 1. putat Duran. (qui vocat ſolutionem) differre à prędicta ſententia D. Thom. ſed reuera non differt, vt ait Ledeſ. ſup. quia diſtributio theſauri fit ſoluendo æquale pro pœnis, atque ita Dur. q. 3. ſuam ſententiam, ait eſſe communem. Sot. ar. 1 fin. fatetur eſſe D. Tho. videtur Alex. 4. par. q. 85. m. 2. Anto. 1. p. tit. 10. c. 3. in prin. Sylu. indulg. in princ. Iala
h dan. q. 4. [h] Caieta. to. 1. de indulgentia. 15. c. 2. in prin. & punct. 6. Soto. q. 1. articu. 1. Cordu. q. 3. ſignificant in hoc cōſiſtere indulgentiam. ſed diſtinguendum eſt: nam actio indulgentiæ eſt diſpenſatio bonorum commu. per præſidentem communitatis: ſed ut receptio cum fructu, includit abſolu à pœna debita, & vt actio baptiſmi & veræ abſolutionis, interdū recipitur abſque fructu, propter indiſpoſitionem recipientis. ſic datur conceſſio indulgentiæ, ſed interdum inefficax abſque effectu.
i [i] Caie. de ind. ca. 6. Cord. q. 3. opu. 3. Sot. q. 1. a. 2. ante 3. conc. & ſignificat Ledeſ. q. 27. 1. fin. Vict. Cano. & recē.
k in prælect. [k] Soto. Ledeſ.

tisfactione Chriſti & ſanctorum. Sic iuſtificatio dicitur Rom. 3. fieri gratis reſpectu impij, & tamen reſpectu Chriſti, per redemptionem iuſtam illius.[l]

CAP. V.

Sententiæ tres de modo quo concurrit ſatisfactio ſanctorum.

§. 3. Declaratur. 2. ſententia. ſed eligitur. 3. in §. 4.

Difficile eſt explicare quam rationem cauſæ habeat ſatisfactio ſanctorum applicata per indulgentias. Quidam putant ſatisfactionem dum applicatur conſumi, & fieri à cauſa particulari. Sicut enim Chriſtus vt cauſa particularis applicat per ſacramentum abſolutionis, vel per ſacrificium miſſæ limitatũ gradum ſatisfactionis ex operato:[a] præter illum qui reſpondet contritioni & diſpoſitioni recipientis ex operante, ita per indulgentias applicatur de Chriſti ſatisfactione limitatus gradus qui limitatur nón tantũ ex voluntate Chriſti pro quantitate diſpoſitionis, & ſeruata proportione operum recipientis, ſed ſimul ex intentione Papæ offerentis, & ex cauſa motiua. quod ſi in theſauro nulla eſſet ſatisfactio ſanctorum, tota quantitas applicaretur ex ſolo Chriſto ut cauſa particulari: at de facto ad honorem ſanctorum inſtituit Chriſtus applicari partem (puta dimidium, aut minorem partem prout Dei ſapientia diſtribuit) ex ſatisfactione ſanctorum, quæ tamen pars media re reducitur in Chriſtum tãquam in cauſam vniuerſalem: atque ita tota ſatisfactio redũdat in gloriam Chriſti:[b] ſic enim dum priuatus iuſtus ſatisfacit pro ſua pœna temporali, eſt quidem de ſe ſufficiens cauſa, quamuis à Chriſto nihil aliud haberet quam gratiam, quæ eſt radicalis cauſa ſatisfactionis.[c] ſed de facto & de lege ordinaria concurrit ſatisfactio Chriſti vice Dei, vt cauſa uniuerſalis, cum ſatisfactione iuſti, tanquam cauſa particulari. cæterum quamuis applicatio fiat ſimul de Chriſti & ſanctorum ſatisfactione per indulgentias, abſolutio tamen & liberatio efficax à pœnis debitis fit uirtute ſolius Chriſti[d] per prelatos eccleſiæ, quibus Chriſtus poteſtatem abſoluendi dedit & iuriſdictionem. quã tamen poteſtatem ſanctis ipſis non conceſſit. Hæc ſententia eſt ſatis probabilis.

2 Sic ergo Chriſtus inſtituit addi in indulgentia ſatisfactiones ſanctorum, vt honorentur ſancti tanquam adiutores Dei[e] quos Chriſtus in hac re ſocios & fratres habere vult, vt membra aſſimilentur Chriſto capiti, & ſint ſatisfactores pro alijs.[f] deinde ad ad confuſionem impiorum, qui legem Chriſti calumniãtur eſſe onus graue, cum tamen multi ſanctorum ſe extenderent ad vlteriores ſatiſfactiones quam deberent pro ſuis peccatis.

3 Sententia. 2. addit in concurſu ſatisfactionis ſanctorũ & Chriſti, applicari nobis quantum ad efficaciam[g] maioré ſatisfactionem, quã ſi ſola Chriſti ſatisfactio applicaretur. quia multiplicata cauſa, creſcit effectus. licet enim Chriſtus ſit intenſiue infinita cauſa quoad ſufficientiam: quoad efficaciam tamen operatur finite, iuuaturq; per opera ſanctorum:[h] ſic Chriſtus varijs meritis infinitis, diuerſiſque titulis (per modum meriti, ſatisfactionis, redẽptionis, ſacrificii, & impetrationis,[i]) confert de facto efficaciorem abundantioremque effectum.[k] & baptiſmus poſt paſſioné Chriſti eſt

l Ledeſ. & citat. F.[l] id Roma. 3. explicat Diuus Thom. 3. parte quæſtio. 19. articu. 4. ad tertium. At falſo Paludan. diſtinct. 20. quæſtio. 4. num. 14. ait per ſacramentum fieri abſolutionem gratis, at per indulgentiam ex parte: abſque applicatione ſatiſfactionis Chriſti. vid. litera C.

CAP. V.

a INſ.[a] lib. de miſſ. ca. 19. effectus ex re oblata in miſſa limitatur, vt ex prouidentia, ſapientia, & voluntate Dei decet.[b] Triden. ſeſſ. 14. c. 8. can. 14. ſeſſ. 6. cano. vlt. & addit c. 7 finem noſtræ iuſtificationis eſſe gloriam Dei & Chriſti.[c] falſo Tapenar. 6. pa. 177. putat nõ aliter communicari nobis ſatisfactioné Chriſti quam radicaliter, vt eſt cauſa vniuerſalis. At habet amplius. Vega. lib. 15. in Triden. c. 30. Caieta. 3. par. q. 1. ar. 2. & quidam recent. ſignificant poſt Chriſti paſſionem augeri gradum ſatiſfactionis noſtræ, ut plus valeat quã olim. Peſſa quod & ſignificat D. Tho. 3. par. q. 48. 1. Sot. d. 19. q. 1. 2. concl. 3. & multi recent. cõtra. Suar. q. 1. ar. 2. dub. 4. §. 10.[d] Recent. quidam putãt Chriſtum per claues ſolam ſatisfactionem ſuam applicare, vt de iuſtitia & infallibili lege acceptetur pro mẽbris ſuis, quib. applicat (quaſi ſatisfactio ſanctorum pro alijs nõ ita acceptetur infallibili lege.) ſed id non probant efficaci ratione, aut certa autoritate.[e] Cordub. lib. 5. quæſt. 5. ad 6.[f] Coloſſ. 1. adimpleo ea quę deſunt. ſic Chriſtus quædam nomina & officia ſua communicat alijs ad honorem, utnomen Paſtor, Petra, lux mundi, & quod edant miracula.[g] Soto. diſtinct. prima, quæſtio. 3. articu. 5. diſtinct. 21. quæſtio. prima, articu. ſecundo, Ledeſ. quæſtio. 27. articu. primo, Victor. & multi recent. Suar. 3. parte quæſtio. prima, articu. 2. dub. 4. § quarto, verſicu. addo. 4. cum Diuus Thom. 3. parte quæſtio. 48. artic. primo, ad argum. & quodl. 2. articu. 2. ex Dei ordinatione & Chriſti intentione ita ordinatum eſſe. in f. H. K. & colligitur ex Apoſtol. ad Hebr. 10.[h] Sic Chriſtus uno merito quod eſt infinitum abunde potuit ſatisfacere, & tamen multiplicatis per totam uitam meritis & paſſionibus voluit decenter & ſapienter fieri de facto efficacior cauſa (Diuus Thom. 3. par. quæſtio. 34. arti. 3. ad tertium. quæſtio. 48. articu. primo ad ſecundum artic. 5. ad tertium. idem innuit Marſil. quæſtio. 12. articu. 1.) quia ad efficaciam & maiorem effectum facit ut pluribus titulis fiat: ſignificat Soto. diſtin. 6. quæſtio. prima, articu. 6. Richar. diſtinct. 1. articu. 4. quæſtio. 3. Scot. diſtin. 2. quæſt. prima. Palud. quæſtio. 1. articu. 2. Capr. 3. diſtin. 18. quæſtio. 3. vbi Diuus Thom. articu. primo. Durand. quæſtio. 3. ad primum.[i] D. Thom. 3. par. quæſtio. 48. per totam, & articu. 6. ad tertium.[k] ſupra G. H. Marſil. ſup. explicat effectum dici meliorem ex titulis, ideſt quia Chriſtus non ſolum redemit & ſatisfecit: ſed obtinet effectum per modum impetrationis, ſacrificij & exempli per mortem. D. Thom. 3. d. 18. & hoc tantum ait. 3. par. quęſt. 34. ar. 3. ad 3. idem Aug. Nazian. Dam. Leo. ſerm. de paſſione. 2. per attributionem cauſæ exẽplaris. Chriſtus opere pœnali, & paſſione plene ſatisfecit: oratione impetrauit: ſacrificio quod cœpit offerre in ultima cœna & conſummauit in cruce, placauit iratum Patré, morte mortem deſtruxit, ut dicitur in quadam præfatione miſſæ & D. Th. 3. par. q. 46. 6. ad 6. Alij 3. quod tota Chriſti uita reputatur una operatio in genere moris (maxime quia dilectio Dei ex qua obtulit ſua opera, fuit in Chriſto una immutata & in fieri perſeuerans continuè) nec habuit effectũ donec tota actio cõſummaretur in paſſione (Io. 17. opus cõſummaui. & Math. 27. conſummatum eſt.) & obtulit non tantum actiones uitales & liberas, ſed ſubſtantialem vitã, & ſeipſum ſuperimpendit: vt qui donat arborem cum fructibus. Vt emptio, ſeu actio qua ſoluitur pretiũ, non ponit in numerum cum pecunia ſoluta quæ eſt pretiũ rei; ita Chriſti actio uitalis & meritoria totius uitę habet ſe vt ſolutio & emptio. ſed ſanguis & mors eius eſt pretium obiectiue oblatum & ſolutum. Quod uero ita ſemel emptũ eſt dato pretio, & conſummato contractu, non emitur vlterius nouo titulo. ſignif. D. Tho. 3. p. q. 48. ar. 1. ad 2 & 3. & in 3. d. 20. q. vnic. ad 4. d. 18. q. vni. ar. 5. ad 1. Adde 4. cum Marſil. & alijs ſup. Chriſtus poſterioribus meritis & morte ac uarijs titulis non obtinuit nobis dari maiorem effectum gratiæ, quam daretur ob ſolum primum eius meritum, quod fuit infinitum: per modum tamen exempli uirtutum. 3. p. quæſt. 47. articu. 2. ad primum & tertium, vbi Caieta. excitat homines, vt melius diſpoſiti ex imitatione Chriſti, recipiant maiorem gratiam: & quia ſic Chriſtus melius oſtendit caritatem ſuã in nos Rom. 5. moriens pro inimicis: & grauitatem peccati, vt remiſſio æſtimetur magis. ſcilicet quantum ad remiſſionem plenam pro culpa totius naturæ, & pro pœna illius ob quam hominibus occluſum erat regnum cœlorum, noluit Chriſtus tollere impedimenta cum effectu, (Caiet. cum Diuo Thom. quæſt. 49. 5. c. & ad 1. & 4. ar. 6. ad 2. & quæſt. 46. 5.) niſi per omne totius vitæ mortalis opus vſque ad mortem quaſi reputetur unum opus continuatum & omnino perfectum: vt ſatisfactio eſſet æqualis tum ex dignitate perſonæ, tum ex magnitudine operum. (Diuus Thom. 3. quæſt. 46. 6. quæſtio. 48. artic. ſecundo, ſic etiam ait ſæ-

pe

efficacior in ablatione pœnæ, cum
l introducat in gloriam. [l] & eo tempore quo in theſauro redundant plures ſatisfactiones ſanctorum, indulgentia eſt efficacior. quia Papa non confert indulgentiam quantam vult, ſed ſeruata proportione cauſæ, inf. c. 14. §. 3. & cooperationis recipientium, & ſatisfactionis ſanctorum: ex his enim omnibus integratur vna efficacior cauſa. Addit. 3. ſententia quod ſatisfactio Chriſti vt cauſa particularis applicatur pro tota pœna temporali in indulgentia plenaria, & cumulus ſanctorum ſimul ſumptus alio titulo ſatisfacit pro eadem tota pœna. Nec ſuperfluit altera ſatisfactio,
m ſed ſuperabundat ad honorem: [m] ita vt quælibet cauſa de ſe ſufficiẽs agat de facto totum effectum, ſed
n non totaliter. [n] iſtæ tres opiniones nihil improbabile continent.

4 Verius magis conſentaneum eſt, ſatisfactionem Chriſti concurrere, vt cauſam vniuerſalem (vt quando applicatur homini, per proprium contritionem, aut ſatisfactionem, ſatisfactio voto ſanctorum in theſauro, concurrit vt cauſa particularis: quæ mota à Chriſto & in virtute eius cauſat immediate totũ effectum indulgentiæ: & pars hęc conſumitur ea applicatione ſatisfactionis. ſi quando conſumeretur tota ſanctorum ſatisfactio, ſatis eſ-
o ſet ſatisfactio ſola Chriſti, [o] applicata per uſum clauium: ut ſola applicatur immediate per baptiſmum ad remiſſionem totius culpæ & pœnæ. Hæc ratio cauſæ vniuerſalis cum particulari auget efficaciam, vt docet præcedẽs opinio. Vt enim valor noſtræ ſatisfactionis dum cõiungitur ſacramento pœnitentiæ, creſcit ex ſatisfactione Chriſti: ita valor ſatisfactionis ſanctorum per claues & indulgentias coniunctus ſatisfactioni Chriſti, fit auctior & efficacior.

CAP. VI.

De varia forma concedendi indulgentias.

§. 2. & 3. Dum abſolute conceditur, extenditur ad non iniunctas. dum vero confeſſarius ait, quidquid boni feceris: ea opera cenſentur iniuncta in pœnitentiam.

4 Per bullam qua forma conceditur indulgentia in artic. mortis? An iuſ clericus eam conferet?

PApa vt concedat indulgẽtias nõ indiget certa verborum forma, ſicut nec vt abſoluat ab excommunicatione, ſed ſatis eſt quouis exte-
a riori ſigno [a] explicare intẽtionem ſuã. nec ſatis eſt interior actus: quia indulgentia pertinet ad forum externum extra ſacramentũ. eodem verbo aut ſigno põt epiſcopus uti, & cõfeſſarius, qui per bullam cõcedit indulgentiã, vt plenam ſemel in
b vita, & iterum in mortis articulo. [b]

2 Dupliciter concedi ſolet indulgentia, primum expreſſe de pœnitentiis iniunctis, vt communiter olim concedebantur: & has tantũ poteſt epiſcopus concedere, & non
c niſi ſubditis ſuis. [c] 2. poteſt ſolus
d Papa [d] & ſolet concedere etiam de
e non iniunctis ſed iniungendis. [e] dũ
f vero abſolute concedit, quidam [f] putant reſtringendas eſſe ad indulgentias de iniunctis: quia mens Papæ interpretanda eſt ſecundum ius
g commune [g] & antiquum vſum, quaſi indulgentiæ priuilegium ſit odium relaxatiuum iuris commu-
h nis, ac ſubinde reſtringendum. [h]
i ob quod quidam recte [i] monent, quod cum tutius ſit vt de iniunctis concedantur, deberet pœnitens rogare confeſſarium vt ſibi imponat magnas pœnitentias cum propoſito quãtum eſt ex ſe implendi illas, niſi Deus & eccleſia aliunde ſup-
k pleat. (licet quidam [k] id propoſi-

pe Chriſtum ſatisfeciſſe, vt homo eſt. q. 53. 4. ad ſecundum cum Aug. & quæſt. 51. 3. cum Chryſoſt. & quæſtio. 22. 3. ad primum. quæſtio. 48. 5. ad primum & ſecundum. ar. 6. ad primum & tertiũ. in 3. diſtin. 18. ar. 2. ad 3.) atque ita ſcriptura & Patres morti & paſſioni Chriſti tribuunt apertionem cœleſtis ianuæ, & efficacẽ effectum remiſſionis & ſatisfactionis pro peccato (quaſi vt homo ſatisfecerit per quantitatem & qualitatem operis.) Eſa. 53. quod citatur 1. et. 2. peccata noſtra pertulit in corpore ſuper lignum. Oſeæ 13. ero mors tua o mors. 1. Corin. 15. abſorpta eſt mors in victoria. Heb. c. 10. Vega, lib. 5. in Tridẽt. ca. 3. & ſequen. Nazian orat. 42. ad fin. Auguſt. 13. Trin. à cap. 12. Anſel. 1. cur Deus homo. cap. 6. Bernard. epiſtola 190. Suar. 3. par. quæſt. 1. articu. 2. dub. 4. §. 4. verſicu. addo. 4. & quæſtio. 19. 3. dubio 39 §. 3. verſicu.
l circa 2. [l] ſic Diuus Thom. 3. par quæſtio. 69. articu. 7. tribuit baptiſmo aperire ianuam cœleſtem, & ar. 2. liberationem ab omni pœna, ut tribuit paſſioni Chriſti. quæſtio. 49. artic. 5. ſed baptiſmus non confert nunc maiorem gratiam quam conferret ante paſ-
m ſionem Chriſti. [m] vt de varijs Chriſti operibus dicitur. quorum ſatisfactio fuit ſuperabundãs ad honorem Chriſti & theſauri infi-
n niti. [n] ſic quando multi baptizant unum, aut multi ſacerdotes cum epiſcopo cõſecrant eã dem hoſtiam, quilibet facit totum effectum, non tamen totaliter, ſed partialiter quia nemo excludit alteram cauſam eiuſdem ordinis.
o ſupra lib. de baptiſ. cap. 30. [o] In acceptatione Dei quaſi in theſauro, manet ſatisfactio Chriſti non tantum ut cauſa uniuerſalis, ſed vt particularis quæ interdum poſſit ſola per indulgentias immediate applicari abſque concurſu alterius ſatisfactionis.

C. A P. VI.

a ANton. [a] prima parte titu. 10. ca. 3. § quinto. Gerſon. Alpha. 33. lit. K. Syluestr. indulgen. §. 10. verſicu. quinto, nume. 28. Tabie. §. 23. cum Felin. Roſel. §. 24. Armil. fin. Nauar. ca. 26. num. 31. & de indulgen no. 30 num. 8 Cordub. lib. quinto, quæſtio. 38.
b [b] ſic Innocen. VIII. conceſſit confratriæ Roſarij, vt refert Nauar. de orat. Miſcel. 27 nume. 33. & Iulius II. Minimis. Claud. in Compen. ſociet. ver. indulgen. §. 4. 15. 16. comp. Mend. verb. indulgen. plenar. quo ad fratres. §. 23. 24 verb. abſolut. extraord.
c quo ad fratres. §. 9. [c] Alexand. III. cap. quod autem, de pœnitentia & remiſſio. cõminuis. capit. cum ex eo, cap. noſtro. Nauar. de indulgen. no. 31. num. 13. Caietan infra Cordub quæſt. 9. conclu. ſecunda, niſi conſuetudo habeat oppoſitum. Nauar. nu-
d me. 13. poteſt epiſcopus dare non ſubdito in tribus caſibus. [d] Caieta. tomo primo, opuſc. ſecundo, de indulgent. ad Iulia. tracta. 15. ca. 7. ſed Nauar. not. 21. numero 9. idem poſſe epiſcopum, quia nõ limitatur in hoc, quod Cordub. quęſtio. 9. conclu. ſecunda, dicit verum, ſi ita habeat conſue-
e tudo. [e] fatentur Caieta. Nauar. nume. 7. 10. 12. (quia facilius eſt quam de iniunctis, quæ debentur iudicio Dei & hominis.) Cordub. quæſtio. 9. Duran. quæſtio. quarta, num. 10. Petrus Soto. de indulgen lectio. ſecunda, Soto. quæſt. 2. 2. Ledeſ. quæſtio. 27. 2. cum Palud. Adria: ſupplem. & alij in-
f fra [f] Caieta. Pet. Sot. (Pro quo Ledeſ. falſo citat Adria. fol. 162. qui ſolum ait, quando exprimitur ab iniunctis, non extendi ad nõ iniunctas. idem Anton. prima parte titu. 10. capit. 3. §. 3. contra quoſdam innominatos) cum Caieta. ſenſit Antiſiod. Albert. Gerſo. Maior. fauet Palud. quęſtio. 4. articu. 3. & quod affert Nauar. not. 9 num. 4. & not. 22. nume. 5. Cordub. quæſtio. 9. argum. cont. 4. propoſit. pag. 377. & q.
g 33. [g] citant quidã Altiſiod. Alexand. Albert. Duran. quęſtio. quarta, qui loquuntur tãtum de iniunctis, quæ ſuo tempore erant in vſu. vid. Nauarr. not. vndecimo, nu-
h mero 15. [h] immo indulgentia non præiudicat iuri communi, & eſt tanquam fauor, ample interpretanda, quantum modus, & tenor verborum patitur, infra capite. 30. Angel. indulgent. princip. Syluestr. §. ſeptimo, verſicu. tertio, §. 8. verſicu, quarto, cum Ioann. Andr.
i Cordub. quæſt. 9. ad primum, poſt quartam concluſ. [i] ita conſulit Paludan. quæſtio. quarta, articu. ſecundo. Anton. Adrian. de indulgen. fol. 162. & fere Mai. quæſtio. ſecunda Nauar. cap. 26. numero decimonono, & de indulgent. not. 19. nume. duodecimo.
k Cordub. quæſtio. 30. fin. & multi recentior. [k] Caietan. dicto capitu. ſeptimo, Soto. quæſtio. ſecunda, articu. primo. Ledeſ. quæſtio. vigeſimaſexta, articu. ſecundo, aiunt videri rem ludicram: ut videtur illudere ſi habens uotum caſtitatis iurauit fœminæ ducere illam, ſed animo intrandi religionem. At neuter iſtorum illudit: ſed habet ſe ſic qui transfert beneficium in alterum & ſine pacto confidit de illo: aut transfert ſub penſione, per Papam conceſſa, ſed cum ſpe redimendi penſionem, ita pœnitens confidit alterum confeſſarium abſoluturum ab iniunctis, qui interdum fruſtratur ſpe, & qui ab illis ex cauſa non abſoluitur, de-

bet

l ber eas implere.[l] In dulgẽtia ſupplet ꝓ pęnis quas nó remi ſit pœnitẽtia imple ta ĩ peccato. Sed ꝓ babil.[a] eſt fructũ ta lis pœnitentiæ remi uiſcere per cõtritio
m nem. [m] commu. & recent. tandem fate tur Dur. quæſtio. 4. nu. 10. fi. Soto. q. 2. ar. 2. Ledeſ. q. 27. 2. a. ſupplem. Ang. in dulg. §. 1. ad fin. Ro ſel. §. 18. ad fi. Syl- ueſt. §. 2. (& dicit cõmu. Theol. & Ca noniſt.) Viguer. Nau. no. 12. nu. 7. & 12. Cordu. q. 9. pro poſ. 4. Io. And. Pan. Hoſt. in c. quod aũt late Mich. Med. de indulg. diſp. 4. c. 13. & 14. diſp. 16. c. 27. innuit D. Th. q. 25. art. 1. ad tertium. di cens per indulgen tiã ſolui pęnam de bitam: nec dicit pę nam iniunctam. An ton. c. 3. §. 3. & pro- babile dicit Palud. q. 4. ar. 3. fi. quia vbi lex & priuilegium non diſtinguit, nec nos diſtinguere de-
n bemus. [n] ſic limita
o cit. F. [o] dictum eſt lib. 2. de pœn. c. 18. Nauar. c. 26. nu. 12. & 23. Cord. q. 9. &
p multi recen. [p] Iſtos reijciunt Palu. An
q ton. Adria. cit. F. [q] Nau. c. 26. num. 30. Cord. q. 27. fin. con tra ſupplem. d. 45. q. 3. art. 2. propoſ. 8.
r [r] Nauar. ca. 27. nu. 170. §. 6. licet id ui detur negare. c. 26.
ſ nu. 31. [ſ] Nau. c. 26. nu. 31. & de indulg. no. 30. nu. 6. Cord. q. 38. fr. Manuel. §.
t 9. nu 40. [t] iudex de rigore non tenetur abſolutionem à cle rico datam admitte re: poſſet tamen ex benigna interpreta tione. Fra. Medin. lib. 1. inſtruct. c. 12.
u ad fin. [u] Couarr. c. alma. 1. p. §. 12. nu. 3 & 10. Nauar. cap. 27. num. 41. Perez. l. 1. tit. 5. libr. 8. ord.
x pag. 182. [x] ita licere tonſurato dictũ eſt lib. 3. de pœnit. c. 9. cum glo. Pan. Fel. Anto. Archid. quos refert Nauar. c. 26. nume. 26. & de in- dulgen. no. 3. nu. 9. Sylueſt. abſolutio. 1. nu. 8. fin. Armil. §. 39. & citat Diuus

tum & factum reijciant, quaſi ficti tium videatur.) Deinde pœnitens indulgentiam conſecuturus roget ſibi pœnitentias relaxari à confeſſario. ſi quis vero decedat in purgatorium impleta omni pœnitẽtia iniuncta, nihil ei profuturas indulgentias de pœnitentiis iniunctis [l] niſi pęnitentias impleuit iacens in
l peccato mortali. [l]

3 Probabilius eſt dum Papa abſolute concedit, non eſſe reſtringen-
m das ad iniunctas. [m] quod ſi in iubilæis & bullis Papa reſtringere vellet adiunctas, facile exprimeret: vt alias exprimere ſolet. ſi Papa aut Epiſcopus exprimat de iniunctis, cenſetur excludere eas quæ nullo
n modo ſunt iniunctæ: [n] quia indulgentiæ tantum valent quantum ſonant. & ita iuris interpretes exponunt iura, quibus tanquam in ſua facultate peritis credendum eſt. Sed per generalem clauſulam quã addit confeſſarius, quidquid boni feceris & mali ſuſtinueris: cenſentur opera quæ toto uitæ tempore
o faciet, iniuncta. [o] Quidam [p] pu-
p tant ſemper intelligi de pœnitentiis iniungendis. licet Papa explicet de iniunctis: quaſi indulgentia dicatur iniuncta, quia eſt taxata à Deo. ſed hæc extenſio eſt falſa.

4 Dum confeſſario per bullam committitur concedere indulgentias, poteſt quilibet ſacerdos concedere in mortis articulo, licet infirmus amiſſo rationis iudicio, nul-
q lum præbeat ſignum peccati: [q] vt poteſt abſoluere ab excommuni-
r catione, [r] ſi forte incurrit. nec pro indulgentiis oportet proferre omnia verba quæ ad finem bullæ ex-
ſ primuntur dicenda. [ſ] Quod ſi abſit ſacerdos, probabilis eſt multorum ſententia pro foro conſcien-
t tiæ, [t] vt minor clericus aut tonſuratus (cui ſolet eccleſia committe-
u re iuriſdictionem ſpiritualem. [u]) illum ſub ea conditione ab excom-
x municatio abſoluat, [x] ſi & inquantum poſſum: & concedat indulgentias, vt lib. 3. de pœnitentia. c. 9. dictum eſt. Quomodo intelligantur mille anni indulgentiarum, quadragena, indulgentia plena aut plenaria, iubilæus. dicetur, c. 15.

CAP. VII.

Animabus Purgatorij Papa concedit indulgentias.

§. 2. *Quid ſignificat per modum ſuffragij.*
3 *An applicatio fiat infallibiliter ex lege iuſtitia.*
4 *Concordantur Doct.*
5 *Sæpe applicanda ſunt indulgentiæ defuncto.*
6 *Differt indulgentia ab excõmunicationis abſolutione, defunctis data.*

ANimabus purgatorij proſunt indulgentiæ ad remiſſionem
a pœnæ. [a] Quidam putant illis prodeſſe per modum abſolutionis à
b pœna: [b] (vt defunctus abſoluitur ab excommunicatione, vt di-
o cetur. §. 6.) eo quod Papa ob plenitudinem poteſtatis exerceat iuriſdictionem in omnes fidelium animas: nam locus purgatorij uidetur via aliquo modo ſuper ter-
c ram, [c] cum illæ animæ adhuc per fidem & ſpem ambulent, & non per ſpeciem. 1. Corinth. 13. & defunctus ex loco delicti, quod in terra fecerat, nec plene purgauit videtur manere ſub iudicio Papæ, quamuis tranſierit, in aliud forum.

2 Alii per extremum putant indulgentiarum applicationem dici per modum ſuffragij: quaſi defunctis de theſauro non applicetur ſo-
d lutio iuſta & æqualis, [d] ſed interceſſio gratuita, vt nomine ſanctorum & illorum meritis & precibus impetretur de congruo remiſſio gratis à Dei miſericordia. Hinc aiunt dupliciter liberari animam à purgatorio. 1. applicata iuſta ſatiſfactione per miſſas, eleemoſynas & ieiunia viuorum. 2. per hoc quod iuſtus viuus id de congruo meretur apud Deum: aut quia homo etiam peccator precibus aſſiduis impetrat liberationem animæ
e à purgatorio. [e] vt lib. 1. de pœnitentia. cap. 15. citatum eſt. quod efficacius præſtat beatus meritis, & precibus ſuis apud Deum, meruit enim in via, ut quia amicus permanet, preces eius in cœlo exaudiantur, abſque vlla applicatione ſatiſfactionis. ſic enim mos eſt eccleſię & piorum hominũ orare ſanctos, vt precibus impetrent liberatio-
f nem animæ à purgatorio. [f] nec oportet inquiunt, vt his precibus prius impetret excitari uiuos ad applicandas ſatisfactiones pro ea anima, aut excitari Papam, vt indulgentiam pro ea applicet, quaſi neceſſe ſit de lege, vt in eo Dei opere ſimul reluceat & miſceatur miſericordia & iuſtitia. Nam B. Virgo & ſancti, quamuis à uiuis non excitentur, orant interdum ex officio pro anima ſibi deuota, & à Deo impetrant liberationem, dum offerunt infinitam Chriſti ſatisfactionem, quæ. 1. Ioan. 2. eſt propitiatio non ſolum pro viuis, ſed & pro defunctis capacibus, & pro peccatis totius mundi.

3 Cęterum duo ſunt conſideranda in liberatione animæ à purgatorio per indulgentias. 1. vt Papa de theſauro cuius claues habet, applicet iuſtam compenſationem. 2. vt Deus qui eſt iuſtus iudex & Pater etiã futuri ſeculi & purgatorij, acceptare gratis uelit ex miſericordia alienam ſatiſfactionem indulgentiæ. nam quamuis valor præ-

Thom. diſtinct. 20. Tabien. abſolut. 2. §. 5. Angel. abſol. 3. §. 17. Anton. 2. p. ti. 10. cap. 3. & 3. par. titu. 17. cap. 4. caſ. 7. Margar. confeſſ. fol. 139. Ledeſ. 2. part q. 24. artic. 1. col. 3. V ẽto. Mant. Pęña, & ſentit Palu. diſt. 17. quæſt. 3. caſ. 7. & pro foro conſcientiæ ſentit eſſe probabile Cou. d. §. 12. nu. 9.

CAP. VII.

a OPpoſitũ [a] eſt error contra viſum antiquũ Pontif. & eccleſiæ. ſup.
b c. 3. fin. [b] Mairo. generaliter. 4. diſt. 19. ſentit Gab. in Can. lect. 57. in add. Mich. Med. de indulg. diſp. 7. ca. 34. 37. At oppoſitum probat praxis Pontif. quia defunctis cum iam ſint extra uiam nõ concedunt indulg. niſi per modum ſuffragij. Cord. lib. 5.
c q. 16. ad tertium. [c] Mairo. Gabr. Med. ſup. vide inf. cap. 8. K. Vega. lib. 7. in Triden. cap. 18. Caiet. dicit mereri in termino viæ. D. Tho. 4. diſt. 45. q. 2. 1. 2. ad 3. eſt viatrix ſe-
d cundum quid. [d] Caiet. trac. 2. de ind. ad Iul. q. 5. ſeu opu. 27 qq. q. 5. Vig. c. 16. §. 4. verſ. 24. Cord. q.
e 13. & q. 17. fi. ad 2. [e] Caie. ſup. quod fatetur Nau. de ind. no. 22. à nu. 15. no. 20. nu. 46. iũcto. nu. 44. 49. fauet B. Greg. c. aĩæ. 13. q. 2. Bell. de purgat. lib. 2. ca. 15. Mag. Auila in quodã ſerm. & quidam & pro viuis aiunt ſola oratione impetrari ueniã, abſque formali pœnitẽtia, Mich. Med. diſp. 8. à c. 42. C. & Cord. q. 16. & in fi. (dicit ꝓbabile) & Vega li. 6. in Trid. c. 58. quę tñ ſunt falſa. Caie. 3. p. q. 68. ar. 2. & 11. ait orationẽ parentum pro puero periclitante etiã intra vterũ matris, impetrare gratiã puero. quod reiectum eſt
f li. de bap. c. 22. [f] quẽ morem fatetur D. Tho. 4. d. 45. q. 2. 2. 3. Bonau. q. 2. circa. 2. princ.

ſenti s pœnæ ex Chriſto & ſanctis applicatæ, ſit æqualis purgatorij debito,[g] forum tamen præſentis vitæ eccleſiaſticum, eſt multo mitius;[h] nam in purgatorio nuda anima ſine corporis veſte patitur ab igne, vt inſtrumento vindictæ diuinæ:[i] & fit pro criminali cauſa executio in perſona. vt Iudex propter oblatam pecuniæ aut ſatisſactionis alienæ redemptionem, non tenetur reũ de iuſtitia liberare. ſic Rex dupliciter redimit captiuos.[k] 1. eos qui ſub illius ditione tenentur, liberat per autoritatem & iuſtitiam. 2. qui tenentur vincti ſub alieno imperio, non ſic ſoluit, ſed precibus impetrat à liberali Imperatore, & offert compenſationem æqualem, ſi ille forte admittere velit.

4 Per hæc concordari poſſent Doctores: nam res per indulgentiam oblata ex Chriſti ſatisſactione, non eſt minoris valoris quam pœna in purgatorio debita: aliàs Chriſtus non redemiſſet de iuſtitia ab omni pœna, etiam purgatorij. ſed quia intercedit immediate ſatisſactio & meritum etiam ſanctorum, & applicatio theſauri per Papam, pro reo alieni fori durioris, non uidetur lege iuſtitiæ obligari Deus ut pro defuncto acceptare debeat ex infallibili promiſſionis pacto.[l] quare Pontifex offert Deo indulgẽtias per modum ſuffragij. (i. per modum deprecationis, & impetrationis) ut Deus ex miſericordia dignetur acceptare ſubſidium, quod pro anima applicatur, & ita concilia & Põtifices, viuis quidem aiunt indulgentias applicari per modum abſolutionis: ſed defunctis per modum ſuffragij, ſi modo Deus velit acceptare.

5. Quidam explicant, per modum ſuffragij. i. auxilij ſponte aſſumpti pro alio: & putant[m] indulgentias infallibili iuſtitiæ pacto applicari defunctis. vt in concurſu confertur beneficium gratis iuxta Matth. 10. gratis date; & tamen debentur digniori ſuffragia ex pacto & lege iuſtitiæ diſtributiuæ. At minus certa eſt hæc ſententia: Qua ratione expedit vt nõ ſemel, ſed ſæpius pro defunctis impetretur indulgentia etiam plenaria:[n] & præter indulgentias (quæ non ſemper in purgatorio habent infallibilem effectum de iuſtitia) dicantur miſſæ, quæ ex Chriſti opere operato immediate habent efficaciam, infallibilem de ſe,[o] & officia defunctorum, & iuſtus applicet ſatisfactiones ſuas pro defuncto:[p] vt multiplicata cauſa efficacius impetret veniã apud Deum per modum ſuffragij.

6 Abſolutio defuncti ab excommunicatione nõ eſt proprius actus iuriſdictionis directæ circa defunctum:[q] ſed viuis prohibitis participare cum decedente in excommunicatione, conceditur vt deinceps offerre liceat miſſas & orationes eccleſiæ pro eo defuncto.[r] At liberatio à pœnis per indulgentias fit directe & immediate circa defunctum alieni & rigidioris fori, per modum tamen ſuffragij: ſed à purgatorio non liberat Pontiſ. directa iuriſdictione, per modum abſolutionis: quo modo uiuos directe ſubditos, quibus applicat theſaurũ, per claues abſoluit[ſ] à pœnis Deo debitis in eodem foro præſentis vitæ, & à pœnitentiis iniunctis: vt Iudex reum ſibi ſubditum, ſua ſententia liberat à pęna carceris, quam debet Reipub. in eodem ſoro.

CAP. VIII.

Indulgentiam conſequens non transfert in alterum, vel in defunctum, niſi Papa ita cõcedat.

§.2. *Speciale ſuffragium plus prodeſt defuncto quam generale. An anima Chriſti ſuo deſcenſu liberauerit quoſdam à purgatorio?*

3 *Quæ diſpoſitio ſatis ſit, vt anima dicatur meruiſſe indulgentiam. An ſint oranda animæ purgatorij.*

INdulgentiæ conſecutio & fauor qui conceditur priuatæ perſonę, aut bulla ſibi applicata & acceptata, non poteſt pro ſola eius voluntate transferri in alterum:[a] & nihilominus data viuis poteſt applicari defunctis, niſi Papa expreſſe id concedat.[b] Sic conceſſit Leo Papa X. Minoritis,[c] vt omnes indulgentias à prædeceſſoribus conceſſas pro viuis aut à ſe uſque ad annum iiij. ſui Pontificatus (qui eſt annus Domini 1516.) poſſint applicare animabus defunctorum, per modum ſuffragij. In quo eſt attente perpendendum, quæ indulgentiæ fuerint Minoritis conceſſæ ante prędictum tempus.[d] plurimas alias religioſis Mendicantibus Pon

a princ. Rich. Argent. q. 1. art. 3. p. 3 ſignif. Carthuſ. q. 4. & fatetur ibi Soto q. 2. art. 3. ante 2. concl. Gabriel. lect. 57. Viguer. c. 16. §. 4. verſ. 33. Abulenſ. Matth. 6. q. 83. ad 4. B. Gregor. ſup. Aug. de cura pro mort. c. 5. ſacræ 4. & 18. Damaſc. ſerm. de defunct. Soto quæſtio 3. art. 2. ad fin. dicit ſanctos (niſi excitatos à nobis) non orare pro animabus purgatorij: (alias B. Maria euacuaret purgatorium.) At ſuſtulit in vlt. edit. vide D. Tho. diſt. 45. q. 3. 3. ad 6. ſeu add. q. 72. 2. & Dur. diſt. 45. q. 4. & in 3. diſt. 21. q. 4. [g] idem ſignif. [g] Communis Theolog. cõtra Caiet. & cit. D. vt meritum eſt in valore & virtute ęquale præmio gloriæ. D. Tho. 1. 2. q. 114. 3. [h] in reperi. vnus ſoluit pro debito pecuniam in alterius: non tamẽ pro perſonali iniuria, p. l. in ſeruorum. ff. de pœnis & clericiſ degradatus non liberatur per mitius forũ eccleſiæ, c. cum non ab homine. de iud. c. degradatio. de pœnit. lib. 6. [i] D. Th. 3. p. q. 46. ar. 6. ad 3. negat dolorem Chriſti fuiſſe æqualẽ dolori animæ ſeparatæ. Nauar. de indul gen. no. 32. nu. 8. de pœnit. d. 7. c. vlt. § ſi quis à nu. 16. [k] quo ſimili vtitur Caie. Viguer. Nauar. cit. D. E. [l] D. Tho. 4. d. 45. q. 2. 3. 2. Richar. ar. 1. q. 2. & d. 20. ar. 3. q. 3. vbi Bona. Tarantaſ. Duran. q. 4. nu. 11. Palud. q. 4. a. 3. concl. 6. & d. 45. q. 1. 2. 3. nu. 13. ſupple. d. 45. q. 3. no. 2. & propoſ. 5. vbi Albert. art. 18. Mai. d. 20. q. 2. ait ita ſenſiſſe ſenatum Docto. Pariſien. Alex. 4. p. q. 83. m. 5. Sot. d. 15. q. 2. art. 1. col. 11. d. 21. q. 2. ar. 3. Ledeſ. q. 29. a. 3. Roſel. I d. §. 14. Tabie. §. 19. ſenſit Sylu. §. 7. ver. 3. Nauar. de indulg. not. 22. nu. 5. & 22. no. 31. nu. 46. vid. li. de orat. no. 10. num. 44. Cordub. q. 13. vet. Caieta. Viguer. cit. D. & propendet Med. C. de orat. q. 19. col. 12. Cano, li. 12. de loc. c. 13. ad 9. Victor. & multi recent. addit. q. 17. & 71. ar. 3. ad vlt. a. 12. c. ad 2. contra cit. inf. M. [m] quidam recent. & Ledeſ. q. 29. ar. 3. cum Gabr add. lec. 57. Pet. Sot. titu. de purgator. lect. 3. Cou. c. alma. 1. par. §. 4. nu. 11. putant certum. & falſo pro ſe citant Bon. Richar. d. 45. ar. 3. q. 3. ad vlt. dicit probabile. vbi Scot. & retractans Soto d. 45. q. 2. ar. 3. fin. poſt concl. 3. Nau. de indulg. no. 22. à nu. 18. vſque 21. (& ait oppoſitam ſent. Caieta. eſſe nouam & contra commu. ſed fallitur) Nec Leo Papa X. apud Caie. 3. p. q. 48. 5. dicit, niſi quod defunctis valent quãtum ſonant. [n] Gabr. lect. 57. Cordub. q. 17. dub. 3. Nau. no. 22. nu. 50. Fr. Manoel. de bulla §. 14. num. 5. & mos eſt pro eodem defuncto ſæpe accipere bullas cruc. [o] Colligitur ex Trid. ſeſſ. 22. ca. 1. dicetur lib. de miſſa ca. 16. D. Th. 4. d. 45. q. 2. art. 1. 3. & ar. 3. 1. ad 3. contra Sotum. d. 13. q. 1. 2. 6. & q. 2. 21. 2. col. 11. [p] priuata ſatisfactio iuſtorũ prodeſt defunctis ex iuſtitia. Dur. 4. d. 45. q. 1. nu. 6. ſupplem. q. 2. concl. 2. Turrecre. in c. animæ. 13. q. 2. Pet. Sot. ſup. Viguer. c. 16. §. 4. verſ. 24. Couar. ca. alma, 2. p. §. 5. nu. 11. ſentit Gab. add. lect. 57 cont. dicentes applicari per modum ſuffragij, vt Caieta. d. opuſ. Med. C. de ſatisf. q. 5. f. 129. Cordu. li. 5. q. 15. 16. Soto. d. 19. q. 2. artic. 4. nec mirum quia Soto idem falſo negat de ſacrificio miſſę. [q] [r] Caſtro 2. de iuſt. hær. pun. c. 19. & 20. Cou. c. alma. 1. p. §. 11. nu. 8. Cord. li. 5. q. 16. ad 2. [ſ] c. quod autem. de pœnit. & remiſſ. & cita. ſupra ca. 3. L.

CAP. VIII.

[a] Diuus Thom. add. q. 17. ar. 3. ad 2. Adr. de indul. conc. 5. Soto d. 21. q. 2. ar. 3. Palud. d. 20. q. 4. a. 3. concl. 6. Ledeſ. q. 29. ar. 1. Nau. no. 3. num. 33. no. 22. nu. 2. & 29. Cord. lib. 5. q. 26. ſic explicat Sixt. IIII. experimento cõpertũ eſſe vt refert Gabr. add. lect. 57. Fra. Manoel. §. 8. nu. 13. Aſten. lib. 5. tit. 40. a. 3. col. 3. Bon. diſt. 20. art. 3. ca. & ad 3. quo modo autẽ Bullam nondum à me acceptatam poſſim transferre in alium. inf. c. 20. §. 7. [b] Sixtus IIII. vt refert Gabr. idem Bonau. Aſten. Tab. indulg. §. 18. & colligitur ex D. Thom. Soto. Cord. Nau. & alijs. [c] de hac indulg. Leonis X. habetur in ſupplem. Minorum. fol. 94. conceſ. 302. Claud. in Compend. ver. indulgen. §. 7. [d] inf. ca. 19. vt extenduntur ad defunctos indulgentiæ quas refert Claud. §. 2. 3. 5. 6. 12. 22. 26. (at quæ refert. §. 4. 11. 19. non expedit ſic applicari) & Compend. Mendic. verb. indulgen. ſtatio. qui ad fratres. §. 16. refert quod Clem.

tiſ.indulgent.offerri poſſe immedia
c te pro defunctis. [e]
2 Suffragia communia multum
f proſunt defunctis purgatorij: [f] &
magis quæ ſpeciali intentione pro
g illis offerũtur. [g] Orationes & miſ
ſæ quæ offeruntur à miniſtro eccle-
ſiæ etiam peccatore, impetrant & ſa
tisfaciunt vt dicetur cap. 9. ad fin. 2.
Chriſti anima verbo ſemper man-
h ſit vnita, [h] quæ poſt mortem vere
ſecundum ſubſtantiam deſcēdit ad
i inferos, [i] & Act. 2. ſolutis dolori-
k bus inferni, [k] liberauit animas ſan
ctorum Patrum quæ detinebantur
l in limbo: [l] & animas quaſdam pur
gatorij eripuit, nempe quę acciden
talis meriti ratione, habuerant ſpe-
cialem quandam deuotionem er-
m ga aduentum Chriſti. [m] At ne-
minem liberauit de limbo puero-
n rum: [n] nec de inferno damnato-
rum. vbi. 1. Petr. 3. incredulis, ętate
o Noe (ſumpta ſpecie pro genere [o] i.
infidelibus qui in inferno erant à
principio mũdi, & maxime in ſtatu
legis naturę vſque ad diluuiũ, prædi
cauit anima Chriſti. i. manifeſtando
p ſe conuicit & arguit. [p] Nec inſo-
litum eſt vocem Chriſtus, attribui
q operationi diuinę perſonę. [q] Ne-
minem tamē liberauit de inferno.
aut certe Pet. loquitur de iuſtis Pur
r gatorij & limbi [r] inter quos erant
quidam ex iis qui tempore Noe fue
ſ runt aliquãdo increduli. [ſ] Chriſtus

Clem. VII. confirmauit & de nouo conceſſit omnes indulgentias,
quæ vſque ad annum. 1527. continentur in libris impreſſis frat.
Minorum nempe in Monumen. Supplem. & Compend. Leo X.
confirmat & denuo concedit omnia priuilegia, & viuæ vocis ora-
cula. ait Compend·Mendic. verb. oracula. §. 1. verb. priuil. §. 20. idē
cõfirmauit Pius V.
proprio motu pro
Mendi. & viuæ voc.
orac. (vide Claud.
verb. concil. §. 3.)
& Grego. XIII. in
Bulla Socie. Clau.
verb. priuil §. 11 &
concil. Trid. ſeſ. 25.
de regu. c. 20. ſi. con
firmat. nec Grego.
XIII. anno 1573.
reuocat. Nauar. ca-
pit. 27. ſi. in edit. an
e ni 84. [e] Iul. II. cõ
greg. Lat. Inn. IIII.
congreg. Caſſinen.
Alex. VI. Clau. in-
dulg §. 17. Leo. X.
concedit regulari-
bus recitantibus ſe
ptem Pſal. pœnit.
aut certe quinque Pater, & Aue, ante ſacramentum altaris, aut
coronam B. Virg. vel officium defunctor. ſabbatho in Ramis vel
die S Ioan. Euangel. ſeu in feſto illius ante Portam Lat. vt libe-
rent vnam animam à Purgatorio toties quoties. Supple. Mino.
fo. 161. conceſ. 184. Compend. Mendic. verb. indulg. plen. quo ad
f fratres. §. 13. Claud. §. 6. [f] D. Tho. add. q. 71. art. 6. & mox artic. 9.
prodeſſe miſſas & eleemoſynas. Soto. d. 45. q. 2. ar. 1. & 3. Cordu.
lib. 5. q. 21. Triden. ſeſſio. 22. cap. 2. ſeſſ. 25. de purgat. Bellar. de pur
gato. lib. 2 cap. 15. & mox. cap. 16. explicat quot ſint genera ſuffra-
g giorum. & lib. 2. de miſſa. cap. 7. [g] Soto art. 4. Nauar. de indulg.
not. 22. num. 45. & fatetur Caiet. to. 1. tract. 16. q. 7. ſed falſo re-
quirit, animam habuiſſe deuotionem, & ſolicitudinem ſatisfacien
h di pro ſe infra c. 8. [h] D. Thom. 3. p. q. 50. ar. 3. & cum Mag. 3. d. 21.
vbi Palac. q. vn. Bon. ar. 1. q. 2. cum Aug. dial. contr. Felic. cap. 14.
i Carthuſ. q. 1. cum Alber. Tarant. Dur. Alex. Altiſiud. [i] D. Th.
3. p. q. 52. art. 2. Aug. 12. Geneſ. ad lit. c. 33. Dam. ſer. de defunct.
Soto. d. 45. q. 1. ar. 2. ad. 2. Palac. ſupra & Patres plane colligunt.
& Act. 2. Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni: Bellar. lib. 4.
de Chriſto. cap. 12. 14. ex mult. Patrib. Caſtr. & Medic. ver. infer.
hær. 3. probant eccl. 24. Ephe. 3. Pſal. 15. & in Symbo. Apoſt. de-
ſcendit ad inferos. c. 1. firmiter. de ſum. Trin. Hierony. in Ionæ. 2.
quod Chriſtus citat Matth. 12. deſcendit vero anima Chriſti etiã
in infernum damnatorum, non tantum ſecundum effectum (vt pu
tant D. Tho. ar. 2. Palac. 3. d. 22. q. 2.) ſed ſecundum ſubſtantia-
lem præſentiam: vt probat Bellar. cap. 16. ex eccle. 4. Auguſt. Ful
gent. Cyril. in Catech. Amb. Euſeb. Emiſſ. & Greg. Nyſſen. At
errant Duran. 1. d. 37. q. 2. ad arg. & in 3. diſt. 22. q. 3. & Picus in
apolog. dum negant animam Chriſti deſcendiſſe in limbum ſecun
dum ſubſtantiam, ſed ſecundum effectum. quod Caſtr. & Caiet.
3. p. q. 52. ar. 2. Bellar. c. 15. & recent. Palac. 3. d. 22. q. 2. col. 7. ſi.
k merito damnant erroris. [k] Mag. d. 18. propter locum Act. 2. dubi
tat, an anima Chriſti ab inſtanti ſeparationis fuerit plene impaſſi
bilis, ſaltem ob effectum mortis & ratione loci minus decentis,
ait D. Tho. 3. p. q. 52. 1. add. Caiet. in Act. 2. quia Chriſtus dicit,
non derelinques animam meam in inferno. At ea anima fuit in lo
loco pęnarum, ſed ſine pęna, vtpote inter mortuos libera. Bellar.
cap. 16. cum Bon. 3. d. 22. q. 4. Palud. q. 2. ar. 3. Fulgen. lib. 3. ad
Thraſimundum. cap. 30. item falſo dicit Caiet. 3. p. q. 50. 6. in in-
ſtanti ſeparationis meruiſſe vt in termino viæ. & Veg. lib. 7. in Tri
den. cap. 18. ait animam Chriſti in triduo mortis fuiſſe viatricem,
non vt mereretur, ſed vt ſatisfaceret, ſup. lib. 1. de pœnit. c. 13 §. 5.
A. Suar. 3. p. q. 19. ar. 3. dub. 39. §. 3. id aiſt Petri Act. 2. exponit D.
Tho. q. 52. ar. 4. & ar. 5. ad. 1. cum Aug. epiſt. 99. ad Euod. quia Pa-
tres ſoluit pœna, quam ex dilatione gloriæ patiebantur. At ſane
Petrus non de his patribus, ſed de gloria Chriſti loquitur. 2. Bel-
lar. exponit li. 2. de purg. c. 16. dub 3. & lib. 4. de Chriſto. cap. 8.
cum eod. Aug. doloribus irritis effectis, vt irriti ſiunt laquei, ne
teneant: non quia tenuerunt. 3. Græc. habetur, ſolutis dolorib.
mortis: vbi Chryſoſt. Oecum. quia reſurrectione deſtruxit mor
tem cũ effectibus, & doloribus ſuis: quaſi mors Chriſtum deuo-
rans eſſet in dolore partus, donec Chriſtum euomuit, vt ecce Io-
nam. Pater enim Chriſtum ſuſcitans & honorans declarauit diſſo
lutos iam effectus mortis 4. Arias Mont. in Act. 2. & D. Ribera de
corpore Chriſti exponunt (id enim ſuſcitauit quod per mortem
cecidit. de quo Io. 10. ego pono animam meam. Tho. 3. p. q. 47. 1.
ad. 1. q. 50. 3. ad. 1.) quod in ſepulchro de ſe adhuc erat corruptio-
ni obnoxium: ſed Deus per reſurr. diſſoluit dolores. 1. effectus oēs
mortis, & abſorpta eſt mors in victoria. 1. Cor. 15. & iuxta Pſ. 15.
non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. D. Tho. 3. p. q. 51.
ar. 3. idemq; eſt ſen
ſus Vulgatæ, ſolutis
doloribus inferni. i.
ſepulchri, ſeu quia
dolor durus mortis
cum ſuis effectibus
dicitur dolor infer-
ni. Pſal. 17. dolores
inferni circundede-
runt me: quos ibid.
vocat dolores mor-
l tis. [l] Aug. tandē in
Pſal. 85. & lib. 20. ci
uit. c. 15. lib. de hæ-
reſ. c. 79. Bell. c. 16.
dub. 4. D. Tho. 3. p.
q. 52. ar. 2. 5. & add.
q. 69. ar. 6. q. 89. ar.
6. & addit limbum
Patrum fuiſſe eun-
dem ſitu cum lim-
bo decedentium in
peccato originali, qui patientur perpetuam pœnam damni abſque
pœna ſenſus & triſtitiæ. poſt diem vero iudicii non venient ſuper
terram vt philoſophentur. Soto diſt. 48. ſi. diſt. 45. q. 1. ar. 2. conc. 1.
& lib. 1. de natura & gratia. c. 14. concl. 1. Auguſt. c. nulla. de conſe.
diſt. 4. Ioan. PP. cap. ad lumina. 30. q. 1. (contra Cathar. in opuſ.)
hos pueros limbi non liberauit Chriſtus. D. Thom. 3. par. q. 52.
m art. 7. [m] D. Thom. tandem & Caiet. q. 52. art. 8. Bonauen. 3. diſt.
22. q. 5. Maio. (contra Palac. q. 2.) & Bellar. 2. de purgat. c. 18. ad
ſi. & lib. 4. de Chriſto. c. 16. ad ſi. colligitur ex Auguſt. d. epiſt. 99.
n ad Euod. & lib. 12. in gen. ad lit. cap. 33. Gregor. 13. moral. c. 20. [n]
o Sup. cit. L. [o] Martin. lib. 9. hyp reg. 10. ſed nullum Doctorem cit.
& in add. manu ſcripta, quam ipſe mihi oſtendit, ſic explicat hunc
loc. 1. Pet. 3. quem quidam hæretici conantur acutè exponere, vt
refert Bellar. lib. 4. de Chriſto. c. 13. cuius eſt triplex ſenſus ſe-
p quens. [p] ſenſus. 1. per incredulos intelligi infideles damnatos, vt
explicatur in tex. Athan. epiſt. ad Epictetum epiſcopum Corinth.
poſt princ. (quem refert D. Tho. 3. p. q. 52. ar. 2. arg. 3.) & lib. de
incarnat. Chriſti. Marti. add. Carthu. 3. d. 22. q. 6. vbi Palac. q 2. li-
cet linguam & inſtrumenta ſermonis reliquerit in ſepulchro cum
corpore: venit in Spiritu. i. in ſola anima ad inferos, & damnatis
qui in carcere erant prædicauit. idem Dam. li. 3. de fid. ca. vlt. hanc
expoſitionem D. Th. non reiicit: ſed dicit meliorem eſſe. 2. expoſ.
Aug. epiſt. 99. ad Euod. quam in 1. Pet. 3. ſequitur idem D. Tho.
Bed. Alber. & Carthu. idem fere Payua. lib. 2. defenſio. conci. Tri
q dent. [q] ſic quidam aiunt Chriſtum aſſumpta humana figura appa
ruiſſe immediate olim Adæ Gen. 3. & Abrahę qui Ioan. 8. dicitur
vidiſſe diem Chriſti, & aliis Patribus, Iſai. 52. ego ipſe qui loque-
bar, ecce adſum. vbi Leo Caſtri uffert Sotherem Pap. epiſt. 1. Cy-
rill. de incarn. cap. 2. & 16. Orig. ho. 1. in Eſai. 6. vidi dominum.
ho. 6. in Iere. lib. 8. in Rom. 10. Clem. lib. 1. recogn. fo. 13. lib. 5. con
ſtit. c. 21. Ignat. epiſt. ad Antiochen. Tertul. 4. contra Marcion. &
lib. contr. Iudæ. cap. de nati. Chriſti Athan. de fid. Trin. & vnit. Hi-
lar. 5. Trin. Ambr. de Iacob & vita beata. & in Coloſſ. 1. & lib. de
iis qui myſter. init. cap. 4. Leo epiſto. 13. ad Pulcheriam Augu-
ſtam. Euſeb. 1. hiſto. cap. 2. & 3. lib. primo. demonſtr. cap. 3. li. 6.
cap. 24. Nicepho. 1. cap. 2. 3. 5. Cantacuzen. Apol. 1. cont. Maho-
met. imperf. Chryſo. & Remig. in Matt. 3. & id ſub Anath. definit
conc. Syrmien. can. 13. tenet Alex. 2. p. q. 27. m. 2. a. 2. Mart. lib. 2.
hyp. c. 2. cum Euſeb. probat quia Exod. 20. dicitur Iehoua (quod
nomen nunquam tribuitur Angelis apparentibus) apparuiſſe Mo
ſi. hæc in gratiam Aug. cuius expoſitionem præfert D. Thomas
r quam Bellar. ſupra multis rationibus confutat. [r] ſenſus. 3. de ani
mabus purgatorij, eſt communis Bellar. & in id. 1. Pet. 3. Oecu.
Lyr. Caieta. idem Dam. orat pro defuncto. Epipha. hær. 77. Cy-
ril. de recta fide. & lib. 12. in Ioan. cap. 36. Hilar. in id Pſal. 118.
defecerunt oculi. Ambr. in Rom. 12. Rufin. in expoſ. Symbo. &
alii ſtatim citandi. Fr. Alphon. Mendoza. in ſuis quodlib. quæ-
ſ ſtio. 1. pag 84. [ſ] iuſti qui in ſtatu leg. naturæ fuerunt, vocantur
Petro, increduli. quia habuerunt quidem fidem, ſed non expli-
citam de Chriſto, eam vero explicitam tanquam medium neceſ-
ſarium ad ſalutem gloriæ prædicaſſe Chriſtum. ſic de quibuſd. phi
loſoph. fuiſſe ſaluatos (lib. de ſacr. c. 5. §. 10.) ex hoc loco Petri, Cle.
Alex. li. 6. Strom. & Iuſt. Parenеſi ad gentes. q. 8. refert de Socrate,
Heraclito, & aliis philoſ. qui ſine ea fide explicita deceſſerit, & ſal

vero morte ſua ſtatim reſerauit pa-
t radiſum etiam latroni Luc. 23.[t] & Patribus dedit beatitudinem eſſentialem: licet eo triduo manſerit in
u limbo.[u]

3 Indulgentijs per modum ſuffragij iuuantur animæ defunctorum piorum, ſup. cap. 7. §. 4. & capit. 3. fin. Nec tamen poteſt Papa pro libito euacuare purgatorium, ſup. cap. 4. §. 1. cum requiratur cauſa proportionata, infra cap. 15. ille vero defunctus magis dignus eſt acceptari, qui dum viueret curauit ſolicitus eſſe pro ſe, & fuit deuotus erga indulgentias, & miſericors ac diligens in iuuandis animabus purgatorij. At ſine his, ſatis idonea eſt anima quę in gratia perſeuerans deceſſit, vt dignetur Deus ſuſcipere indulgentias, vel ſuffragia ſpecialiter oblata pro ipſa: quamuis negligentius fecerit fructus dignos pœnitentię, & non impleuerit à confeſſario iniunctas, vt dicetur cap. 16.

4 Animę quę ſic per viuorum ſuffragia liberantur, ſunt memores beneficij, & non tantum dum beatę fuerint, ſed in purgatorio manentes orare poſſunt pro viuis apud Deum. ſibi enim per Angelum cuſtodem innoteſcit neceſſitas, vel
x oratio viuorum,[x] vt nota erat Patribus ſanctis, ad quos dum in limbo ſine Dei viſione detinebantur
y fundebatur oratio.[y] At quia anima purgatorij eſt ſitu & indigentia
z ſub nobis,[z] non oramus, nec veneramur illam cultu dulię, vt beatos: ſed rogamus, vt oret pro no-
a bis:[a] vt viuentem iuſtum rogare ſolemus. dum vero vna anima pro alterius ſocij anima in purgatorio patientis orat, fieri poteſt vt impetret apud Dei miſericordiam mitigari alteri pœnam, aut breuitatem
b illius.[b] quod tamen de lege ordinaria non fit, ſine applicatione ſatisfactionis & remedij ordinarij per
c viuos fideles,[c] vt lib. 5. de pœnitentia. c. 15. dictum eſt.

CAP. IX.

Quem effectum habeat indulgentia, aut iubilæus in peccatore.

§. 1. *Non cadit ſub præcepto indulgentia: nec tamen eſt opus imperfectis.*
2 *Indulgentias eſſe vtiles; ſed ob eas non eſſe ceſſandum ab operibus bonis.*
3 *An peccatori proſit vt remuiſcat?*
4 *Cur non remittat pœnam æternam. iubilæi anni centeſimi vel cruciata quibus proſit.*
5 *Non oportet omnia opera iubilæi impleri in gratia.*
6 *Qui capit bullam in mort. quando conſequatur indulgent.*

a INdulgentia non eſt res ſub pręcepto neceſſaria:[a] cum effectus proprius illius ſit ſatisfactio pro pęna tēporali quam homo poſſet reſer-
b uare in purgatorium.[b] eſt tamen

g Toled in Ioan. 6. no. 28. D. Thom. quæſt. 65. 4 ad 2. q. 80. 9 ad 3. g ſentit plane D. Thom. q. 80. art. 11. Durand. d. 9. q. 2. num. 7. Paludan. q. 1. num. 15. Maior. q. 3. Richar. d. 12. art. 6. q. 1. propendet Adrian. in 4 de euchar. Gabriel. lect. 87. Cathar. lib. 5. contra Caietan Bellarm. lib. 1. de euchar. cap. fin. Pet. Soto titu. de euchar. lect. 9. Soto d. 12. q. 1. art. 11. Ledeſ. q. 21. art. 11. Victor. §. 85. & Recent. Catech. Pij V. Taper. artic. 15. Roffen. lib. 4. de verit. corp. Chriſti in euchariſt. & in prolog. lib. 5. cõtra Oecolamp. Hoſi. lib. 3. contra Brent. Claud. repet. 7. cap. 5. Nauar. cap. 21. num. 57. ſentit Ang. euchar. §. 3 Ferrar. 4. contra gen. c. 61. Democar. lib. 4. de ſacrificio altar. c. ultimo. Quare ſaltem in mort. artic. id præceptũ & neceſſarium morem ſeruandum iubet conc. Trident. ſeſſio. 13. cap. 6. citans euoc. Nicen. can. 13 (At conc. Eliberi. can. 3. 47. 78. quod fuit paulo poſt Nicen. quibuſdam negabat communionem in art. mortis. & Innocent. I. quia præſumebat non habere veram pœnitentiam.) & non obſtante interdicto & ceſſatione quæ pertinet ad præceptum humanum datur viaticum infirmis Nauar. c. 27. num. 173. 178. quia præualet præceptum diuinum, & ex Ioan. 6. niſi mãducauer. colligunt ſolis adultis eſſe præceptum. B. Chryſoſt. homil. 45. 46. 47. Cyril. lib. 3. in Ioan. c. 13. 14. 37. Orig. hom. 7. Numer. Cyprian. ſer. 9. oration. dominic. Hilar. 8. Trinit. & quia Luc. 22. hoc facite, iubet miniſtrare alijs, probat D. Thom. ſubinde obligari alios accipere. (Nec enim tantum myſterium Chriſtus reliquit ſine præcepto) ſicut ex præcepto prælati poſito Io 20. quorum remiſeritis colligunt Patres obligari omnes Chriſtianos confiteri ſacerdoti. falſo dicit Palod. quod niſi eſſet præceptũ Chriſti, forte non poſſet eccleſia id omnibus præcipere. nec eſt idonea euaſio. Taper. ſup. Ianſen in id Ioan. 6. Claud. rep. 6. c. 7. Ioan. 6. non imponi præceptum, cum nondum inſtituta & nota eſſet euchariſtia. (& citant Hilar. Cyril. Chryſo. Baſil. & DD. citatos qui aiunt tantum eſſe præceptum humanum) atque ita ſenſum Ioan. 6. eſſe, ſine euchariſtia non habebitis eam rationem & proprietatem vitæ & mirificæ unionis, quæ datur nobis, dum ſubſtantia Chriſti capitis manet in manducante, & illum incitat in actum uitalem deuotionis. At hic ſenſus excludere non debet receptum eccleſiæ ſenſum, ut dictum eſt. h Ita plane Auguſt. & alij Patres infra, dum putant etiam paruulis communionem euchariſtiæ, ſaltem in uoto eſſe neceſſariam (vt ſacram. bapt. & pœnitentiæ eſt medium neceſſarium poſito tali Chriſti præcepto) D. Thom. q. 73. art. 3. cap. ad 1. cum Auguſt. epiſt. 23. ad Boniſ. lib. 1. contra Creſcon. c. 24. 25. q. 79. 1. ad 1. q. 80. 11. ad 2. etiam de infantibus. & in Ioan. 6. lect. 7. q. 75. 4. & clarius d. 12. q. 3. 2. 1. ad 1. lib. 4. cont. gent. cap 61. Chryſoſt. ho. 24. in 1. Corint. de quo Sixtus libro 9. bibliot. cap. 264. catech. Pij V. Iacob. Minor apud Abdiam. lib. 6. hiſto. Apoſt. Dionyſ. eccleſ. hier. cap. 2. & 7. Cyprian. ſer. 5. de lapſis & ſtrictius ſer. 6. in orat. dominic. Innoc. 1. epiſt. ad conc. 1. Carthag. & in reſcripto eiuſdem concil. Cabilon. 2. cap. 46. bene Beat. Vincen. Ferrer. ſer. in 8. corp. Chriſti dicit omnia ſacramenta etiam baptiſmum, habere virtutem ab euchariſtia, ut ſtellæ habent lumen à ſole. & Recen. Claud. citat Patres. rep. 6. c. 7. in de rep. 10. c. 2. Roffen. lib. 5. contra Oecolam in procemio Naclantus de communione Theorem 4. Eſpence. 2. de adorat. euchar capitulo 12. Hoſi. lib. 3. contra Brent. Pet. Sot. tit. de euchariſt. lect. 8. & 12. Ledeſ. quæſt. 16. artic. 3. quæſt. 21. artic. 11. Vict. §. 77. ſed nouo 85. Tabien. communicare. §. 18. uidetur Soto ſibi contrarius diſtinct. 11. quæſt. 2. 1. ad 3. diſt. 12. quæſt. 1. art. 11. Frat. Medin. & Recentior. & neceſſitas medij ſatis colligitur Ioan. 6. niſi manduc. ſicut de baptiſ. Ioan. 3. niſi quis renatus. i Caietan. deludit uim præcepti, dum ait proponi per modum finis (quia euchariſt. eſt finis ſacramentorum, ſicut idem Caiet. 2. 2. quæſt. 184. artic. 3. at modom in præcepto dilectionis proponi per modum finis, nec tamen violare præceptum qui toto mentis conatu non diligit.) verum eſt quod cum finis ſit, prima cauſarum præceptum euchariſtiæ quæ eſt finis, primo datum eſt, ut ait D. Th. 3. p. q. 73. 5. ad 4. & probatur in textu. k Præceptum communionis affirmatiuum obligat pro perſonis loco & tempore, nec danda eſt phreneticis, & patientibus periculum uomitus, ut nec infantibus, ob reuerentiam ſacramenti. At ſecluſis alijs circunſtantijs (ſine quibus alia præcepta obligare non ſolent) non licet omittere communionem ante mortem. ſed præceptum de honore parentum, aut eleemoſyna, non obligat ita ante mortem, niſi poſita indigentia aut alia circunſtantia proximi. l Quod ſignificat D. Th. q. 65. 4. q. 73. 3. d. 9. q. 1. 1. 2. Soto d. 1. q. 6. art. 4. d. 8. q. 1. artic. 3. diſt. 12. quæſt. 1. artic. 11.

f intelligunt: f de qua Chriſtus loquitur dicens, hoc eſt opus Dei, vſque ad finem fere illius cap. ubi ait, panis quem ego in futurum dabo, caro mea eſt. & inquirentib. quomodo poteſt hic nobis carnem ſuã dare ad manducandum? reſpondit Chriſtus: niſi manducaueritis carnem &c. & pluſquam ſepties repetit, caro mea vére eſt cibus. & tandem ſicut ego viuo propter Patrẽ qui miſit me, id eſt, quia accipio ſubſtantiam Patris in me: ita qui manducat me, uiuet propter me nempe quia recipit in ſe ſubſtantiam corporis mei in euchariſtia. quam promiſſionem Chriſtus fideliter impleuit in ultima cœna. 3. ex eodem loco Ioan. 6. niſi manducaueritis: colligitur diuinum præceptum poſitiuum g de reali communione euchariſtiæ poſitum ſolis adultis baptizatis, qui ſunt præceptorum capaces. quia ſub eadem verborum forma proponitur ut diuinum præceptum de baptiſmo.

Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit: & ſicut præceptum de ſacramento pœnitentiæ pro his qui mortaliter peccarunt poſt baptiſmum. Luc. 13. niſi pœnitentiam egeritis. ex eodem cap. 6. videtur colligi communionem euchariſtiæ ad certum tẽpus aut ante mortem ſi commode haberi poſſit in re, aut ſi non poſſit communionem in voto eſſe adultis poſito tali Chriſti præcepto, medium neceſſarium ſpiritualis vitæ m

h conſeruandæ, h idq; non tantum per modum finis vt eſt in inuentione,

i i ſed per modum cibi animæ, quem præcepto ſuo Chriſtus uo- n luit eſſe ita neceſſarium, ſicut cibus ad vitam corporis diu conſeruandã neceſſarius eſt. quod ſi omittat omnino, cum poſſit ante mortem adultus ſine graui ſuo diſpendio, & ſalua ſacramenti reuerentia

k digne recipere, k peribit vita animæ: ut defectu cibi homo peri-

l re ſolet. ſed aiunt quidam l de communione tantum eſſe ſingula-

re præ cęteris præceptum diuinum Christiano etiam iusto: & ad effectum conseruandi vitam animę esse institutam vt medium peruile, & moraliter necessarium: sed non simpliciter vt medium. quia ille necessarius effectus conseruandi uitam, datur per alios etiam actus liberos. Cōseruatur enim iustus in uita gratiæ habitæ per alia bona opera (ut per merita, per orationem, quia impetrat donum etiam perseuerantiæ, per deuotam receptionem aliorum etiam sacramentorum quæ non cadunt sub præcepto) quæ uim conseruandi, augendique gratiam habent ex Dei gratia, & non in uirtute sacramenti eucharistiæ quasi sint votum illius.

3 At sane præter hæc subsidia, quia eucharistia ex Christi institutione habet, ut aliquando libero hominis actu sumenda sit per modum cibi, est medium necessarium ad huius vitæ conseruationem, ut adulto Christiano per fidem Christi implicitam & per contritionem iustificato est medium necessarium si ante mortem possit habere fidem explicitam Christi & sacramentum pœnitentiæ in re: [m] aliàs enim excludat uotum huius non saluabitur: quamuis sint alia etiam media per quæ iustus conseruatur in gratia: quæ licet non includant, non tamen debent excludere sacramentum necessarium pœnitentiæ. ita Christianus qui excludit uotum eucharistię saltem implicitum, non habebit vitam & salutem vltimam. ob quod eucharistia datur morituris ut uiaticum & pignus gloriæ. Sic Adam præter reliquos cibos quibus uitam conseruaret, habuit speciale pręceptum sumendi ad tempus optimum illum cibum ligni vitæ [n] (qui fuit secundum Innocent. III. typus eucharistiæ) ut vitam in eo statu innocentiæ conseruaret immortalem: sine cuius usu tanquam medij necessarij, uitam non perpetuaret: sed periret & corpore & anima. hanc necessitatem eucharistiæ colligunt Beat. Patres vt Augustin. & Thom. ex simili verborum forma qua Christus sua institutione proponit præcepta trium sacramentorum: ut sicut homini peccatori etiā per contritionem iustificato baptismus, uel sacramentum pœnitentiæ in re est medium necessarium ante mortem seclusis omnibus alijs circunstantijs, si modo possit recipere ante mortem: ita communio. quia tanquam medium necessariū quod pendet ex uoluntate adulti Christus instituit necessarium sacramentum, sine quo in re aut in voto saltem implicito noluit sua merita communicare adulto.

4 Paruulis baptizans communio eucharist. in re non est medium salutis necessarium: [o] sed nec in proprio uoto [p] cum usum arbitrij non habeant: nec indigeant eo cibo ad persistendum firmiter in uita spirituali contra tentationes. neque enim uotum proprium sacramenti dicitur necessarium, nisi ei, cui realis susceptio est necessaria. Dicitur tamen puer in uoto ecclesiæ habere eucharistiam, [q] quia ex professione legis Christianæ facta in baptismo, tenetur cum adultus fuerit communicare secluso omni pręcepto humano, [r] quia inchoatio vitę quę habetur regeneratione baptismi ordinatur ad perfectionem vitę qua per communionem fit mirabilis vnio cum Christo, quę est consummatio. & finis aliorum sacramentorum, & totius uitę Christianę: ut qui intentionaliter nititur cum fine (qualiter per gratiam baptismi hic vnitur cū Christo) optat eundem finem pręsentem possidere realiter: [s] quo modo qui manducat Christum, habet illum realiter in se manentem, sicut cibum in comedente. Reliqua pręcepta tam naturalia quā supernaturalia, ut de fide etiam explicita Christi, spe, caritate & pœnitentia obligant adultos etiam ante baptismum. Sacramentum uero pœnitentiæ non obligat nisi posito peccat. mort. post baptismum: pręcepta humana possent humana autoritate auferri, ne includerentur in baptismo. At sola communio per se includitur in baptismo, qui est professio nouę legis, de qua adiecit Christus pręceptiuum positiuum, tanquam necessarium baptizatis omnibus etiam ijs, qui nunquam peccarunt. quare singulari ratione adultis eucharistia, in re uel in uoto dicitur medium necessarium. in cuius figuram Ioan. 19. exiuit sanguis & aqua: quod baptismus & eucharistia sint ex institutione media per se necessaria ad salutem: nam & baptismum tenetur suscipere etiam qui in utero sanctificatus esset sine uoto & ordine ad baptismum: ut suscepit B. Virgo & Ioannes Baptista.

5 Quod si priuata consuetudine antiquissimi patres ex Gręcis, [t] leguntur communicasse infantes ex probabili sui facti causa, eos certe nulla salutis necessitate id fecisse credendum est, quia ut est in Conc. Tridentin. gratiam quam baptismo susceperunt, non possunt illa ætate amittere, in qua nouę culpæ & prę-

artic. 11. Victor. §. 53. Caietan. debilitans rationes & sensum D. Thom. quæst. 79. 1. ad 1. quæst. 80. 11. Mancius & Victor. idem dicunt de baptismo & pœnitentia solū esse præceptum adultis. Durand. dist. 9. quæst. 2. Paludan. q. 1. num. 6. Ledes. q. 14. 3. Hosi. lib. 3. contra Brent. post princ. [m] Hinc soluitur infirma ratio DD. supra. A qui dicunt homini iusto nullum esse mediū iure diuino necessarium, saluetur quod dicit Soto dist. 11. quæst. 2. art. 8. quia decedens in gratia post Christi passionem si nihil habet purgandum mox intrabit gloriam, nam prædestinatio, uel donum perseuerantiæ quo īfallibiliter saluantur electi. non tam dicitur mediū quam causa salutis: nec uidetur mediū necessarium, id est, sine quo præscitus non posset. nam simpliciter homo qui præscitus est, potest saluari. quæ potentia fundatur in merito Christi, & auxilijs sacramentisque præparatis, & libertate arbitrij, qua potest homo his remedijs uti. sed sane homo iustificatus per contritionem & fidē implicitā Christi, tenetur ante mortem ad fidem explicitam & sacramentum pęnitentiæ si potest. sic qui potest integre confiteri omnia mortal. est medium necessariū saluti, sine quo tamen qui non potest sic integre confiteri saluabitur. sic communio eucharistiæ in re numeratur inter media necessaria ei, qui potest. vt bene probatur in textu. [n] D. Thomas prima parte, q. 97. artic. 3. & 4. [o] Definit. de fide Trident. sess. 21. cap. 4. can. 4. capit. nulli de consecr. dist. 4. D. Tho. quæst. 80. 9. [p] Sic infans nō potest habere baptismum in proprio uoto & tamen martyrium ex Christi priuilegio supplet in eis uicē baptismi. [q] Sic acute contendit Augustin. qui tamen in sano sensu est interpretandus epist. 23. ad Bonif. lib. 1. contra duas epist. Pelag. c. 22. etiam paruulos recipere eucharistiam. Diony. Clemens. Cyprian. Euagr. Niceph. inf. & ita se exponit August. tract. 26 in Ioan. lib. 21. ciuit. cap 25. lib. 3. de peccat. mer. c. 4. serm. ad infantes in altari, quem citat Beda. 1. Corinth. 10. Torren. lib. 3. confess. c. 6. §. 3. & exponit D. Thom. q. 73. 3. ad 1 q. 80. 1. ad 3. & artic. 11. expresse & alij statim citandi. [r] Sed eucharistia aut baptismus in re non esset homini iusto medium necessarium saluti, nisi de illo esset præceptum aliquod, ut sane est præceptum diuinum pro adultis. nam si omittens non peccaret contra præceptum, nō amitteret gratiam, in qua decedens saluabitur, qua ratione vtitur conc. Triden. sess. 21. c. 4. Taper. art. 14. facit D. Th. q. 79. 1. ad 1. & q. 65. 3. præter loca supra citat. Bergom. cōcord. §. 584. Caiet. q. 80. art. 12. Pesā. uidetur Sot. d. 8. q. 1. art. 3. & plane August. lib. 3. de peccat. mer. cap. 4. [t] Dionys. eccl. hier. c. 3. parte 3 Clemen. lib. 8. constit. Apostol. c. 20. ubi refert reliquias eucharistiæ solitas dari paruulis. & epist. 2. quā etiam ait Euagr. li. 4. hist. c 36. Niceph. lib. 17. c. 25. conc. 2. Matiscon. c 6. Cyprian. serm. 5. de lapsis. li. 3. ad Quirin. c. 25. quem citat August. epist. 23. & lib. 1. de peccat. mer. c. 20. epist. 106. 107. quatenus consuetudinem Græcorum refert D. Tho. q. 80. 9. Claud. repetit. 10. c. 2. Taper. artic. 15. Hosi. lib. 3. contra Brent. Clicto. 1. Antilu. cap. 24. Pighi contro. 7. Vvalden. to. 2. de sacrament. c. 140. Pet. Sot. tit. de euch. lect. 8. Torren. lib. 3 confess. c. 9 §. 3 & Bohemi putabant paruulos nō saluari sine receptione eucharistiæ. Taper. ait in Hispania, communicasse paruulos. cuius oppositum habetur in magno tom. concil. Toletan. 11. cap. si quis per mentis alienationē, uel per infantiā reiecerit eucharistiam perceptam, &c. & addit aliquando sub utraque specie tantum sanguinis communicasset infantes. Triden. sess. 21. capitu. 4. ait ueteres Patres id fecis-

cepti ſine libertate capaces nō ſunt: & tamen iis euchariſtia conferret gratię augmentum, [u] ſicut confirmatio, uel ſi ſacramentum ordinis eis daretur.

6 Vt paruulis neceſſaria non eſt euchariſtia ad primam gratiā, (hæc enim non eſt proprius effectus euchariſtiæ) ita dum adultus baptizatur non habet primam gratiam ex virtute euchariſtiæ, [x] vt quæ per ſe ordinatur tanquam cibus ad vitæ iam habitæ conſeruationem. Sic olim cum Apoſtoli baptizabant ante euchariſtiæ inſtitutionem, baptiſmus propria vi à Chriſto data conferebat primam gratiam, & nunc confert ſine dependentia ab euchariſtia. At contritio ſine voto incluſo baptiſmi, vel pœnitentiæ non confert primam gratiam.

7 Nec iuſtis qui inculpabiliter ſine communione decedunt differtur gloria ad diem vſque iudicii: [y] quaſi tunc Chriſtus ſit eos communicaturus: nec enim euchariſtia adulto eſt tam neceſſaria ſicut ſacramentum baptiſmi, aut pœnitentiæ in re. [z] quod tamen in neceſſitate ſuppletur contritione cum voto ſacramenti: [a] atque ita adultis à communione impeditis, ſat eſt euchariſtia in voto. legimus tamen quoſdam ſanctos, quos Deus antequam reciperent augmentum gratiæ in quod erant prædeſtinati, mori non permiſit quouſque euchariſtiam re ipſa ſuſciperent: [b] non quod effectus euchariſtiæ voto ſuppleri nō poſſit incluſo in aliquo hominis adulti actu, qui fide viua accedens manducat ſpiritualiter Chriſtum, vel in ipſa baptiſmi ſuſceptione. errabant vero qui olim ita communionem putarunt neceſſariam, vt chriſtiani defuncti ori infunderent, ſaltem ſpeciem ſanguinis, [c] ſi caſu præoccupatus morte ſumere viuus non potuit. qui mos eſt merito à conciliis improbatus tanquam inutilis mortuo, & cum irreuerentia ſacramenti.

C A P. IIII.

Quando obligat præceptum diuinum.

PRæceptum diuinum baptiſmi affirmatiuum adultos ſtatim obligat. [a] quia eſt inchoatio uitæ: ſed præceptum euchariſt. non ſtatim. [b] qua proponitur vt finis: at ſaltem ad mortis, etiam violentę articulum [c] obligat tanquam viaticum eius, qui peregrinaturus eſt per ignotam regionem. Tunc uero ceſſant quædam eccleſiæ præcepta, vrgente diuino iure. quia ille morti vicinus (quamuis ſanus, morti adiudicatus) poteſt, & de ſe tenetur communicare, quamuis ieiunus non eſſet. [d] & infirmus poſſet non ieiunus per dies ſępius in eodem morbo communicare. [e] poteſt a miniſtro diacono ſuſcipere, [f] ſi abſit ſacerdos. ſed parochos ſi in ſacrario aſſeruata non ſit, non debet celebrare vt miniſtret, niſi ſaluis eccleſiæ pręceptis [g] ieiunus, non excommunicatus & cum omnibus veſtimentis ſacris, in utraque ſpecie, & azymo: nec infirmus recipere deberet ob ſcandalum à ſacerdote hæretico [h] ſchiſmatico, uel de excommunicatione nominatim denunciato, aut a viro laico, ſeu non diacono: nec cum periculo euomendi ſuſceptam euchariſtiam. excuſabantur etiam olim quidam, quibus etiam in artic. mort: iubetur negari communio: [i] eo quod præſumerentur non digne pœnitere. ſic quoſdam ſacerdotes etiā parochos per degradationem priuat eccleſia celebratione & cura, ad quam tamen non impeditus tenebatur iure diuino. in Hiſpania paucis ex his qui nuper ex Mauris ſunt conuerſi datur, ob periculum irreuerentiæ. ſine his circunſtantiis, quæ ex eccleſię inſtituto pertinent ad reuerētem ſumptionem aut celebrationē euchariſtię, non obligat pręceptum affirmatiuum communionis. 2. eodem iure diuino obligatur non in ſolo articul. mort. vt quidam [k] dicunt, ſed aliquoties in vita, [l] vitalem cibum capere: ut ſatis colligitur ex inſtitutione euchariſtię per modum cibi neceſſarii. vt Adam in ſtatu Innocentię per quędam ſtatuta tēpora, teneretur edere de ligno vitę, quod fuit typus euchariſtię. reliquit vero Chriſtus facultatem eccleſię, ut circa actus exteriores [m] recipiendi neceſſaria ſacramenta determinaret tēpora & loca: nō ita determinat de actibus fidei, ſpei, uel charitatis, quia interiores ſunt. atq; ita quidā aiūt quod qui eo anno cō-

ſe ob probabilem cauſam illius temporis. [u] Significat plane Trident. ſeſſio. 21. capit. 4. & patres Græci & Latini ſupra dict. catechiſ. Pij V. Claud. repet. 6. capitulo ſeptimo, folio 237. 239. Alan. 1. de euchar. capitulo 31. articulo quarto, Eſpencæ. libro 2. de euchar. cap. 12. Soto diſt. 8. quæſt. 1. artic. 3. & refert Patres. ſed male dubitat. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 9. colum. vltim an daret gratiam paruulis. [x] Vt putat Beat. Vincent. ſupra ſed non probat. [y] Sic quidam Græci antiqui infundebant potum ſanguinis ori infantium quaſi lac, refert Vualden. c. 140. Concil. Toletan. 11. cap. 11. Armach. libro 11. cap. 4. & alij ſup. de quo ſtatim. [z] Quia baptiſmus, & pœnitentia, ut ait Triden. ſeſſ. 14. cap. 2. per ſe ordinātur vt auferant peccatum, quod eſt impedimentum ſalutis. de neceſſitate baptiſmi. Triden. ſeſſ. 7. can. 5. de neceſſitate penitentiæ, ſeſſ. 14. can. 6. quare D. Thōm. quæſt. 65. 4. quæſt. 73. 3. ait hæc duo eſſe magis neceſſaria, quam euchariſtiam, de qua Trident. ſeſſio. 13. can. 9. ſolum expreſſit eſſe de neceſſitate præcepti. [a] Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. ſed incarnatio, & paſſio Chriſti fuit medium ſimpliciter neceſſarium ex ordinatione Dei: quia ſine eo nec Patrib. antiquis data eſſet gratia: nec iuſtus in limbum deſcendēs, preueniret in gloriā, ſi Chriſtus pro peccato naturę non ſatisfaceret. In ſacramentis tamen Deus voluntatem cū uoto ſacramenti, reputat pro facto. [b] Vt B. Lucia transfixa gladio non expirauit ante delatam ſibi communionem, & B. Magdalena, ad quod alludit Chryſoſt. hom. 24. in 1. Corint. de quo Siatus libro 6. bib. cap. 264. [c] Sic Grego. 2. dialog in vita B. Benedicti poſitam fuiſſe euchariſtiam ſuper ſepulturā defuncti qui ſępius apparebat, & mox quieuiſſe tumulum, quem errorem abrogauit concil. 3. Carthag. capitulo ſexto, Antiſio. can. 12. ſyo. ſexto. Conſtantinop. can. 83. quod etiam refert Bed. quadam hom. in Matth. mortuis datam communionem vtriuſque ſpeciei. Iuo 2. parte, decret. capitulo 40. ſimilis erat error Marcionis, ut pro defuncto mortuo ipſe aut alter baptizaretur. & colligebant ea 1. Corinth. 15. vt quid baptizantur pro mortuis. vbi Ambroſ. Theodor. Calu. Bapt. Hær. 3. Bellar.

C A P. IIII.

Supra. [a] libro de bapt. capitulo quarto, D. Thom. quæſt 68. 3. Trident. ſeſſio. 14. capitulo ſecundo, [b] D. Thom. quæſtio 73. 3. cum Aug. 1. contra duas epiſ. Pelagia. c. 22. unius hæc ram falſo citat deceptus à Grat. cap. in eccleſia de conſ. diſtin. 4. quia Auguſt. dicit non cogitantes. & aperte dicit euchariſtiam neceſſariam etiā paruulis ſcilicet in uoto & ſpirituali manducatione: ut exponit tract. 26. in Io. & D. Thom. ad 1. & art, 5. ad 4. addit poſt inſtitutum ſacramentum prius poſitum eſt præceptum euchar. quia eſt finis & 1. cauſarum, quam baptiſmi. idem quæſtio. 66. 2. capit. ad 3 artic. 5. capit. ad 2. [c] Quidam in mort. art. putant communioné obligare ſub veniali tantum. Paludan. diſtinctione nona, quæſtio. prima, numero decimoſexto, Caietan. ver. communio. Armil. Ledeſ. quæſt. 21. artic. 11. fin & citat Sylueſt. (qui putant eſſe præceptum tantum eccleſiaſticum quod c. 3. reiectum eſt) & obligare in eo articulo præceptum diuinum, plane ſignificat Triden. ſeſſ. 13. cap 6. citans concil. Nicen. can. 13. D. Thom. ſentit, tenet Soto diſtin. 12. art. 11. Rich. Durand. Gabriel. d. 9. Tab. cōmunicare. §. 16. Naua. c. 21. nu. 45. 57. Recent. [d] Colligitur ex D. Tho. q. 80. 8. & dicetur infra C. 49. [e] Tabien. uerb. communicare. [f] Bellar. D. Thom. q. 82. 3. & dicetur li. de ord. [g] Sot. d. 9 q. 1. art. 4. Ledeſ. q. 15. ar. 4. & Recen. cont. Maio. d. 9. q. 3. ad 5. dicentē pro cōicando infirmo licitū celebrare in fermentato. [h] D. Th. q. 82. ar. 9. [i] Inno. I. epiſt. 3. c. 2. conc. Eliber. can. 3. 47. 78. ſed ea prohibitio quaſi dura, ſuit paulo poſt reuocata, & datur communio etiā reconciliatis ab hæreſi. [k] Palud. d. 9. q. 1. nu. 16. Ledeſ. q. 21. ar. 11. [l] Colligitur ex D. Tho. q. 80. 11. Soto d. 12. ar. 11. Petrus Soto lect. de euchar. lect. 2. Gabriel. diſt. 9. ſentit Duran. [m] Taper. art. 15. D. Th. & alij ſup. & colligitur in ſimili ex Trid. ſeſſ. 21. c. 2. Conſtantien. ſeſſ. 13. etc.

municauit in paſcha , ſat impleuit
præceptũ etiã diuinum de commu-
nione in artic. mort. ſi tunc contin-
n gat. [n] At reuera iterum tenetur ac-
cipere prope mortem per modum
uiatici: vt probant concilia & con-
o ſuetudo fidelium : [o] niſi paulò ante
exitum, vt per 8. dies communicaſ-
p ſet. [p] 3. prohibentur omnes præce-
pto negatiuo contemnere hoc diui-
num ſacramentum, multo arctius
quam reliqua: cõtemptus enim im-
mediate Chriſti hic contenti vel il-
lius indigna tractatio, vt ſumptio
aut celebratio in pec. mor. eſt grauiſ-
q ſimum ſcelus. [q] 4. præcepto Chriſti
tenetur quilibet ſacerdos non impe
ditus celebrare, idque fortaſſe bis
r vel ter in anno. [r] ne gratiam Dei in
vacuum receperit, quam tenetur ad
miniſtrare etiam in aliorum, & ec-
cleſię vtilitatem. 5. eodem iure Chri
ſti poſitiuo conſcius peccati mort. te
netur vt digne recipiat, præmittere
ſ confeſſionem, [ſ] ſi habeat copiam
confeſſarij idonei, alioquin indigne
recipit, quamuis ex reuelatione ſci-
ret, ſe contritione eſſe iuſtificatum.
ita enim Chriſtum præcepiſſe pro-
bant concilia, vſus eccleſiæ & pa-
tres, qui tamen in peccato ſciens ce-
t lebrat, non niſi ſemel [t] & in una pec
cati ſacrilegij ſpecie peccat, ſed gra-
uiſſima: ut quia tempore præcepti
offert vt miniſter eccleſiæ, conferri,
& ſibi indigne ſuméti, indignus mi-
niſtrat ſacramentum.

cit. ſup cap. 3. §. 4. [n] Palud. Sylueſt. ſup. Caietan. & Arm. verb. cõmunio Soto, Victor. Ledeſm. & quidam Recent. ſed ſalſo. [o] Colligitur ex Trident. ſeſſ. 13. c. 6. & citat Nicen. can. 13. ſignificat id haberi ex traditione dicens, lex antiqua regulariſque. habetur c. de his vero. 26. quæſt. 6. cap. ſi quis de corpore, idem Innoc. lib. 4. cap. 42. cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſ. & fideles magis ſcandalizãtur ſi qs omittat communicare in articu. mort. quam ſi in Paſcha. [p] Fatetur Soto & cõmunis Recentior. [q] D. Thom. quæſtio. 80. art. 5. Alber. d. 9. arti. 9. Alex. quæſt. 46. mon. 4. Gab. lectu. 87. Duran. q. 4. Nauar. cap. 21. numero 46. & colligitur ex ſanctis in 1. Corinth. 11. reus erit corporis, ubi glo. ordinaria Chryſoſt. Phocius & alij Patres Baſil. ſum. 2. de baptiſ. cap. 3. Madrid. lib. de frequen. eſu euchar. c. 2. ſed licet grauius ſit quã occidere Papam de ſe, non tamen ob id incurrit excommunioni. cano. ſi quis ſuadent. ſi quis hoſtiam percuteret: quia corpus Chriſti non adeſt paſſibili & cõnaturali modo Gabr. ſup. Caietan. 22. quæſt. 99. 3. dub. 3. & Recentio. ſed grauius eſt peccatum immediatũ contra Deum, ut odium vel hæreſis. deinde contra Chriſtum in propria ſpecie, ut illorum qui Chriſtum crucifixerunt quos concil. Epheſ. vocat deicidas. D. Thom. 3. par. quæſt. 47. 6. in tertio vero loco peccatum contra euch. in 4. contra Chriſti imaginem. [r] Colligunt Luc. 22. hoc facit. Sot. lib. 9. iuſt. quæſt. 3. art. 1. Durand. d. 13. Gab. 87. rational. lib. 4. c. 54. Nau. c. 25. num. 88. 134. Ant. de mocares. lib. de ſacrif. alt. 1. vlt. Sylueſt. miſſa. 1. §. 7. uerſ 4. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 27. num. 2. D. Thom. quæſt. 82. art. 10. d. 13 q. 1. 2. 3. Palud. q. 2. Durand. q. 2. Maior. Cano. & Recen. in prælec. Catarinus. lib. 5. cont. Caiet. Canoniſtæ cum Archid. c. ſufficit. de conſ. d. 1. Richar. d. 13. art. 2. quæſt. 1. & poteſt colligi ex Trid. ſeſſ. 23. c. 14. quamuis quidam negant peccare mort. ſacerdotem qui non eſt beneficiarius, ſi nunquam celebret Alexand. 4 par. q. 51. memb. 2. Bonauen. diſt. 12. quæſt. 4. Anton. 3. par. titu. 13. cap. 6 §. 12. Speculum conſcient. tract. 3. cap. 13. §. 10. Ledeſ. 1. par. q. 23. art. 10. Soto diſt. 12. q. 2. art. 10. non audent damnare mort. Victor. §. 85. Roſel. Caietan. quæſt. 82. art. 10. ubi Peña Panor. c. ut laici, de celebr. miſſ. at prior ſententia eſt probabilior & tutior in re morali, ne ſacerdos. Corinth. 6 in vacuum recipiat gratiam Dei. & Matth. 25. talentum abſcondat ocioſe quamuis id exponant de paſtore habente curam docendi in Matth. Hieron. Euthym. Chryſo. hum. 79 Origen. trac. 33. Ambroſ. in Luc. 19. & ſer. 80. Gregor. hom. 6. in euang. de quo dicitur lib. de ſacrificio. c. 13. §. 2. [ſ] Trid. ſeſſ. 13. c. 7. can. 11. Soto d. 12. q. 1. 1. Victor. vete. §. 134. Cano. 5. de loc. c. 5. Cathar. 5. contra Caiet. Cordub. lib. 1. qq. q. 16. Nauar. c. 2. nom. 10. cap. 21. numero 46. 49. [t] Quia omnes illæ rationes pertinent ad vitium contra reuerentiam ex virtute religionis debitam.

CAP. V.

De præcepto Eccleſiæ, quæ tempus determinat.

IN præceptis affirmatiuis iuris na
turalis vel diuini ubi nõ ſunt cer-
to deſignatũ tempus : iuſte ſuo præ-
a cepto eccleſia [a] obligat oẽs Chriſti
fideles ut poſtquam ad pleuũ diſcre
b tionis vſum peruenerint [b] quando
ſciunt hunc ſacrũ cibum diſcernere
à profano, communicent ſtato cuiuſ
libet anni die paſchę reſurrectionis,
in propria Parochia. quod tempus
prorogatum eſt iure cõi à fer. 5. in cę
na Domini, vſque ad diem octauũ
c paſchæ: [c] conſuetudoque extendit à
dominica in ramis, & in plurimis
d diœceſibus [d] a principio quadrageſi
mæ, vſque ad 15. diem poſt paſcha.
poteſt in longius tẽpus, ex epiſcopi
aut cõfeſſarij diſpenſatione rationa-
e bili, cui iura id committũt. [e] elapſo
toto illo tempore, quod pro paſchæ
f die ſubſtituitur, ceſſat illo anno [f]
per ſe obligatio huius affirmatiui
g præcepti. [g] vt ceſſat in alijs præce-
h ptis eccleſiæ, [h] ſed per accidens ra-
tione dilationis datæ a confeſſario,
vel ratione excommunicationis &
ſcandali, reus compellitur poſtea,
i paſtore communicare, [i] ut eo ſigno
proprium ouium ſtatum diſcernat.
quare qui ob longum iter uel mor-
bum fuit impeditus communicare,
non tenetur poſt longũ tempus ſup-

CAP. V.

COncil. [a] Lateran. cap. omnis utriuſque Triden. ſeſſio. 13. cano. 9. [b] Caietan. quæſt. 80. 9. Sotu d. 11. q. 1. 11. Ledeſm. q. 21. & quæſt. 13. Nauar. bene cap. 21. num. 57. Cordub caſu 60. Couar. 1. Var. capitulo 20. numero quinto, Victo. §. 53. Caniſ. titu. de euchar. §. quarto, Alan. libro primo, de euchar. capitulo 3. ut communiter anno 11. ætatis, aut maiori. ſed ad confeſſionem ſatis eſt minor diſcretio in puero nec præceptum eccleſiaſticum obligat ante ſeptennium, vt nec ſponſalia. [c] Eugen. Papa IIII. ut refert Nauar. cap. 21. num. 45. Sylueſt. euchar. 3. §. 15. uerſ. 3. Caietan. & Armi. uer. communio. Tabien. §. 4. ſed Anton. 1. par. tit. 9. cap. 9. putat non impleri præceptum communionis niſi ſolo die paſchæ: quia nõ vidit conceſſionem Eugen. IIII. [d] Nauar. refert hunc morem eſſe Conymbricæ. idem in diœceſi Valentiæ. [e] capit. omnis Nauar. ſupra Soto d. 12. ar. 11. [f] Annus eccleſiaſticus uidetur incipere à dominica in albis quando poſt ſolennem baptiſmum compellebantur fideles ad præcepta eccleſiæ, & uidetur finiri in præcedenti tempore ut ad finẽ 40. ut docentur pueri in rudimentis. ſignificat Triden ſeſ. 14 cap. 1. can. 8. fin. morem confitendi in 40. retinendum Burchar. lib. 19. decret. à princ. & cap. 16. ex conc. Agath. cap. in capite 50. d. quod aduertit Renan. & Pamel. in Tertul. de pœniten. cap. primo, Siſt. Papa IIII. ti. de treug. & pace uetat Mendicantes prædicare, parochianos non teneri ſaltem in paſcha confiteri parocho Medin. C. de confeſ. tract. 2. quæſt. 20. fol. 67. Victor. §. 192. D. Thom. diſtinct. 17. quæſt. 3. t. 4. & clarius quodlib. 1. art. 11. Nauar cap. 2. num. 10. cap. 21. numero 35. Palac. diſt. 27. quæſt. 8. conc. 3. Soto diſtinct. 18. quæſt. 1. art. 4. conc. 1. putat quod ſecunda confeſſio aut communio non debet intra annum diſtare à prima, ita ut non liceat iacere in peccato ſine confeſſione vltra annum integrum de quo dictum eſt lib. 1. cap. 4. de pœnitentia. & ſane dies eccleſiaſticus pro recitandis horis & annus eccleſiaſticus pro recipienda cõfeſſione & communione, aut pro bulla cruciatæ ſtatim, continet plus temporis: ut à Paſcha in paſcha interdum currunt 13. menſes. [g] Soto diſtin. 18. q. 1. 4. fin. Vict. §. 135. ſeu nou. 148. Anton. 2. par. tit. 9. cap. 9. §. 3. Sylueſt. euchar. 3. §. 15. uer. 3. Tabien. communicare. §. 7. Medin. ſupra Armil. communio. §. 6. vbi Caietan. & Augel. Ledeſ. 2. par. q. 7. art. 5. dub. 2. Fr. Medin lib. 1. cap. 14. §. 42. Alcoc. c. 17. Alij tamen putant elapſo anno obligare per ſe præceptum communionis: quaſi eccleſia in hoc determinet obligationem præcepti diuini. Paludan. diſtinc. 17. quæſt. ſecunda, numero 18. & 29. Nauar. capitulo 21. numero 45. Viguer. capit. 16. §. tertio. uerſic. 19. & fauet ratio D. Thom. diſtinctione 17. quæſtio. 3. t. 4. ideo eccleſiam obligaſſe ad confeſſionem ſemel in anno quia obligat ad annuam communionem. ſed horum ſententia non eſt uera niſi per accidens, ut ſtatim dicetur. [h] Vt de recitandis horis, audienda miſſa feſti & ieiunio. quia non tenetur præuenire tempus iſtorum uel communionis: licet credat ſe tempore præcepti habiturum impedimentum. Nauarr. capitulo 25. numero 100. cap. 2. num. 8. Cano. relect. de pœnit. par. 5. & Recent. [i] Quia c. omnis iubet ut qui non communicauerit, uiuens arceatur ab eccleſia, nempe quouſque communicet. & ita praxis epiſcoporum per edictum excommunicat omittentes. Soto ſupra, & diſtinctio. 12. quæſtione prima, articulo quarto, Victor. §. 135. ſeu 145. cum Paludan. Maior. diſtinctio. 12. quæſtione ſexta, §. ſexto capit. Tabien. ſupra. Frat. Medin. cap. 14. §. 41. 42. Medin. C. de confeſſione. quæſtione 20. Nauarr. ſed ceſſante dicta excommunica-

plere, [k] confeſſionis vero præceptum per ſe obligat pro toto anno, cui ſatis fit in principio quadrageſimæ, & includit negatiuum ne vltra annum legalem maneat in peccato mort. ſed exeat per ſacramentum pœnitentiæ in re ſi commode poteſt. [l]

2 Per quarondam religionum priuilegium [m] licet laicis communicare in illorũ eccleſiis ſine parochi licẽtia omni tempore, excepto ſolo primo die paſchæ. in quo die quãuis non intendant implere præceptum eccleſiæ, non licet communicare extra parochiam (niſi de parochi vel epiſcopi licentia) etiam per bullam vel per aliud priuilegium quorundam Mendicantium. nec tamen qui ante vel poſt illum diem communicat, liberatur à precepto communicandi ſemel in propria parochia. priuilegium enim cum ſit iuris oditum eſt ſtricte interpretandum, ſaluo iure parochi & communi, cui Papa derogare nõ intendit, niſi id expreſſa derogatione explicet.

3 Ex præcepto diuino, poſtquam iam determinatũ eſt tempus paſchę & articulus mortis per eccleſiam, non tenetur quidam ſæpius in anno ob occurrentes neceſſitates ſpirituales communicare. [n] quia eccleſia pro temporum varietate potuit determinare tempora, ut olim quotidie, deinde 8. die, aut ter in anno [o] fuit præceptum: nunc tandem ſemel ſaltem in anno. 2. in religione moniales ſunt hortandæ vt iuxta conſtitutiones ſuas communicent quolibet menſe, [p] præmiſſa confeſſione. ſed nec monachi nigri, ideſt Benedictini compelluntur ſub mortali communicare vel celebrare ſemel quolibet menſe, [q] aut confiteri, [r] ſed ex honeſtate, ut monẽt ſtatuta religionis, quæ non obligant ſub mortali. 3. qui viaticum in periculoſo morbo nuper acceperat, licet peccet poſtea mortaliter, non tenetur iterum eodem die accipere: [ſ] eſſet enim graue ſcandalum. 2. ſi tũc aut in paſcha communicauerat cũ læſa conſcientia peccati mort. non tenetur iterum eo anno communicare: quia ſat impleuit præceptum ſecundum ſubſtantiam actus. lib. t. de pœnit. c. 16. §. 5. Et Chriſtus hoc præcepto poſitiuo non arctius intẽdit obligare, quam vt eo tempore impleatur ſecundum ſubſtantiam. 3. ſi pridie vel ante octo dies communicauerat, non tenetur iterum in eodem periculo morbi, licet poſt communionem mor. peccaſſet. [t] 4. tenetur quidem homo ante mortẽ confiteri omnia mort. quia id præceptum includit negatiuum ad compenſationem & ſatisfactionem quã dam offenſæ Dei. At qui omiſit eo articulo communionem ſi conualeſcat, non tenetur ſupplere noua cõmunione: ut de paſchali communione omiſſa dictum eſt.

4 Iudex reo ad mortem damnato tenetur ſub mort. cõcedere tempus cõmunicandi. [u] putà vt pridie ante mortem: niſi facinus ingens vrgeat, vt ſine dilatione facinoroſum debeat ſuſpẽdere. [x] Illis etiam qui poſt relapſum hæreſis recõciliantur à Patribus hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, iubetur cõmunio miniſtrari. [y] Olim erat in Gallia & Hiſpania cõſuetudo prætextu reuerentiæ, vt reo negaretur cõmunio illo die quo ſuſpenditur, nec pridie dabatur, ne quis reus de ignominioſa ſententia monitus mortem impia ſui occiſione præueniret. Quæ conſuetudo non excuſabat, [z] cum his incommodis raro & per accidens contingentibus facile occurri poſſit: conſuetudo enim non præualet contra ius diuinum, [a] de communione in articulo mortis. merito ergo Philippus II. Hiſpaniarum rex per pragm. [b] anni 1569. iubet communicari reos iuxta proprium motum quendam Pij V. quem citat.

CAP. VI.

In quo conſiſtat eſſentia Euchariſt. ſeu cauſa formalis, & de illius definitione.

EVchariſtiam eſſe ſacramentum & fides docet, [a] & ii hæretici negare non audent, qui vel vnum, vel duo ſacramenta aut plura concedunt: [b] & impius etiam Mahumetus piè veneratur. Huic vtraque

k municatione epiſcoporum aut quod ex licentia Paſtoris aut confeſſarij diſtulit in aliud tempus ſubrogatum vice primi: non tenetur omittens communionem paſchalis temporis communicare vſque ad futurum paſcha. [k] Vict. & colligitur ex alijs ſup. dictis contra Syluest. [l] Soto. Nauar. & alij ſup. dicetur lib. de pœnitẽ. cap. 2. [m] Nauar. c. 21. num. 52. dicetur inf. c. 10. §. 4. [n] In hoc uera eſt ſententia Palud. Nauarr. Viguer. cit. lit. C. & eſt communior cõtra Sotum diſt. 12. art. 11. & quoſdam Recent. [o] D. Th. quæſt. 80. artic. 10. ad 5. & dicetur inf. cap. 19. [p] Nec Tridẽti. ſeſſ. 25. reg. c. 10. imponit nouum præceptum monialibus. [q] Nauar. in vlt. edit. retractans cap. 2. num. 9. c. 21. nume 41. & multi Recent. docti etiam ex Benedict. quia Clem non in agro. §. ſane de ſtatu monach. non habet uerba præceptiua. nec ſtatuta Benedict. obligant ſub mor. conſuetudo uero non fuit acceptata niſi de honeſtate. [r] Nauar. d. c. 2. num. 9. & dicetur lib. 1. de pœnit. c. 2. §. 8. [ſ] Dicetur lib. 2. de pœnit. c. 16. §. 5. [t] Vt bene quidam Recent. cõtra Sotum & Tabien uer. communicare. §. 16. 48. [u] cap. quæſitum 13. q. 2. Taper. art. 15. citat Dionyſ. Alex. apud Euſeb. 6. hiſt. c. 34. Innoc. 1. epiſt. 3. c. 2. ad Exuper. uide epiſt. 1. c. 7. Molan. in quodlib. poſt lib. de imagin. quæſt. 3. ſeu c. 7. & citat Damhuderium in enchyr. rerum criminal. cap. 150. gloſ. c. ſi quis de corpore. 26. q. 6. gloſ. 3. in clem. 1. de pœnit. & rem. Turrec. cap. de his. 26. q. 6. concil. Vuormat. c. 8. Triburien. cap 31. Ancyr. cap. 6. ſi. Agath. cap. 14. & authores ſtatim citandi. [x] Nã caſus repentinus, ut ſuſpendio vnius terreantur multi, excuſat iudicem, in quo habet uerum quod aiunt cit. inf. Z. [y] Simanc. de cath. inſtit. cap. 56. num. 16. per Alex. 4. in cap. ſuper ea, de hæret. in 6. Palud. diſt. 9. q. 4 artic. 1. conc. 9. Sylu. euchar. 3. §. 5. uerſ. 8. num. 7. ſi. Pet. Rauen. tract. ualere. in fin. Alphab. aurei. colum. 29. Anton. 3. par. titu. 14. cap. 12. §. 3. [z] Quidam olim excuſabant iudices à pec. mor. propter conſuetudinem, quamuis eam laxarent, ut Victo. §. 85. Sot. diſtinct. 12. q. 1. articulo 11. §. ex his primum. Ledeſ. 2. par. q. 34. art. 2. fin. Penna Nauarr. c. 25. num. 23. Couar. 2. Var. cap. 1. num. 11. Scot. d. 23. q. 1. articu. 2. quod probabile reputat Palud d. 22. quæſt. 3. cui fauet Steph. PP. cap. admonere. 33. quæſt. 2. Perez. l. 8. tit. 1. lib. 1. ord. l. 12. titu. 19. lib 8. Iul. Clar. pract. crim. §. 99. & qui putant in art. mor. non eſſe præceptum diuinum, ſed humanum ſed eam conſuetudinem omnino reprobat Pius V. in proprio motu. quem citat & ſequitur noua pragm. Philippi II. Madritij anno 1569. menſe Mart. quæ extat extra lib. recop. Rauen. ſup. Rober. Gaguinus in vit. Ludouic. 11. Simanc. Anto. Taper. artic. 15. Eſpencæus. lib. 1. de eucha. c. 12. Molin. ſup. & late Anton. Gom. proprio trac. de hac reprobat. in fundamentis & aliis conſiderationibus. Palud. diſt. 23. q. 3. & melius retractãs Nauar. lib. de orat. noc. 22. num. 11. Maiol. de irregul. libro 3. capitulo 24. numero 15. Angel. eucharist. 3. §. 23. Syluest. euchar. 3. §. 5. uerſ. 8. Iudex. 1. §. 51. fin. §. 12. fin. Armil. communio. §. 27 & hæc ſeruatur in praxi. apud Hiſpaniam. [a] Quia præceptũ diuinum obligat in art. mort. ſupra capitulo 3. §. 3. qua ratione licet tẽpore interdicti & ceſſationis, dare cõmunionem his, qui damnantur morte. Syluest. interd. 5. §. ſeptimo, uerſ. quarto, Couar. 2. Var. c. 2. num. 11. cum Calderin. colligitur ex Nauar. cap. 27. numero 178. quia præceptum diuinũ præualet prohibitioni humanæ. [b] Non extat inter proprios motus Pij V. quem tamen citat prædicta prag. uid. & l. 7. tit. 13. lib. 8. recop.

CAP. VI.

[a] OMnia [a] concilia, quæ de euchariſtia agunt. expreſſius Tridẽt. ſeſſ. 13. cap. 2. 3. 6. can. 7. ſeſſ. 21. & 22. & de omni ſacramẽto ſeſſ. 7. can. 7. Florentin. Alexand. 1. epiſt. 1. cap. in ſacris. de conſ. d. 2. Later. c. firmiter de ſumma Trinit. Innoc. c. cũ Marthæ. de celebr. miſ. DD. & Magiſt. d. 8. ubi D. Th. & q. 73. 1. Sot. ar. 1. Ledeſ. & omnes Recen. à prin. huius lit. cit. Alan. li. 1. de euch. c. 2. Bellar. li. 2. ſacram. c. 24. li. 4. de euch. à c. 2. Claud. rep. 4. c. 12. & Bellarm. c. 4. citat Patres, morem fuiſſe ut fideles reuerẽter ſuſciperent communionem tanquam ſacramentum, & Græci, qui rarius celebrabant, ſeruabant hoſtias conſecratas, ut ſequentibus diebus communicarent. Bellarm. cap. 5. [b] Probat Bellarm. 2. de ſacramen. cap. 1. lib. 2. cap. 23. libro 4. de euchar. cap. 1. Lindan. 4. Panop. cap. 6. omnes vero hæretici, qui de dignitate huius ſacramenti digniſſimi indigne ſenſerunt, habuerunt infœlicem exitum. Refert Caſtr. euch. in princ. Prateol. uerb. Mahomet. prope fin. refert Saracenos. c. 4. alcorani, fateri euchariſtiam eſſe dignam reuerẽ-

definitio recepta ſacramenti communis eſt, nempe ſymbolum rei ſacræ. Aut inuiſibilis gratiæ forma viſibilis.[c] Nam ipſæ ſpecies ſacramétales panis & vini ſunt ſacramentú id eſt, ſignum ſenſibile, quod ſignificat contineri pręſens corpus, & ſanguinem Chriſti. Nec oportet, vt materia propinqua pro qua ſacramentũ ſupponit, ſit ſubſtantia,[d] in baptiſmo enim materia eſt ablutio. plus habent ſpecies, quę exiſtũt per ſe, & inſtrumentaliter agunt, vt agens quod. Definitur[e] euchariſtia eſſe ſacramentum, quod ſub ſpeciebus panis, & vini continet corpus, vel ſanguiné Chriſti, ad nutritionem ſpiritualis vitæ per baptiſmum datę, quæ explicabitur. §. 6. tria conſiderantur in vno ſacraméto, ſacramentum vel res tantum, aut vtrumque ſimul, ſup. lib. de ſacram. cap. 12.

2 Quidam ipſum Chriſti corpus vocant ſacramentum euchariſtię.[f] in recto vt quod: & connotat ſpecies in obliquo, vt quo (ratione enim illarum dicitur videri & frangi, licet per accidens inf. c. 20. fin. & 30. & integer hic cibus proprie mãducatur Io. c. 6. quia in ſtomachum vitaliter trajicitur.) Alij ipſas ſpecies vocant corpus Chriſti, quia ſunt ſignum & figura[g] ſub qua id corpus vere continetur. Neutra locutio eſt admittenda, & dum apud Patres reperitur dici figuram, explicandi ſunt, vt inf. cap. 21. In euchariſtia: 1. ſacramentum tantum ſunt ſpecies ſenſibiles[h] quæ deſinente ſubſtantia panis manent exiſtentes per ſe, & ſunt cauſa refectionis ſpiritualis. 2. res tantum in euchariſtia eſt gratia, aut etiam actualis refectio quam confert animæ. 3. res & ſacramentum ſimul eſt corpus Chriſti ſub ſpeciebus contentum.[i]

3 Sic interpretandum eſt dum à Patribus corpus Chriſti dicitur ſacramentum[k] & Io. 6. panis viuus nempe quia eſt res & ſacramétum ſimul res quidem, quia per verba fit & ſignificatur per eadem verba, & per ſpecies, & ab illis conſeruatur ſecundum ſubſtantialem præſentiam, quam in hoc ſacramento habet. Dicitur vero analogice ſacramentũ ſimul, quia corpus Chriſti per ſpecies aliquo modo fit ſenſibile ſignum refectionis ſpiritualis, quã corpus Chriſti per eas ſpecies ut per inſtrumentũ cauſat: at ſecluſo ordine ad ſpecies nullo modo corpus Chriſti dicitur ſacramétum.[l] Nec impeditur, vt corpus Chriſti dicatur res ſacramenti, quã uis eſſet ante ſacramentum: nam non erat eo modo quo ſub ſacramento adeſt ſubſtantialiter, & totũ ſub qualibet parte. ut in ſacraméto pœnitentiæ cõtritio, quæ prius erat ſecundum entitatem ſuam, fit res ſacramenti per abſolutionem, quatenus per eam in ualore ſecundum modum eleuatur, ut ſit melior diſpoſitio ad maiorem gratiam, ſupra lib. 1. de pœnit. c. 17. §. 4.

4 Euchariſtia ut ſacramentum ſignificat ordine tria, de quibus lib. de ſacram. cap. 12. §. 1. ut 1. gratiam qua formaliter iuſtificatur & reficitur anima: deinde uirtutem diuinam, quę per corpus Chriſti & per ſpecies actiue in actu excito ſacrat animam, & eccleſiam. 3. hæc in futuræ gloriæ pignus datur: & unio huius diuini cibi cum comedente, mirabilem unionem Dei cum beatis ſignificat.

5 Definitio materiam & remotam, & propinquam explicat, pané & ſpecies. ſufficit uero ad rationé huius ſacramenti, ut diuiſiue aut ſolum corpus Chriſti ſub ſpecie panis, aut ſolus ſanguis ſine coniunctione cadaueris, & animæ contineretur, ut in triduo mortis Chriſti:[m] & tamen ſub alterutra ſpecie etiam tunc dicebatur contineri totus Chriſtus[n] ratione ſuppoſiti uniti: ſicut totus Chriſtus fuit in ſepulchro in quo corpus Verbo unitum affuit: totiſque fuit in inferno[o] ſeu limbo ratione animæ coniunctæ. Ideo in definitione diſiunctiue ponitur corpus uel ſanguis: & quia ex ui uerborum ac ſacramẽti & expreſſa ſignificatione, corpus adeſt ſub ſpecie panis; reliqua adſunt per cõcomitantiam, aut unionem cum corpore,[p] & de facto adeſt ſub alterutra non ſolum totus ſed integer Chriſtus. 3. in definitione explicatur finis & per ſe effectus iſtius ſacramenti, quod uirtute & fructu excellit reliqua.

CAP. VII.

Pro quo ſupponat: & in quo differt à ratione ſacrificij, & ab alijs ſacramentis.

SAcramentum euchariſtiæ in facto eſſe differt ab alijs ſacramentis. 1. quia eſt res per ſe exiſtens, & conſtat ex ſenſibilibus ſpeciebus panis,[a] uel uini tanquam materia proxima, & ex ſignificatione completa ſeu habitudine permanente quę ex præcedenti uerborum forma[b] relinquitur in ijs ſpeciebus quaſi

---

reuerentiã. At impius Auerr. Chriſtianos accuſat antropophagiæ, & vocat impios, quod Chriſtum Deum ſuum in euchariſtia deuorent. vid. Claud. repet. 5. cap. 3. [c] Triden. ſeſſ. 13. c. 3. admittit vtramque definitionem ſacramenti, & probat competere euchariſtiæ. At male ſecundam definitionem inuertit Vuald. to. 2. de ſacram. cap. 21. nempe eſſe inuiſibilem gratiam inuiſibilis formæ, de quo dictum eſt, lib. de ſacram. capit. 2. §. 4. [d] Bellar. 2. de euchar. c. 9. lib. 3. cap. 23. ad 4. lib. 4. ca. 6. [e] Hæc definitio colligitur ex Patribus & Triden. ſeſſ. 23. capit. 2. DD. d. 8. Alan. lib. 1. cap. 2. & explicabitur. infra §. 6. [f] Quia corpus Chriſti demõſtratur per Ly. hoc eſt corpus meum, & ſacramentum (per quod intelligitur corpus domini adoratur latria Trid ſeſ. 13. c. 5. Claud. rep. 2. cap. 4. citat Aug. 1. de bapt. paruulorum. ca. 25. Theoph. Ambr. 5. ſacramen. cap. 2. Iuſtin. Iren. (Caiet. q. 80. art. 12. ait qđ ſolum corpus Chriſti immediate cauſat gratiam, & vtrãque ſpecié eſſe vnicum ſacramentum, quia continet idem corpus) ſic loquitur Greg. cap. multi. 1. quæſtio. 1. ait ſacramenta ſunt baptiſmus, chriſma corpus Chriſti. Vuald. tom. 2. de ſacram. c. 21. Victor. §. 51. Ledeſm. q. 14. art. 1. ſi. Peña. & [illegible] differt Capreo. d. 8. q. 3. ad 1. contra 1. conc. ſacramentum in facto eſſe ſupponere pro corpore Chriſti (& hoc eſt quod & materia) ſed connotare eſſentialiter ſpecies, vt quo: idem videtur Soto d. 1. quæſt. 1. art. 4. col. 4. nec mirum quod idem corpus ſit res & ſacramentum ſimul: vt cõtritio eſt pars pœnitentiæ, quæ tamé vt euelata eſt res & ſacramétum ſimul, vt ait D. Tho. q. 84. 1. ad 3. [g] Sic loquitur Aug. epiſt. 23. & præfat. in Pſalm. 3. Tertul. lib. 4. contra Marcio. Theod. dialog. 2. qui dicitur incõfuſus. [h] Recepta ſententia, & communiorum Magiſt. d. 8. vbi D. Tho. & q. 73. 1. ad 2. & 3. & ar. 6. Gabriel. q. 1. art. 1. Soto q. 1. 1. Ledeſ. q. 14. Barto. Ledeſm. ſum. ti. de euchar. diſſ. 1. Aureol. Bonau. art. 1. q. 2. & clarius art. 2. quæſt. 1. Richard. ar. 1. q. 1. Palud. q. 2. Scot. Durand. Maior. q. unic. Hugo. lib. 2. p. 3. c. 6. lib. 2. p. 8. c. 7 Altiſiodor. lib. 4. tt. de euchariſt. à c. 7. Alex. 4. p. quęſt. 31. mem. 3. Taper. artic. 13. Alan. lib. 1. de euchar. cap. 4. 5. Bellarm. 4. de euchar. c. 6. Et Triden. ſeſſ. 13. c. 3. ait in definitione, commune eſt euchariſtiæ, cũ alijs ſacramentis eſſe ſymbolum; nẽpe per ſe ſenſibile. & c. 1. canon. 1. 4. & 6. in ſacraméto hoc contineri corpus Chriſti: quod Patres paſſim aſſerũt, nemo vero dicit corpus Chriſti contineri in corpore Chriſti. Item c. hoc eſt. de cõſ. d. 2. viſibilis elementorũ ſpecies eſt ſacrum. c. cũ Marthæ. de cele. miſſ. ſacrum iſtã eſſe ſpecies. plane Aug. epi. 23. ad Boniſ. ſi. Anſel. de ſacro altar. c. 10. Quare negare ſpecies eſſe ſacrum videtur temerariũ, nec corpus Chriſti ſeu verbũ corporatũ tam habet rõné materiæ, q̃ formæ, & uirtutis actiuæ. adorãtur vero ſpés, quia ſacramétaliter coniuncta Chriſto, vt veſtis tegens: ſic humanitas qua Verbũ occultatur adoratur. [i] 3. p. q. 2. ar. 6. ad 1. [k] D. Tho. q. 73. 1. ad 2 Bell. 4. de euch. c. 6. ſic ſũt interpretãdi cit. lit. F. [l] Cuius oppoſitũ ſig. Vual. c. 21. & inuertit definitioné ſacti in euchariſtia, népe eſſe inuiſibilé grãm ſub viſibili ſigno. At eſt certa & cõis ſent. vt ex Patrib. pbat Bel. & cõc. Tri. ſeſ. 13. c. 3. [m] D. Th. q. 81. 4. [n] Tri. ſeſ. 13. c. 1. 3. ca. 3. ſeſſ. 21. c. 3. can. 3. D. Th. q. 76. 1. [o] D. Th. 3. p. q. 52. art. 3. ſic ſi panis conſecraretur in triduo diceretur cõtinere totum Chriſtum. non tñ integrũ cum aĩa & ſanguine ob q. Tri. ſeſſ. 13. c. 3. ſi. ſeſ. 21. c. 3. c. 3. definit nũc ſub altera ſpecie cõtineri totum & integrum Chriſtum. [p] Trid. ſup. D. Th. q. 76. 2. inf. c. 20. dicetur de his.

CAP. VII.

[a] Sup. cap. 6. §. 1. [b] Inf. c. 16. §. 1. lib. de ſacram. c. 8. §. 6. vt in aliis ſacramentis quæ in ſucceſſione conſiſtunt, forma ſunt uerbum fluidum ſenſibile: ita in euchar. quæ perma-

ex quadam ratione formæ: relin-
quitur autem ex ea ſignificatione
corpus Chriſti, vt contentum ſub
his ſpeciebus: quod contentum per
tinet ad eſſentiam huius ſacramen
c ti. [c] & habet uirtutem permanen-
tem, cum ſit ſacramentum perma-
d nens, [d] ſed in alijs quæ conſiſtunt
in fieri, inſtrumentalis virtus eſt
quaſi intentionaliter & tranſeun-
ter. deinde differt in materia remo
ta, quæ per confectionem huius
e expellitur & deſinit eſſe, [e] dum ex
pane fit corpus Chriſti, vt ſubſtan-
tialiter præſens, quod ſupplet quan
dam vicem prioris panis. inf. c. 22.
ſic per abſolutionem pœnitenti da
tam à confeſſario expelluntur pec-
cata, quæ ſunt materia remota, in
quorum locum, & ſubiectum ſuc
cedit gratia, quæ eſt naturæ diuinę
participatio. 3. forma ſeu verborũ
prolatio in alijs (vt & nutus in eo
qui poſterius explicat conſenſum
matrimonii) componit intrinſece
f ſacramentum cum materia: [f] & cõ
poſitum ex tali materia & forma
cauſat gratiam, quam ſignificat:
ſed verba dicuntur quidem forma
g euchariſtiæ, [g] ſed quaſi extrinſeca
forma efficiens ſacramentum: quę
verba immediate non cauſant effe
a agnum paſchalem, ſummo mane ante ortum ſolis, propter quod mane non introierunt prætorium Pilati Ioan. 19. ut poſſent manducare paſcha. contra quod non procedit impugnatio D. Thom.
u quæſtio. 49. articu. 9. ad primum. [u] Euthym. Nicepho. Ierem. Ni-
x cetas & Mich. ſup. cit. [x] D. Thom. 3. par. quæſtio. 70. 3. ad tertium. Chryſo. hom. 1. cõtra Iudæos, ſupra lib. de ſacramen. ca-
y pitu. 6. [y] Burgen. Matth. 26. & alij illum ſecuti. ſupra li-
z te. S. [z] hoc bene reprobat Bellar. ca. 8, col. 5. cap. 9. argu. 8. Toletus. in Ioã. 13. not. 5. Soto. & alij: nã non ſeruari prædictam traditionẽ fictitiam conſtat ex Thalmud. ut refert R. à Benezra. & R. Iſaac. in lib. de ligatione Iſaac. epiph. etiam Hebręus hęret. 30. & 51. ait celebraſſe quolibet die hebdomadæ & fer. ſexta, idem colligitur ex Ioſeph. 13. antiquit. ca. 16. Euſeb. 5. hiſtor. capitu. 22. Auguſt. de hæret. cap. 29. nemdum. 3. præceptum decalogi explicant Ioſeph. 3. antiquit. cap. 13. lib. 3. cap. 1. & ult. Philo. lib. 3. de uita Moſi. & lib. decalog. aiunt inuiolabiliter obſeruatum, ut agnus 14. luna immolaretur ad ueſperam, incipiente luna 15. ſeu feſto paſchæ celeberrimo. quos duos Hieronym. ait fuiſſe Hebræorum doctiſſimos. & mirum eſſet quod nec illi, nec Hieronym. aut Lyra. (cum eſſent diligentiſſimi in perquirendis traditionibus Hebræorũ) nullam fecerint iſtius mentionem. ſane non ob aliud, niſi quia ficta eſt à quibuſdam Recentioribus, quibus ſine cauſa citati autores nimis creduli fuerunt. & Burgen. fatetur eodem die quo Chriſtus, cœnaſſe plurimos Iudæorum. aliàs Deus explicaſſet tranſferri, ſicut & minora explicuit, hæc obſtat illud Nume. capitu. 9. quia ut ait Ioſeph. 2. antiquit. capitu. 13. dilatum quidem fuit feſtum paſchæ per menſem, idque licuiſſe quando populus impeditus eſſet ex repulſis, ſeruatum tamen eſt, ut ſequenti menſe poſt 14. lunam comederetur agnus. quare dies plenilunij nun-
a quam mutatur. [a] [b] Plus nimio hæc ſententia fauet Græcis in fer-
b mentato conſecrantibus. & ideo probanda non eſt, vt dicetur capitu. undecimo, ſed Frater Ludouicus eam uerbo accepit à Docto. Hieronym. Muñoz profeſſore Hebraicæ linguæ & Aſtrolog. in Acad. Salmantic. qui nobis librum ſuum de Kalendario dum typis excuſum oſtendit: & refert Iudæos etiam nunc obſeruare in ſynagogis, vt decimaquarta luna incipiente immolent & comedant agnum. Hanc ſententiam innuit Stefleri propoſitio. decimatertia, & ſequentibus. Et re ipſa eſt quam Euthym. in Matth. 26. & Nicephor. libro primo hiſtor. cap. 28. ſed diuerſa ratione: quod putent Chriſtum in cœna agni præue-

Probat, quia in prima veſpera lunæ 14. videtur Hebræi ex Aegyto exituri immolaſſe agnum, & ſequentem diem inſumpliſſe in conuocandis Hebręis ex vicinis oppidis, & pręparandis neceſſarijs itineri, deinde altero die, cum eſſet nox lunę 15. profectos eſſe ex vrbe Ra-
c meſſes. c 2. Nam ut aliàs ab exordio mundi Sacra ſcriptura inchoat
d primum diem, d menſem, aut annum à prima veſpera: ita diem 14. plenilunij in cuius nocte edebatur agnus aſſatus, & cum lactucis agre-
e ſtibus. e Exod. 12. inchoat à veſpe-
f re primo. f Et eo die 14. lunę aiunt
g incidere primum Paſcha, g de quo ſolo fit mentio Exodi 12. Alij negant noctem qua manducabatur
h agnus pertinere ad feſtum. h & indignum crediti aiunt, quod Chriſtus fuerit die feſto Paſchę crucifi-
i xus. i Quod vero Leuitic. 23. & Numer. 28. poſt Phaſe, ſeu Paſcha in 14. die primi menſis additur, & 15. die ſolennitas azymorum eſt. k aiunt ab Hebræis vocari 2. Paſcha azymorum, cuius dies primus, & 7. eſt celeberrimus. Atque ita Ioſephus numerat 8. dies Paſchæ, ſeu
l azymorum: l nempe à primo paſcha agni vſque ad diem 7. azymorū. Dum vero Euangeliſtę Matth. Marc. & Luc. diem 14. qua agnus comeditur, vocāt primum azymorum. Intelligi, eo quod tunc agnus
m cum azymo ederetur. m

5 Hæc ſententia ideo non pla-
n cet, quod ſit cōtra veteres patres. n & hiſtoricos. Dum uero quidam, ut B. Cyrill. aiunt Chriſtum anticipaſſe horam: alij verò patres, ut B. Chryſoſtom. & Aug. principes poſtpoſuiſſe cœnam agni: non fauent prædictis: ſed interpretandi
o ſunt; o ut intra tempus lege præſcriptum, vtrorumque cœna facta ſit: & Chriſtus quidem cœnauit ſtatim à principio noctis, ſed principes diſtulerūt ad finem eiuſdem noctis ſeu veſperę, antequam mane ſol illuceſceret.

niſſe diem ſolitum, & cœnaſſe, ut illi falſo vocant in decima-
e tertia luna. x Huic fauet Ioſeph 2. antiqui. capitu. quinto, ut ait Frater Ludou. Ribera infra. § 35. ſed interpres male vertit ſenſum ex Græco, ut bene probat Ribera Societ. lib. quinto, de templo. capito. 3 §. vigeſimoprimo, & conſtat ex Ioſeph. lib. 3. cap. 10. agnum immolari in ſecunda veſpera poſtquam immediate ſequitur luna. 15. & plane Numer. 33. vbi Caietan. cōſtat immolato agno ſtatim occiſos primogenitos Aegypti, & coactos exire ſummo mane, ſeu poſt medium noctis, ut aduertit Hieron. & Oleaſt. in Deuter. 16. Beda de ratione temporum. cap. 61. Rupert. 2. de Trinit. cap. 18. Ribera. ca. 3. § 14 16. Alia vero loca in gratiam prædictæ falſæ ſententiæ affert Ribera. §. 14. 18. 21. 26. 30. quæ doctè & verè explicat pro communi, & vera patrum ſententia. Quare Fr. Lud. pag. 11. & 22. preſſus loco Deuteron. 16. negat agnum de quo ibi fit mentio, eſſe paſchalem, &
d in fine oſtendit ſe loqui cum trepidatione. d Ludou. citat Abulenſ. & quoſdam Hebræos in Geneſ. 1. ut poſt veſpertinum chaos ſecuta ſit lux matutina. Nec differre quod quidam aiunt, 1. diem cœpiſſe à luce meridiana. 2. cadente iam ſole 10 veſperam, ut tenet Lipoman. in Geneſ 1. vbi Eugob. de mundi fabrica, Magiſt. 2. diſtinct. 13. cap. 4. Hog. lib. 1. ſacrament. 1. par. cap. 9. Aegid. 2. diſtinct. 6. quæſt. 1. Marſil. Ficio. libel. de lumine. Hinc Lira cum Hebræis in Exod 12. ait veſperam in qua potuit incipere immolatio agni, cœpiſſe à 7 hora diei. 1. à prima poſt meridiem: immolatusque ante ortum ſtellæ veſpertinæ, potuit quauis ſequentis noctis hora comedi. idem Abulenſ. Leuit. 23. quæſt. 6. Deut. 16. quæſt. 1. & fatetur Ribera, d. cap. 3. §. 6. Sed occa ſententia eſt. 1. mundi diem cœpiſſe à luce matutina. D. Thom. 1. par. quæſt. 74. art. 3. ad 6. Caietan. in Geneſ. 1. Ribera §. 9. & 12. cum Beda de ratione temp. Ambroſ. 1. Examer. cap. 10. cum Baſil. hom. 2. Examer. Pererius. lib. 1. in Geneſ. verſic. 5. & communiter in ſcriptura: veſpera ſumitur pro fine diei. Geneſ. 30. Exod. 18. & Pererius citat præter Baſil. & Ambroſ. Chryſoſtom. in Geneſ. hom. 3. & 5. Auguſt. 1. in Geneſ. contra Manic. capit. 10. & lib. imperfect. Geneſ. cap. 7. Hugo in Geneſ. 6. ſimiliter ab ortu ſolis diem numerabant Babylonij, & Chaldæi, ut refert Plini. lib. 2. hiſtor. cap. 77. Gellius lib. 3. cap. 2. Cenſorin. in lib. de Natali die Iſid. 5. Etymolog. cap. 3. Couar. 4 Variar. cap. 19. num 9. Tiraquel. 7. de re-
e tractu. §. 1. gloſ. 11. e Muñoz refert ſe uidiſſe in Synagogis ritū, ut incipiente 14. luna, quæ Hebr. dicitur Chol. 1 dies laboris, ſit præparatio ad eſum agni futurum in nocte eiuſdem lunæ 14. & per horas ante noctem voce præconis iubentur delere omne fermentum: & intra 6. horas ſequentes delent eum panem, & mactant agnum. Deinde ab hora 6. prope occaſum incipit aſſari (ut iubet lex Exod. 12. vbi Abulenſ. q. 12. probat quod Deuter. 16. coquet agnum: intelligitur ex adiuncto, pro aſſabis, ut 2. Paralip. 35. aſſauerunt phaſe, ſicut in lege ſcriptū eſt.) Tandem à prædicta 6. hora vſque ad ortum ſtellarum comedi agnum cum acetario ex picride oō enſalada de eſcarola, & id ſignificare Exod. 12. Numer. 9. cum Lactucis agreſtibus comedent. Sed Ruellius in Dioſcorid. lib. 2. cap 130. Lactucam agreſtem ait vulgo dici endiuiam vide Abulenſ. Exod. 12. quæſt. 21. Ritus, ut agnus tollatur luna 10. Claud. reper. 1. cap. 7. cum Ioſeph. antiq. cap. 45. contra Abulenſ. quæſt. 4. Riber. d. cap. 3. §. 36. at non manet ritus tingendi poſtes ſanguine agni. Abulenſ. quæſt. 4. Ribera. §. 38. At ſi ita nunc impij Iudæi comedunt in 1. veſpere lunæ 14. errant, ut in multis alijs: & contra præceptum Deuter. 16. quo prohibetur immolari phaſe extra locum quem elegerit Dominus. 1. extra
f Hieruſalem. Ribera §. 36. f ita putant Muñoz, & Frat. Ludou.

g ſed contra veteres Patres. g Muñoz ait diſtingui duplex Paſcha, nempe agni, & azymorum, cuius primus dies & 7. eſt ſolen-
h nis. h veſperum Paſchæ, in quo mactabatur agnus dicebatur quidem Phaſe, ſeu Paſcha: ſed non erat dies feſtus in quo prohiberetur opus ſeruile: nec ſcriptura vocat ſolennem diem, ut patet Leuit. 23. vbi feſta numerantur, & Ioan. 13. ante diem feſtum Paſchæ Ioſeph. lib. 3. antiqu. cap. 10. Innoc. li. 4. de Miſſa. c. 4. Abulenſ. 2. p. defenſ. c. 8. & in Num. 9 q. 11. Riber. §. 31. & id bene probat Frat. Ludou. pag. 7. 19. 22. ſed falſo addit in eo Chriſtū fuiſſe crucifixū: quaſi Iudæis illicitum eſſet in feſtis iudicia agere, & curare occiſionem hominis. hoc enim eſt cōtra
i patres inf. i Frat. Ludouic. cum 14 Græc. qui putant Chriſtum præueniſſe ſolitum diem cœnæ agni. Euthy. in Matth. 26. Nicephor. lib. 1. cap. 28. ſed hoc eſt plane falſum, contra conſenſum patrum, & omnium Recent Theolog. D. Thom. opuſc. 1. cont. err. Græc. ad fin. & 3. p. quæſt. 46. art. 9. vbi Fran. Med. communis in 4. d. 11. vbi D. Thom. quæſt. 2. & citat Chryſoſtom. in Matth. hom. 82. 86. & addit hom. 85. Chriſtum vſque ad mortem ſeruaſſe legem Moſi, & paſcha ſuo tempore legitime celebraſſe, (ac ſubinde non anticipauit diem cœnæ contra Euthym.) ſentit Dionyſ. epiſt. ad Polycarp. & Phleg. apud Euſeb. in Chron. referont miraculoſam eclipſim ſolis factam in plenilunio, ac ſubinde in 15. luna, ſeu in feſto Paſchæ. Id ex Apoſt. traditione probat Epiph. lib. 3. hær. 50. Turrian. cum Clemen. lib. 5. conſtitut. Apoſtol. cap. 13. Ianſen. concord. cap. 138. citat Cyrill. Tatianus & Amoni. vterque Alexand. in ſua concordia euang. & in Matth. 26. Anſelm. Oecumen. Claud. vbi Beda, & in Marc. ac Luc. & lib de temp. cap. 45. Leo ſerm. 7. de paſſione. Iſich. in Leuit. 23. Innoc. lib. 4. de Miſſa. ca. 4. Abulenſ 2. p. defenſ. cap. 7. & 8. & in 2. Paralip. cap. 2 quæſt. 16. & paſſim ſermonarij. idem ex Hebræorū traditione refert Eugub. in Exod. 12. & Galatin. vide Vergar. quæſt. 8. Hiſpan. ad ducem
k Infantatus, & qui ſcribunt de vita aut ætate Chriſti. k ſed Fr. Ludou. exponit, quod 15. dies eſſet. 1. & feſtiua dies Paſchæ, in cuius initio fiebat ſacrificium. ſed negat in ea fieri ſacrificiū agni (hoc enim putat fieri in 14. tantum luna inchoante,) ſed fiebat Phaſe, ſeu hoſtia pacifica Deuteron. 16. ex vitulis ſeu bobus, aut ouibus. Nam & hoc dicitur Phaſe, ſeu Paſcha, & ſacrificium agni, de quo exponit Ioan. 18. mane non introierunt prætorium, ut manducarent Paſcha. de quo infra in quo vero nituntur quædam falſa, ut de agni die. & eorum animalium ſacrificium non ſolo 1. die, ſed per 7. dies azymorum fiebat Deuteron. 16. vbi Lyr. Numer. 28. Abulenſ. Exod. 12. quæſt. 5. Frat. Ludou. Bellarm. To-
l letus in id Ioan. 18. ſed ut manducarent Paſcha. l Ioſeph. 2. antiquit. capit. quinto. Rubert. in Exod. 12 Frat. Ludouic. Ribera
m d. capit. 3. § 4. m Vt patet Exod. 12. & ob id Ioſeph. ſupra numerat 8. dies azymorum, & de fine lunæ decimę quartæ. Matth. 26. Marc. 14. dicitur primus dies azymorum, & Luc. 22. venit dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. Sed Chryſoſtom. Euthym. & alij Græci in Matthæ. primam azymorum exponunt proximam diem ante feſtum azymorum, de quo infr.
n cap. vndecimo. n Præter citatos ſup. L. dicentes Chriſtum occiſum in feſto Paſchæ, plane ſentiunt agnum comedi veſpera 2. lunæ 14. quia veſpera ſignificat finem diei, ut ex Baſil. Ambroſ. Beda. Anſelm. dictum eſt. & de ſecunda veſpera plane intelligit Ioſeph. 3. antiquit. cap. 10. & in Exod. 12. Hugo. Victorin. Lyran. Caietan. Lypom. Abulenſ. quæſt. 10. & 19. & in ſecunda parte defenſ. cap. 7. & 8. in 2. Paralipom. 2. q. 15. & 16. in Deuter. 16.
o q. 1. Innoc. lib. 4. cap. 4. Ribera. a §. octauo, & 31. o Quam tamen probabilem interpretationem nos propter veritatem, & commu-

neas

p nem patrum ſententiam non ſequemur infra c. vndecimo, §. 3. ᵖ
q ᑫ Munoz in lib. citato de Kalendar. Steflerin. à propoſitione 35. & Muñoz carpit Lilium Aloyſium, qui de mandato Greg. XIII.
r correxit Kalendarium. ʳ Nam Pontif. non eſt ſecutus vnius tantum Lilij ſententiam, ſed per multos annos cum ſapientibus cuiuſque fere academiæ conſultatum eſt, vt dicetur c. 11. & in praxi rectè inuenitur plenilunium iuxta Epactam deſignatam in Kalendario Eccleſiaſtico
ſ Lilij. ˢ Aſtrologi, qui medium punctum coniunctionis non habent fixum (latet enim luna ſub ſole biduo aut interdum triduo, vt experimento cõſtat, de quo Plin. libro ſecundo, ca. 9) inuenire facile non poſſunt plenilunium in decimaquinta luna. Sed aſtrologi tres motus lunę fingunt primum peragrationis ab vno puncto Zodiaci du nec redeat ad idem punctum (quod cõficitur. 27 diebus & octo horis) ſecundum coniunctionis quo viuntur Hebræi, & initium eſt à die quo luna apparet vſque ad ſecũdum apparitionem habet 29. dies & 12. horas, & hic eſt motus tardus. Tertium illuminationis eſt motus medius poſt cõiunctionem à prædicta apparitione lunæ, donec apparere deſinat: Quod fit 28. diebus. de quo Beda. de temp. ca 43. Abulen. Exod 12. quæſt. 3. & ſecunda parte defenſor. ca. 14. Dionyſ. abbas cognomento exiguus, & poſteriores computiſtæ Ribera. lib 5. de templo. capitu. ſecun-
t do, §. quinto. ᵗ Ribera. d. cap. 2. & Lexicon dict. ſinim. i. menſe, non à menſe, id eſt defectu, vt putant Lyra. Num. 28 & ibi Abulenſ.
u quæſt. 9. ᵘ Ribera. cum Beda, Abulẽſ.
x & copiſtis. ˣ Doctor Muñoz, & cõputiſtæ. aliquã ſi paſcha transferretur in ſequentẽ mẽſem, qui eſt immundorum, ſole manente in ſigno Tauri, eſſet ab
y ſordium. ʸ Lyr. in Num 28. in Kalendis. D. Thom. 1. 2. q. 102. art.
z 4. ad 10. Arias Montanus in apparatu. ᶻ Patres ſunt citati ſup. li. de baptiſm. cap. 2 §. 8 lit. K & idem tenet Baſil. homil 6. examer. in fin. quem ſequitur Ambr. lib. 4. examer. cap. 4. ad fi. Carthuſ.

p 6 Alii concordare nituntur: ᵖ ex eo quod Neomenia ſeu nouilunium (quod incipit à coniunctione lunæ cum ſole & à quo initium lunaris menſis ſumitur) diuerſimode numeretur ab Hebræis in Sacra ſcriptura, quã a profanis Aſtrologis. Nam ſcriptura menſem inchoat à luna primum apparẽte, ſed quia ſub radiis ſolaribus luna communiter latet biduo, aſtrologi initium ſynodicum id eſt, coniunctionale menſis ſumunt a puncto medio coniunctionis Hinc quod ſcriptura uocat. 14. lunã in plenilunio, aſtrologus ſaltem reiicit in 15. aut ulteriorem diẽ lunę. Propter quod
q aiunt quẽdam recentẽ autorem, ᑫ non ſatis attentè deſignare in unoquoque menſe Epactam, quæ nouiluniũ ſeu neomeniam deſignat: & hinc ſtatuit regulam inueniendi plenilunium: ut à prædicto die Epa-
r ctæ deſcendatur per 14 dies, ʳ cum tamen ſi à puncto coniunctionis numeremus, deſcendẽdum ſit per
ſ 15. dies. ˢ 2. aiunt eundem autorem erraſſe in affigendis Epactis dum inchoat ætatẽ lunæ a Kalendis Ianuarii, cum inchoãdum eſſet à Kalendis Martii: ne aliàs contingat ut in ætate lunę per unũ aut duos dies erretur. Sed hæc concordia patrum ſcruit pro ea ſententiarum diuerſitate, quę inter ipſos Hebręos, aut patres ſcripturam interpretantibus apparet. Et rectè ſanè de mãdato Gregor. XIII. correctum eſt Kalendarium.

t 7 Neomenia id eſt nouus mẽſis, ᵗ ſumitur ab Hebræis & eccleſiaſticis in primo menſe Niſan, ab æquinoctio verno, in quo primum ſol intrat ſignum Arietis: ea enim eſt noua luna, & initium menſis, quæ propinquior eſt prædicto æquinoctio. Quod initium non poteſt eſſe citius quam primo die noſtri Martii, nec tardius quam vigeſimooctauo circiter illius die: eo q luna ab eo æquinoctio diſtare non poteſt, quam per quatuordecim dies. Et dum menſis Niſan incipit ante æquinoctium, maior eius pars pertinet ad noſtrũ Martium: ſi vero incipiat poſt ęquinoctium maior pars ipſius Niſan pertinet
u ad Aprilem. ᵘ Si plenilunium incidat in punctum ęquinoctii, eodem die celebratur paſcha ab He-
x bręis, ˣ alias paſcha ſumitur 14. luna poſt neomeniam pręd ictam: quod feſtum neomenię, in quo tamen laborare licebât, inſtitutum
y eſt ob beneficium cõſeruationis. ʸ Exo. 12. menſibus lunaribus (quorum vnus continet 29. dies, alter 30. alternatiuè) Hebręi conſtituũt annum lunarem: de quo Africanus & quidã patres exponunt heb-
z domadas Danielis breuiatas: ᶻ qui annus continet 354 dies. Et vt adęquetur anno ſolari in ſecundo quoque anno, & deindè in tertio quoque alternatim, addunt mẽſem decimumtertiũ, atque ita peractis 19. annis, additur annus integer, ex his intercalationibus reſultans.

in Dan. 9. & Græcos fuiſſe vſos his annis lunaribus ait Baſil. & multo magis Hebræos, vt ait Beda, & Ruper. ibidem citati. Idem Ruper. lib. 1. de Trinit cap. 45. vbi ait annum lunarem vocari naturalem, ſolarem vero dici artificialem. Quare exceſſit Hieron. Oſorius. lib. 1. de vera ſapientia dicens Africanum nimis licenter, & inconſideratè numeraſſe annos.

CAP. XI.

Quo die Chriſtus confecit: & crucifixus eſt.

VEra ſententia colligitur ex Eccleſię Latinę more, ex Patribus etiam Gręcis, quam & Ruper. ipſe fatetur, cum alioquin in aliis rebus liberius loquẽs, decipiatur, & ſic habet. 1. certum eſt Chriſtũ Dominum & communem Iudęorum populum circa eſum agni nõ anticipaſſe debitum ex lege, ſoluiſ̃que diem feſtum Paſchę. Nec obſtat figura, quod agnus typicus Ex.
a 12. inter duas veſperas ᵃ (vt in Hebręo habetur) immolabatur ſeu occidebatur ante ſolis occaſum. Cũ tamẽ Chriſtus agnus immaculatus in poſteriori veſpere eiuſdem Paſchę, & ad mundi veſperam ſit immolatus. Nam figurã non oportet in omnibus accommodari rei figu-
b ratę. ᵇ ſatis eſt in eo reſpondere qđ vterq; agnus intra idem feſtum pa-
c ſchę ſit conſumptus ᶜ deuoratione,
d morte aut ſepultura. ᵈ Item agnus erat inſuper typus ſacrificii incruẽ-
e ti, ᵉ quod conſecrata & oblata Euchariſtia Chriſtus in eadem nocte agni typici inſtituit. Et ut de agno Exo. 12. dicitur, os non comminuetis ex eo: ita dum Chriſtus agnus immolatur, & fractis ſpeciebus euchariſtię, conſumptiſque, dicitur frangi, & deuorari, hic tamen abſque vlla oſſium aut carnium fractione integer perſeuerat.

2 An uero quidam ex impiis Iudęis diſtulerint eſum agni? eſt valde probabilis quorundam Patrũ Gręcor. ſententia. Chryſoſtom. Cyril. Theophyl. quibus accedit B. Au-
f guſtinus, ᶠ vt principes Iudęorum qui ea nocte ſub pręteẋtu religionis occupati ſunt circa mortẽ Chri-

a QVia ᵃ Hebr. Exod. 12. habetur vt agnus occidatur inter duas veſperas (vt i Chaldæo. habetur vt aduertunt ibi Lipom. Ianſen. cap. 129. Tolet. Io. 13. Vatabl. Riber. lib. 5. de templo. c. 3 §. 11.) nempe ante occaſum ſolis, & diem paſchę. ſic agnus Chriſtus ad mundi veſperã, dicunt Iren. li. 4. c. 34. Cypr. lib. 2. epiſtu 3. Ambr. epiſt. 83. Bellar. ca. 9. col.
b 3. ᵇ Martin. lib. 7. hyppot. c. 4. lib. 10. reg. 50 & in propoſito Bellar. ca. 7. & 8. Agnus enim refert euchariſtiã, vt eſt ſacrificium rememoratiuũ in gratiarum actionem, non ut propitiatorium, vel impetra-
c torium. ᶜ ſic ſatis eſſe putant. Iren. ſupra Tertul. 4. cont. Marcion. Bellar. ca. 9 ſi Beda. Marc. 14. F. Ludou. de die pa-
d ſchæ. ᵈ Claud. rep. 1. c. 7. Fr Med. 3. p. q. 46. a1. 9. ad primũ cum Bed. ſup. & citatis lit. C. nã Chriſtus eadem nocte dum ſponte fudit ſanguinẽ in oratione horti, in verberibus & corona ſpinea, cœpit occidi & immolari, & dum ſanguinẽ obtulit in
e euchariſtia. ᵉ Aug. 17. ciuit. c. 20. lib. 1. contr. aduerſar. leg. ca. 18. Leo. ſer. 8. de paſſione Chryſ. in Pſal. 95. Bellar. c. 8. col. 3. aiunt rationẽ cruenti non impedire quin ſit figura incruenti: nam 1. Cor. 5. paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, quod de euchariſtia exponit Amb. in Luc. 1. fatentur Ruper. libro 2. in Exo. c. 6. Nazianz. orat. 2. de paſcha probat agnum fuiſſe figuram euch. Bellar. lib 4. c 9. & lib. 1. de miſſa, c. 7. Claud. rep. 1.
f c. 7. ſi. Orig. in Matt. 26. vbi D. Th in caten. cũ Euſeb Emiſſe. ᶠ citati. c. 10 T. idem ſentit lit. Nicep. 2. hiſto. c. 28. ut ei tribuit Clau. rep. 1. c. 7. & conſtat licitum fuiſſe differre cęnã uſque mane ante

ſti procurandam, diſtulerint quidem eſum agni vſque mane ante ſolis ortum. In quo quamuis negligentes fuerint circa obſeruationem legis, vt ait B. Chryſoſtom. & Theophyl. videntur tamen obſeruaſſe literam legis: quia à feria quinta poſt ſolis occaſum vſque ad ortum ſolis feriæ ſextæ vocatur veſpera; [g] atque ita in quauis hora illius veſperæ ante ſolis ortum, licebat edere agnum paſchalem, iuxta legem Exo. 12. ad veſperam immolabunt & nocte illa comedent agnum. [h] Et propterea feſtinarunt principes adduci Chriſtum à Caipha ad Pilatum, cum adhuc eſſet mane ante ſolis ortum. Huic ſententiæ nihil Sacræ ſcripturæ repugnant, & fauet quod ait Ioan. c. 18. & ipſi non introierunt prætorium ne coinquinarentur, ſed vt manducarent paſcha i. agnum: nempe eo adhuc mane ante ſolis ortum. At alia eſt potior expoſitio loc. Io. 18. vt principes timuerint inquinari: non quidem ne manducarent agnum paſchalem, quem præcedenti nocte manducauerant, ſed ne ſequentibus 7. diebus feſti paſchalis impedirentur manducare paſcha id eſt panem azymum: [i] & licite immolare & manducare poſſent per eos dies quædam animalia. [k] aut ut manducarent in paſcha, nempe azymum panem, & prædicta animalia, oues, & boues, iuxta ritum legis. [l] Quamuis enim vox phaſe ſeu paſcha dum abſolute dicitur, nõ ſumatur in ſcripturis Sacris niſi pro die primo ſolenniſſimo: Num. 28. & manducare paſcha ſimpliciter non dicatur de azymo. [m] ſumitur tamen aliquando pro alijs animalibus, quæ per ſequentes dies paſchæ immolata edebantur N. L. 18. ſexta Deut. 16. Num. 28. & 2. Paralipo. 35. & his non licebat veſci niſi iuxta legem Exod. 12. & Nume. 28. eſſent mundi: qualis non erat reus homicidij, aut conuerſans in Prætorio cũ gentili.

3 Chriſtus cruci affixus eſt feria ſexta contra omne ius & fas in die feſto ſolenni paſchæ, [n] quod tunc omnis populus & Principes ac Põtifices celebrabant. Occiſus eſt, vt agnus [o] ad ueſperam poſtremã paſchæ, ad mundi ueſperam. [p] Idcirco quod apud Matth. 26. quidã clamoribus contendebant, ne non in die feſto Chriſtus crucifigeretur, non obtinuit. [q] nec id curabant religionis cauſa, ſed ne forte tumultus fieret à populo, ut Matth. explicat, & Chriſtus præriperetur, quem ſæpe ſunt experti effugiſſe manus eorum. ſatiſque fieri legi putarunt abſtinere ne Chriſtum ſuis manibus lapidarent, dũ aiunt Ioan. 18. nobis non licet interficere quenquam: nempe proprijs manibus in eo ſolenni feſto. [r] ideoque curarunt per Pilatum & milites Gentiles legi & feſto non obligatos, Chriſtum occidi eo etiã ignominioſo crucis tormento, cuius inflictio ſoli Preſidi Imperatorum reſeruabatur. [ſ]

4 Poſtquam Chriſtus Dominus N. in cruce emiſit ſpiritum, refert Ioan. cap. 19. erat autem paraſceue: non quidem ſabbathi, ſed Paſchę: [t] & ideo iubentur tolli corpora de cruce, quia erat magnus dies ille ſabbathi. Nõ dicitur magnus quod eſſet primus dies paſchę, ſed quia pręter rationem ſabbathi incidit intra ſeptem dies paſchę. [u] Paraſceue autem paſchę quam uocat Ioan. nunquã dicitur reſpectu ſolius pa-

ortum ſolis, vt fatetur Lyr. in Exo. 12. cum Hebræis & D. Muñoz dixit praxim. recentium iudæorum. plane Ioſeph. 2. antiq. c. 5. Riber. 5. de templ. c. 3. ſi. ſic exponi poteſt id. Matt. 28. veſpere ſabbathi quæ luceſcit in prima ſabbathi (ſed reuera potius loquitur de veſpere poſt occaſum ſolis, vt Luc. 23. dies erat paraſceue, & ſabbathum illuceſcebat. Riber. lib. 5. de templ. cap. 1. §. 17.) & ſaltem dies feſtus numerabatur à primo veſpere durabatque vſque ad ortum ſolis Leuit. 27. à veſpere vſque ad veſperam. numerab. ſabba. vbi Abul. q. 28. Iſych. c. 23. & 26. Rodulph. li. 16. in Leui. c. 2. Origen. hom. 23. Num. Riber. d. c. 1. §. 18. Quam Chryſoſt. expoſi. ſequitur Calui. & probabilem dicit D. Th. 3. par. quæſt. 46 ar. 9. ad primum, q. 74. art. 4. ad primum, & multi recent. Atque ita ceſſat ſententia Burgen. de qua ſupra lit. T. quæ & ea ratione omnino eſt reijcienda, quod eam libenter ſequantur Thalmudiſtæ, & hæretici recentiores. ſic etiam quod Interdum Chryſ. & Nicepho. (ſicut & Euthy.) aiunt Chriſtum anticipaſſe cœnam, interpretandi ſunt, quia à principio ſtatim vt licuit iuxta legem fecit præparari & cœnari agnum. [g] Leuit. 23. à veſpere vſque ad veſperam computabitis ſabb. veſtra Gen. 1. factum eſt veſpere & mane dies vnus. & Matth. 28. veſpere autẽ ſabbathi, quæ luceſcit in prima ſabbathi. [h] refert Theophyl. Ioan. 18. & ſentit ibi Chryſoſtom. homil. 82. dixit Caluin. (quem inſufficienter in hoc impugnant Claud. repet. 1. cap. 7. D. Thom. & alij ſi admittamus id quod Chryſoſt. Cyril & Auguſt. Anſel. Beda. aiunt) Principes negligenter diſtuliſſe paſcha. i. eſum agni paſchalis, ſeruata tamen litera legis. & ſane ſi per legem licuiſſet transferre feſtum ne Chriſtus die feſto occideretur, vt populus clamabat, id eſſent facturi: vt ait Victor. Antiochen. [i] in Mar. 14. Bellar. cap. 8. col. 3. [i] Innocen. lib. 4. cap. 4. Diuus Th. cum Chryſoſt. hiſt. Scholaſt. cap. de paſcha. Fr. Medin. 3. par. quæſtio. 46. 9. ad 5. Sixtus lib. 6 cap. 110. At quia manducare paſcha non ſumitur pro azymo nec eſus azymi requirit puritatem legalem: explicantur infra L. [k] Tolet. Ioan. 13. not. 5. & cap. 18. Chryſoſto. in Ioan hom. 82. Auguſt. glo. ordin. D. Thom. Lyr. in Ioan. 18. Beda. in Marc. 14. Mag. hiſt. cap. de cœna Domini Frat. Ludou. lib. de die paſchæ. Riber. lib. 5. de templo. cap. 3. Beda. in Luc. 23. Irenæ. lib. 1. cap. 10. lib. 5. cap. 23. Bellarm. lib. 4. cap. 9. argum. 5. ſi. & dictum eſt, cap. 10. §. 5. K. [l] Innoc. lib. 4. cap. 4. ſed hic ſenſus non debet excludere, quin per 7. dies (qui omnes uocantur paſcha, vt ait D. Thom. 3. par. quæſtio. 46. artic. 9. ad primum, vbi Frat. Medin. cum Chryſoſt. hom. 82. in Ioan. ut ſumitur Acto. 12. volens poſt paſcha producere eum) ideo requirebatur puritas legalis, vt cum azymis ederent de hoſtia pacificanſiorum animalium, quæ per id tempus comedebantur cum azymis, vt di-

[m] ctum eſt lit. I. K. [m] Beda. in Ioan. 18. Burgen. Matth. 26. Tolet. Ioan. 13. no. 3. ſi. manducare paſcha nunquam ſumitur pro manducatione azymorum. [n] At ſumitur pro alijs animalibus, vt oue & boue, quæ tempore paſchæ immolabantur. quare Chryſoſt. hom. 82. in Io. dicit paſcha Io. 18. ſignificare totam celebritatẽ. Tolet. ſup. no. 3. & 5. Bellar. ca. 8. & 9. probat ex Clemen. lib. 5. conſt. cap. 14. aliàs 16. Iren. lib. 4. cap. 23. Tertul. lib. contra Iudæos. & citat Amos 8. occidet ſol. in meridie. Epiph. hær. 70. (nec que id negat hær. 50. nec Augu. 3. de conſenſu euang. ca. 13. dum refert aliorũ ſententiã quod paſcha tunc incidit in ſabbatho, at nõ probat illam.) Anſel. Matt. 26. cui tamen mendum quidam impegerũt in c. 27 vt refert Bellar. c. 9. arg. 6. idem Orig. ho. 23. Num. nec contradicit ita ſecta 36. Matt. vbi gl. ord. Matt. 26. apud te hodie facio paſcha. i. paſcha meũ nouum cõſtituo, nẽpe euchariſtię ſacrificium. (nec dicit Orig. Chriſtũ præueniſſe diem feſtũ, vt ei imponit Burgen.) idẽ Theophylus Alex. ſup. Cyril. catech. 13. Vict. in Mar. 14. Leo. ſer. 7. de paſcha. Socra. 5. hiſt. ca. 21. [o] [o] Iren. Tertul. inf. intelligunt, intra eundem diem paſchæ, qui durat à primo veſpere ad ſecundum, fuiſſe occiſum agnũ & Chriſtum. [p] [p] Iren. ſup. Cypr. lib 2. epiſto. 3. Amb. epi. 83. [q] Bellar. c. 9. col. 3. [q] quod petebãt Matth. 26. non in die feſto: non fuit impletum & id ſubdunt timentes ne in feſto fieret tumultus; & Chriſtus præriperetur à populo: quem ſæpe experti ſunt effugiſſe manus eorum. Bellar. c. 9. Hinc Fr. Med. 3. p. q. 46. 9. ait eſſe errorem negare Chriſtum in feſto ſolenni paſchæ fuiſſe crucifixũ. Quo die facta eſt eclipſis in plenilunio, vt refert Dionyſ. epiſt ad Polycarp. & probatur ex communi fere conſenſu patrum cit. ſup. c. 10 § & Bellarm. lib. 4. cap. 8. & citat Theophilum Alex. & Cyril. catech. 13. Leo. ſerm. 7. de paſſione. Auſbi. lib. 10. [r] epiſt 83. Victor. Antiochen. in Mar. 14. Socrates. lib. 5. hiſt. c. 21. [r] Ioan. 18. dicunt, nobis non licet interficere. nempe in feſto per ſententiam à ſe datam, & tamen dicẽtes periculum eſſe in mora, vrgebant Pilatum, vt damnaret. Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 6. Euthym Auguſt. tracta. 124. Chryſoſtom. homil. 82. ſed Tolet. ibi. [ſ] not. 23. putat licuiſſe eis etiam in feſto. [ſ] Chryſoſtom. ſupra [t] [t] hoc loco. Ioan. 19. triumphat Burgenſ. & innititur Auguſtin. tr. cta. 120. & Beda. ibi ut principes poſſent cœnam puram illius diei facere, acceleratam fuiſſe ſepulturam Chriſti, & magnum fuiſſe illum diem ſabbathi, quod in eo incidiſſet paſcha. Bellarm. cap. 9. argumen quinto. fin. putat non loqui Auguſtin. de cœna agni paſchalis, ſed de alia, quam ſolebant facere ante ſabbatum, vt dicit idem Beda. Lucæ. 23. ſed hæc ratio non eſt neceſſaria pro Auguſtino. vide ſupra §. quarto, capit. 10. lit. P. Sotus diſtinct. 9. ait, [u] quod non ſatis intelligit Auguſtinum. [u] Mag. hiſtor. Innocen.

D.Tho-

ſchæ, ſed reſpectu ſabbathi [x] ut in propoſito explicant Marc. & Luc. erat paraſceue, quod eſt ante ſabbathum. in ſolo enim ſabbatho requirebatur, vt præparatio ciborum fieret pridiè: cum tamen in omni die feſto etiam paſchæ liceret Iudæis præparare cibos, & aromata cum labore etiam ſeruili. [y]

5 Ex eo quod Ioan. 13. ait ante diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus, &cæt. colligunt impie quidam ex Græcis Ioan. qui poſtremus ſcripſit, correxiſſe reliquos tres euangeliſtas. [z] Quidam aiunt Ioannem computare diem artificialem, qui incipit à media nocte, aut potius ab ortu ſolis [a] ut cap. 10. §. 5. dictum eſt. & Chriſtum fer. 5. ante diem ſeu lucem feſti Paſchalis hæc dixiſſe: ſed tres alios euangeliſtas computare more Hebræorũ Leuit. 23. die feſti principium à veſpere ſeu ſolis occaſu, in quo incipit feſtũ paſchæ: dum aiunt Chriſtum cœnaſſe prima die azymorũ, eo nempe veſpere quo iam paſcha cæperat. Et ſane pro explicatione Ioannis, ſatis eſſet quod Chriſtus feria quinta id dixiſſet ante ſolis occaſum: tunc enim erat pridie ante feſtum paſchæ, quòd à ſequenti nocte incipiebat. [b] ſed quia uidetur poſt ſolis occaſum dixiſſe (cum Ioan. 13. ſubdat, cœna facta; & dictum eſſe Iudæ, quod facis fac citius) melius explicatur ante diem feſtum, id eſt ante lucem, [c] & auroram ſequentis feſti. De correctione anni & Kalendarij facta tempore concil. Nicen. [d] anno 322. & deinde per Gregor. Papam XIII. anno 1582. [e] dicetur §. 8. & ſequent.

6 In eccleſia Latina ex præcepto non diuino, ſed eccleſiaſtico forte ab Apoſtolorum tẽpore, [f] ſub mortali non licet conſecrare in pane niſi azymo. [g] i. ſine fermento, in quo ritu non errat eccleſia. [h] quia certo conſtat Chriſtum feria 5. incipiente paſcha, & 14. luna cœnaſſe, quando communiter Iudæi celebrabant paſcha, nec apud eos inueniebatur panis niſi azymus, licet Chriſtus ponatur anticipaſſe diem vulgarẽ paſchæ, aut Principes poſtpoſuiſſe: certum eſt Chriſtum conſeciſſe in azymo. [i] Græcis tamen in eccleſia Orientali ſinit eccleſia inculpate conſecrare in fermentato: [k] quia quamuis fermentum habeat aliquid corruptionis, adiunctum, tamen magnæ maſſæ, fit totus panis incorruptus. [l] & uſualis, & materia omnino apta, peccaretque Græcus ſaltem propter ſcandalum, ſi publice in ſua eccleſia cõſecraret in azymo. [m] Et Latinus dum obiter per Græcorum eccleſias tranſit poteſt utriuſ conſuetudini conformari. [n]

7 A principio eccleſiæ etiam Latini conſecrarunt in fermentato, propter uitandam hæreſim Hebionitarum [o] dicentium legalia etiam de azymo ſeruanda eſſe ſimul cũ euãgelio. ſimili ratione inſtituit Eccleſia, ne Chriſtiani celebrarent ut olim paſcha, eodẽ die quo Iudæi, ſed transferrent in Dominicam proximam poſt plenilunium [p] Martij: in cuius confirmationem tẽpore Regis Leuuigildi Hiſpani contigit miraculum, & diſparuit aqua baptiſmi: ut intelligerent Hiſpanos non celebrare Paſcha uero die, ſed Gallos. [q] ſi quis tamen Latinus in eccleſia Latina etiam urgente neceſſitate (ut parochus cauſa communi-

D. Thomas quæſtio 74.4. [x] Nam ſubditur Ioan. 19. quia paraſceue paſchæ erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbatho. & clarius Marc. 15. quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbathum. idem Luc. 23. Soto. Tolet. in Io. 13. no. 5. [y] vt aduertit in Marc. 16. Theoph. Beda. Vatab. Tolet. ſup. nam fœminæ præpararũt aromata in paſcha feria 6. ante occaſum, [z] refert Diuus Thom. diſtinct. 22. quæſtio. 2.2.3. Bellarm. lib. quarto, c. nono, Toled. Ioan. 13. no. 4. [a] D. Thomas Bellarm. cap. nono. refert etiam D. Thom. ad 1. & quæſtio. 46. 9 ad primum, ſecundũ alios fuiſſe ante illud feſtum paſchæ, & ortum ſolis, in quẽ principes occupatione detenti tranſtulerunt eſum agni. ſed Ianſen. cap. 130. ante paſcha ſabbathi, in quem cum Burgenſ. dicit tranſlatũ feſtum ex traditione maiorum. [b] Chryſoſtom. hom. 82. Matt. 26. Theophyl. Euthym. Sot. nempe inſtante Paſcha, ſed nondum cœpto. [c] Tolet. Ioan. 13. no. 13. no. 4. fin & capitu. vlt. & probat Hebræos diem feſtum nõ uocare, niſi poſt lucem. [d] tempore concil. Nicen. æquinoctium vernũ fuit fixum. die vigeſimo primo. Martij, ſed quia ex eo tempore retroceſſit annis. 10. fere diebus locabatur prope diem vndecimum. Martij. & multi ſcripſerunt de uarijs modis reducendi annum, vt paſcha celebretur in prima Dominica poſt decimã quartam lunam Martij: ſicut à principio eccleſiæ. de quo Paul. Foroſempronienſ. libro tertio, parte ſecunda, Nicol. de Cuſa Cardinal. libro de uero die paſchæ, & modo reducendi annum. eius Lucid. de vero die paſſionis Chriſti cum Sreſlerin. libr. Calendar. Hieronym. Chaues in Repertor. tracta. tertio, titulo decimotertio, Vanegas libro naturali. capitulo 39. Philipp. Anton. de modo reducendi annum. Cirnel. [e] Poſt longam conſuetudinem cũ Principibus, & præcipuis Academijs Gregorius Decimuſtertius anno 1582. die quarto Octobris iuſſit auferri decem dies ab eo menſe & anno, & deinde quolibet centennario intercalari diem. Quæ correctionis ratio eſt diuturnior. & facta eſt à Lilio Aloiſio lib. de ratione decimæquartæ lunæ, & reductione anni. quamuis & hæc ratio non nihil habeat incommodi. [f] Quia Chriſtus celebrauit in azymo, & Luc. vigeſimoquarto, quos diſcipulos communicauit in azymo die tertio paſchæ, ut aiunt Chryſoſtom. Auguſtin. Theophylact. Beda, & alij. & Leo Papa Nonus. epiſtol. ad Michael. Imperat. ait traditum à Petro. habetur tom. tertio, concil. Innocent. libro quarto, capitulo quarto. [g] Quia eſt materiã grauis. colligitur ex cap. literas. de celeb. Miſſ. concil. Florent. D. Thom. quæſt. 74.4. Soto diſtinct. 9. Ledeſ. communis Scholaſtic. & recent. [h] quare Leo IX. ſententiam græc. (de quibus capit. 10. §. 3. dictum eſt) uocat hæreticam. Innocent. D. Thom. diſtin. 11. Aleſand. quæſt. 32. Gabriel. lect. 34. concil. Florent. Triden. ſeſſione vigeſimatertia, in princip. & generaliter de omni ritu ſacramenti. ſeſſione ſeptima cano. 13. ad abolendam. de hæretic. [i] dictum eſt capitulo 10. E. quamuis dictum non ſit omnino certum. [k] Leo. IX. Innocen. libro 4. capitulo 4. D. Tho. art. 4. Caiet. Soto Ledeſm. catechiſ. Pij V. Caſtr. euchariſt. hæreſ. ſecunda, Palud. diſtin. 11. quæſtio. 1. art. 4. conc. 6. ſed non clare conc. Florent. quare falſo Scoto diſt. 11. quæſtio. 6. & Gabriel. lect. 34. damnant Græcos: quaſi illos eccleſia ſolũ permittat impune. Ang. euchar. 1. §. 6. & uidetur Caſtr. gloſſ. cap. literas. de celebrat. miſſ. [l] D. Thom. artic. 4. ad 3. Innocen. lib. 4. Soto Caietan. Ledeſ. Bellar. libro quarto, euch. capitu. 9. colum. 7. probat bene, tam fermentatum quã azymum dici ſimpliciter panẽ uſualem. [m] quia concil. Floren. iubet ut quiſque ſeruet in hoc morem ſuæ eccleſiæ Innocen. D. Thom. Caietan. Soto Ledeſm. catech. Pij V. Taper. artic. 14. Abulenſ. 1. par. defenſorij. capitulo 9. ſummiſt. uer. euchar. Tabien. Alan. lib. 1. de euchariſt. cap. 10. Bart. Ledeſ. tit. de euchariſt. numero decimoſexto, recent. contra Scot. & Gabriel. ſed Paludan. negat peccare Græcum ſi celebret in azymo. [n] Leo. Papa IX. dict. epiſtol. ad Michael. capitulo vigeſimonono. Caietan. Soto Ledeſm. Recent. & loquens de hoc facto Chriſti in azymo ait Auguſt. epiſtol. 118. capitulo primo, ex facto Chriſti non colligi præceptum. aliàs deberet homo communicare poſt cœnam, & poſt ablutionem pedum, ut fecit Chriſtus & generaliter licitum eſſe ſequi conſuetudinem patriæ ait ex Ambroſ. Auguſtin. epiſt. 119. capitulo decimooctauo. [o] refert Leo. Papa I. ſer. 4. capit. 4. quem citat D. Thom. diſtinctio undecima, quæſtio. 2.2.3. Maior. diſtinctio. decimatertia, quæſtio. prima. Caſtr. euchariſt. hæreſ. ſecunda. [p] de quo fuit olim ingens concertatio tempore Victoris Papa & citant antiquos Caſtro & Medices uerb. paſcha Soteal. in ſumm. concil. uerb. paſcha. Sander. de uiſibili Monarch. libro ſeptimo hær. 22. Hoſi. tom. 2. inſtit. capitulo 31. Couarr. 1. Var. capitulo 17. Abulen. 2. part. defenſorij cap. 20. & Doctor. citati pro emendatione Kalendarij. Bellarm. 4. Euchariſtiæ. capitulo octauo. colum. decimaſexta, id fuit etiam tempore Apoſtolorum, ut refert Turrian. ſuper Clemen. libro quinto. conſtitu. Apoſtolic. capit. decimoſexto. quare una ex præcipuis cauſis congregandi Concil. Nicen. fuit ut omnes in eodem die paſchæ conuenirent, ut refert Euſebius libro tertio. de vita Conſtantin. & lib. quinto, hiſtor. capit. 23. 25. 27. Socrat. Sozomen Theodoret. in ſua hiſtor. & habetur libro ſecundo. Tripar. capitulo vigeſimoſecundo, libro nono, capitulo trigeſimoſeptimo, & ſequent. Niceph. lib. quarto, capitulo trigeſimoſexto. Ruffin. libro primo, hiſtor. additio. capitulo ſexto, qui refert ſynod. Nicen. can. uigeſimoſecundo. [q] referunt id miraculum hiſtorici Galli, Illeſcas in vita Zozimi Papæ Ambroſ. de Morales. lib. undecimo,

candi infirmum) conficeret in fer-
r mentato peccat mort. [r] contra re-
ctam ſuæ, & vniuerſalis eccleſiæ
conſuetudinem. potius enim infir-
mus permittẽdus eſt decedere abſ-
que viatico, quàm ut parochus in
eum finem celebret in fermenta-
ſ to, [ſ] uel in altera tantum ſpecie, uel
ſine neſtibus, & uaſis ſacris, aut nõ
ieiunus. quia Chriſti præceptum
non ligat niſi saluis ijs legibus quę
ad reuerentiam huius ſacramenti
inſtituuntur ex pio ritu eccleſiæ.

8 Iulius Cæſar, qui primus apud
Roman. creatus eſt Dictator per-
petuus & Imperator, cum eſſet in
aſtrologia inſtructus per AEgy-
t ptios, [t] correxit varium anni ſo-
laris errorem, qui erat apud pri-
ſcos, ſecundum menſes lunares.
u & ante natum Chriſtũ annis 45. [u]
x intercalari fecit dies 67. [x] & con-
didit cyclum decem nouennalem,
qui aureus numerus dicitur. Et
collegit annum ſolarem dierum
365. cum quadrante. Eo poſt ſe-
y re quadriennium imperij. [y] mor-
tuo, ſucceſſit Auguſtus Cæſar O-
ctauianus, & poſt 30. annos à pri-
ma correctione, errorem qui ex
emendatione Iulij intercalatione-
que malè percepta ortus eſt, ſuſtu-
z lit. [z] Quæ correctio permanſit
vſque ad concil. Nicen. anno Chri
ſti 322. imo & uſque ad annum
1582. ſub Gregor. XIII. Pap. Con
cil. vero Nicen. nullum diem ex
menſibus ſubtraxit, ſed præmiſſa
diſputatione iuſſit retineri corre-
ctionem Auguſti ex ſententia pe-
a ritiſſimorum aſtrologorum. [a] Sed
quia quidam Aſiani celebrabant
b paſcha eodem die cum Iudæis, [b]
contra prohibitionem Victoris Pa
c pę I. [c] Alij in prima ſtatim Domi-
nica poſt ęquinoctium vernum pri
mi menſis Niſan ſeu Martij: cum
tamen præter dictum æquinoctiũ
expectandum eſſe pleniluniũ eiuſ-
dem menſis, iubet concil. Nicen.
in c. celebritatem, de conſ. d. 3. ut pa
ſcha celebretur à 14. luna ad 21.
menſis Niſan, in ea Dominica quę
proximè ſequitur pleniluniũ poſt
æquinoctium. Quod ſi plenilu-
nium incidat in Dominicam, dif-
fertur paſcha per 7. dies in ſequen-
tem Dominicam, ne quid commu-
ne cum Iudæis habeant Catholici:
ſed nunquam differtur vltra 7. dies
à plenilunio. Eo tempore concil.
Nicen. æquinoctium vernum inci
debat die 21. Martij, calculo ueto-
ri, needum ſubtractis. 10. diebus,
quos ſuſtulit Gregor. XIII. Eadem
emendatio propoſita & probata
d fuit per cycliſtas in conc. Baſil. [d]

9 Id ipſum ſecutus Lilius de mã
dato Gregor. XIII. repoſuit æqui-
noctium uernum eodem die 21.
e Martij. [e] detractique ſunt 10. dies
de menſe Octobris anno 1582. &
inſuper præſcribit Pontifex in ſin-
gulis annis centeſimis intercalari
diem vnum. inſuper vt ab anno
1590. ad annũ 1721. locetur æqui-
f noctium. die 20. Martij circiter [f]
eo quòd in ann. 131. decurſis ęqui
noctium vno die retrocedat. tanta
mutatio contingit ex eo quod ſol
annali curſu non exæquat curſum
primi mobilis, deficientibus qui-
buſdam minutis præter quadran-
tem. Qua ratione periti Aſtrono-
mi aiunt 28. quoque anno interca-
g landum alterum diem. Alij aiunt [g]
ſingulis 106. annis intercalandum
fuiſſe unum diem, & à tempore
correcti per Auguſtũ Kalẽdarij ſu
pereſſe nunc 15. dies intercalãdos.

10 Sed ſane exacta emẽdatio exi
git curioſam rationem, quæ non fa
cile inuenitur. Nam æquinoctium
h veris (in quo mundus creatus [h]

r Chron. Hiſpan. cap. 12. fin. Rationa. lib. 6. cap. 86. [r] Palud. Soto Ledeſ. Angel. & Bernard. Diaz pract. cap. 31. cum Pan. & communi per cap. literas. de celebra. miſſ. Recent. Theolog. addit Bernar. Diaz cum Pan. contra Palud. non ideo eſſe deponendum clericũ quia celebret in fermentato: vnde falſo Maior. diſtin. 9. quæſt. 3. ad quintum ait pro communicando in firmo licitũ conſecrare in fermenta-
ſ to. [ſ] Sueton. Mexia, & alij qui ſcribunt vitas Imperatorum. Bellarm. nuper ad tom. 1. adiecit tres lib. de Im-
t perat. [t] Appianus lib. 2. bell. ciuil. ad finẽ. in anno vrbis 708. Macrob. 1. Saturnal. cap. 14. Pli. libro deciomoctauo, 18. capitu. 15. Onuphr. Caſſiod. Bellarm. & Genebrard. Chronic. pa-
u gina 172. [u] Steflerin. in ſuo Kalendar. propoſ. 34. Lucid. lib. 7. de emendat. tempor. Genebrard. contra Paulũ Foro ſempron. in ſua Paulina. 2. p. lib. 12. putantem quod correctio Kalendarij facta ſit ipſo anno Natiuita-
x tis Chriſti. [x] Genebrard. cum Dione. lib. 43. hiſt. Plutarch. in Cæſar. Macrob. Sueton. & tūc vltimus annus conſtitit 15. menſibus lunaribus, ſeu die-
y bus 443. [y] Iulio poſt deuictum Põpeium tribuūt triẽnium Imperij Ioſeph. 1. belli. c. 10. libro 14. capit. 19. Egeſip. lib. 1. capit. 27. Clemens Alexand. 1. Strom. Genebrar. pagin. 173. Nec obſtat quod in ſuis chronic. Sulpit. Caſſiodor. Beda. Herman. huic tribuant quatuor annos cum dimidio. imo alij tribuunt quinque vt Euſeb. & Iſidor. in chron. & fere Eutrop. lib. 7. quia Iulio aſcribunt duos ferè annos inter regni, quo poſt eius mortem uacauit
z imperium. [z] Macrob. Lucid. Onuphr. ſupra Genebrard. pagi-
a na 176. [a] Steflerin. prop. 34. & ſequent. & alij citati §. quin-
b to, D. [b] quod nunc ſeruant multi ex Anglis & Scotis ac Centu
c riatores hęretici. refert Genebrar. pagina 201. anno Chriſti 196. [c] Euſeb. 5. hiſtor. cap. 23. num. 24. Niceph. & paſſim hiſtorici refe-
d runt. [d] refert Steflerin. prop. 39. lit. H. [e] quare Gregor. XIII.
e & ex illius decreto Lilius in correctione Kalendarij ſecutus eſt correctionem concil. Nicen. & Baſileenſ. Idemque Nicol. Coper-
f nicuſ. lib. 3. de reuolutionibus. cap. 12. & 13. [f] Cuius regulæ meminit Ribera. lib. 5. de templo, capitulo ſecundo, §. quarto. Per
g quam occurritur difficultati, de qua in fi. huius capit. [g] id putat Genebrar. pagina 176. ut ita Ianuarius ſit cum Capricorno, quando ſol ad nos rediens, incipit dies facere longiores: & ſimul incedant menſes & ſigna Zodiaci, beneque conſtituantur æquinoctia
h in 1. gradu Arietis & libræ. [h] Pererius libro 1. in Geneſ. poſt uer. 11. pagina 85. refert communem ſcriptorum eccleſiaſticorum & Theologorum. Euſeb. in magno Chron. Athan. quæſt. 17. ad Antioch. Cyril. catech. 14. Leo ſerm. 9. de paſſio. Nazianzen. oratione in nouam Dominicam. Iſidor. quinta, Etym. capit. de tempor. Dam. libro ſecundo, capitulo ſeptimo, (Strabus, & Raban. in Exod. duodecimo, gloſſ. interlin. in Geneſ. 35. aiunt creatum die decimooctauo Martij.) Bed. de tempor. capitulo vigeſimooctauo ſynod. Paleſtin. e mandato Victoris Papę, cuius meminit Beda, libro de ſex ætatibus mundi, & ep. de uerno æquinoctio. & addit lib. de tempore, capit. 40. creatam eſſe lucem die decimooctauo Martij, Solẽ vero die uigeſimoprimo. Ambroſi. 1 examer. c. quarto. Theodoret. quæſtio. 72. in Exo. hiſtor. Scholaſt. ait mundum creatum in Martio, eſſe dogma eccleſiæ. adde Hieronym. quæſtionibus in Gene. (licet in Ezech. 1. refert apud Oriental. menſem primũ anni eſſe Octobrem.) Baſil. in principio examer. Raban. & alij in catena. Exo. duodecimo. Auguſ. quæſtio. noui, & ueteris Teſtament. quæſtio. 106. Druthmar. in Matth. capit. ſuo 61. ait eſſe traditionem maiorum. Gloſ. in id Geneſ. trigeſimoquinto. egreſſus è Iſrael de Aegypto verno tempore. Galterus libro de ætate mundi. Paul. Foroſempron. prima parte, libro octauo, Ioan. Luci. libro primo, Chron. capitulo ſecundo, Sacrobuſto. 2. de regulari ſolari. Seruius cum Virgilio 2. Georg. crediderim ver illud erat. Lincon. in Geneſ. Elpacus lib. de Aſtrologia. Ioan. in ſumma Angliana. Martinez 3. Hypotypoſ. capitulo primo, idem ſentiunt Hebræi, vt R. Abraham in Daniel ſeptimo, quod annus ſacer ſeu eccleſiaſticus incipit ab æquinoctio verno in Martio, quem ſequitur Genebrard. in principio Chron. & Ioſeph. 1. antiquit. & libro ſecundo, capitulo, ſexto, libro ſexto, belli. capitulo quarto, ait Aprilem (in quem menſem partim incidit Niſan) eſſe primum menſem totius anni apud Hebræos. idem Hieron. in Zachar. octauo, Mexia in Silua, & ſentiunt Aſtrologi Ptolome. Alcabitius, Albatecni, & Ariſtotel. libro ſecundo, cœli. quod Ariete tanquam à dextro incipit motus cœli. & tamen Pererius in tertia ſententia, quam ſequitur, ait ferè omnes Hebræos putare mundum conditum in æquinoctio autumnali, ut Lyr. Geneſ. ſeptimo, Abulenſ. Geneſ. 1. quæſtio. vigeſimaprima, & prima parte, defenſor. capitulo decimoquarto, Picus Mirand. libro ſeptimo, contra Aſtrolog. capitulo ſexto, declinat. uidetur Borgenſ. cum Lyr. Exod. duodecimo, Bachon. Arias Montan. in apparatu, titu. de ſæculis. & quidam recentiores propter locum Luc. primo, in menſe ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel. & Zacharias miniſtrabat vice octaua Abiæ, aiunt Chriſtum in eo æquinoctio fuiſſe natum die vigeſimoquinto, Septembris. quod tenet Gerard. mercator in Chronolog. & ſuper eundem Matthæus Beroald. & Ioſeph. Scaliger in chron. Addit Mercator mundum fuiſſe conditum menſe Iulio quæ tamen ſunt contra conſenſum totius Eccleſiæ. nam Chriſtus, etiet ſeptemeſtris in ventre

eſt, & Chriſtus Dominus incar-
i natus, [i] & iuxta graues patres
k paſſus eſt,) [k] erat dies 25. Mar-
tij. ſed poſtea tempore concil. Ni-
cen. dies 21. nunc vero facta obſer-
uatione à peritis Mathematicis, ac-
cidit 20. die (iuxta ueterem calcu-
lum, nec ſubtractis 10. diebus, quos
ſuſtulit Gregor. XIII.) & inter-
dum incidit inter diem 19. ac 20.
Martij, nempe ſubtractis 18. aut
l 19. horis [l] ab eo die, quo incide-
bat tempore concil. Nicen. Alio-
qui contingit re ipſa, ut paſcha quę
iuxta concil. Nicen. differri non
m debet ultra ſeptem dies [m] à ple-
nilunio menſis Niſan ſeu Mar-
tij, differatur elapſis ſingulis 19.
annis (quo tempore completur
aureus numerus) per dies 28.
poſt dictum plenilunium Martij,
n vt plane contigit hoc anno 1590. [n]
celebrari paſcha die vigeſimoſecun
do Aprilis: cum iuxta Aſtrologos
celebrari deberet die 25. Martij,
cui tamen rei ſatis ſubueni-
tur in Kalendario Gre-
o goriano. [o]

i ventre matris. [i] Hinc eccleſia in more habet computare annos integros Chriſti ab eo die Incarnationis, qui dicuntur caſuales ſeu emergentes, de quo Dionyſi. Exiguus abbas Romanus, & Blondus ſecretarius Eugenij IIII. fecit in bullis Pontif. deſcribi annos ab incarnatione. Qua ratione vtuntur Piſani, & Florentini. & Rota in nouis 108. idem ſeruari apud Gallos & Anglos. Lucid. de die paſſionis. capitulo 3. & 5. Couar. 1. Variar. capitulo duodecimo, numero ſecundo, Vergara Hiſpan. quæſtio. octaua, ad Ducem Infantatus. & hinc in bullis ad Genuęſes, pauciores uno anno numerantur ab Incarnatione, ſi expediantur à primo Ianuarij uſque ad 24. Martij) quã anni à Natiuitate qui ſunt vſuales, & primus annus Natiuitatis Chriſti cõtentus fuit ſeptem diebus. quod quia non aduertunt quidam vt Steflerin. prop. 37. Foroſempron 2. parte, libro quarto, & libro decimotertio, capitulo ſexto, Sigebert. in chron. Renerius, & Campanus libro de computo Maiori) explodunt falſo prædictam rationem computationis. quæ videtur cœpiſſe ab anno Chriſti 600. nam antea per Imperatorum annos numerabant. dicit Ge-
k nebrard. Chron. pagina 220. in anno Chriſti 338. [k] Chriſtum die 25. Martij fuiſſe paſſum, cum haberet annos 33. completos ab Incarnatione, eſt communis ſanctorum. Auguſt. 18. ciuit. capitulo vltimo. & libro quarto, Trinit. capitulo quinto, putat pertinere ad fidem propter conſenſum Eccleſiæ. Cyrill. epiſtol. ad ſynod. Carthagin. & ſcriptum fertur in ſententia Pilati. Chryſoſt. Beda Albert. Mag. Gerlandus Campanus & Ioan. de Monteregio. Luc. Gauricus Martyrologium, & ante hos Tertullian. libro contra Iudæos. ſentit Lactant. qui tamen uocat diem 26. Martij. Genebrard. chron. libro ſecundo, parte 113. & fatetur eſſe communem ſanctorum Abulen. ſecunda parte, defenſor. capitulo 55. & 77. vide Pererium libro vndecimo, in Daniel quæſtione ſeptima. De annis tamen non conueniunt omnes prædicti, quia Tertull. Lactant. & Auguſt. non tribunnt Chriſto ultra 31. annos. de quo dictum eſt ſup. Sed Ioan Lucid. Abulen. & Muñoz, Frat. Medin. tertia parte, quæſtione quadrageſimaſexta, articulo nono, fin. putant Chriſtum obijſſe die 3. Aprilis. quod uero quidam aiunt Chriſtum cœnaſſe agnum die 22. menſis Dyſtron, ut vocant Macedones, ut Euſeb. in magn. Chron. cum Anatholio Alexand. (quem refert Euſeb. 7. hiſtor. capitulo 28. Nicephor. libro ſexto, capitulo trigeſimoſexto,) idem Anaſthaſi. Nicen. quæſt. 92. ex uariis in ſcripturam, Onuph. 2. Faſtorum. pag. 310. id refert ex Theophilo Cæſarien. & ſynodo Palæſtina Nicetas & eccleſia Græcanica. Beda refert eam fuiſſe aliquando ſententiam Eccleſiæ Gallicanæ. Idem Clemens libro quinto, conſtitut. Apoſt. capitulo decimoſexto, fin. Sed reſpondet ibi Turrian. menſem Dyſtron cõuenire diei 3. noſtri Martij, atque ita concor-
l dar. [l] [m] ex dictis capitulo decimo, ad finem. Docto. Muñoz ſu-
m pra. [n] idem continget 19. quoque anno, dum finitur aureus nu-
n merus. vt annis 1609. 1628. 1647. 1666. &c. [o] per regulam Ka-
o lendar. Lilij, de qua ſup. lit. F.

C A P. XII.

Quale uinum ſit materia? & de mixtione aquæ.

PRo cõſecratione potius Aquarij
hęretici in calice aquã ſine vi-
no reponunt: cum tamen & Genti
les libamen vini in ſuis ſacrificiis
adhibeant. Nõ omnis ſuccus ex vi-
te eſt materia ſed quod dicitur ſim-
a pliciter vinum [a] genti polyticę con-
ueniens, & quod naturaliter ſolet
ex vite maturiſque vuis cõpreſſis
b fieri. [b] de quo Chriſtus Luc. 22. an
te conſecrationẽ dixit, non bibam
de generatione vitis, donec regnũ
c Dei veniat. [c] Venit autem & cœ-
pit regnum Dei. i. noua eccleſia in
qua Chriſtus regnat, ſtatim in ea-
dem cęna, quando veri & noui Pa
ſchæ manducatio ſactà eſt, cum no
uo ſacrificio incruento, & nouo ſa
cerdotio, ac legis tranſlatione. ſatis
tamen eſt factum miraculo, vt Io.
2. in nuptiis Canaa vinum, ex aqua
non ex vite, ſed per vitę, & vitis au
torẽ. vel dũ naturaliter modicum
d aquæ ut ſexta pars, [d] per mixtionẽ

C A P. XII.

a [a] Contra [a] hæreticos Aquarios, Caſtr. inſra Prateol. uerb. aquarij. Cyprian. libro ſecundo, epiſtol. tertia, capitu. ſicut. de conſecra. diſtinctio. ſecunda. Ex. 6. ſynod. can. 32. citat Chryſoſtom. in Matth. vide ſopra in procem. Requirit vinum, capitulo firmiter. capitulu cum Marthæ. concil. Florent. Trident. ſeſſione decimatertia. capitulo 1. 3. 4. can. 2. ſeſſione vigeſimaſecunda, capitulo 1. & 7. Patres quos refert Grat. de conſecr. diſtinct. ſecunda capitulo primo, & ſequen. Iuſtin. Apol. 2. Clement. Alexand. lib ſecundo, pedag. capitulo ſecundo, Cyprian. libro ſecundo, epiſto. tertia, Epiphan Matth. vigeſimoſexto, non bibam de hoc genimine uitis. ubi Hieron. Chryſoſtom. homel. 83. Theophil. Beda in Luc. 22. D. Tho. quæſtio. 74. 5. Soto diſtinctio. nona, Ledeſm. quæſtione decimaquinta, Caſtro, & Medices, eucharist. hæreſ. ſexta, Anton. de Mocaris. libro quarto, de ſacrific. altar. capitulo vigeſimoquinto, Taper. articulo decimoquarto, Claudius repet. octaua, capitulo primo, catechiſ. Pij V. Ayal. de tradit. Hoſi. Caniſ. Sonni. Alan. ſupra Cuchus. libro quinto, titu. de euchar. capitulo uigeſimotertio, Petrus Gregor. ſyntag. lib. ſecundo, capitulo ſexto, Bart. Ledeſ. de euchariſt. difficult. 6. Alexand. 4. parte, quæſtio. 32. memb. octauo, Doctor. diſtinctio. undecima. Et in figura Geneſ. 14. Melchiſedech obtulit etiam uinum. Sylueſt. euchar. 2. §. decimoquinto, & mos fuit in ſacrificijs Gentil. libare vinum, Girald. de Dijs Gent. ſyntag. 17. Plin. libro 14. capitulo 19. Alexand. ab Alexan. libro tertio, Ge-
b nial. capitulo duodecimo, Briſo. libro primo, fol. 81. [b] quod dicatur vinum naturale aut fictitium, declarat Plin. libro 14. capitulo ſexto, gloſſ. in capitulo ſecundo, de conſ. diſtinct. prima, Alciat. libro 9. Parergon. capitulo ſecundo, Bertatulus in penu legali.
c cap. 8. & 9. [c] quia Luc. 22. præmiſit ſimiliter de paſcha. i. agno, non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. i. in noua eccleſia, aut poſt reſurrect. quia nunquam amplius Chriſtus legitur ediſſe agnum paſchalem (iam enim conſummauerat omnes cæremon. legales: & tamen edit piſces poſt reſurrect.) comedit tamen euchariſt. poſtea in eadem cęna, & Luc. 24. poſt reſurrectio. cum duobus diſcipul. in qua eſt nouus agnus & caro Chriſti nouo modo editur ſine conuerſione in ſubſtantiam comedentis. Beda Theoph. Caietan. in Luc. Claud. repet. 8. capitulo 1. Chryſoſt. Hierony. & alii ſupra. At Matth. 26. poſt traditum calicem uini conſecrati repetuntur ea uerb. non bibam amodo de hoc genimine uitis, uſque in diem illum, cum illud bibam (Græc. bibo, de præſenti: nempe nunc in cœna. & bibam poſt reſurrect. Luc. 24.) vobiſcum nouum in regno Patris mei. quod de euchariſt. exponunt Orig. in Matth. tracta. 35. Hilar. can. 30. Hieron. ad Edib. quæſt. ſecunda, Theodoret. dialog. 1. Eucher. qq. in ſcript. Claud. ſup. At aliter. Chryſoſt. & videtur Theophy. in Matth Euthy. in Lucam Auguſt. 1. qq. euangel. capitulo 43. Ianſen. capitulo 131. Roffen. libro quinto, contra Oecolamp. Claud. cum Cypr. ſerm. de cœna Ambroſ. de ſacramen. Nazian. orat. de Paſc. Hierony. q. ſecunda, ad Edib. quare triplex eſt ſenſus 1. de vino naturali 2. de vino conſecrato & agno, qui eſt Chriſtus in euchariſt. ſectus 3. poſt reſurrectionem ubi homo particeps fiet, noui paſchæ & noui vini, quia ſine ſacramento & velamento ſpecierum erit particeps carnis & ſanguinis Domini. ſic per regnum Dei explicant tẽpus reſurrectionis Chriſti, quando cœpit nouum phaſę ideſt tranſitus à ſeruitute in libertatem. ſic Matthæ. 26. donec videant in regno ſuo. & complebitur in reſurrectione uniuerſali, de qua. 1. Corinth. 15. cum trad. regnum Deo. Et in Chriſto, ut in uirtute, & exemplari, completa eſt omnium reſurrectio. tunc fiet nouum paſcha cum Chriſtus ſuper menſam ſuam inuitabit ele-
d ctos. [d] quidam recent. ut Frat. Ambroſ. arbitrantur ſextam partem aquæ nihil nocere, concil. Triburien. capitulo 19. ex Alexan. Papa I. permittit miſcere 3. partem aquæ. ſed ſane id relinquitur arbitrio prudentis ſacerdotis dicit Rationale libro 4. cap. 36. nec Chriſtus videtur tam parum miſcuiſſe quin diceretur temperatum.

cum uino intra breue tempus alteratur, & in uinum conuertitur. uinum eligendum eſt optimum. [e] ſatis eſt muſtū recenter expreſſum: [f] cum dicatur ſimpliciter vinum potabile ex vite, & inebriare ſolet, ſic enim in feſto Transfigurationis ad ſignificandam innouationem reſurrectionis admiſcetur uino calicis recens expreſſio vuarum, [f] & vinum nouum: ſed extra id feſtum, aut neceſſitatem non decet, quia cōmuniter exprimitur ſimul denſior vuarum pars, quæ non eſt uinum. [g]

2 Parua corruptio vini aceſcētis minus decens eſt. [h] ſed non manente vera vini ſpecie acetum licet ſit ex vite non eſt materia: [i] quod guſtu & frigiditate conſtat non eſſe vinum, vt nec eſt ſapa ſeu defrutum factum ex vino cocto cum vuis: [k] nec vinetum, lora ſeu acinaceum, vbi compreſſis bene vuis additur multa aqua: [l] nec aqua quæ diſtillatur ex uitibus: & multo minus valet humor adhuc intra vuas latens, [m] cum nondum ſit potabilis: nec agreſta [n] ex vuis immaturis, quia frigida eſt ut acetum. Minus ualēt genera uini quæ non ſunt ex uite: ut ſicera ex pomis: [o] nec enim comprehenditur ſub legato vini, [p] quæ tamen ratio ad propoſitum non eſt efficax. [q] nec ceruiſia, & potus ex moris, aut malis granatis [r] aut quod vocamus aloia.

3 Minus ſufficit vt conſeruetur corpus Chriſti ſub ſpeciebus rite conſecratis, quam vt de nouo conſecretur materia: nā ſi cōgelentur ſpecies, manet in illis Chriſtus, [ſ] cum facili liquefactione fiant potabiles: ut manet cum particula hoſtiæ miſcetur ſanguini Chriſti, licet uideatur maſſa: aut ſi mica conſecrata digitis cōpreſſa fiat forte maſſa: cum tamen in maſſa ſeu paſta cruda non fiat cōſecratio: & forte nec in vino congelato: [t] vt in aqua congelata non poteſt fieri baptiſmus. nec in uino, cū melle, ſaccaro vel aliis ſpeciebus aromaticis & floribus condito & decocto, quando mutatur ſpecies: [u] quamuis vino vendito aut legato, comprehendi iure ſoleat uinum, ita confectum, quod claretū vocant: [x] ſed id ex cōiecturata potius mēte teſtatoris, quàm ex proprietate uocis, & rei.

4 Ex Chriſti præcepto diuino [y] à tempore Apoſtolorum permiſceri vino debet aqua (quamuis quidam putent eſſe de præcepto tantum eccleſiæ, [z] quod tamen non ita eſt) quæ mixtio fit decenter [a] ante conſecrationem [b] cum aqua naturali. [c] in figuram eius ueræ aquæ, quæ de latere Chriſti mortui aperto per miraculum fluxit. [d] ſic & Chriſtus in ultima

tum.conc. Floren.ait modiciſſima aqua D. Thom.quæſtio.74.8. Alexand. quæſt.32. mon.5.art.3.mon.6.art.1.Palud.diſtin.11.q.1.Gabr lect.35 Soto.& dicunt ſufficere guttam aquæ.quod falſo negat Pan cap perniciosus.num.2.de celebr.miſſ. vide gloſſ. cap. 1.fin.de conſ.diſtinct.2. [c] D. Thom. artic.5.ad 3. Iul.Pap.capit. cum omne. vbi glo. communiter recepta. Innocen. c.30. fin.Soto artic.5.colum penult. Ledeſ. quæſt.15.Bart. Ledeſ.Sylueſt.§.3. Tabien.num. 17. quia ſatis eſt in muſto digeſto ſacta in vite. & Ariſt.4. Meteor. capitulo 10. probat muſtum eſſe vinū. Plin.lib 23. cap. 1. Iſid.li.20. & Etym. cap.3. Act.2.muſto pleni ſunt.nec oppoſitum dicit gloſſ. c. ſic in ſanctificando. de conſ.diſt.2. [f] Rational.lib.7.cap.22. Soto Ledeſ. Iul.Papa,& cōc. Brachar. diſt.3. cap.1. capit. cum omne. capit.ſi neceſſe de conſecr. diſt.2. Tabien.§.17. ſed extra feſtū trāſfigurationis non licet Soto, Ledeſ Recent. [g] ſic Innocen.lib.4.c.24. monet quærendū optimum vinum. [h] Soto Ledeſ. Victor.§. 59. Nauarr.cap.25. num.81. Sylueſt.euchariſt.1.§.8. Tab. num.15. Richar.d. 11. art. 2. quæſt. 2. & quæſt.5.ad 1.Palud.quæſt.1. Gabr. lect.35.L.T.Bertacolus ſup.cap.8.per l.2.ff de optio.legata. [i] prædicti autores & D. Thom. artic.5.ad ſecundum. Et quod quidam aiunt acetum eſſe materiam (ut Innocen.lib.4.cap.10. Alexand. quæſt.32.memb.8.Iſidor.lib.20.cap.3. Gloſſ.cap.2.de conſec. diſtinct.ſecunda,) exponendi ſunt cum Gabriel.de vino acido. Miſſale Pij V. iubet repeti materiam, ſi reperiatur fuiſſe acetum. Et Gregor. XIII.iubet deleri prædictam glo.nam Ariſtot.8.meteor. capit.5.ais acetum ſe habet ad vinum,ut cadauer ad animal. [k] Supa.arrope. Ariſtot.4. meteor.cap.9.10.negat eſſe vinum,licet vocat uinum paſſum,uel coctum,nec ſufficit aqua vitę,aguardiente, quæ diſtillatur ex uino. nec in balſamo quod diſtillatur ex quodam genere uitium in Paleſtina. Palud.Tabien.§.18. [l] Palud.Tabien.§.18.Soto Ledeſ. Recen. Plin. lib.14.c.10.negat eſſe vinum, ſecus ſi parum aquæ infunderetur vuis male compreſſis. [m] Soto Ledeſ. Tabien.§.17.fin.Caietan. & ita intelligunt D. Thom.art. 5. qui taotum dicit noo debere. Richar.art.2.quæſt.4.ad 3. Recent.ſicut nec maſſa,quia nondum eſt cibus viualis.cap.cum omne.de conſ.diſt.2. conc. Brach. Vuormat.& 6.ſyn.can.28. [n] D.Th. art.5. Soto Ledeſ. Tabien. §.16. miſſal. Pij V. & commun. [o] D. Thom.art.5.ad 2.Soto Ledeſ. Democar.lib.4.c.26. ait oppoſitum eſſe hæreticum. Apoſt. can.3. ne ſicera pro uino.conc. Antiſiod. can.8. non mulſum aut aliud poculum extra vinum. [p] DD.l. uinum. ff.ſi certum pet. l. ſi quis vinum.ff de vino tritico,&c. Caſſane.Catal.2. par. conſid. 83. vide Plin.libro.14. cap.6.libro 23. capit.1. [q] Nam aliquando ſub legato vino, intelligitur id quod ſimpliciter iam non eſt vinum: ſic l. in uenditionib. ff de contrahē da emptio. vendito vino comprehenditur acetum, (ut ibi aiunt quidam DD.) ſi tempore uenditionis adhuc erat vinum: quia ſtat periculo emptoris. At alii negant comprehendi, vide Forca. in penu.iuris ciuil.capitulo 9. Cuiac.libro decimoquinto, obſeruat.capitulo vigeſimoſeptimo, Briſſo.de formul.libro 6. fol.555. §.quod ad vini uenditionem. comprehenditur etiam nomine uino legati, uinum melle & flore decoctum, de quo infra. [r] DD. lit. O.& in dicta l.vinum. Plin.Caſſane. [ſ] Commun.Ledeſ.art. 5.Armil. euchariſt.quare Sylueſt. bene infert & Miſſal. Pii V.ſi in miſſa uinum iam conſecratum congeletur, non eſſe conſecrandum aliud.in quo errat Alan. capitulo decimoquarto, [t] Ledeſ. quæſtio.decimaquinta, articulo quinto, dubio primo, Armil.§.19. Alan. capitulo duodecimo, communiter Recent. contra Sotum, articulo quinto, & Sylueſt. euchar. 2. ad fin. Angel. miſſ. §.23. [u] De clareta ex melle & aliis rebus, Cælius libro quarto, antiquit. c. decimotertio, & hoc dicitur Nect. [x] Explicat d. l. ſi quis vina. l. 2. & ſeq. ff. de optione legata. Forca. Briſon. ſupra Cuiac. libro 11. capitu. 30. Vertucius de uerborum ſignificat. libro 19. verſi. vino legato. At ſi mutata eſt ſpecies, id legatum non iā comprehenditur ex proprietate uerborum, quàm ex coniecturata mente teſtatoris. [y] Soto diſtinctio. 9. quæſtio. prima, articu. ſexto, poſt cōc. 2. cum Armach. libro 9. capitulo 9. Hoſ. capitu. 40. Alan. libro primo, capitulo 13. fauet Cyprian. libro 2. epiſto. 3. aliàs 63. vocat diuinum mādatum concil. Carthag. 3. capitulo 24. Aurel. 4. capitu. 4. African. capitulo 4. & ſynod. 6. can. 32. dicit diuinitus traditum per Iacobū in liturgia, & per alia mundi luminaria. Alexand.quæſt.32. Caſtr. euchar.hær.7. [z] Innuit conc.Brachar.3.c 1.Vuormat. cap.4.inf. Iul.Papa,c.omne.de conſ. d.2. Et ita affirmat Mag.d.11.c 7.Durand.quæſt.10.5.Scot.q.7.ſi.Palac.q.2.fin. Sot.ar.6.ante arg. Gab. lect.35.Ledeſ.art.7. Baſſo.Ledeſ.difficult.9. videtur D.Thom.d. 9.Cuchus lib.5.num.24.Caniſ Sonni.Alan.tit.de euchar imo gl. cap.perniciosus.de conſ.d.2.ait obligare ex conſuetudine tantum. hunc morem cæpiſſe ab Alex. Papa I. habetur in Breuiar. Plat. Rationali. Roffen.art.16.ad med.qui Alex.& conc. Tribur.capit. 19.ſolum dicunt traditum à Patribus. Ex uero & communis ſent. eſt, eccleſiam ſua conſuetudine aut precepto declarare ius diuinum,quod non conſtabat omnibus. [a] De ſide ex conc.cit.& Patribus. Alexan.I.Iul.I. Iuſtin. Apol.2. Ambr. 4.ſacr.cap.4. Iſid.1. offic.cap.18. Anicl Matth.26 alii.inf. D. Niſſen.oratione catech. c.36.Bellar.lib 4.euch.cap.10.11. [b] Cyprian. Iuſtin.Iren.Tertull. 22.c.7.D.Tho art.6.c.ad 3.Sot. Ledeſ. Tabien. § 20.alii ſup. quare Græci reprehendūtur ab Eugen.IIII.in conc. Floren.quod aquam calidam miſceant poſt conſecratum vinum,infr lit.S.cum ſit periculum vt ſpecies corrumpantur.idem 6.ſyn.can.32.de quibus Græcis Caſtro euchar.hær.7. Prateol.lib.7.c.15. Gabr.lect. 35.Innoc.lib.4.Palud.Dur. quæſt.5.num.7. Soto quæſt. 1.art.6. Tabien. §.20. id etiam tenet propter Chryſo. Liturgiam. Nicol. Cabaſilas de euchar. cap. 37 At Caj.art.6.dicit non Græcos ſed ſolos Armenos id ſeruare. quod colligitur ex conc. Flor. Theoph. Ioan. 19. Niceph.18 hiſt.cap.53.uide inf.R.quod ſecutus eſt Caluin. ſed Lutherus dubitauit. refert Sander.lib.7 uiſib.monar.anno 1549.Bellarm. cap. 11. [c] D. Thom.art.6.ad 3.Alex.q.10.in 4 § 5.ad ult. bene Caietan.quem ſequitur Ledeſm.Cano & Recent.idem Gabr. lect. 35. Innocen.libro 4. cap.32. licet Soto impugnet Caietan.ſine cauſa. [d] D.Thom.q.74.art.7.ad 3.q.66.ar. 4.ad 3.de fide definit Innoc.3.cap.in quadam.de celeb.miſſ. quia Ioan. 19.dicitur exiuit ſanguis,& aqua. Leo epiſt.4. fauet Clem. vn.de ſumma Trinitat. & 1. Ioan. vlt. tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis, & ex Ioan. 19. probant

aquam

cœna confecit in vino aqua deli-
e buto. [e] Aqua admixta non eſt de
f neceſſitate materiæ, [f] & ſine qua
valet cõſecratio: ſed omittens pec-
g cat mortaliter. [g] ſuperſtitioſe vero
Gentiles vinum dilutum putabant
h ineptum ſuis ſacrificijs. [h] Nec hęc
in ſanguinem Chriſti conuertitur
niſi ante conſecrationem ſit plene
i verſa in vinum. [i] (nec enim ſuffi-
cit imperfecta mixtio ex qua aqua
participaret quaſdam vini qualita-
k tes, ut quidam putant, [k]) & proin
l de tam modica [l] eſſe debet aqua,
ut tempore conſecrationis repute-
tur in vinum conuerſa. quidã per-
m mittunt addi vino tertiã partem [m]
aquæ, aut certe ſextam: ſatis tamẽ
eſt gutta aquæ. Non debet miſceri
in ampulla, aut amphora vini, ſed
n poſt cœptã miſſam intra calicem: [n]
quod expedit fieri per eundem ſa-
o cerdoté qui celebraturus eſt. [o] 3. ſi
alius liquor conſecrando vino illi-
citè miſceretur, ut gutta aquæ roſa
ceæ, nihil nocet conſecrationi to-
tius, ſi iam erat in vinum conuer-
p ſa: [p] ſic enim claretum retinet ſpe
ciem vini cõſecrabilis ex parua mi
q xtione aromatum, [q] aut mellis: ut
quando grana pauca hordei miſcé-
tur tritico fit panis omnino aptus
r conſecrationi. [r] An in præcepto
de mixtione aquæ, liceat diſpenſa-
ſ re, [ſ] dicetur ſtatim.

CAPVT XIII.

An Papa diſpenſet, ut conficiatur in altera ſpecie?

IN graui neceſſitate fortaſſe lice-
ret vinum conſecrare ſine aquæ
mixtione: præſertim ex diſpenſa-
tione Papæ, ſeu iuris diuini inter-
pretatione: vt in frigidiſſima ſub
polis regione ſolet vinum congela
ri ob mixtionem aquæ etiam par-
næ, & calidæ. Rarius, & ex graui
& diuturna cauſa diſpenſaſſe legi-
a tur Innocent. [a] VIII. Pontif. ut
in ſpecie tantum panis ſacerdos cõ
b ſecret, & miſſam celebret: [b] Quod
c falſo quidam negãt poſſe [c] Papam.
ſaluatur enim ſubſtantia ſacrificii,
dum ſpecies panis ex vi ſacramẽti
repræſentat corpus exangue, &
d mortem Chriſti: [d] præſertim dum
frangitur, & ore conſumitur: ſi-
mulque adeſt re ipſa ſanguis Chri
ſti ex concomitantia ad potum ſpi
e ritualem: [e] nec eſt minus efficax
ob concomitantiam, quam ſi biba
tur ſub ſpecie vini. Cauſa ſufficiẽs
diſpenſandi uidetur, quando in re
gione ampla deeſſet omnino uinũ,
in quam aſportari uix poteſt, aut a-
ſportatum conſeruari: ne ingens
prouincia, aut multa illius oppida
priuentur neceſſaria, & utiliſſima
f euchariſtiæ communione, [f] & iu-
gi pręſentia corporis Chriſti: quaſi
pro illis id ſacramentum non ęſſet
inſtitutum.

2 Chriſtus enim commiſit Ec-
cleſiæ, ut pro temporum, & loco-
rum ratione ſalua ſacramentorum
ſubſtantia, poſſet quædam mutare,
& diſponere in diſpenſatione illo-
g rum. [g] Sic in feria ſexta hebdoma
dæ ſanctæ celebratur officium ſa-
crum in ſpecie panis abſque ſpecie
h bus uini conſecrati: [h] & Chriſtus
Luc. 24. duos diſcipulos euntes in
Emaus cõmunicauit ſub ſpecie tã

aquam illam fuiſſe figuram baptiſmi Chryſoſt. Cyril. Theophi-
lact. idem Dam. 4. cap. 10. Auguſt. de ſymb. capitu. 6. & tract. 9.
in Ioan. de eccleſ. dogm. cap. 75. Bellarm. 2. ſacram. cap. 27. Beda.
e etiam in Marc. 14. & Luc. 22. [e] Clem. lib. 8 conſtitut. Apoſt. c. 12.
aliàs cap. 17. & in Liturg. Iacob. & Baſil. Dam. lib. 4. cap. 14. Ire-
næ. Hieronym. in Marc. 14 & qq. Hebr. æ. in Paralip. ca. 21. Paſchaſ. lib. de myſt. corp. & ſang. Chriſti. colligit 6. ſynod. can. 32. Aurelian. 4 cap. 4. Carthag. 3. c. 24. Conc. Florent. & Triden. ſeſſ. 22. ca. 7. ea Patribus, & Rabbi Samuel lib. de aduentu Meſſiæ. cap. 20. habetur tom. 5. Biblioth. ſanct. D. Th. art. 7. & oẽs Scholaſtici. Petrus de Hiſtorica aſſertione miſſæ. part. 37. Amalar. de officio miſſę. cap. 19. Gemma animæ, cap. 28. in ſpeculo antiquæ deuotionis. Caſtro hære. 7. Auguſt. 4. Triort. ca. 21. Iren. lib. 4 cap. 5 1. lib. 5. c. 1. Theod. dial. 1. ad med. & videtur iam res certa: Trid. ſup. dict. quod ita Chriſtũ feciſſe credatur. At falſo negant Chriſtum miſcuiſſe aquã Vualdenſ. de ſacrament. cap 32. & Roffenſ. articu 16. & citant Chryſoſt. hom. 83. Math. Paſchaſ. de corp. Chriſti. c. 11. Rab ſimili li. c. 18. & D. Tho ſolũ ait probabiliter teneri Chriſtũ miſcuiſſe. Dur. q. 5. dicit rem
f eſſe incertam [f] Bel
lar. lib. 4. euch. c. 10. Alex. q. 32. mem. 5. art. 2. & mem. 6. D. Tho.
art. 7. Innoc. lib. 4. c. 32. omnes cum Mag d. 11. c. ſcriptura de con
ſecr. d. 2. & plane colligitur ex Florent. & Trid. Idem qui putant
eſſe præceptum tñ eccleſiæ de mixtione aquæ contra Armach.
lib. 9. c. 9 putantem eſſe de neceſſitate ſacramẽti, ſed Cypr. lib. 2.
epiſt. 3 aliàs 63. & Iul. Pap. qui ei videntur fauere, explicantur à
D. Tho ad 3. ſic Bern. epiſt. 69. qui tñ inclinat non eſſe de neceſſi
g tate. [g] Bart. Led. Cuchus. eſt certa, & cõis, ex Conc. Flor. & Trid.
h dicunt eſſe præceptum. [h] Plin lib. 14. c. 12. 19. vnde Prouer. per-
didit vinum aqua infuſa. Bertatulus ſup. Budæ, in l. ſi ſeruus. ff.
i ad leg. Aquil. [i] Cõmunis colligitur ex D. Tho. art. 8 Scot. Palud.
d. 11. q. 1. Alex. q. 32. Gabr lect. 35. Sylu. euch. 1. §. 3. Tab. 1. §. 22.
Soto, Led. Recent. Theol. putant rem certam, qa Conc. Flor. &
Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & 4. aiunt vinum conuerti in ſanguinẽ. de aqua
autem ſi ita maneat, nunq̃ dicunt conuerti. Quod ſi poſt mixtio-
nem longi tpis videtur cum lana, aut medulla iunci ſeparari aqua
à vino, ſane ei à vino puro ſeparatur humor quidã, ait D. Thom.
k d. 11. in fi. [k] Videtur ſentire Iani. concord. c. 131. in id ſimiliter,
& calicẽ. fauet 6. ſynod. can. 32. nam & Innoc. c. cum Marthæ pro
babile putat vinum in ſanguinẽ, aquam vero (quæ non eſt de ge-
mine vitis) conuerti in aquã, quæ fluxit cũ ſanguine de latere
Chriſti. Negant tñ ſolam aquam eſſe conſecrabilẽ: quia oportet,
ut cõi vſu dicatur vinum ex colore & ſapore: ſic ſolum balſamũ,
niſi miſceatur oleo, non eſt materia conſecrabilis. fertur Cano, in
prælect. & quoſdã Recent. id tenuiſſe, ſed vt temerarium contra
l torrentem. [l] Dictum eſt §. 1. D. [m] Quod ſi tpe conſecrationis
m pars quędã aquæ nondũ eſſet conuerſa, nõ peccat ſacerdos, qui id
n fecit autoritate Conc. cum ſenſui ignota ſit mixtio & cõuerſio. [n]

Miſſale Pij V. Alex. q. 32. m. 4. §. 5. ad vlt. mem. 5. art. 2. Mai. q. 3.
princ. Dur. q. 1. Rich. art. 3. q. 6. vbi & D. Thom. & q. 74. 8. ad vlt.
Gabr. q. 2. art. 3. dub. 4. Led. ar. 7. dub. 3. 4. & vlt. Soto, & praxis ec
o cleſię. [o] Led. q. 15. art. 7. dub. 3. putat pceptum, ſed falſo. ſatis eſt.
p alius ſacerdos. Rationale lib. 4. c. 3. [p] Caiet. artic. 6. ad 3 Ledeſ. Tab. §. 21. Cano. & Recent. Palud. Soto. art. 6. ad fin. At in pane ſubacto cũ ſola aqua roſacea non fit conſecratio ſm quoſdam: quia aqua eſt de neceſſitate panis. ut aiunt Syl. Soto. Gloſ. c. 2. de conſecr. d. 2. vbi Card. nu. 6. & ſane ſub ea parte ſubſtãtiæ q̃ fuit aqua roſacea, nõ fit cõſecratio. id tñ quod df panis triticeus ſimpliciter tranſeunte aqua, vt materia, vt
q ait Caiet. [q] Vt dictũ eſt, & affirmat Palud. Sot. Led. Ta
r bie. §. 10. Recent. [r]
ſ Dictum eſt c. 9. [ſ] Licet Pontifici ſic diſpenſare. Led. ar. 7. & quidam Recent. aiunt colligi ex doctorib Nã & Græci quidã cit. ſup. B. omittunt aquã, & miſcent poſt conſecrationem ex liturgia Chryſ. vt eis tribuit. gl. ord. 1. Cor. 11. Innoc. li. 4. c. 32. Durand. Gab. Sot. Guid. Prateol. ver. Græci. Alan. c. 13. cuius myſteriũ exponit Cabaſ. c. 37. Caſtro, euch. hær. 7. Balſam. in 6. ſyn. can. 32. dat rõnem cur populo propinaretur cũ vino cõſecrato aqua calida eo admixta, quam
rationẽ Eug. IIII. in fi. Conc. Flor. quæſiuit à Græcis. at Cabaſ.
c. 8. fatetur etiam ante conſecrationem Græcos miſcere aquam.

CAPVT XIII.

a DE [a] diſpenſatione Innoc. VIII. cũ Nouergianis anno 1490.
refert eruditus ſcholiaſtes additione ad chron. Euſeb. f. 152.
Volat. lib. 7. c. 4. fol. 80. Onufr. in ſuo breui Chron. Genebrard. in
Chrono. Claud. repet. 10. de euch. c. 3. & 4. ad fi. Taper. ar. 14. Io.
Heſſel. de cõione ſub utraque ſpecie. ſed Alan. 2. de euch. c. 20. fi.
dicit ab Innoc. IIII. diſpenſatũ. & Claud. addit diſpenſaſſe cũ Da-
nis quãuis Bellar. lib. 4 de euch. non facile credit fuiſſe diſpenſa-
b tum. vid. inf. c. 44. [b] Quidam vigẽti ea cõi neceſſitate non audẽt
definire, an liceat ſub altera ſpecie celebrare? nec D. Tho. memi-
nit huius caſus. Alber. d. 11. ait tunc conſulendũ eſſe Papam. & p
pendit id licere, ſi Papa diſpẽſet. idẽ Gab lect. 53. Adr. de euch. §.
viſo cõſulendũ Papã. & ſane in eo Papa põt diſpẽſare, ut pter ſup.
citatos affirmãt Mai. d. 9. q. 3. ad 5. Palac. 1. 11. q. 3. Turrec. c. cõpe
rimus de cõſ. d. 2. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6 §. 1. Ang. euch. 1. §. 20. Piſan.
c euch. 2. §. 12. Tab. euch. 1. §. 19. fi. miſſa. §. 29. [c] Soto d. 9. ar. 1. ad 3.
ppendet nõ poſſe diſpẽſare: cũ in cõſecratione integritas vtriuſq;
ſpeciei ſit de iure diuino: & ait nunq̃ id auditũ eſſe, qđ ſi de facto
diſpẽſaret, diceret errare in facto: vt ait dũ diſpẽſat cũ pfeſſo. idẽ
d Palud. d. 11. Led. q. 15. ar. 1. Sylu. euch. 1. §. 5. ſignat Hoſt. c. 40. [d]
e Dicetur lib. de Miſſa. c. 23. §. 5. fi. [e] Caiet. q. 80. ar. 12. Inn. lib. 4. [f]
ſ Quia ex fine inſtitutionis in vtilitatẽ fideliũ ſumi rõ pręcepti: p
g ſeruum interpretante, aut diſpẽſante Pont. [g] Vt in ſimili ait Trid.
h ſeſſ. 21. c. 2. Conſtant. ſeſſ. 13. [h] Soto, & quidam putant id offi-
cium

i eium ſub ſpecie tantum panis eſſe ſacrificium. [h] Affirmant Aug. Chryſoſt. Theoph. Beda Hoſ. Claud. Tolet. in Ioan. 6. not 7. ex quo probat etiam à tempore Apoſtolorum morem fuiſſe communicandi ſub altera ſpecie: quia 1. Corinth. 11. ſub diſiunctione dicitur quicunque manducauerit, vel biberit, & ſic ad Ioan. niſi manducaueritis, & biberit, interpretādū diſiunctiue, ſumpto, &, pro uel, ut ſæpe ſumit in ſcripturis. k [k] Quidam in iure diuino licet partim pendeat ex volonrate hominis (vt in voto, & profeſſione) negāt Papam diſpēſare proprie. videtur Paludan. d. 38 quæſt. 4. art. 4. Bonau art. 2. q. 3. Syluest. voti. 2. § 3. verſi 4. Ferrar. 3. contra gent. cap. 124. ad fin. Couarr. cap. quamuis pactum. 1. par. § 3. num. 4. & 2. p. ſponſal cap. 6. § 9. nu. 2. & 4 cum D. Tho. quodlib. 4. art. 13. facit. 1. 2. q. 97. 4. ad 3. At ſane diſpēſat pprie: quia tollit eam obligationem ex cauſa rationabili, quæ ſine diſpenſatione aderat: idque facit autoritate, & commiſſione Chriſti, ut bene D. Thom. 4. d. 38. quæſt. 1. art. 4. 1. c. 2 & 3 diſt. 37. art. 4. vbi Scot. diſt. 37. q. vni. Heruæ. 1. d. 47. quæſt 3. 1. ibi Durand. q. 4. nu. 6. & 15. Richar d. 38. art. 4 quæſt. 1. vbi Palud. Caiet. 2. 2. q 88. ar. 10. Nauar. prælud. 9 num. 1 r. Soto. lib 7. iuſtit q. 2. artic. 2. quæſt. 4. artic. 1. ad fin ſed DD. in contrarium adducti ſunt interpretandi: quod nō poteſt Papa tollere omne votum ſine cauſæ cognitione, aut pro libito abrogare legē voti, quæ eſt de iure naturali. gloſ. in Ioan. 22. in extrauag. inter nōnullos. verſ. declaramus. de verb. ſignif. habetur capit. ſunt quidā 25. q 1. quia non eſſet diſpenſatio de plenitudine poteſtatis, ſed diſſipatio de plenitudine tempeſtatis, dicit Abbas. c. extirpandę, verſ. ſi vero, de præbend. Molin. lib. 2. de primog c. 7 num 33. qui enim proprie diſpenſat, tollit totam obligationem. in voto autem tutius eſt diſpenſationi admiſcere quandam commutationem in minus, ut
l ait Nauar. & Recent. cum Caietan. d. quæſt. 88. artic. 12. [l] Vt di-
m cetur in propria materia ſingulorum. [m] Sed Papa non poteſt diſpenſare in integritate confeſſionis, dum tamen reſeruatur caſus, ſatis eſt Papæ confiteri ſola reſeruata, & abſolui ſacramentaliter ab illis quæ tamen confeſſio ex intentione pœnitentis debet eſſe integra ſup. lib. 2. de pœnitent. capitu. 12. Quidam ut Nauar. in

i tum panis à ſe conſecrata: [i] per
hoc enim nil additur, uel tollitur,
quod pertineat ad ſubſtantiam ſa-
cramenti, aut ſacrificii, ſed fit uaria
tio in vſu, & integritate, dum una
tantum ſpecies conſecratur, & ſu-
mitur. ſic Pontifex per quandam
interpretationem diuini iuris, po-
k teſt in quibuſdam diſpenſare, [k] vt
in voto, iuramento, & fortaſſe ob
publicam pacem regni in matrimo
nio rato, ut ſuo loco dicetur, aut cū
profeſſo: & in reſidentia perſonali
paſtoris, in miniſtro confirmatio-
nis, quando ſacerdoti committit,
ut confirmet, uel ordines conferat
etiam ſubdiaconatus. In quibus ta
men niſi adſit cauſa proportiona-
l ta, non eſſet tuta diſpenſatio. [l]

3 In propoſito concurrunt duo
præcepta Chriſti, alterum de ne-
ceſſaria communione ordinata in
bonum noſtrum: alterum de inte-
gritate ſacramēti, quod ſalua illius
reuerentia, præiudicare non debet
bono communi magnę prouincię.
Integritas confeſſionis quæ occul-
ta eſt, interdum ſecluſa diſpenſa-
tione non obligat, ut cum magno
m pœnitentis detrimento. [m] At in
hac ſacrificij integritate diſpenſan-
dum non eſt ſine cauſa boni com-
munis: & abſque diſpēſatione ob
bonum unius, priuatamque neceſ-
ſitatem ſacerdos in mortis etiam
articulo, non debet ſub altera ſpe-
cie celebrare (quando vtramque
non habet) ut ſeipſum communi-
n cet [n] propter diuinum præceptū:
puta ſi peſte aut hauſto veneno ſen
tiat inſtantis mortis periculum:
Nec licet parocho ſub altera, aut
in fermentato celebrare, ut ſubdi-
o tos in eo articulo communicet: [o]
etiam ſi alterius ſacramenti copia
non adſit. At defectus occurrens
in miſſę celebratione interdum ex
cuſat ab ea integritate: ut ſi conſe-
crato pane deficiat ſacerdos impe-
ditus morte, aut morbo: aut ſi mi-
raculum ſemel, aut bis contingat
p in altera ſpecie: [p] aut forte propter
vitandum ſcandalum populi, dum
aquā reperit in calice, nec vinum
à longe afferri poteſt. de quibus de
fectibus dicetur lib. de Miſſa. cap.
36. & ſequent.

conſil de ſacram vnct. putant diſpenſare poſſe, ut fiat confirmatio in oleo abſque balſamo, (ut quod conſecretur vinū abſque aqua)
n quod reiectum eſt lib. de confirmat. cap 2. [n] In quo vera eſt ſententia Caietan. cum D Thom. quæſt 74. 1 ad 2 Soto. Ledeſ ſup.
o Paludan d. 11. quæſt. 1. Innocent. lib. 4. cap. 23. Syluest. [o] Soto, diſtinc. 9. artic. 4 & communis contra Maior. diſt. 9. q 3. ad quintum, vid. ſupra cap 11. fin. ſi. enim abſque diſpenſatione non licet in genere etiam neceſſitate, ut cognatus, aut profeſſus cōtrahat matrimonium. quia poteſtas mutādi aliquid in materia ſacramēti, aut ſacrificij, commit-
p titur Pontifici. [p] D. Tho. quæſt. 83. artic. 6.

• CAP. XIIII.

De præſentia, & quantitate materiæ, ac intentione conſecrantis.

MAteriam celebranti ſacerdoti
oportet eſſe moraliter præſen
tem. at exiſtēs in Hiſpania panem
Romæ diſtantem non poteſt actio
a ne inſtrumētali conſecrare: [a] Nec
tamen requiritur, ut ſonus verbo-
rum formæ contingat phyſico ſitu
b ipſam materiam: [b] ſed obiectū di-
citur præſens, quaſi pręſens, quādo
c ſenſu percipitur: [c] ſenſus enim ex-
terior non niſi ſibi pſentia ſentire
d pōt. [d] Vt præſens dr̄ qui à tergo eſt
e panis ſi manu tangatur: [e] & pœni-
tens eſt pſens qui p cācellos parie-
tis peccata audiēti cōfeſſario aperit.

2 Magis præſens dr̄ quod eſt prę
f oculis, & vr̄: [f] Angelo enim in cœ
lo exiſtēti præſentes ſunt hoīes ter
ræ quos cuſtodit, & Deus ab æter-
no res futuras videt ſuo oculo præ
ſentes, ut explicabitur libro de fine
hominis. Satis vero eſt obiectum
propinque præ oculis propoui, tan
quam de ſe viſibile ſacerdoti ēt cę-
g co: [g] vt ſi ante illius faciem ſit pa-
nis per viginti paſſus diſtans, quem
h audit eſſe coram ſe, [h] licet nec pa-
nem illum videat nec tangat: ſic
enim more ſeruatur, ut ſacerdos
formulas in cuſtodia ēt clauſa in-
cluſas, aut ſub alijs formulis occul-
tatas, ſimul conſecret: ut pōt viniī
i in calice cooperto. [i] ſolum ſacramē
tum mr̄imonij, quia eſt cōtractus,
& nutu ſine verborum etiā forma
contrahitur, pōt inter abſentes ce-
k lebrari per procuratorem, [k] aut per
epiſtolam. Baptiſmus, confirmatio,
vnctio, requirunt contactum phy
ſicum: ordo contactum quendam
moralem vaſorum.

3 At ſine contactu abſolutio à
peccatis hominem, & conſecratio
hoſtiæ requiret materiā dicto mo-
l do ſenſui præſentem. [l] In alijs ſa-
cramentis inter materiam propin-
quam, & formā debet inſuper eſſe
m quędam moralis coniunctio: [m] &
multo maior in Euchariſtiæ conſe
cratione, ui à principio prolationis
n verborum [n] adſit tota materia præ

CAP. XIIII.

a [a] DIuus Thom. quæſt. 74. 2. d. 11. quæſtio. 2. 1. 3. DD. diſtinctio. 11. Paludan quęſtio. articu. 3. concluſ. 3. Durand. quęſtio. 6. Soto. diſtinct. 9. artic. 2. Ledeſm quæſtio. 15. 2. Viguer. cap. 16. § 3. verſ. 2. Tabien. § 23. Roſell. Syluest. Gabr. quæſtio. 2. artic. 3. dub. 1. lect. 35. omnes Recent. Victor. § 16. Palac. d. 13. quæſt. 4. quare falſo Marſi. quæſt. 11. art. 2. putat conſecrari poſſe abſentē panem, ſi deſignetur per intellectū præſens: Maior d. 11. quæſt. 2. art. 2. ut matrimonū contrahitur licet abſentes. & probat quia Scot. ait verba conſecratoria proferri materialiter, & recitatiue tantum nomine Chriſti, cum oculo præſens eſt panis. ſic quidā putant abſolutionem à peccatis valere data abſenti: cum tamen baptiſmus, uel vnctio requirat cōtractum. hæc ſententia videtur temeraria contra Torrētem: & ratio eius
b falſa eſt, nam uerba ſumuntur etiam formaliter, inf. cap. 18 [b] Colligitur ex optimis Doct. & eſt communis Recent. contra Vigue-
c rum. [c] Doct. cit. cont. Marſil. & Maiorem. [d] Ariſt. 2. de anima D.
d Tho. 1. p. q. 78. 4. c. ad 6. q. 81. 3. ad 3. & ſæpe. [e] Soto. in quo vera
e eſt ſententia Maior. q. 1. Marſil. Ledeſ. art. 2. [f] Ita habet commu
f nis vſus & viſus ſumitur pro omni ſenſu, ut ait Auguſt. [g] [h] Vt
g patet, dum ſacerdos cæcus audit cōfeſſiones, aut ex diſpenſatione
h celebrat. Soto art. 2. [i] Sed nunc iuxta Miſſale, calix vini dum con
kl ſecratur, & eleuatur, debet eſſe diſcoopertus. [k] Infra lib. de ma
m trim. [l] [m] Supra lib. de ſacram. cap 9. [n] Si quis inuerſis verbis
n dicat, corpus meū eſt hoc (ita ut in principio panis non ſit pſens)

ſens, & coniuncta moraliter formæ, ut quæ oſtenditur per pronomen; Hoc.

4 Præter quantitatem extrinſecam loci præſentis, conſiderãda eſt magnitudo, aut paruitas in quantitate materiæ. ſi tota materia ſit debite præſens, habet ſacerdos poteſtatem conſecrandi totã ſimul quãtacunque ſit, [o] vt plurimorum panum, & calicum ingentium; quia ex fine hominum quibus tam præſentibus quam futuris poſſet præparari communio, non limitatur numerus hoſtiarum, aut quãtitas. Peccet tamen grauiter qui abſque cauſa ultra modum conſecraret ingentem quantitatem. [p] Circa paruitatem ſub quacunque quãtitate conſeruari poteſt ſubſtãtia veri panis ſeparata, [q] vt in minimo naturali ſi forte datur, aut in quadam parte alijs coniuncta, ut in hac medietate minimi naturalis, ſi modo determinate deſignetur, [r] putà ea pars media, quæ eſt verſus dexteram meam: ſic enim oportet deſignari, quia actiones ſunt ſingularium, & circa ſingularem materiã. Quãuis enim ea pars minimi oculo mortali communiter non ſentiatur, eſt tamen ſignum de ſe ſenſibile oculo beato, [ſ] cum habeat colorem, & quantitatem, aut tactu tenetur, uel certe intellectu demonſtrari præſens homini, & videri poteſt. Adeſt enim Chriſti corpus indiuiſibiliter totũ ſub qualibet particula ſpecierum panis, aut vini; [t] maneteque ſi gutta conſecrata vino ſimili coniuncta diuidatur in partem minimi. [u] inf. cap. 28. Conſeruaturque tota quantitas continua ex ſpeciebus, & vino ſimili, perinde ac ſi ſolum adeſſet ſubſtantia vini ſub tota quantitate. & econtrario ſi gutta vini ſpeciebus cõſecratis admixta diuidatur, manet ſubſtantia vini minor minimo naturali, ſed continuata quantitati ſpecierum, perinde ac ſi totum eſſet vinum. [x] qua ratione reliquias hoſtiæ ſub quibus manet Chriſtus, aut quæ hærent calici, cum magna reuerentia cõſeruari, & ſumi oportet: [y] & prima ablutio cum vino fit, [z] ne ſpecies corrumpantur.

5 Quantitas determinãda eſt ex intentione. qui habet coram ſe hoſtias quas detulit conſecrandas, & tamen tempore oblationis, aut cõſecrationis illarum oblitus eſt, conſecrat omnes, [a] ex intentione virtuali: vel ſi habet decem, & tamen ex errore ſpeculatiuo reputat eſſe octo; aut ſi duas hoſtias, quia omnino coniunctæ ſunt, reputat vnã, conſecrat omnes, [b] ex virtuali intentione conſecrandi quidquid habet coram ſe: niſi oppoſitum explicet dicens, nolo niſi octo, aut vnã conſecrare confuſe. Tunc enim nullam conſecrat, [c] quia non habet, & materiam, & intentionem determinatam, ut oportet, nec maior eſt ratio, ut hæc potius quam illa maneat conſecrata. Non conſecrat ſi intendat omnes partes partes hoſtiæ, [d] quæ ſunt infinitæ proportionales, conſecrare, relictis imparibus: quia nihil determinate ſignabile oſtendit.

CAPVT XV.

De defectibus circa hæc occurrentibus.

DVm probabile dubium occurrit, an vere facta fuerit conſecratio: debent ſpecies reuerenter conſeruari, [a] & à ieiuno ſumi, ut à ſacerdote poſtquam in miſſa conſumpſit ſacrificium, ſed ante ſumptam ablutionem. hic enim honor debetur hoſtiæ vbi probabiliter reputari poteſt conſecrata, vt ſi dubitat, an materia fuerit ſatis præſens: uel de materia, an ſit verus panis triticeus, de vino an ſit acetum? [b] aut ſi forte intẽdebat inducere nouum ritum contra eccleſiam. [c] ſi dubitet, an ipſius intentio ſaltem virtualis ſe extenderit ad formulas quaſdam in altari longius poſitas, quas forte ipſe non detulit, ſed alter. [d]

2 In his dubijs poſſet alio die dũ ipſe celebrat, aut alter ſacerdos de ea re monitus, conſecrare quidem determinate hoſtiam, quam manu tenet: reliquas vero ibi repoſitas intendat ſub conditione mente retenta conſecrare. Intentio conſecrantis debet eſſe humana, & ſeria [e] prout Chriſtus inſtituit, & eccleſia Chriſti tenet: ad eam enim debet ſe ſacerdos referre.

3 In verbis quibus vinum calicis conſecrari ſolet, ſacerdos ne in-

non ſiet conſecratio. uel ſi ante auditam confeſſionem dicat, ego abſoluo. & poſt audita peccata dicat, te. [o] D.Thom. vtroque loco Durand. d. 12. q. 6. Soto. Ledeſ. Scot. Gabriel. Caietan. Roſell. Tabien. §. 23. commu. Recent. quamuis id videntur negare Alex. & alij mox citandi. [p] Palud. Soto, & alij ſupra. & ita ſunt interpretandi, qui videntur negare valere conſecrationẽ niſi in ea quanti tate quæ rationabiliter põt ſumi. Alex. q. 34. mem. 1. ar. 3. alias q. 10. mem. 4. art. 2. §. 6. ait cum ſupportatione dico. Hug. Taranta. Supplem. imo & Paludan. q. 1. art. 3. concl. 1. Angel. euchariſt. 1. §. 25. & olim D.Tho. opuſ. 59. cap. 4. dixit probabile. At intelligunt non poſſe licite. Clem. PP. epiſt. 2. tanta holocauſta offerantur quanta populo ſufficiant. [q] Commun. Doct. d. 11. D.Thom. ar. 1. cuius oppoſitũ ait Palud. q. 2. Maior. q. 3. Capreol. d. 13. Et quidam minimum naturale negant dari niſi in viuẽtibus, de quibus agit Ariſt. 2. de anima, tex. 41. At illo generaliter loquitũ, omnium natura cõſtantium dari terminum, ubi id affirmat etiam in ſubſtantia homogenea mixta dari p ſe terminũ paruitatis in quantitate, ſicut & in alijs diſpoſitionibus requiſitos pro formæ conſeruatione: & ut reſiſtat cõtrario agenti: habeatque operationem virtutis extenſæ, ne aliàs ſubſtantia ſit fruſtra in vniuerſo. & in viuente requiri maior extenſio organica, propter nobiliorẽ operationem, ut experientia patet cum Ariſt. ſup. & lib. 4. de generat. animal. cap. 4 lib. 7. Polyt. cap. 4. & generaliter dari minimum aſſerſit interpretes Ariſto. in 2. de anima. vbi D.Thom. Sebaſt. Perez. Palac. idem Ægid. 2. animæ tex. 4. lib. 1. de generat. q. 24. quodlib. 4. q. 7. Idem Ariſt. 1. Phyſic. tex. 36. 38. vbi D. Tho. Soto. q. 4. (quamuis concl. 5. ait id non eſſe tam certum in elementis:) Tolet q. 9. Iauel. q. 19. Veracruz. & alij. Soncin. 8. Metaph. quæſt. 3. & paſſim Theolog. 10 propoſitio de materia euchariſtiæ. Idem Greg. Arim. 1. d. 17. q. 2. art. 3. Capr. 2. d. 10. q. 7. vbi Hiſpalen. & Soncin. Durand. 2. d. 18. q. 1. At in homogeneis, aut elementis per ſe non datur (niſi propter bonũ vniuerſi) terminus magnitudinis. Soto. Tolet. Valles. & Burleus. 1. Phyſic. cum Scoto. 2. d. 2. q. 2. Quod vero alij rõne formæ conſtituunt terminum intrinſecum cum Ariſto. 2. animæ. vbi Iauel. q. 7. Iandun. q. 2. Altudillo. 1. Phyſic. q. 7. Caietan. cum D. Tho. 1. p q. 7. art. 3. interpretandi ſunt, ſi maneat eadem forma abſque additione ſui, corrumpetur ſi nimis extẽdatur, ut per rarefactionem. Secus ſi nouæ parti materiæ addatur noua pars formæ. [r] D. Tho. art. 2. arg. ſed contra facit. q. 76. 3. Alber. Richard. artic. 7. q. 2. Palud. q. 2. Durand. q. 4. Maior q. 2. Soto. d. 9. art. 2. fin. & bene d. 10. q. 2. artic. 8. & artic. 4. Palac. d. 13. q. 4. ſi. & bene Led. art. 2. Victor. §. 56. Sylu. euchar. 2. §. 5. omnes Recent. At Palu. Maior. Capr. intelligunt, de parte, tanũ ſi ſeparata. [ſ] D.Thom. q. 77. 8. [t] Colligitur ex Cõc. Flor. & Trid. ſeſſ. 13. c. 3. ſeſſ. 21. c. 3. D. Thom. q. 76. 3. Hilar. c. vbi pars, de conſec. d. 2. [u] Led. art. 2. Soto, diſt. 10. q. 2. art. 8. [x] Colligitur ex D. Thom. q. 77. 8. Soto, d. 10. q. 2. art. 8. [y] Monet Miſſal. Clem. lib. 8. conſtitut. Apoſtolicarũ c. 20. concl. 2. Mauſc. c. 6. Claud. repet. 10. c. 2. aiunt olim reliquias fuiſſe datas paruulis, ſed reuerẽter. [z] Sic iubet Miſſal. non ſine cauſa. [a] Nauarr. cap. 25. num. 91. [b] [c] Soto, diſt. 9. art. 2. Led. Durand. d. 11. q. 7. Syluest. euch. 2. §. 6. Nauar. ſup. & dictum eſt de ſacram. cap. 10 & 29. [d] Soto, Ledeſ. Recent. contra Maior.

CAP. XV.

[a] PEtrus Soto, tit. de euchar. lect. 1. & colligitur ex Miſſal. [b] Si forte materia nõ eſſet conſecrata, non fit iniuria Chriſto, ut ſub conditione reuerenter adoretur in honorẽ Chriſti. Vt qui Angelũ forte Satanæ ſub ſpecie crucifixi apparẽtem, poſt factam probationem adoraret, ſub conditione, reputans eſſe Chriſtum: in quo tamen oportet nimis cautum eſſe. [c] Dictum eſt de ſacrament. capit. 9. [d] In qua re etiam viris doctis incidunt interdum ſcrupuli. vide Nauar. cap. 25. num. 91. [e] Lib. de ſacrament. cap. 10. & 29. & lib. 3. de pœnitent. cap. 17. Trident. in generali ſeſſ. 7. can. 12. & de baptiſm. can. 4. de pœnitentia. ſeſſ. 14. cap. 6. can. 9. D. Thom. quæſt. 64. artic. 9. Soto. diſt. 1. quæſt. 5. artic. 8. Ledeſm. quæſt. 5. artic. 8. & tamen in eo qui miniſtrat alteri euchariſtiam

tendat primis tantum verbis conſecrare, aut non niſi omnibus omnino prolatis: ſed reiectis opinionibus intendat in communi id, quod eccleſia Chriſti intendit.[f] ſic monent Docto. qui neutram partem audent certo definire, an omnia verba calicis ſint de eſſentia, ut dicetur cap. 17. an ſola prima perficiant? Nam ſi Chriſtus reuera inſtituit omnia, aut fere omnia requiri vt medium de neceſſitate ſacramenti, opinio ſanè contraria ſi excuſat culpa, non ſatis eſſet vt fieret conſecratio ſanguinis. Dum multi ſacerdotio initiantur, aut Epiſcopus ab alijs conſecratur, & ſimul celebrant conſecrantque in miſſa: habere debent eam intentionem vt ſe referant ad communiorem eccleſiæ intẽtionem, quæ huiuſmodi ritum non tantum tolerat, ſed probat, vt dicetur cap. 18.

CAPVT XVI.

De forma ſacramenti Euchariſtiæ, & conſecrationis panis.

DE neceſſitate huius ſacramenti eſt forma ore prolata[a] (ut contra hæreticos in prooemio dictum eſt) ijs verbis quibus Eccleſia vtitur:[b] Ita tamen vt quæ apud uarias eccleſias catholicas (ut communiter apud Græcam in ſanctorum liturgijs) adduntur, aut detrahuntur verbis formæ, non pertineant ad intrinſecam eſſentiam ſacramenti, & conſecrationis,[c] verba fluida non tantum ſucceſſiuæ conſecrationis,[d] ſed ipſius etiã permanentis ſacramenti Euchariſtiæ dicuntur forma,[e] non quidem permanens & intrinſeca, nec verba ſunt pars euchariſtiæ[f] tranſeunte enim verborum prolatione manet integrum ſacramẽtum) ſed ſunt forma efficiens extrinſeca, vt ſupra explicatum eſt.[g]

2 Si fiat verborum mutatio diminutio, additio, vel tranſpoſitio quæ variet ſenſum formæ, non fit ſacramentum,[h] vt in cæteris ſacramentis contingit. Sicut ſi dicat, hoc fit, fiat, aut ſit corpus meum:[i] conſecro, ſeu conficio corpus meum ex pane.[k] Quia huius ſacramenti quod conſiſtit in facto eſſe, Chriſtus decẽter inſtituit formam ſignificare conſecrationem, non ut in fieri ſed in facto eſſe,[l] Minus ualet ſi dicat, hoc eſt corpus Chriſti:[m] ſed aptiſſime dicitur, Meum: quia ſacerdos proferre debet verba ſignificatiue in perſona Chriſti, ſimulque recitatiue, vt cap. 18. dicetur. Nec ualet ſi ablato uerbo, eſt, dicat: accipite & comedite, Hoc corpus meum.[n] Nõ nocet ea mutatio, iſtud pro hoc: caro pro corpus:[o] ſed apte dicitur corpus, quod & includit oſſa & partes heterogeneas: & diſtinguitur contra ſanguinem ſeorſim conſecratũ. valet ſi corrupte proferat corpum meum, vel corpus meus,[p] retento tamen ſano ſenſu.

3 Quidam aiunt Chriſtum ſine verbis conſecraſſe[q] per poteſtatem excellentiæ, addito ſigno ſeu benedictione: poſt conſecrationem vero dixiſſe ea uerba, quæ tres Euangeliſtæ, & Paul. 1. Corinth. 11. referunt. At reuera Chriſtus iiſdem uerbis conſecrauit, quibus Eccleſia Latina utitur,[r] ut habentur in omni Miſſali Romano: & eo ritu

---

charistiam iam conſecratam, non requiritur intentio interna.[f] Monet Soto d. 11. q. 1. art. 3. & diſt. 13. q. 1. art. 2.

CAPVT XVI.

[a] De ſacram. cap. 8. ſop. in prooem. §. 6. contr. hæret. in propoſito D. Tho. q. 78. 1. vbi Caiet. & Recent. conc. Florent. in omni ſacramento requirit formam verb. præter matrimoniũ. Ledeſm. q. 19. Soto d. 11. q. 1. Alex. 4. p. q. 33. Victor. §. 74. DD. diſt. 8. Scot. q. 2. Duran. q. 2. Gabriel. lec. 38. Petr. Soto. tit. de euchar. lect. Cathar. opuſ. 2. de verb. quibus Chriſtus conſecrauit. Claud. repe. 7. cap. 5. de eucha. Hoſi. inſti. cap. 34. 40. & lib. 1. contra Brent. Clicto. 2. Antidot. cap 19. Caſtr. & Medic. euchar. hær. 3. Taper. a. 14. 16. Bellar. lib. 4. de euchar. c. 12. & 13. Bart. Ledeſm. ſum. titu. de eucha. diffi. 9. Petrus Gregor. ſyntag. lib. 2. cap. 6. nume. 4. Cochus in ſtitu. Maior. li. 1. tit. 2. de eucha. nu. 58. Alan. de ſacramen. c. 21. & lib. 1. de euchar. c. 16. & ſeq. Caniſi. tit. de eucha. §. 4. Sonnius c. 4. referunt hær. qui alijs verbis, aut alijs precationibus putãt ſe conſecrare. de Ophitis Augu. de hær. c. 17. [b] Conc. Floren. & c. cum Marthæ. de cel. miſſ ſed non explicat tam in particulari q̃ ſint verba omnino neceſſaria. quia Græci Patres etiã in Liturg. quędam addũt aut detrahunt. [c] Quia non licet ſanctiſſimos & ſapientiſſimos Patres eccleſię Græcæ damnare. [d] Quod tantum putat Scot. q. 2. Gabriel. lect. 38. Catharin. ſup. (Soto. Ledeſm. & quidam Recen. aiunt forte quæſtionem eſſe de nomine) concil. Florent. ſolum ait verba quibus conſecratio efficitur: & ita loquuntur Antiqui.[e] Sic loquitur D Thom. quæſt 78. 1. Doctor d. 8 Soto. diſtin. 11. q. 1. 1. Ledeſm. q. 19. art 1. & omnes Recen. quia forma dicitur in ſacramento id, quod complet & perficit: ut unitas ultima in numero, quia ſecum affert formam: & charitas dicitur a Patribus forma uirtutum. D. Thom. quæſt 2a quæſt. 23. arti. 8. quia effectum & uigorem præbet uirtutibus.[f] [g] Sup. cap. 7. §. 1. At Soto & quidam, generaliter negant in omni ſacramento prolationem uerborum & formam dici partem ſacramenti (ut figura non eſt pars domus) & tamen eſſe de eſſentia ſacramenti. contra quos ſupra lib. de ſacram. cap. 8. §. 6. [h] De ſacramen. cap 9. D. Thom. q. 60. artic. 7. & 8. quodlib. 7. art. 13. Alexan. quæſt. 10. memb. 4. artic. 2. §. 3. quæſt. 8. mem. 1. ar. 3. Innocen. lib. 4. cap. 13. Rational. libro 4. cap. 4. Soto diſt 1. quæſt. 1. ar. 7. 8. Ledeſm. quæſt. 1. ar. 7. & 8. Turrecrem. cum gloſ. cap. ſi non ſanctificetur de conſ. diſt. 4. & in propoſito de euchariſt Gabriel lect. 38. cum Alexand. quæſt. 33.[i] [k] Contr. cit. inf. cap. 19. G.[l] Infra, cap. 19. §. 2.[m] D. Thom. diſt. 8. quæſt. 2. 1. 4. ad 4. Soto & communiter quia ſi coniungatur cum præced. Qui pridie: falſa eſſet hæc forma.[n] Quod tamen Eraſ. 1. Corint. 11. ſignificat ita Chriſtum conſecraſſe: & ita in Græco legi. At errat contra conſenſum totius eccleſiæ. nec ly accipite & comedite, pertinet ad formam.[o] Illud, Soto, diſtin. 1. quæſtio. 1. artic. 8. Recent. at ſi dicat, hic, ſcilicet cibus: aut ſimul, hic cibus non eſt omnino idem ſenſus. Eſſet tamen (licet peccat & contra regulas grammat.) hic eſt corpus meus: ut de baptiſ. in nomine Patria iiẽ hæc res. ſed cum ly illud, nõ ualeret: quia non oſtendit rem ut præſentẽ. Caro pro corpore Cypr. ſerm. 1. in cœna ex Ioan. 6. dicit Chriſtum ſic conſecraſſe, hæc eſt caro mea colligitur ex communi Theolog. Beſſario de euchariſt. & Claudius rep. 7. cap. 5. ex Auguſt. ſer. 28 de verb. Domini. At negant ſatis eſſe ut fiat conſecratio Gabri. lect. 38. cum Alexan. q. 33. memb. 3. arti. 3. quaſi caro non ſignificet idem quod corpus, ſed falſo.[p] Soto diſtio. 1. quæſt. 1. artic. 8. ut in ſimili de baptiſm. definit Pont. c. retulerunt. de conſecrat. diſt. 4. ego te baptizo in nomine patria, & Filia.[q] quod Chriſtus non niſi poſt conſecrationem factã dixerit, Accipite & manduc. hoc eſt corpus meũ. aiunt Arch. cap. qui celeb. de conſ. diſt. 2. ubi Innocen. & lib. 4. cap. 6. (cuius oppoſitum ipſe definit. ca. cum Marthæ. de celebr. miſſ.) Gofre Mayro, Eraſ. annot. 1. Mat. 14. & in 1. Corint. 11. (ſed retractat in quadam epiſt.) Cathari. opuſ. de verb. conſec. quod probabile dicunt Armac. lib. 9. cap. 5. Gabriel. lect. 36. 48. Aliac. 4. q. 5. qui falſo id tribuit Scoto. hanc ſententiam reiicit D. Thom. artic. 1. ad 3. & omnes alij inf. nec id ſenſit Iuſtin. apolog. 2. ad fi.[r] Conc. Floren. ait forma ſunt uerba quibus Chriſtus conſecr. vbi quidam male legunt quibus Chriſtus conficit. Trident. ſeſſ. 13. 4. Inſtituit cum poſt benedictionem panis. c. 3. & 4 Chryſ hom. 2. in 2. Timot. hom. 83. Matth. ſerm. de proditione Iudæ. hom. 60. ad Pop. Innocen cap. cum Marthæ. Alexan. quæſt. 33. mem. 2. Scot. Duran. Gabr. D. Thom. quæſt. 78. 1. ad 1. ait oppoſitum eſſe contra Euangelium. & lect. 5. ſup. Matth 26. Caietan. quæſt. 75. 1. Soto. artic. 2. probat, quia in canone Miſſæ dicitur. Qui pridie quam pateretur, &c. dicens, Hoc eſt, (in canone autem nullus eſt error, ait Trident. ſeſſ. 22. cap 4. can. 5.) Caſtro. euchar. hær. 3. dicit eſſe rem certam. Bellar. lib. 4. de euchar. cap. 13 Iren. lib. 5. cap. 1. Tertul. 4. in Marcio. c. 40. Iuſtin. apolog. 2. ad fi. Cyril. Ieroſoly. Cate. 4. Cyprian. ſerm. in cœna. Nyſſen. orat. catech. cap. 37. apud Euthym. Panop. tit. 21. Chryſo. ſup. quem falſo detorquere conatur Cabaſil. in explica. Liturg qui tamen cap. 30. uere fatetur Chriſtum ſolis illis conſecraſſe, hoc eſt corpus meum. Ambroſ. 4. ſacram. cap. 4. 5. de his qui myſter. init. tom. 9. Auguſt. ſerm. 28. de uerb. Domini. c. utrum. de conſ. diſt. 2. & lib. 20. contr. Fauſt. cap. 13. Euſeb. Emiſſen. ſer. 5. de paſcha. Iſich. lib. 6. in Leuit. cap 22. Paſchaſ. de corp. Domini. cap. 12. habetur tom. 9. apud Hieron. Hiero. epiſto. 1. ad Heliop. epiſ. 1. ad Pontian. PP. & 3. ad Damaſ. Alcuin. Amalar. Adelman. Dam. lib. 4. cap. 14. qui tamen citat

Baſil.

& verbis inſtituit in vltima cœna
f hoc ſacramentum, ſ docens Apo-
ſtolos, quos ſacerdotes tunc fecit,
quibus verbis ipſi, & illorum ſuc-
t ceſſores conſecrare debeant. t no-
ſtra uero conſecratio quę fit in per
ſona Chriſti, non eſt aliud quam
repetitio illius quæ à Chriſto facta
u eſt, ut ait B. Chryſoſt. u nec uerba
hęc dicuntur populo, ut concione
x inſtituatur: x ſed ſuper panem qui
benedictione hac myſtica conſecra
y tur. y Hanc conſecrationem quidã
z Patres uocant benedictionem: z
a alij precem myſticam. a Non quod
ſimul precibus fiat, ut quidam Græ
b ci putant: b ſed quia cum quadam
diuinæ uirtutis inuocatione ſacri-
ficium, & conſecratio fit in cultum
c Dei. c ſed non pendet conſecratio
ab ulla ex orationibus quę eccleſia
adiecit: fit enim in perſona Chri-
d ſti, & ſolis illius uerbis. d Hoc or-
dine res ab Euangeliſtis narratæ ge
ſtæ ſunt: cum Chriſtus frangeret
panem, & diſcipulis diſtribueret
e dixit, e Accipite, & manducate,
Hoc eſt corpus meum: & tamen
Chriſtus benedicens dixit, id eſt,
f conſecrauit f his uerbis dicens,
Hoc eſt corpus meum, deinde ſta
tim concomitanter, & ſine inter-
ruptione fregit, deditque diſcipu-
g lis dicens, g accipite & manduca-
te. ſic enim calicem primo conſe
crauit verbis, deinde dixit diſcipu
lis, accipite & diuidite inter uos,
h vt dicitur Marc. 14. h At quidam
aiunt benedictionem fuiſſe ante
conſecrationem: & quod Chri-
ſtus primum benedixit panem, id
eſt, gratias egit pro cibo: deinde
fregit, & fractum panem conſe-
i crauit verbis, i vt in re tanti mo-
menti ita eo dicamus ordine fa-
ctum, quo omnes Euangeliſtę re
ferunt: quamuis in calicis conſe-
cratione aliter geſtum eſſet, ut di
ctum eſt. At reuera benedictio il
k la ſignificat conſecrationem k uer
bis Chriſti factam. Quare ut ui
ni, ita & panis conſecratio uerbis
l facta eſt prius quam diuideretur: l
ut eccleſia nunc facit.

4 His tantum quatuor uerbis, Hoc eſt corpus meum. conue-
m nienter fit conſecratio panis. m
Quia forma hęc practice exprimit
conſecrationem materiæ per tranſ
ſubſtantiationem panis in corpus

Baſil. Liturg. vocantem panem euchariſtiæ antitypa corporis Chriſti, id eſt, figuram de quo inf. c. 21. §. 5. ſed & Dionyſ. c. 3 eccleſ. hier. non intendit explicare quibus uerbis fiat conſecratio dum ait hoc facite. de his duobus Bellarm. lib. 4. cap. 14. argum. 2.
ſ & 3. ſ Trident. ſeſſ. 22. ca. 1. & can. 2. & ſeſſ. 13, ca. 3. & 4. t Sic Mat
t th. 28. docuit formam Baptiſm. At cum Luc. 7. ſine verbis abſoluit Magdalenam, non inſtituit ſacramentum pœnitentiæ, ſed Ioan. 20. cum docuit for-
u mam. u Chryſoſt. hom. 83. Matth & fatentur Græci, vt ait Beſſarion. lib. de verb. conſecratio.
x cont. Cabaſil. x y Vt
y cõtra hæreticos Recent. probat Bellar. lib. 4. cap 13 col. 3. verſic. 2. (ex Liturg. Iacob. Clem. Baſil. Chryſoſtom. Ambroſ. & Miſſa Romana, quæ à B. Petro creditur ordinata ſecundum ritum & orationes, & generaliter, lib. primo, de ſacram. cap. 19. verba quibus fit ſacramentum, non eſſe concionatoria, ſed cõſecratoria, de quo dictum eſt lib. de ſa-
z cram. cap. 9. z Benedictio ſumitur p conſecratione. 1. Corinth. 10. calix benedictionis cui benedicimus. vbi Bed. citat locum Auguſt. Cypr. ſermo. in cœn. Ambr. de ijs qui myſter init. cap 9. ſic id Luc. 24. Benedixit panem, pro conſecrauit, exponunt Chryſoſt. Theoph. Euthym. Augu. Bed. Torren. 3. confeſſ. Auguſt cap. 6. § 6. glo. cap. ante benedictionem, de conſec. d 2. Guillelm. lib. 3. de geſtis Anglo. Ordo Camerac. in can. Miſſæ. Nicepho. lib. 1. cap. 28 Rupert. Calinconien. in Diony. c. 3. eccle hier. Baldnin. Cantuar. ſer. de euchar. Gilber. Abb. ſer. 7. in Cantica quæ affert Claud. ſup. Liturg. videtur Trident. ſeſſ. 13. c. 1. poſt benedictionem, &c. Quod agnouit D. Thom. quæſt. 78. 1. ad primum. Soto, d. 11. arti. 1. col. 3. ſed Claud. rep. 7. cap. 4. putat hanc benedictionem uocari, Luc. 22. &
a 1. Cor. 11. gratiarum actionem. de quo ſtatim. a Iuſtin. apol 2. vocat prece fieri euchariſtiam. Auguſt. 3. Trin. cap. 4. myſtica prece. epiſt. 59 quæſt. 5. Cyprian. lib. 2. epiſt. vlt. Cyril. catech. 3. & 4. alter Cyril. lib. 11. in Ioan. cap. 24. Emiſſ. ſermo. 5. de paſcha. Iacob. in Liturg. de quo inf. § 4. T. & in confeſ. Berengar. ſub Grego. 7. Iren. lib. 4 c. 34. Hiero. epiſt. 85. ad Euagr. Proclus Conſtantinop. de tradit. miſſæ. Samonas in dipticis, de corp & ſang Chriſti. quia conſecratio, vt fit in uirtute Chriſti ſeu Spiritusſancti, quẽ inuocat ſacerdos præcedentibus orationibus, vocatur oratio. & quia oratio eſt de præcepto. & tamen addunt Chriſtum non indiguiſſe precibus. 2. totum miſſæ officium quaſi vnam actionem, vocant orationem. Et tamen idem Iuſtin. in fi. fatetur, verbis, hoc eſt corpus meum, fieri conſecrationem. & prædicti Patres alibi id
b ipſum explicant. b Ita deprauate Nicol. Cabaſi. in explicat. Li-
c turg. c. 30. Marc. Epheſ. c Bellarm. lib. 4. c 14. argu. 5. nam Iuſtin. ſup. Amb. 4. de ſacram. cap 4. Auguſt. 6. de baptiſ. contr. Donatiſt. cap. 25. & alij paſſim, docent, non precibus, ſed dictis verbis conſe
d cratorijs, etiam iniquos ſacerdotes conſecrare. d Dicetur, capit.
e 18. e Vox dixit, aut dicens, importat continuationem cum tota ſententia præcedenti: nam Euangeliſtæ explicant quidem formam, quæ habetur etiam ex traditione in Liturg. Græc. & Latin. ſed non texunt in hoc ordinem rei geſtæ, ait Remig. in id. 1. Corint. 10. calix benedict. conc. Tolet. 16. cap. 6. Diuus Thom. quæſtio. 78. 1. ad 1. Beſſar. ſup. fol. 187. & ſignificant DD. cum Magiſt.
f d. 8. c. 3. Tabie. euchar. 1. §. 25. inf. lit. H. f Vt ex patribus allatum
g eſt lit. Y. g Sic in Matth 26. Græc. & in vulgat. neque habetur per participium benedicens dixit, id eſt, conſecrauit his verbis. D. Th. q 78. 1. ad 1. Vigue. cap. 16. §. 3, verſ. 2. & hunc modum potius ſequuntur DD. Scholaſtici cum Magiſt. d. 8. cap. 3. Pius V. catech.

Durand. q. 2. ad primum. Marſil. q. 6. artic. 1. Gabr. lect. 36. Alanus. lib. 1. de euchar. ca. 23. Beſſar. ſup. Remig. in 1. Corin. 10. *Lyran.* & Bruno. 1. Corin. 11. Hug. Card. in Marc. 14. eccleſia ante conſecrationem ait, qui pridie gratias agens benedixit. & in Lyturg. Iaco. Chryſoſt. Baſil. gratias agens ſanctificauit. Claud. repet. 7. c. 4. putat id quod Matt. & Marc. vocant benedixit: Lucam & Pau. qui Grǽce ſcripſerunt, vocare gratias egit: & vtrumque ſignificare conſecrationem ut fere omnes aiunt, pręter cit. inf. quæ ordinatur in gratiarũ actionem. At & Marc & Eccleſia dicit gratias agens, & Liturg. Græc. Bellar. 1. de euchar. ca. 10. cum Ianſen. & Alanus fatentur. 2. diuerſa eſſe, vt Patres explicant, & Bed. Luc. 22. Theoph. Euthy. & Anſelm. in Matth. 26. & 1. Cor. 10. vtrobique Chryſoſt. ho. 83. Matth. ho. 28. in 1. Corint. Iuſtin. apolog. 2. ad finem. Orig. tract. 35. Matth. & ſignificat Niceph. 1. hiſt. ca. 28. 2. dicunt ſub benedictione intelligi ſimul gratiarum actionem, quæ explicatur ab alijs, & e contrariu: quia eccleſia utrumque coniunxit, & ſane benedixit quod habet Matt. Latine, Syriace & in Græc. Complut. & Marc. in pane: non ſignificat Chriſtum gratias tantum egiſſe Deo, nomine cibi, vt volunt hæretici: quamuis id ſupponat, ſed benedixit panem, quem fregit & dedit. vt plane Mar. 14. & 1. Cor. 10 calix cui benedicimus: Græce quem. & *Lucæ* 9. benedixit eos, nempe panes. ſic Cyprian. lib. 2. epiſt. 3. aliàs 63. à Domino calicem benedictum. Iuſtin. apolog. 2. ad fin. illud gratias agens, refert ad panẽ, quem uocat cibum euchariſticum, id eſt, benedictum. & quia dixit, & facta ſunt, benedicere ſumitur pro mirabili mutatione ex virtute ſuperaddita: vt Gene. 1. benedixit animantibus. *Lucæ* 9. Marc. 7. benedixit panes, id eſt, multiplicauit. quod ad propoſitũ expendit Chryſoſt hom. 83. Matt. & Ambroſ. de his qui myſter. init. ca. 9. quod benedictio conſecrauit. Quare diuerſa eſt dictio apud eccleſiam, & apud Marc. in conſecratione calicis: gratias a-
h gens, (nempe Patri) benedixit panem, id eſt, conſecrauit. h ut omnes confitentur de conſecratione calicis: ſed diuerſimode loquuntur de conſecratione panis. D. Thom. & fatetur Caiet. Soto. Ianſen. ſed Marc. 14. prius dicit bibiſſe omnes, quam referat uerba conſecr. & alij Euang. prius ſcribunt dediſſe eis, quam explicẽt dicta uerba. cum ex Triden. ſeſſ. 13. cap. 3. conſtet prius Chriſtum perfeciſſe uerba, quam diſtribueret Apoſtolis. At loquuntur per anticipationem: ne ſeries orationis interrumperetur, vt ait Diuus Tho. art. 1. ad 1. cum Auguſt. 2. de conſ. euang. cap. 30. 31. 44.
i cit. ſup. E. i Hanc. 2 explicat. ſequuntur Bed. Marc. 14. Bonauen. diſtin. 8. art. 2. q. 3. ad 1. Armach. lib. 9. c. 5. fauet Triden. ſeſſ. 13. c. 1. inſtituit cum poſt panis & vini benedict. glo. ordin. Titelm. & Caietan. in Matth. 26. Ianſen. concord. c. 131. Soto. d. 11. q. 1. d. 12. q. 2. art. 1. ſic in Miſſa & liturgijs Græc. ante conſecrationem præmittitur quædam benedictio. & probabiliter colligitur ex 1. Corinth. 11. vbi non ponitur benedixit, ſed gratias egit pro cibo. ſic enim mos fuit Hebræis, vt præcipuus in conuiuio benediceret cibum, id eſt nomine cibi gratias ageret Deo: & hic deinde panem frangeret alijs. vt aduertit Caietan. Matth. 26. Robert. in Luc. 24. ſed probabilior eſt prior ſententia, ut in pane non al-
k ter geſtum ſit quam in calice. k Vt dictum eſt ex Patribus.
l lit. I. l Ita fere cita. lit. G. & Bonauent. fauet Clemen. libro 8.
m conſtitut. Apoſtol. cap. 12. m Diuus Thomas. quæſtio. 78. 2. Soto. diſtin. vndecima. Ledeſ. DD. diſtinct. 8. & patet ex uſu eccleſiæ Romanę, quia ſola hæc in Miſſali ſcribuntur literis maiuſcu-

lis. Chryſoſt. hom. de prodit. Iudæ. Damaſ. libro 4. capitu. 14. paſſim Patres. at D. Thom. diſtinc. 8. Soto. quæſ. 1. art. 3. innuunt quod ly enim, nullo modo pertinet ad integritatem, nec concurrit ad conſecrationem. ſed nec ita aſſerunt, nec ita eſt. [n] D. Tho. artic. 2. ad 5. & diſt. 8. q. 2. 1. 2. ad 2. Soto Ledeſm. fatetur Scot. & omnes Innocen. libro 4. Leo IX. epiſtol. ad Michael. capit. 5. Bellar. lib. 4. cap. 14. col. vlt. Tabien. §. 28. [o] Diuus Thom. arti. 2. ad 4. Sot. diſt. 11 q. 1. 8. Ledeſ. q. 19. 2 dub. 5. Victor. §. 74. Alexan q. 33. ſignificat Syluestr. euchariſti. 1. num. 7. Maio. diſt. 8 q. 3. argum. 5. Recent. quidam ſolum explicant eſſe peccatum omittere (Gabr. ſolus dicit eſſe mort. diſt. 8. q. 2. artic. 3. & lect. 38.) Viguer. c. 16. §. 3. verſ. 2. Armil. euchar. §. 13. Holcot. 4. q. 3. Ang. euchar. 1. §. 22. Gerſ. in Floreto c. de euchariſt. Ploue. f. 14. Albert. Caſtellan. lib. ſacerdotali tracta. 4. de euchariſt. c. 3. Ioan. de lapid. lib. de dubijs miſſæ capitu. 8. dub. 2. Richard. d. 8. art. 3. q. 2. Victoria. §. 74. Petr. Soto. titu. de euchariſt. lectio. 2. addunt Ledeſm. q. 19. art. 2. dub. ult. Marſil q. 6. artic. 1. in 2. par. dub. 3. eſſe mort. ſi omittatur ex cōtemptu: cum ſit res grauis in materia tanta. de quo tamen Soto. diſt. 1. q. 1. art. 5. dubitat. [p] Colligunt ex Luc. 22. & 1. Corint. 11. Iacob. Baſil. Chryſoſt. in liturg. quæ habetur in Chryſoſto. to. 5. & Dama. lib. 4. c. 14. Clemē. lib. 8. conſt. ca. 17. Ambr. li. 4. ſacr. c. 5. Beſſar. Cabaſil. & Marc. Epheſ. ſup. Alex. PP. I. epiſt. 1. c. 4. [q] Nam Miſſæ ordinatio Latina habet à Petro, ait Bellar. cap. 14. argu. 9. ſignificat Innoc. caeſi Marthę. Leo IX. epiſt. ad Mich. D. Tho. ar. 2. ad 4. [r] d capeum Matthæ. concil. Floren. Ambroſ. & Cypria ſup. cap. panis. conſ. d. 2. nec ex Græc. habent id Iuſtin. apolog. 2. Cyril. catech. 4. Emiſ. ho. 5. de paſch. D. Tho. ar. 2. ad 9. Palud. d. 8. q. 3. Capr. quæſt. unica. ad 2. Durand. & ad arg. Aureo. contra 6. conc. Petrus Sot. lectio. 2. At Luc. & Paul. non fuerunt ſolliciti de explicanda præciſe forma, ſed de texenda hiſtor. D. Thom. Petrus Soto. Bellarm. cap. 14. colum. penult. argum. 9. [ſ] ſed propter reuerentiam Luc. & Paulus, & Patrum Græcor. Soto. ar. 2. ad 2. cum Durand. Aureo. ait id eſſe de quadam integritate formæ. ſupra. de ſacrament. capitu. 9. idem ſignificat Claud. rep. 1. cap. 19. [t] Sup. de baptiſmi. capitu. 10. ex Abdia in vita Matth. [u] Diuus Thom. quæſtion. 78. 6. Soto, Ledeſm. commun. conſenſus eccleſiæ: quia mox hoſtia proponitur adoranda: & Chriſtus Apoſtolis prius dedit hoſtiam, quam conſecraret ſanguinem. [x] Vt citatum eſt ex Patribus. §. 5. A. Bellarm. cap. 33. colum. 4. & eos explicat capitu. 14. argum. 5. 7 [z] Auguſt. 20. contra Fauſt. capit. 13. Cabaſ. & Marc. Epheſ. Clemen. libro 8. conſtitut. capitu. 20. vbi Turrian. Bonius ibi. capit. 17. Claud. rep. 7. cap. 5. Sixtus lib. 6. cap. 511. & apud concil. Florentin. ita explicuit Beſſar. tract. de euchariſt. D. Thomas quæſtio. 83. artic. 4. ad 7. [a] Vt patet ex Clemen. etiam in liturg. & Iacob. Dionyſ. capit. 3. eccleſiaſt. hierar. [b] Baſil. de Spiritu ſancto. cap. 12. [c] Auguſt. epiſtol. 59. ad Paulin. Ambroſ. 4. de ſacramen. capit. 4. 5. ſup. §. 3. lit. B. [d] Præcipue propter rationem conſecrationis, quæ pertinet ad eſſentiam ſacrificij, præcepit Chriſtus ne una ſpecies ſine altera conſecretur. [e] Dictum eſt cap. 13. [f] Concil. Tolet. 11. ca. 5. [g] Quia ſicut Chriſtus libera voluntate inſtituit ut verba quæ expreſſe ſignificant, ſint de eſſentia ſacramenti: ita voluit de præcepto ſacrificij eſſe vtramque ſpeciem, vt expreſſius repręſentaret mortem Chriſti, qua totus ſanguis ſeparatus eſt à corpore. [h] Supra, de ſacrament. cap. 9. de confirma. cap. 22. & de baptiſ. cap. 9. & 30. Diuus Thom. q. 66. 9. ad 4. q. 68. 7. ad 2. art. 11. ad 4. Bergomē. in Concor. §. 583. [i] Id monet Innocen. lib. 4. ſed ſcrupuloſius quam par ſit. [k] D. Thom. quæſt. 78. 1. ad 4. Sot. Ledeſ. quæſt. 30. Durand. quæſt. 2. Bonauen. 2. par. diſtinct. 8. ar. 1. quæſt. 2. Richard. artic. 3. quæſtio. 1. Alexand. quæſ. 36. m. 9. Gabriel. lect. 38. fatetur Maior. quæſtio. 4. ſed falſo addit ibid. & diſt. 9. quæſt. 3. ad quintū. quod ut infirmum qui animam agit, licet abſoluere cū uerbis tantum neceſſarijs: ita pro illo communicando liceret ſacerdoti conſecrare cum ſolis verbis neceſſarijs, & in fermentato. At Scot. diſtin. 8. quæſtio. 2. articu. ſecundo, licet non ait ea priora uerba eſſe eſſentialia, ſed neceſſaria, ut forma proferatur ſignificatiue: addit tamen ſine illis confici ſacramentum, quod repetit diſtinctio decimatertia, quæſtio. ſecunda. idem Angel. euchariſt. primo. §. 24. ſed errant, quia per intentionem ſacerdotis tribuuntur formaliter. [l] Diuus Thomas ſup. communis. diſtinctione octaua. Durandus, quæſtione ſecunda. Richardus articulo tertio, quæſtione prima. Alexand. quæſtione trigeſimatertia, membro tertio, articulo primo. Gabriel lect. 38. Soto. Ledeſm. Caietan. Victoria. §. 74. Petr. Soto. lection. ſecunda. Syluestr. euchariſt. primo, numero ſeptimo cum Roſel. Tabien. §. 26. 27. Beſſario. ſupra, quia Concil. Florentin. dicit euchariſtiam confici ijs uerbis, quibus Chriſtus confecit. & Cabaſil. capitulo trigeſimo. fatetur Chriſtum ſolis dictis uerbis confeciſſe: nam ubi adſunt omnia neceſſaria (nempe materia, forma, & intentio miniſtri) ſit ſacramentum. hæretici aiunt ſolum Chriſtum uerbis conſecraſſe: & citant Patres. ſed illos exponit Bellarminus libro quarto, de euchariſtia, capitulo

Chriſti, & id in quo ſubſtantia huius ſacramenti conſiſtit. in hac forma Petrus Apoſtolus addidit dictionem enim, [n] vt fieret continuatio cum præcedentibus: ſed nō pertinet ad formam: nec qui ſecluſo ſcandalo omitteret, peccat mortaliter, quia non eſt res grauis. [o] Græci addunt, quod pro vobis tradetur, vel frangitur in remiſſionē peccatorum. [p] ſed ex vſu vniuerſalis Eccleſiæ Romanæ, quæ à Petro Apoſtolo accepit, [q] & ex Matth. & Marc. Euangeliſtis conſtat, Chriſtum ea verba in conſecratione panis non addidiſſe. [r] Paulus tamen, & Lucas Græce ſcribentes, inſpirante Spiritu ſancto, ad maiorem ſubiecti explicationem prædicta addūt: Hoc (nempe quod vidètis frangi vt vobis diſtribuatur, vel quod in cruce tradetur) eſt ipſiſſimum corpus meum. Quæ additio ex parte ſubiecti ptinere poteſt, ad quandam formæ integritatem: [ſ] & conſecratio ex intentione eccleſiæ Græcę Paulum, & Lucam ſequentes, ſuſpendetur quouſque omnia uerba finiantur. ſicſicuit Apoſtolis ex inſpiratione, & quadam diſpēſatione Chriſti, in forma baptiſmi olim addere, in nomine Patris, & Ieſu Chriſti Filij eius, [t] &c. ad maiorem formæ explicationem.

5 Finitis uerbis formæ panis, conſequitur ſtatim effectus conſecrationis, antequam proferatur forma uini. [u] Quod uero græci poſt uerba calicis iuxta liturgiam Beati Iacobi, oratione petunt [x] panem hunc fieri corpus Chriſti, & uinū fieri ſanguinem eius; ſenſus eſt, ut per effectum utilem ſpecies panis & uini (quæ ſunt ſignum unitatis eccleſiæ & caritatis) tranſeant, tanquam tritalis panis in corpus myſticum, id eſt, ita uniant caritate membra eccleſię, ſicut ſunt ſignum caritatis. [y] ſic in eccleſia Latina poſt conſecrationem fit oratio, iube hęc perferri per manus Angeli, & poſtea, fiat commixtio, & conſecratio. Quod Pius Papa V. in Miſſali ita tranſpoſuit, hæc commixtio, & conſecratio fiat, nempe, utilis, accipientibus nobis in uitam ęternam. [z] Atque hic ſenſus conſtat ex Clemente lib. 8. Conſtitut. Apoſtol. cap. 12. & 17. & ex liturgiis Baſil. & Chryſoſt.

6 Preces alię, continentur in ſacro Canone Miſſę in eccleſia Latina, & Gręca ab ipſo principio eccleſię. [a] quę ſunt omnino retinendę, & plurimum ualent, [b] ad pręparationem animę: quamuis non ſint de neceſſitate ſacramenti. [c]

7 Nunquam licet ſecluſa impotentia in ſacrificio miſſę conſecrare [d] ſolū panē ſine uino (niſi aut Deus miraculo, aut ex graui cauſa Papa diſpenſaret [e]) ſed tenetur celebrans pręcepto diuino ſub vtraque conſecrare, & ſumere ad integritatem ſacrificii. [f] ut expreſſius [g] referat mortem ſacrificiumq; cruentum Chriſti. Quod ſi forte prolata formę medietate moriatur ſacerdos, non ſatis eſſet, quod alter ſacerdos proferat reliquam medietatem formę: [h] ſed debet ſuper eadem hoſtia, & calice unus proferre omnia uerba à principio: uel conſeruetur prior hoſtia cū reliquiis, ne uideatur indecens ſi uerba repetantur, [i] & prior hoſtia ſumatur poſt ſacramentum.

8 Verba præcedentia (qui pridie quam pateretur: uſque accipite, & manducate ex hoc omnes) dicenda ſunt ex pręcepto: [k] ſed non ſunt neceſſaria ad conſecrationem panis. [l] Item inter uerba conſecratoria in liturgia B. Iacobi, Baſil. Chryſoſto. & in Aethiopum Miſſa, quę ab Apoſtol. Matth. compoſita dicitur, & apud B. Euſeb. Emiſſen. & Ambroſ. libro 4. de ſacramen. capit. 5. ponitur, Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meū.

m pitulo decimotertio. [m] Nam Marc. & Luc. non ponunt illud verbum, Accipite, & manducate, item Matth. & Marc. omittunt id, hoc facite: & tamen certum eſt, non omittere quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti, aliàs erraret eccleſia Romana, quæ hæc non profert tanquam formam, ſed ſola verba quibus Chriſtus confecit, vt dicit concil. Florẽt. ſeſ. 25. quod confeſſi etiam ſunt n Græci. [n] Triden. ſeſ. 13. capit. 3. dicetur infra ca. 29. ſup. o capit. 7. [o] Id ponderat Diuus Tho. quæſt. 78. art. 6. in ſimili. & Soto. Le- p deſ. [p] Idem Doctor. cit. ſup. Diuus Thom. art. 1. ad 4. Durand. q 2. Soto, Ledeſ. Gabrie. lec. q 38. [q] D. Thom. q. 78. 1. ad 3. Soto, r Ledeſm. [r] ſup. de ſacram. c. 9.

Aureo. Carth. quæſtione ſecunda, & ſexta. ſed cum formidine. Aliaco. quæſtion. quinta. Ciſtere. quæſtio. tertia, par. 3. Albert. de ſacrificio miſſ. capit. vltimo, apud Gabriel. inf. idem Marſil. quæſtione ſexta, articulo primo. Kuſbroch. in ſpeculo ſalutis. capitu. ſexto. & alij apud Beauxam. libro de euchariſt. Bellarm. libro 4. euchariſt. capitulo decimoquarto, argumen. 9. Victoria dicit eſſe commun. & probant quia cõſtant quædam non eſſe de neceſſitate formæ. infra, L. O. Q. Maxime, quia ly effundetur, &c. dicitur recitatiue tantum vice Chriſti. infra ca. decimo d nono, §. quarto. [d] Problema dicunt Sco. diſ. 8. q. 2. Alia co. quæſ. 5. artic. 1. Gabriel. diſtinctio. 9. quæſt. 3. ar. ſecundo, & lection. 55. e & 53. [e] D. Thomas quæſtio. 78. articulo tertio, argumento ſecundo, cũ ſolutione, dicit priora verba ſine ſequ. non eſſe efficacia ad perficiendũ conſecrationem. & ad 9. negat Euangeliſt. tradidiſſe formam. & plus dicit f alibi, infra. T. [f] [g] g Innocent. ſic ait capitu. cum Marthæ. de celebratio. miſſar. & ſubdit rationem, licet ab Euangeliſtis non referantur omnia integre, Apoſtolos tamen qui à Chriſto acceperunt ita tradidiſſe. idem Diuus Thom. articu. tertio, ad 9. Alexand. h Bonauent. Rich. [h] Fatetur etiam Soto. & Victor. quod plane colligitur ex D. Thom. articulo i primo. [i] Diuus Thom. articu. tertio. & ad arg & infra T. & ſignif. Innocent. dict. cap. cũ Marthæ. Bonauen. diſtinct. 8. Albert. Richard. Aſten. ſatetur Sco. quare eccleſia ante conſecrationem calic. dicit id Chriſtum dixiſſe. Ale. 4. p. q. 33. membro 4. articulo 1. de quo male

Hæc quidem verba Chriſtus dixit: At non omnia dixit tanquam m de eſſentia, [m] vt nec illa quæ dixit. Hoc facite in meam commemorationem, ' Conſtat vero ex vſu Romanę Eccleſiæ, quę errare non poteſt, id (Accipite & manducate) non pertinere ad ſubſtãtiam, ſed ad vſum ſacramenti iam facti: vſus autem non eſt de neceſſitate n huius ſacramenti. [n]

9 Multo minus pertinet ad ſubſtantiam, hoc facite: (quia non ſignificat effectum formæ, ſed poteſtatem ordinis cum præcepto conficiendi & offerẽdi.) Et Matthęus & Marcus id omittunt immediate poſt panis conſecrationem: cum tamen nemo illorum omittat, quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti: & eccleſia vtramque ſpeciem proponit adorandam, antequam profe- o rantur hæc verba. [o] Ex intentione ergo ſacerdotis ſola verba (Hoc eſt corpus meum) abſque præcedentibus, & ſubſequentibus, ſatis eſſent ad conſecrationem: ſi modo p proferat in perſona Chriſti. [p] Nec oportet in forma, & conſecratione euchariſtiæ explicari actum mi- q niſtri [q] per verba præcedentia (vt quæ non conſiſtit in vſu materiæ, quo celebrans ſibi, aut alteri miniſtrat ad effectum gratię) cum tamẽ in baptiſmo etiam ſecundum formam Græcorum, & in alijs ſacramentis requiratur vt verba exprimant actum miniſtri circa vſum r materiæ. [r]

CAP. XVII.

Quibus verbis conſtet ſubſtantia formæ, qua uinum in calice conſecratur: & explicatione formæ.

Forma qua vinum calicis conſecratur, in ſenſu una eſſe debet apud omnes catholicos: vitanda vero ſunt extrema. 1. Illorum ſententia qui omnia uerba aiunt, a ita eſſe de eſſentia formæ [a] (ſecluſa fortaſſe ad tempus diſpenſatione Chriſti,) ut negent in eccleſia Gręcorum, ubi paucioribus uerbis ſemper uſi ſunt uiri etiam ſanctiſſimi, fuiſſe validam conſecrationẽ b ſanguinis. [b] Sic enim aiunt Chriſtum inſtitutione ſua dediſſe hanc eſſentiam: ut in forma baptiſmi, & confirmationis, præter ſignum effectus inſtituit inuocationem Trinitatis ſub proprijs nominibus relatiuis eſſe de neceſſitate formæ. 2. vitanda eſt ſententia eorum qui putant ſola prima (Hic eſt calix ſanguinis mei, uel eſt ſanguis meus) ita eſſe de forma, & de neceſſitate formę, & pręcepti, ut ſemper illis fini- c tis ſtatim fiat conſecratio: [c] nec ex ulla ſacerdotis intentione differri ad finem aliorum uerborum. Noſtrum nõ eſt ante tempus damnare hanc ſententiam, quam quidã ſe probabiliter putant opinari, aut d problema eſſe. [d] Sane Diuus Tho- e mas, [e] in poſteriori ſumma non ait omnia ita eſſe de eſſentia formę, factiuaq; conſecrationis, ut ſublato aliquo ex his verbis, fieri cõſecratio non poſſit, etiã apud Gręcos Pr̃es.

2 In eccleſia Latina ex uſu, & f traditione Chriſti & Apoſtolorũ, [f] forma eſt: Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui, & ęterni teſtamenti myſterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in g remiſſionem peccatorum. [g] Et proferre hęc omnia, quę habentur in omni Miſſali Romano, eſt de neceſsitate pręcepti ſaltem eccleſiaſtici ſub mortali. [h] pręſertim propter aliquale periculum non conſecrandi, cui forte ſe exponeret, qui uerba quędam præcipua illius formę omitteret, & quia om- i nia hæc dicta ſunt à Chriſto [i] domino in ultima cœna. 2. ea omnia de facto pertinent ad ſubſtantialem quandam integritatem for- k mæ, k non quidem formaliter, l ſed materialiter [l] (ut in forma diuiſibili animalis infecti ſunt partes extenſę, & materiales, quæ ſalua formæ, & uitæ ſubſtantia detrahi poſſunt) atque ita olim Patres & nunc Græci in ſuis eccleſijs licite conficiunt ſanguinem ſublatis quibuſdam, quæ non pertinent ad eſſentiam formæ, nec ad præceptũ diuinum: temeratium enim eſſet uiros ſanctitate & doctrina excel- m lentes. [m] & totam Græcorum eccleſiam hac in re damnare: quos

a De [a] quibus infra lit. T. ut D. Tho. quem tamen explicamus. ſed Capreo. inſ. dicit di- b ſpenſatum fuiſſe. [b] Paludan. & Bartol. c de Spina inſ. [c] Quia Patres ſæpe dicunt Chriſtũ conſecraſſe his verbis. Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus. Iuſtin. apolog. 2. ad fin. Dam. li. 4. capitu. 14. & refert Chryſoſt. Cypria. ſerm. in cęna. & epiſto. ad Cecilium. Cyril. Catech. 4. & 5. Ambroſ. lib. 4. ſacram. cap. 5. Euſeb. Emiſſen hom. 5. de paſcha. de quibus inſ. Q. Claud. repetit. 7. cap. 5. Bellar. lib. 4. de euchariſt. cap. 14. arg. 9. At hi ſolum intẽdunt cõtra hæret. quod ex his verbis plane ꝓbatur adeſſe corpus & ſang. Chriſti. & quod præcedentia verba, aut ſubſequentia quæ pertinent ad vſum, non ſunt de neceſſitate formæ. 2. Alij aiunt de ſe ſufficere hæc (Hic eſt calix ſanguinis mei) & tunc his ſolis fieri conſecrationem, quando ita eſſet expreſſa ſacerdotis intentio. ſed de facto fieri per omnia, vſque ad illud in remiſſionem peccatorum. Innuit Innocent. libro quarto. de ſacrific. miſ. capit. ſexto. & 17 & tenet Ledeſm. quæſtion. 19. 3. Soto. diſtinct. vndecima, quęſt. prima. articulo tertio. Victor. §. 74. quod probabile putant, Scot. Marſil. Gabriel. 3. Alij Recentior. Peña. Frat. Medin. Ludouic. de Leon. Andre. Martinez. putant ſemper conſecrationem fieri primis tãtum verbis, Hic eſt calix ſanguinis mei, & putant id colligere Patres ſup. citat ex Matthæo, & Marc. ſentit Magiſt. diſtinctio. octaua. & Magiſt. hiſtor. Durand. quæſtio. ſecunda. Maio. quæſtione vnica.

k dubitat Palac. q. 1. [k] Sot. ar. 3. ad 2. Ledeſ. q. 19. art. 3. & multi ex Thomiſt. Rec. & ſic explicant D. Th. q. 78. 3. quia quæ ſequuntur ſunt determinatio prædicati, & explicãt ſenſum propoſitionis, ut l ſignum ſit magis expreſſum. [l] Bonau. Dur. vñ Vict. eſſe de integritate formę nõ formaliter ſed materialiter. itẽ So. & Led fatentur, de facto non perfici conſecrationẽ vſq; ad finẽ, in remiſſionẽ peccatorum. quia ly pro vobis determinat ſenſum de ſe dubium, ut non pro Angelis. ſic in forma pœnitentiæ additur de integritate, à peccatis, id eſt, non à cenſuris, aut pœnis tantum. [m] m Nam iſtæ voces (calix, æterni, myſterium fidei) non habentur in

tamen concil. Florent. ſeſ. vlt. non damnat, ſed ſupponit ritè conficere pro more ſuę eccleſiæ.

3 Ad conſecrationem vini ſat videntur verba quæ ab vnoquoq; ex Euangeliſtis referuntur, [n] vt apud Luc. 22. Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine: qui pro vobis effundetur. Quibus tantum verbis diu vſa eſt Hiſpania in miſſali Mozarabo, [o] edito à Beato Iſidoro Hiſpal. Archiepiſcopo: In miſſa Aethiopum [p] cuius autor dicitur fuiſſe Matth. Apoſtolus, ſic habetur, Hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redemptione multorũ. Apud Clement. lib. 8. conſtitut. Apoſtol. cap. 12. aut. 17. habetur, ſimiliter & calicem, dicens: bibite ex eo omnes. Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. idem fere apud Marc. Chryſoſt. hom. de prodit. Iudæ, Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur. quem refert Damaſc. lib. quarto. cap. 14. Origen. hom. 9. in Leuitic. Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. ſufficere videntur, & verba Pauli. 1. Corinth. 11. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. [q] Nã quæ ſequuntur hoc facite, quia pertinent ad vſum, nõ ſunt de ſubſtantia, vt dictum eſt. [r]

3 Ex omnibus Euangeliſtis, & Paulo ex vſu eccleſiæ Latinæ, & Græcæ, & ex fere communi Theologorum conſenſu [ſ] conſtat, præter illa verba (Hic eſt calix ſanguinis mei) ex neceſſitate addenda eſſe verba, quæ ſignificent expreſſe effectum paſſionis [t] Chriſti, & huius ſacramenti. Qui ſatis explicari videntur, aut voce, nouum teſtamentum, [u] (vt quod morte teſtatoris confirmatum conceſſit nobis ius & hęreditatem gloriæ,) aut voce, qui pro vobis effundetur, cum tamen in conſecratione panis, quod Græci addũt, quod pro vobis tradetur, non pertineat ad formam: vt ſtatim dicetur. Id tantum videtur Diuus Thomas [x] intendiſſe, dum ait, alia etiam uerba eſſe de neceſſitate formę: ſimulque intendit, in eccleſia Latina, omnia eſſe de præcepto. Dum enĩ manet idem formę ſenſus, nihil impedit ſi multis, aut paucis uerbis explicetur. Quare hæc verba (enĩ, æterni, myſterium fidei) non ſunt de eſſentiali neceſſitate formæ, & à Patribus Gręcis omittuntur, abſque ulla diſpenſatione Dei. [y] ut patet in liturg. Beati Iacobi, Clementis, Baſil. & Chryſoſtom. & Concil. Colonienſ. part. ſeptima, capitu. 14. & pro uerbo, Calix ſanguinis mei: ſatis eſſet quod alii dicunt, ſanguis meus: cum ſenſus idem ſit.

4 Omnia uerba quę exprimuntur in Miſſali Romano iuxta vſũ Eccleſiæ Latinæ concurrunt de facto ad cõſecrationem uini: [z] quia ſingula pertinent ad integritatem quandam ſubſtãtialem formę. Hęc omnia tanquam forma ſcribuntur diuerſis literis, & in Miſſali Ambroſiano erant aureis literis deſcripta: formam vocant Innocen. III. cap. cum Marthę, de celebratione Miſſarum. concil. Florent. B. Tho. & vox totius eccleſię Latinę. & per hęc omnia, uſque in remiſſionem peccatorum, fit de facto conſecratio: [a] ſi quis recta intentione intendat idipſum quod Eccleſia Latina, iuxta pręceptũ, aut uſum Chriſti: qui omnibus illis uerbis reuera uſus eſt, [b] dum hoc ſacramentum inſtituit. Ideo iubet eccleſia omnia proferri tenendo calicem manu: nec eleuari adorandum uſque ad prolationis finem. Quibus uerbis finitis, proponit adorandum, quaſi reliqua quæ ſequuntur non pertineant ad ſubſtantiam conſecratio-

Euangel. & Luc. Græcus. c. 22. omittit quædam. Baſil. formã ſuæ liturgiæ accepit ab Angelis, vt referunt Dorand. Soto. Taper. artic. 15. cum Damaſ. lib. 4. cap. 24. Bellarm. lib. 4. euchariſt. cap. 14. arg. 9. vnde temere Paludan. negat Græcos Patres qui aliquod omittebant conſecraſſe: cum tamen de hoc nunquam ſint moniti ab eccleſia Capre. ait illis licuiſſe ex diſpenſatione Chriſti ad tempus. At id nulla ratione probat. [n] Scot. Marſ. & cit. C. D Quidẽ Armach. Henric. Richard. Aſten. ſed Bonaoent. dicit quis præſumet aſſerere, aut quis audeat negare? At D. Tho. artic. 3. ad 9. Alex. Alber. & citat. inf. T. negant. [o] De quo miſſali Mozarabo accidit miraculum, vt igne non cõbureretur. [p] De qua Damian' Goez libell. de rebus Aethiopum. [q] Soto. ar. 1. Richard. artic. 3. q. 2. ad 1. Marſil. q. 6. 1. generaliter aiont ſufficere verba Pauli. 1. Corinth. 11. dicentis ſe tradere quæ accepit à Domino: vel quæ ab vnoquoq; ex euangeliſtis expreſſa ſunt, & id Pauli 1. Corin. 11. explicatur apud Lucæ. 22. qui fuit Pauli ſocius. Armachan. lib. 9. ca. 3. & 4. dicitur pręter verba (hic eſt ſanguis meus) eſſentiale tantum eſt (ly noui teſtamenti.) Alij adduut, etiam (ly myſteriũ fidei.) vt Gabr. lectio. 53. Marſil. quæſtio. 6. art. 1. referunt. At in Græca liturgia omittitur, myſterium fidei. ſed Clemẽs ante verba cõſecratoria etiam panis, ponit myſteriũ noui teſtamenti. [r] Supra cap. 16. § 6. fin. [ſ] [t] Paloda. Capreol. Hiſpalen. Viguerius. capit. 16. §. tertio. verſic. ſecundo. plane D. Thom. art. 3. argum. 2. cum ſolut. & ad 9. Caietan. quia fatetur Græcos alia verba habere quam calix ſanguinis mei. Ledeſ. quæſt. 19. art. 3. & Henric. ſup. tandem. & Recentior. quidam. Angel. euchariſt. primo. & plane Alexand. quarta par. quæſt. 33. membro 4. art. 3. §. 1. alias. q. 10. art. 2. §. 4. Bonaoen. diſtin. 8. memb. 2. part. 1. q. 2. Richard. art. 3. q. 2. ad 1. Alber. artic. 7. dob. 1. & 6. fin. (contra alios modernos, vt vocat.) Bacbo. q. 3. art. 2. & alij cit. inf. T. & prob. quia hi omnes citant Innocent. in cap. cum Marthæ. & non audent aſſerere, quod verba quæ apud Euangel. leguntur, ſufficiant. Aſten. Beſſar. tract. de euchariſt. apud Claud. in liturg. fo. 169. Armachan. lib. 9. cap. 3. & 4. Taper. art. 15. cum Damaſ. Euſeb. Emiſſen. hom. 5. de paſcha. c. quia corpus. vbi gloſ. de conſec. diſtinct. 2. c. panis ex Ambro. 4. ſacrament. cap. 5. licet dicat formam eſſe, hic eſt calix ſanguinis mei. in Miſſal. tamen Ambroſiano ſunt plura verba, & omnia aureis literis ſcripta. Cyrill. catech. 4. Cæſarius apud Garet. de euchariſt. fol. 100. Quare non omnia ſunt de neceſſitate formæ: cum pauciora ſint apud Græcos, & Paulum primæ Corinth. 11. qui ad Hebr. 9. citans Exod. 24. dicit. Hic eſt ſanguis teſtamenti. [u] Vt in Paulo, & Luc. dictum eſt liter. Q. [x] At quia D: Thom. in ſumma non dicit eſſe omnia de eſſentia, & neceſſitate formæ. ſed articu. 3. cap. & ad 2. eſſe de ſubſtantia formæ. Quidam aiunt temperãdum eſſe, dum diſtinct. 8. quæſt. 2. a. 1. & ad. 3. vocat eſſentialia. & magis lectio. 6. in primæ Corinthio. 11. ait omnia eſſe de neceſſitate formę, & factiua conſecrationis: Cæterum, quod non ita pertinet ad eſſentiam ſacramenti, nuſquã Diuus Thom. vocat de ſubſtantia formæ, vt patet q. 60. artic. 8. quæſt. 69. quinto capit. & ad primum, quare omnia hic eſſe de eſſentia videtur Diuus Thom. ſumpſiſſe ex Innocent. cap. cum Marthæ. de celebratio. miſſ. fauet Concil. Florent. catechiſ. Pij Quinti Miſſale Ambroſianũ, vbi omnia ſunt ſcripta literis aureis, eo quod pertinent ad ſubſtantiam formę. ſic omnia eſſe de eſſentia formæ, ſignificant, Innocent. libro quarto, cap. 5. Caietan. artic. primo, ad finem. Petrus Soto. lect. ſecunda. dicit eſſe certam, & tutam ſententiam. Bartolo. Ledeſm. difficult. to. Sylueſter. euchariſt. 1. §. 6. Tabien. §. trigeſimo. Armil. §. 14. Taper. artic. 16. Anton. tertia part. tit. decimotertio. cap. 14. §. quarto. Viguer. cap. decimoſexto. §. tertio. verſ. ſecundo. Aſten. libro quarto, titulo decimo, artic. 2. Hoſius, cap. 40. Caniſ. §. quinto. Sonnius capit. quinto. Alan. primo de euchariſt. cap. vigeſimoſeptimo. Cuchus. libro quinto inſtitution. Maio. titulo ſecundo, numero ſexageſimonono. videtur Gerſon. Alphab. vigeſimo ſexto, ad finem. Beauxam. libro de veritate corporis Chriſti. & refert Baptiſtam in ſumma. Heruæ. diſtinct. octaua, quæſt. ſecunda. idem Paludan. diſtinctio. octaua, quęſtio. tertia. Capreol. quæſt. unica, conc. 4. & ad argum. contra 3. conc. & Hiſpalen. ſic omnia habentur in Miſſali Latinæ eccleſiæ, & Mirand. in ſumma concion. refert omnia haberi in Concil. Florentin. (licet nunc non ita habeantur,) & in Concil. Colonienſ. par. 7. capit. 14. & in enchyrid. Gropperi. catechiſm. Pij Quinti, qui fecit auferri in Part. Romæ impreſſ. id in quo Caieta. art. 2. deſerit D. Thom. Quare Fr. Barto. de Spina de euchar. c. 3. dicit oppoſitum eſſe ſchiſmaticum & hęreticum. ſed nimis excedit cõtra Patres Græcos. [y] Capr. ſine autore dicit Chriſtum diſpenſaſſe cum Græcis. [z] Hoc affirmant nẽs cit. lit. X. pro vtraque ſententia. [a] Innoc. c. cum Marthæ. D. Tho. ſup. latentur Victor. Ledeſ. Soto. & multi Recent. [b] Nec enim Chriſtus præcepit omnia, (vt patet de Patribus Græcis, qui quædã omittunt)

& tamen

nis aut præceptum. Hanc ergo intentionem habere debet ſacerdos in eccleſia Latina,[c] aut ſi malit rem non diſcurere, in confuſo & in vniuerſali ſe referat ad intentionem eccleſiæ & Chriſti.[d]

5 Circa conſecrationem panis, Græcorum eccleſia cum ſanctiſſimis illius Patribus addit (ex Luca & Paulo qui Græce ſcripſerunt) hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. quæ omnia ſunt de facto apud illos de ſubſtantiali quadã integritate formæ:[e] & id quod additur eſt quædam determinatio ſubiecti, ſeu explicatio.[f] Sed quia virtute includitur in forma eccleſiæ Latinæ, nulla neceſſitate, præcepto, aut vſu obligatur Latinus addere ea verba. D. Baſil. in ſua liturgia adiecit, quod vobis, & pro multis frangitur, & diuiditur in expiationem culparum, remiſſionemque peccatorum, ac vitam ſempiternam. Nec credibile eſt huic priuato epiſcopo eam additionem factam gratia maioris explicationis licuiſſe, niſi ex ſpeciali Dei reuelatione.[g]

CAP. XVIII.

Verba conſecrationem cauſare vt ex intentione miniſtri ſunt vera practicè. Explicantur ſingula uerba formę.

SAcerdos verba conſecrationis profert in perſona Chriſti, & partim recitatiue[a] narrat quæ Chriſtus geſſit, dum ait, qui pridie quam pateretur. (vt in feſtis Chriſti & B. Virginis eccleſia recitatiue ait, Chriſtum natum hodierna die, aut in cœlos aſcendiſſe:) ſed quæ ad formam pertinent, neceſſe eſt principaliter accipi non tantum recitatiue, vt quidam putant[b] ſed ſimul ſignificatiue & perſonaliter,[c] vt ſi quis dicat, ingreſſus angelus ad Mariam dixit, Aue gratia plena: ſimulque continuet animo orandi: hic profert recitatiue & formaliter. At ſatis eſſet, vt ſacerdos Chriſti perſonam ſuſtinens, formaliter verba exprimeret: vt olim angelus in perſona Dei loquẽs dixit: ego Deus.[d] Cæterum ſi quis priuata opinione deceptus reputet recitatiue tantum proferre, conſecrat ex eo quod in generali virtualiter intendit facere quod facit eccleſia:[e] At ſi expreſſe eam intentionem excludat, negans ſe velle proferre ſignificatiue, hic non conficeret euchariſtiam.[f]

2 Multi nouo ſacerdotio initiati conſecrant cum epiſcopo vnam hoſtiam (ſi in eodem inſtanti verba finiant[g]) & dicuntur vnus moraliter miniſter,[h] inter quos vnus eſt præcipuus, nempe epiſcopus qui ſacerdotes, vel alium epiſcopum conſecrat, & tanquam dux & pædagogus alios in ea prima celebratione inſtruit. Et illa dicitur vna Miſſa:[i] quæ præcipue conſiſtit in vna per omnes offerentes & circunſtantes oblatione actiua[k] vnius Chriſti in vna hoſtia contenti, vbi Chriſtus eſt qui generaliter conſecrat & offert: per accidens vero eſt quod multi concurrant, quiſque intentione ab aliis independente,[l] & de ſe ſufficiente ad plenam rationem conſecrationis, & ſacrificij. Poſſent ſacerdotes referre ſe ad epiſcopi prolationem, ſub ea conditionata intentione, vt ſi qui forte ante illum verba finiãt, nolint perficere conſecrationem: atque ita qui prius quã epiſcopus verba finiunt, non conſecrant: eũ non ualeant effectũ ſuſpendere,[m] ſed quia res dubia eſt, an ſemper epiſcopus conſecret licet poſterius prolationem perficiat: curent initiati qui concelebrant, ut generali intentione[n] uelint facere, quod facit eccleſia, & Chriſtus faciendum inſtituit. In ſolenni miſſa plures qui ſacerdotiq; miniſtrant & chorus qui reſpondet, non tollunt unitatem[o] ſacrificij.

3 Formam dum nude proferunt quidam[p] ſignificant ex ui uerborum non eſſe ueram: ſed ex intentione proferentis, qua ſe accommodat certo inſtanti. Alij diſtin-

---

& tamen vſus eſt omnibus verbis, quæ habentur in Miſſali Romano.[c] Vt intendat in eccleſia Latina conſecrare per omnia verba, vt mos eſt: propter autores & rationes factas.[d] Ita conſulunt Soto. Ledeſ. & quidam Recent.[u] Ait Soto ar. 3. ad 2.[f] Illud apud Græc. (quod pro vobis tradetur) perinde ſe habet ac ſi intra verba formæ ponatur: ſicut interponitur, ly enim.[g] Duran. Soto. Taper. ar. 15. Dama. referunt Baſilium accepiſſe cũ formam ab Angelis. & cit. ſup. L.

CAP. XVIII.

VT[a] fatentur omnes. quia quod præmittitur (pridie quam pateretur: & ly meum: & ſanguis qui pro vobis effundetur) intelligitur recitatiue. D. Tho. q. 78. 5. Sot. d. 11. q. 1. 5. Ægid. Theor. 48. Ledeſ. q. 19. Gabr. lect. 48. Alexan. 4. par. q. 33. memb. 3. artic. 2. §. 1. DD. d. 8. Bonau. 2. p. art. 1. q. 1. Rich. art. 3. q. 1. Scot. q. 1. art. 5. Paludan. Capreo. Hiſpal. Marſil. q. 6 art. 3. in 2. par. dub. 6. Okam, quodlib. 2. q. vlt. Cano lib. 12. de loc. c. 13. Lind. in 4 Panopl. capit. 41. Claud. rep. 7. cap. 5. Bellar. 4 de euchar. c. 14. arg. 6. & idem fatentur cit. B. qui aiunt omnia dici tãtum recitatiue etiã verba conſecra. nõ à ſacerd. dicuntur ſimul recitatiue, vt ex ly enim probãt.[b] Dici tantum recitatiue aiunt Innocen. lib. 4. c. 17. Durand. diſt. 8. q. 2. ad 1. nu. 18 Mai. q. vnic. ad 2. Okam. quodlib. 2. q. 9. Picus apol. q. 10. Catharin. opuſc. quibus verb. Chriſtus conſecrauit. Glo. cap. Timore. Conſe. d. 2 quod probabile dicit Ledeſ. q. 19. ar. 5. & Gabriel. lec. 48. in princip. (& exponit lectio. 53. qui effundetur, id eſt, ſanguis ſub ſpeciebus contentus olim dum Chriſtus hæc protulit, erat effundendus.) ſed hæc ſententia eſt periculoſa, & temeraria, & falſo tribuitur Scoto, quod ſi quis ea vtens excluderet ſenſum formalem (quod tamen nemo facit) non conſecraret.[c] Doctores cit. A. & plane idem tenet Sco. q. 2. qui tamen addit neceſſarium ex præcepto, vt priora (qui pridie, &c) dicantur recitatiue. quem Soto ſine cauſa carpit. Conc. Floren. ait ſacerdotem dicere in perſona Chriſti. Triden. ſeſſ. 13. cap. 3. can. 3. ait ex vi verborum adeſſe corpus. ergo verba ſumuntur ſignificatiue & vt verba aliorum & ſacramentorum faciunt quod ſignificant Chryſ. ho. 2. in 2. Timot. ho. 60. pop. ho. 83. Matth. Chriſtus eſt qui nunc conſecrat, & per os ſacerdot. verba profert. Amb. 4. ſacr. c. 4. dum peruenitur ad ſacr. non iam ſuis ſacerdos, ſed Chriſti ſermonibus vtitur. Emiſſe. ho. 5. in paſcha. Iſich. lib. 2. in Leuit. c. 8.[d] Iuſtin. ad gent. q. 141. vt angelus dicitur Deus qñ voce Dei loquitur Exo. 3. & 20. vbi Orig. ho. 8. Aug. in Pſal. 3. lib. 10. ciuit. c. 13. 15. lib. 2. Trin. c. 6 & ſeq. putat de fide epiſt. 111. citat Athana. Naz. & Ambroſ. D. Tho. 1. 2. q. 98. 3. ad 1. & 2. Io. Arbor. 4. Theo. c. 2.[u] [f] Monet Soto. Ledeſ. & Recent.[g] Dictũ eſt de ſacr. c. 10. §. 3. at qui poſterius quam Epiſcopus verba finiunt, vt cõiter contingit, non cõſecrãt: quia F ſũ intentio recta nõ debet ab aliorum intentione pendere.[h] Sic D. Tho. q. 82. a. Innoc. lib. 4. c. 25. DD. di. 13. Albert. Palu. q. 4. Capreo. Sylu. Euch. 2. §. 3. cum Roſel. Alc. q. 33. mem. 8. Rich. ſed cum formidine. ar. 2. q. 1. Sic qñ multi vnum baptizant, cenſetur vnus miniſter. D. Th. q. 67. ar. 6 ſup. li. de bap. c. 30[i] [k] Sacramentum cõſiſtit in receptione, ſed ſacrificiũ eſt oblatio actiua.[l] DD. cit. H. propter conſuetudinẽ eccleſiæ putant oẽs qui ordinantur habere intẽtionem conditionatam, & referre ſe ad inſtans, in quo eps finit. D. Th. ar. 2. Alex. Soto, Ledeſ. Victor. §. 11. Palu. Syl. euch. 2. §. 3. in quo partim conueniunt Rich. Aug. Caie. inf. quia indecens eſſet, vt eps ordinans qui eſt præcipuus miniſter non cõſecraret, ſi alius prius verba finiat. ſed melius videtur, vt nemo pendeat ab alterius intẽtione, neque inconueniens quod dictum eſt: quod ex omnib. reſultat unum ſacrificium. Vnde ſine cauſa Caiet. q. 82. 2. videtur damnare cõſuetudinem eccleſiæ: & audacius Durand. d. 13. q. 3. imo & Soto. q. 1. ar. 2. Palac. q. 4. Gabr. lect. 6. Ang. euchariſt. 2. §. 3. Victor. Nã eccleſia ſalua ſacramentorum ſubſtantia, habet circa vſum facultatem à Chriſto, ut dicit Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. ſaltem epiſcopi intentio non debet pendere ab alijs: ne dum eleuat hoſtiam adorandam, non ſit forte conſecrata, quod aliquis nondum verba finierat. At Ang. cum Richard. artic. 2. quæſt. 1. & Caiet. art. 2. ſolus epiſcopus profert uerba formaliter & conſecrat. alij vero materialiter.[m] Id videtur certum, quia ſacramentum de ſe eſt efficax ad modum cauſæ naturalis, niſi adſit fictio ex parte recipientis: materia vero euchariſtiæ non reſiſtit, neque eſt fictione impedibilis, ſupra lib. de ſacram. cap. 7. fin.[n] Caietan. d. artic. 2. Soto, quæſtio. 1. art. 2. Ledeſ. & Recent.[o] Inf. lib. de ſacrif. cap. 8. §. 1. & cap. 20. §. 3.[p] Scot. diſt. 8. quæſt. 2. articu. 3. §. aliter ergo. Marſil. q. 6. art. 1. Mai. quæſt. unic. Gabriel. lect. 48. vid. inf. T. At de ſententia. Richar.

guunt de veritate propoſitionis ſpeculatiuæ & practicæ. ut ſtatim dicetur. At in hac re. [t] certum eſt fuiſſe omnino ueram cum in ultima cœna prolata eſt, aſſertiuè à prima ueritate Chriſto, qui mentiri non poteſt. Nec dum de illius manu Apoſtoli ſuſceperant, cum uerè ipſe affirmaret corpus ſuum eſſe quod prębebat. [q] 2. In rigore, & proprietate ſermonis ea propoſitio dum à ſacerdote profertur, eſt uera non minus, quàm formę aliorum ſacramentorum quę per indicatiuum enuntiatur. [r] Vt enim in quibuſdam alijs propoſitionibus uocalibus ueritas non eſt ante finem prolationis, in quo intelligitur connexio extremorum: [ſ] ita in hac datur ultimum & poſitiuū inſtans, [t] in quo adhuc manet & uerificatur propoſitio. quamuis enim oratio in quolibet continuationis inſtanti dicatur eſſe, ſicut & tempus: manet tamen uox (id eſt, locutio humana, & articulatus ſonus) in poſitiuo & ultimo prolationis inſtanti: in quo hæc propoſitio eſt uera: Et ſicut uox realiter immutat auditum intelligentis propoſitionem eſſe ueram, ita aſſumitur à Deo, ut reale inſtrumentum, quo fit conuerſio panis in corpus Chriſti, ut lib. de ſacram. cap. 18. dictum eſt.

4 Quidam aiunt hanc propoſitionem ſeu formam eſſe quidem ſignificatiua in priori naturę (in quo cauſa pręcedit effectum) ſed nondum intelligi ſpeculatiue ueram [u] cum nondum intelligatur res per illam facta & ſignificata. (Ab eo autem quòd res ita eſt, propoſitio dicitur uera) ſed nec eſſe falſam ſpeculatiue, cum non habeat poſitiuam difformitatem intellectus ad rem: ſed uocant propoſitionem de ſe indifferentem & neutram. [x]

5 At reuera debet ſimpliciter dici uera, [y] præſertim practice: [z] quia ex ui uerborum efficaci, fit infallibiliter conuerſio & res, qua poſita uerificatur propoſitio. ut dum peccatori attrito ſacerdos dicit, ego te abſoluo, eſt efficax ueritas practica, & facit id quod dicit. [a]

CAP. XIX.

Explicantur uerba formæ.

Singula verba quæ in forma continetur ſic explicātur [a] Hoc [b] oſtendit corpus confuſe, & indiuiduum vage cōceptum ſecūdum rationem communem panis & corpori Chriſti, quod tamen demonſtratur eſſe contentum ſub his accidentibus ſingularibus. [c] ſic uox corpus quod ponitur in eadem forma, ſignificat confuſe eſſe corporeum: [d] ſiue detur ab anima Chriſti, ſiue a forma cadaueris in triduo, nam & materia panis ſecundum adaptationem conuertitur in talem materiam Chriſti, & forma in formam. [e] in eundem ſenſum

q ly eſt, id eſt, fit aut ſtatim fiet, inſ. capitu. 19. G. [q] Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. [r] Sup. de ſacramentis. cap. 9. 19. & dum baptiſmus ficte recipitur ex indiſpoſitione ſubiecti, eſt vera forma, quia de ſe eſt efficax, vt abluat animam. Trident. ſeſſ. 7. can. 7. ſed forma ordinis, aut extremæ vnctionis, quia non eſt modi indicatiui, non requirit veritatem ſpeculatiuam, ſed practicā. At differt forma eucha. quia ſi à debito miniſtro circa veram materiam propinquā applicetur, impoſſibile eſt non ſequi effectum, vt forma verificetur. [ſ] Vt de nigro qui tantum habet dentes albos vere dicitur hic eſt albus ſecundum dentes & Ioā. 14 Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Et ego taceo, & delineās ſi dicat, hic eſt circulus. quamuis D. Thom. hunc modum non probet. [t] D. Tho. quæſt. 78. 4. ad 3. quæſt. 75. 7. ad 3. diſtin. 8. q. 2. 3. ad 6 & 7. Caiet. Capreo. & quidā Thomiſtæ admittūt dari poſitiuum inſtās, in quo adhuc eſt verborum, vox, & ſonus tanquam ſubiectum propoſitionis: & per realem vocem tāquam per inſtrumentū fit conuerſio, dictum eſt de ſacram. cap. 19. & hoc deſignat forma per ly eſt: nec ſumitur ſonus materialiter, ſed vt formaliter eſt vox ſignificatiua. [u] Explicat Sco diſt. 8. quæſt. 2. ante ſolution. argum. Gabriel. lec. 48. Aliaco. quæſt. 5. Ocam, quodlib. ſecundo, quæſt. vlt. (vide Tolet. lib. 1. Perihermen. cap. 4.) & re ipſa id fateri videntur Caiet. Soto. Ledeſm. quæſt. 19. art. 5. dub. vlt. Paludan. diſtin. 8. quæſt. 3. artic. 1. con. 3. Capreo. quæſt. 3. ad 1. Durao. quæſtio. 2. Carthuſ. diſtin. 19. quæſt. 5. Ferr. 4. contra gent. cap. 63. & quidam Recentior. quia vt prius natura eſt ſacramentum, (id eſt, ſignum efficax) quam efficiat, ſeu effectus illius (quædam enim adſunt ex vi verborum) ita videtur prius natura eſſe hæc propoſitio, quam ſit vera ſpeculatiue: nec contradicit ſed fauet D. Tho. quæſt. 78. 5. ad 3. [x] Ita propoſitionem ſpeculatiuam vocat neutram Scotus, & alij. Vt in priori ſigno, quo nondum intelligitur determinata diuina voluntas, ſaltem permiſſiua, aut humana, hæc propoſitio Petrus peccabit, non intelligitur vera: quia res contingens nondum eſt in ſe, nec in vlla cauſa determinata. [y] Capr. Carth. Caiet. Soto. Ledeſ. contr. Scotum. quia vt ſit ſpeculatiue vera, ſat eſt in eo temporis inſtanti intrinſeco, ita eſſe in re, vt per illam ſignificatur ſup T. Nec id negat Sco. Gabr. [z] Quod bene docet D. Tho. Caiet. & alij ſup. nec id negat Scotus. & vt ſacramentum eſt de ſe efficax, ſic verba conſecratoria euchariſt. Trid. ſeſſ. 13. c. 3. [a] vt D. Tho. 1. 2. q. 110. 1. c. ad 1. dum Deus diligendo facit dignū amicitia, prius intelligitur dilectio, vt cum imperio practico facit gratum, quam vt eſt dilectio amicitiæ. & D. Th. 1. p. q. 27. 1. prius ſecundum rationem eſt ipſum dicere (id eſt, producere verbum) quam intelligere in verbo: licet vtrumque ſit eadem actio. addit Soto, vt hæc propoſitio ſeu forma euchariſtiæ intelligitur prior in genere cauſæ efficientis quam veritas rei: ita in alio genere cauſæ obiectiuæ aut formalis, prius intelligitur rem ita eſſe, quam ſit formaliter propoſitio; quia ab eo quod res eſt, dicitur propoſitio vera. quod tamen eſt dubium & difficile.

CAPVT XIX.

non legatur in ſacra ſcriptura: & docuit filios ſuos ſcientias, & cultum Dei. Offertur Deo non per quemuis laicum & profanum, ſed per miniſtros publica autoritate
b deſignatos, b qui ſunt ſacerdotes
& Pontifices inſtituti ut offerant Deo dona & ſacrificia. Quales
c in eccleſia ſua inſtituit Chriſtus. c
creari ordinatione per epiſcopos, non electione ſola populi, aut ſucceſſione: ut in ſtatu legis naturæ à Noe uſque ad Aaron, filius primogenitus & natu maximus fungebatur ſacerdotij officio, ex traditione Hebræorum, quam Patres
d admittunt. d quod in illum ſucceſ-
ſione deriuabatur cū dupla ſimul
e portione temporalis hæreditatis. e
Primogenitus Regis, ut à principio mundi inſtinctu quodam natu-
f ræ, erat ſucceſſor regni, f ita erat
Pontifex maximus. & hic modus ſuccedendi in regnum eſt aptiſſimus. ſic Melchiſedech, (qui propter myſterium ab Apoſt. Hebr. 7. explicatū introducitur ſubito Geneſ. 14. nulla parentum facta mentione ſub eo nomine cum tamen mos ſit ſcripturæ in Geneſi referre Patrem, matrem, & genealogiā ſub præcipuo nomine inſignium
uirorum) erat ſacerdos Dei ſuc-
g ceſſione. g cum eſſet Sem primoge-
h nitus Noe h qui poſteros habuit,

a Diuus Tho. a 2.2. q.85.artic.1.ad 2. & Magiſt.hiſtor.ſcholaſt.
Ditem Egub.de Peren.philoſophia, probat omnes ſcientias deriuatas per manus traditionem ab Adam ſacrificiū vero eſt actus
b externus elicitus à uirtute religionis. D.Th.d.q.85. b Varius fuit
modus eligendi miniſtros cultus diuini in lege naturæ, vt per electionem reipublicæ gubernantis ſe, aut principis, aut per ſucceſ-
c ſionem. c De ſupernaturali poteſtate quām Chriſtus conceſſit ſa-
d cerdotibus. inf. c.18. § 2. d In id Geneſ. 25. vende mihi primogenita Eucher. Lipom. gl.ord. idem Hiero.to.3.epiſt.126.ad Euagr.

& qq.Hebr. agens de Melchiſedech. & iterum de ueſtibus Eſau odoriferis. addit Lipom.in Geneſ.27. cum Iſid.abb.& gl.ord.qđ primogenitis debebantur tria: regnum, ſacerdotium & patriar-
e chalis dignitas. D.Th.ſuſ. e Lipo.& Iſid.in id Gen.27 & benedicat ubi anima mea. vbi Theodor.& ideo Gen.49 Ruben primogenitus dicitur, primus in donis & maior in imperio. vbi Lipom. D.Tho. in Hebr. c.7. & 12.& 1.2.q.103. art.1.ad 3.& 2.2.q.87.ar.1. ad 3.glo. in c.denique.7.q.1. tranſibat vero ius ſacerdotij cum temporali hæreditate, vt nunc tranſitius patronatus, D.Tho.2.2. q. 100. art.4.ad 3.obi Caie.Sot. li.9. iuſt.
f q.7 ar.1.ad tertiū. f Viues ſup. Aug.4. ciuit.capit.6.Onuphrius lib.1. faſtorum pag.151. olim paterfamilias, dicebatur rex à rego, id eſt, rem ago: in quod regnum ſuccedebat primogenitus. deinde multis familijs aut ciuitati, & regno cœpit unus imperare. & primum nomē imperij fuit rex (vt patet ex ſcriptura, Herodoto, Diodoro, Salluſ. Iuſtin. in biſtor.) patria poteſtas tanquam regia olim extendebatur vt filium pro delicto occideret.l.2 ff. de orig. iur. Pinel. in 1.par. Rub.C.de bon. mater. nu.17. Nauar. in ca nouit. Corol.25. vid. Couar. lib.pract.cap.1. nu.4. Io. Cirier. tractā. de primogenitura, lib.2.q.13 quod iure naturæ aut gētium filius ſuccedit in ius & hæreditatem patris & regnū (de quo Soto li.4. de iuſt.q.3.ar.unic. c. fin d.33.q 2.artic.1.) Interdum in vita patris primogenitus dicitur rex, c. cępit.24 q.1. Dueñas.reg.55.lim.10. & conſulatus interdum datus eſt per ſucceſſionem, vt de Fabio refert Valer. & D.Thom. lib.3. de regim. Princip.cap.20.& Imperium ſucceſſione datum eſt poſteris
g Theodoſij Senioris. g Dicetur, c.10.§.4.H ſup.lib.de ſacram.c.6. §.6. atque ita Melchiſedech fuiſſe ſacerdotem communi ratione (vt erant alij primogeniti) aiunt in Gen. 14. Chryſoſt. gl.ord. Lyra. Abulen.ſi. Eugu. Hieron.qq. Hebr. in Gen.14. fatentur etiam Rabini apud Genebra lib.1.chron.p.10.& Suar.3.p.q.22. ſu.46. §.4.col.6. Soto.d.8.q.1.art.6. & alij citati. D.& L. contr. Epiph.
h hær.67. h Citati D.G. idem Hieron. d.epiſto.126. ad Euagr. & qq.Hebr.& in id Eſai 41. ſerui mei.& in Gen.14. Lyra. Abulen. (quod probabile dicit Caiet.) Lipom. addit in ea traditione Hebræos ſequi Ionathan autorem translationis Ieroſoly. ſeu Chaldaicæ. Galatin. 2. de arcan. ſcrip. c.8. Martin. 6. hypoth. c.1. Iſidor.
de

nec virgo permanſit: [i] nec fuit genere gentilis, & Cananæus, ut quidam falſo aſſerunt. [k] Sem vero nõ obijt ante Abraham, ut quidam putarunt: [l] ſed finito diluuio habebat annos ætatis centum: & dum occurrit Abrahæ annos 390. [m] ſimili ſucceſſione Abraham fuit ſacerdos [n] enim fuerit primogenitus Thare. [o] interdum quibuſdam ætate minoribus inſpirauit Deus gratum ſibi officiũ ſacerdotis. Vt Abel ſacerdos [p] Gen. 4. legitur obtuliſſe primus ſacrificium Deo gratum de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorũ. ſimiliter Iſaac, & Iacob obtulerũt, repulſo primogenito fratre: ut deſignaretur myſterium quod primogenitus populus Iſrael eſſet à Deo repellendus. [q] immolabat vero caput familiæ, & per ipſum dicebatur populus & ſinguli de illa familia immolaſſe Deo, [r] qui ſacrificij participes efficiebantur. In lege veteri ſoli filij, & poſteri Aaron ex tribu Leuitica fungebantur officio ſacerdotis & Pontificis, ex Dei inſtitutione; & Moſes qui Aaronem fratrem ſuum conſecrauit, videtur fuiſſe dignitate ſacerdotali inſignitus: ut dicetur lib. de Ordine. c. 21. §. 1. Præcipue in lege euang. inſtituit Chriſtus cum poteſtate ſupernaturali ſacerdotem, qui ſit presbyter aut epiſcopus, [s] in miniſtrũ diuini ſacrificij, quod in Miſſa offertur. Et generaliter in omni ſtatu legis ſacrificiũ, & ſacerdos, qui ſacrificus dicitur, ſemper fuerunt coniuncti: [t] in qua ſignificatione vox ſacerdos ſumitur à Patribus: [u] quamuis in ea non reperiatur in nouo teſtam. Græce ab eodem verbo thyin, id eſt, ſacrificare, deducitur altare, & ſacrificium [x] quod dicitur thyſia.

2 Sacrificium eſt quidam à virtute religionis actus elicitus externus, per quem homo Deum colit animo, & corpore. Decenter Deus ſiue inſtinctu quodam inſpirãs, ut in ſtatu legis naturæ, ſine expreſſa inſtitutione voluit, ut homo ſenſibilis, qui cognitionem ex rebus ſenſibilibus per ſenſus accipit, vtatur in ſacrificio cæremonijs religionis, cum ſenſibili ſigno, [y] ſicut & in ſacramentis, ut natura hominis poſtulat. Ad cuius ſubſtantiam, & perfectionem pertinent tres actiones ſacerdotis. 1. conſecratio rei noſtræ quæ offerenda eſt. nec enim fit gratum ſacrificium de re aliena. 2. oblatio in cultum Dei quam ſacerdos applicat in finem, effectumq; vtilem ſacrificij. 3. cõſumptio eiuſdem rei. quas tres partes neceſſarias eccleſia non inſtituit, & minuere non poteſt: cum tamen pie adiecerit quædam ad ornamentum accidentariũ & ſolemnitatem ſacrificij, de quibus inf. cap. 6.

3 Vox ſacrificium licet proprie ſignificat actionem, oblationemq; ſacerdotis: interdum ſumitur pro ipſa re, quæ tanquam materia remota offertur. [z] olim non quæuis res etiam ex viuentibus, ſed quædam determinatæ erant materia apta ſacrificio, inf. c. 5. §. 2. & differt à uoto in Dei cultum ordinato: quia ſacrificium requirit donationem rei propriæ, ut eam transferre poſsit in dominium Dei (vt olim anathema id eſt, donarium appenſum transferebat [a]) & inſuper ut donatio compleatur cum externo ſigno acceptãtis: qualem requirit traditio, ſeu profeſsio religionis, quæ aſsimilatur holocauſto. ad votum vero ſatis eſt promiſsio rei in futurum offerendæ: & poteſt votum fieri actu interno, abſque externa acceptatione. 2. differt à publicis precib. quas ex officio ſacerdos tanquam publicus eccleſię miniſter offert Deo cũ ſolemni ritu: nam has ſecundum ſubſtãtiam offert Deo etiam laicus. hęc materia remota ſacrificij fit proxima, & magis apta per quandam conſecrationem, ſeu ſanctificatio-

de vita prophetarum. cap. 5. & lib. 15. etym. Ambroſ. lib. 10. epiſt. 80. Suid. in Lexicon. Ruper. lib. 5. de Trinit. & operibus eius, in Geneſ. 11. D. Thom. & Lyran. in Hebr. 7. idem in ſuis chron. Iſidor. Bed. Herman. Lucid. lib. 2. de emend. temp. cap. 3. & 6. Pagn. lib. 10. Iſago. cap. 28. Sander. lib. 7. viſib. Monarch. pag. 224. Sylua Allegor. ver. Melchiſedech cũ Georgio Veneto Cant. 2. tom. 3. capit. 10. vid. Sixt. lib. 5. bibliot. c. 90. At Genebr. chron. ait probabile quod quidã Hebr. dicunt Sem fuiſſe minimum natu filium, tenet Beroald. lib. 3. chron. ſed contra citatos, & Augu. 16. ciuit. cap. 2. [i] Ignat. epiſto. 9. ad Philadelphiẽſes falſo dixit fuiſſe virginem. [k] Ignat. ſup. Ioſeph. 2. antiquit. cap. 11. lib. 3. belli. cap. 18. Egeſip. 3. Excid. capit. 9. Procop. Geneſ. 14. ubi Theod. quæſt. 63. Epipha. hęreſ. 55. & refert nomina parẽtum. pro qua ſent. Hieronym. dict. epiſto. refert Apollinar. Euſtath. Irenæum Hippolyt. Euſeb. Cæſarienſ. & Emiſſen. idem Philaſtr. apud Biblio. ſanct. tom. quinto, pagina 55. & ſignificat Nazianz. oratio. in Natal. Dñi. idem in Hebr. cap. ſeptimo. Chryſoſtom. Theodor. Oecum. Anſelm. Catharin. (vbi & Claud. dicit probabile Ioſ. Arbor. lib. vndecimo. Theoſ. capit. 2. quod Ferus in Geneſ. 14. dicit incertum. Beroal. lib. 3. chrono. [l] Quo falſo argum. Procop. Geneſ. 15. & Epiphan. impugnant veritatem dicẽtes, Sem obijſſe ante Abraham. cum tamen oppoſitum conſtet. [m] Colligitur ex Geneſ. 11. Lyran. & gl. ordin. in Geneſ. 14. & patet ex chron. probatis. Hieron. d. epiſt. Genebrar. Lucid. lib. 2. cap. 6. fin. probat Sem ſuperuixiſſe Abrahæ, annis 35. quia Sem poſt diluuium vixit annis 502. ſed Abraham annis 292. poſt diluuium natus, vixit 175. annis, ex Geneſ. 25. Iſidor. chron. ex illo Geneſ. 11. Sem cum eſſet centum annorum genuit Arphaxat, biennio poſt diluuium infert quod genuit anno ætatis 102. At in chron. Euſeb. Bedæ, Herman, Lucid. cum genuit, fuiſſe centum annorum, ac ſubinde tempore diluuij habuiſſe 98. annos. Sem dum occurrit Abrahę habebat annos 390. per quod corrige quod D. Thom. & Lyran. in Hebr. 7. dicunt habuiſſe 309. Noe peruenit vſque ad 50. annum ætatis Abrahæ. Genebrard. [n] Communis. D. Thom. 3. p. quæſt. 31. art. 2. contra Abulenſ. Geneſ. 13. quæſt. 5. & 7. dicentem quod non erat magis ſacerdos quam alij: & cum lege nemo prohiberetur, omnibus licuiſſe ſacrificare. [o] Hebræi colligunt ex Geneſ. 11. Communis. & Genebrard. chron. p. 12. confutat eos qui ex Acto. 7. contendũt Abraham fuiſſe natu minimum, ut Beroald. ſup. ſicut & quidam de Sem falſo dicunt fuiſſe poſtremum filium. [p] Auguſt. 1. de mirabil. ſcript. cap. 3. & Patres qui aiunt ab Abel cœpiſſe eccleſiam. Ioan. Arbor. 1. Theoſoph. cap. 15. & tamen prius obtulit Adam, ſup. A. [q] Martin lib. 1. hypot. cap. 1. & lib. 9. reg. 17. ex Hieron. in Ezech. 27. in Eſa. 1. in Ierem. cap. 31. [r] Vt de agno Paſchali Exod. 12. dicitur, immolabit illum multitudo, &c. Bellarmin. 1. miſſæ cap. 7. ad fin. & vnus agnus iubetur comedi in una familia. addit Ioſeph. 5. antiquit. capit. 45. prius agnus in templum ad ſacerdotem de more ſacrificandus ferebatur: & ſub uno ciue opulẽto in ampla domo in ſingulis cubiculis, ſeu manſionibus conueniebant familiæ: ita ut deni, aut viceni conferent una familia: & ſolebãt trecenta millia agnorũ immolari. hæc ex Ioſepho Claud. de euchar. repet. 1. capit. ſeptimo, vide Riberam libro 5. de templo capit. tertio. §. 39. [s] Bellarm. 1. miſſ. capit. ſecundo, colum. quarta, fin. Dionyſ. eccleſ. hierarch. cap. primo, 3. 5. Iuſtin. ſupra. Tertullian. de præſcript. vltra med. De velan. Virgin. Cyprian. libro primo, epiſt. 4. Conc. Nicen. canon 14. Trident. ſeſſio 23. can. 1. & ſeptimo. [t] Trident. ſeſſio 22. cap. primo, ad fin. ſeſſ. 23. cap. primo, colliguntur Hebræ. 5. & 7. Pontifex conſtituitur, ut offerat. Auguſt. 10. ciuitat. cap. nono. D. Thom. 2. 2. quæſtio. 85. primo. Soto. 9. iuſtit. quæſtione 2. 1. Bellarm. 1. miſſæ. capit. 1. colum. 4. [u] Vox ſacerdos à Patribus ſæpe ſumitur pro presbytero. Bellar. primo, miſſ. cap. 17. Auguſtin. 20. ciuit. cap. decimo. Chryſoſtom. de ſacerd. Gaudent. tractat. 2. in Exod. Hieronym. dialog. contra Lucifer. ad fin. Ambroſ. in Pſalm. 38. Euſeb. 5. demonſt. capit. 3. & ſic vocat Ioannem Apoſtolum ſacerdotem. Policrat. apud Euſeb. 5. hiſtor. capit. 23. Cyprian. ſæpe in epiſt. Tertullian. de præſcriptione, & de velan. Virgin. & ante hos Dionyſ. eccleſiaſt. hier. capit. primo, 3. & 5. nec Auguſtin. 2. contra Parmen. cap. octauo, negat epiſcopum dici ſacerdotem, ſed mediatorem, ſcilicet, per modum redemptionis quod eſt proprium Chriſto. [x] Bellarm. 1. miſſ. capit. ſecundo, colum 4. Sebaſtian. de ſacrific. capit. primo Lexicon. [y] Trident. ſeſſio. 22. capit. primo, & 5. Auguſtin. 10. ciuit. cap. quarto. Damaſc. libro 4. cap. 17. D. Thom. 2. 2. quæſt. 85. 1. Caſtro verb. miſſa. Recentior. contra Luth. negãtem externum ſacrificium, ut negat neceſſitatem ſacramẽtorum, & externorum operum. ſupra libro de ſacrament. cap. 11. [z] D. Thom. 2. 2 quæſtio. 85. 3. capit. ad 3. ex Hebr. 7. vt offerat ſacrific. Cano. 6. 13. at pro actione accepit Cicer. d. præbere hoſtias ad ſacrificium. [a] Debet offerre ex proprijs bonis. D. Thom. in Hebræ. 8. Bellarm. 1. miſſ. cap. 6. anathema. 1. donarium appenſum in Dei cultum, ita

erat

nem, cum mutatione quadam, generaliter enim ſacerdos circa rem quæ offerenda proponitur, facit aliquid, [b] nempe ſacrum, quo res ſanctificatur antequam immoletur. olim manus imponebat ſuper victimam, aut rem eleuabat in altum coram Deo, inf. cap. 9. §. 11. in ſignum ſanctificationis: & nunc panis, & vinum conſecrantur in miſſa. hæc de prima materiæ parte, in qua conſecratio per ſacerdotem facta aptat materiam, quam homo ex proprijs donare intendit, & offerre Deo.

4 Oblatio rei conſecratæ, quæ eſt 2. pars, non eſt ſola inuiſibilis conſecratio euchariſtiæ, & cõuerſio panis, ſed oportet eſſe externam cæremoniam, & in religione permanentem, quod etiam requirit ſacramentum, tum in Dei cultum, tum qua nobis ſacerdos applicet proprium effectum vulem ſacrificij: ex quo ordine ad finem ſumitur forma ſacrificij: ut forma ſacramenti, aut inſtrumenti ſumitur, ſic ſacerdotem offerre ſumitur ſæpe in ſcripturis pro ſacrificare. [c] Oblatio q̃ Græc. proſphora dicitur, eſt generalius nomen: [d] nam oblatio de auro, uel argento, Exod. 25. & 35. & qua vidua Luc. 21. obtulit duo minuta in templo: & Deuter. 29. oblatio de primitijs frugum: de panibus propoſitionis: de primogenitis Hebræorum, non erat ſacrificium. Nunc etiam & olim donaria cum quadam ſanctificatione offerũtur in altari, quæ non ſunt ſacrificium, quia nulla mutatione conſumuntur.

5 Pars 3. ſacrificij eſt conſumptio rei Deo gratæ, quæ ſpeciem mutat: ut animalis gladio mactati ſaltem pars, ut adeps igne abſumebatur: oblatum triticum mutabatur cõtuſione, & frixione, Leuit. 2. & 6. Iſaac. Geneſ. 22. quærit à Patre vbi eſſet victima? oſtẽdens adeſſe ignem, & gladium quo erat conſumenda. Ea conſumptione fit plenior rei conſecratio, dum res tota dedicata ſegregatur ab omni alio uſu, & conſumitur ſubſtantia illius. Quo ritu proteſtamur Deum habere non ſaltem vſum ſalua ſubſtantia eius rei, ſed ſupremum, & uniuerſale dominiũ totius eſſe, & vitæ: [e] vtpote in cuius cultum ſubſtantia, & vita rei oblatæ conſumitur. 2. conſumptio ſignificat acceptari à Deo ſacrificium. [f] dum ſacerdos vice Dei, aut ſolus, aut cum alijs conſumit. [g] aut ex ſacerdotis imperio, [h] & morali applicatione holocauſtũ, aut adeps, abſumebatur igne interdum cœleſti. [i] Hęc pars quæ comeſtione ſacerdotis, aut etiam populi conſumitur, ſignificat fructum ſacrificij à Deo acceptati participari à nobis. ſic 1. Corinth. 10. qui edũt hoſtias, participes ſunt altaris. 3. cõſumptio veteris ſacrificij pręcipue erat Deo grata, quod ſic fieret proteſtatio fidei de Chriſto mediatore, & de ſacrificio illius. [k] nam ſacrificium immediate ſignificat Chriſtum, (ut dicetur infra cap. 7.) eiuſque ſacrificium cruentum, per quod peccata expiantur. 4. dum res per mortem conſumpta iterum tota, aut ſecundum partem conſumitur igne, aut deuoratione, ſignificat reſurrectionem Chriſti. [l] ſuffitus vero ſignificat corpus iam ſpirituale (ut vocatur 1. Corinth. 15. ſeu glorioſum) aſcendiſſe in cœlum. [m] In ſacrificio miſſæ, manducato, & digeſto ſpecierũ cibo, deſinit corpus Chriſti habere eſſe ſacramentale, [n] & rationem cibi, quam prius habebat: nihilque illius manet in homine præter effectum ſacrificij, ſeu ſacramenti. quæ ſpecierum conſumptio ſimul ſignificat Chriſti reſurrectionem, & aſſumptionem. has tres partes conſecrationem, oblationem, & conſumptionem, per ſacerdotis miniſterium oſtendemus capit. 4. habuiſſe ſacrificium in omni ſtatu legis: & capit 8. & 9. habere nunc in lege Chriſti.

CAP. II.

Varie diuiditur, quædam vetera cruenta fuiſſe figuram incruenti ſacrificij.

VEtus ſacrificiũ variè diuiditur. 1. ratione materię: ut ex re viua, aut ex inanimata ſolida, aut ex re liquida. [a] Dum offertur res viua dicitur victima ſeu hoſtia: ut olim in lege hæc tantum animalia dicebantur munda, & apta ſacrificio, ouis, capra, bos, columba, paſſer, turtur: nec aliud genus animalis licebat occiſione cõſumere in ſacrificium. Geneſ. 22. Abraham iuſſus ſacrificare filium, parabat gladio occidere, & deinde igne conſumere in holocauſtum. dum uero Aaron, Num. 8. obtulit Deo Leuitas: non fuit proprie ſacrificium: quia non in illorum occiſionem ordinabatur, ſed ut eos dedicaret in miniſterium templi. 2. dum offertur res inanimata ſolida dicitur immolatio: ut ex ſimila pane, ſale, thure, Leuit. 2. & 6. far offerri docuit primus Ianus. [b] 1. Noe: mel uero Meliſſa. has res ſacerdos in ſanctificationis ritum eleuabat in altum, deinde offerebat Deo, & tandem conſumebat contuſione, comeſtione, aut igne. dicitur mola à molendo: ſed in ſcriptura, & apud profanos autores immolare ſumitur pro offerre quoduis ſacrificij genus: res inanimis ſatis de ſe ſignificabat corpus Chriſti exanime, & exangue, deinde conſumptio eius rei ſignificat conſumptionem mortis factam reſurrectione Chriſti. 3. dum offertur res liquida, ut ſanguis, vinum, aut aqua, dicitur libamen, ſeu libamentum: & ſignificat ſanguinem Chriſti effuſum in paſſione. conſumitur per libationem vini, aut per effuſionem ſanguinis, aut aquæ. Perfectior ratio ſacrificij erat in occiſione ſanguinolenta rei viuentis: quæ clarius referebat Deum eſſe autorem vitæ: & adumbrabat mortem Chriſti, qua mors peccati erat expianda: Præſtantiſſimaque materia ſacrificij fuit viuum Chriſti corpus: de quo Hebr. 10. exponit Pſal. 39. corpus aptaſti mihi.

2 Deinde vetus ſacrificium ex fine, à quo ſumitur forma, triplex fuit. [c] 1. hoſtia pro peccato. 2. holocauſtum. 3. pacificorum victima. At pro peccato ſolius mẽtis, aut

erat ſub ſpeciali dominio priuatiue, ut non poſſet tãgi, nec uſui ferri in profanos vſus. ita dum ſacerdos rẽ ſuã offert. & mactat ſuper altare, q; eſt locus Dei, cẽſetur dominiũ rei oblatæ trãſferri id domini Dei acceptãtis, inf. c. 10. §. 4. D. [b] D Tho. 2. 2. q. 85. art. 3. ſed mutatio perficitur conſumptione, inf. [c] §. 5. Bell. 1. miſſ. c. 2. col. 9. Cano lib. 12. loc. c. 13. vt Gen. 4. & 8. Abel, & Noe obtulit. Heb. 5. oĩs Pontifex conſtituitur, ut offerat. & c. 7. 9. 10. Tertull. de veland. Virg. & libro de exhort. caſtitatis, & Græc. Proſphora, id eſt, oblatio ſumitur p̃ ſacrificio. [d] D. Th. 2. 2. q. 81. art. 5. & in Hebræ. 10 vbi Theophil. Chryſ. hom. 18. idem Anſel. in Hebr. 5. & 8. vbi plane Apolloſius. Sebaſt. cap. 20. Bellarm. lib. 1. miſſ. c. 2. col. 6. ſed ſacrific. Græce Thiſia dicitur quando mactatione, vel iugulatione perficitur. quamuis Theoph in Hebr. 8. & Euſe. 3 præparat. c. 6. cũ Porphyr. putãt dici à ſuffitu, q̃ a igne ardet Thyſia, & Thymia. [e] Aug. 8. ciu. c. 28 li. 20. c. 4. Bellarm 1. miſſ. ca. 2. fi. [f] Sic profeſſio nõ fit ſine ſigno externo: quia eſt traditio acceptata à Deo per prelatũ. [g] Sic Melchiſedec panem, & vinũ obtulit Deo, & conſumpſit ſimul p̃ Abrahã, & ſocios eius. & Melchiſed. ſumpſit. licet ſcriptura non explicet: quia ſeruauit morẽ ſolitum ſacerdotũ. Cano lib. 12. c. 13 Bellar. 1. miſſ. c. 2. col. 7. c. 6. ad 7. ex Ambroſ. & Chryſo. [h] apud Gentiles miniſtri laici qui mactabant victimã ex imperio ſacerdotis dicũtur Agones, victimarij, victimatores, cultrarij, popæ. Girald. Syntag. 17. de ſacrif. [i] Sic Geneſ. 4. Deus igne cœleſti acceptauit, & conſumpſit ſacrificiũ Abel. vt vertit Theodotio, & aiunt Hieron. qq. Hebr. Bed. Gen. 4. Albin. qq. Geneſ. Theop. & Oecum. ĩ Hebr. 11. in prin. Mart. lib. 8. Hyp c. 6. idẽ de ſacrificio Abrahę. Hierony. Aug. 10. ciu. c. 8. ſed reijcit. 2. retract. c. 43. q̃a Gen. 15. fuit ignis ille in viſione tm̃: & non vere inflãmauit. [k] Bellar. li. 1 miſſ. c. 2. col. 4. fin. Aug. epiſt. 120. c. 18. & vid. epi. 26. Seb. c. 20. ſic Apoc. 13. Chriſtus dicit̃ agnus occiſus ab origine mũdi, q; in figura immolabat̃ ut dicet̃ c. 2. §. 6. [l] [m] Inf. cap. 9 §. 5. [n] Bell 1. miſſ. c. 27. p̃ poſ 4. q̃d fit abſq; mutatione intrinſeca corporis Chri, p̃ ſolã mutationẽ ſpecierũ. item ob hoc petit eccleſia ĩ miſſa, iube hæc p̃ferri p̃ manus angeli: quaſi res oblata deferatur in cœlũ: nempe ſm̃ effectũ.

CAP. II.

[a] SEbaſt. [a] de ſacrificio. Rib lib. 4. de tẽplo, c. 1. [b] Girald. ſyntag. 17. de ſacrif. pag 144. [c] D. Tho. 1. 2. q. 102. 3. ad

negligētiæ, quia occultū eſt, nullum erat inſtitutū ſacrificium, [d] ſed pro peccato cōmiſſionis. Quidam autē non offerri niſi pro peccato contra pcepta ceremonialia de cultu Dei: At aliud, [e] & diuerſa erat oblatio ꝓ peccato nempe ignorantiæ, quā pro delicto, nempe ſcienter commiſſo. [f] hæc hoſtia partim cremabatur, partim à ſacerdotibus in atrio templi māducabatur. Variantur aīalia pro rōne peccati Leuit. 4. 5. & 6. vt pro periurio: & pro viliore peccato offerebatur vilius animal: in quo fiebat quędā manifeſtatio, & cōfeſſio peccati. itē variatur rōne perſonæ, ut pro peccato Pontificis, regis, aut Synagogæ, aut pro priuato peccato alterius. [g] In lege naturæ Iob. Gentilis c. 1. offerebat quotidie ſacrificium pro peccatis filiorū, & c. vlt. dicit Iob, iuſſu Dei ſacrificarunt pro peccato ſuo. de virtute veteris ſacrificii pro alieno peccato in c. 11. dicetur. 2. holocauſtū Leu. 1. & 22. in reuerentiā diuinæ maieſtatis cremabatur totū: & in ſignum quod quidquid habemus ſit Dei, tota res in fumū, & ſuffitum reſoluta aſcendebat ſurſum. 3. in victima, ſeu hoſtia pacificorū Leu. 3. & 7. vna pars crematur, altera māducatur à ſacerdotibus, & tertia pars ab his qui donauerant. hęc offertur, aut in gratiarum actionē pro beneficio accepto, & eodē die ſacrificium cōſumitur: aut in voto ꝓ beneficio expectato, & hęc differri poterat in craſtinum manducāda. ad hoc reducitur ſacrificium cōſecrationis, de quo Leuit. 6. & 7. quod quidā numerant quarto loco: alij diſtinguunt hæc in ſex genera ſacrificiorum legalium. [h]

3 Holocauſtum tenebat primum locum: [i] quia maxime obligatur hō Deum honorare, ob ipſius diuinā maieſtatē. 2. loco ponitur ſacrificiū pro peccato, & offenſa cōtra Deum cōmiſſa. 3. hoſtia pacifica, ob beneficium acceptū, aut ſperatū. huic triplici generi ſacrificij rñdet triplex ſtatus. nam ſacrificiū pro peccato, ſignificat ſtatū incipientis, & pęnitētis: hoſtia pacifica, ſtatum proficientiū, vt gratiis agantur pro accepta remiſſione peccati, & impetrent perſeuerātiam in bono. Holocauſtum deſignat ſtatū perfectorum, qui ſe totos dedicāt cultui Dei: & profeſſio religionis aſſimilatur holocauſto: [k] offertur pro peccato totius populi, aut ſacerdotū: & totum cōburitur, ne qd peccati, aut ſcādali remaneat. ſed in aliis pars adurebat, pars cedebat ſacerdoti: quia expiatio fit à Deo per miniſterium ſacerdotis.

4 A fine, & utili effectu, à quo ſumitur ratio formæ, & ſpeciei, diſtinguitur triplex ſacrificium in omni ſtatu legis: [l] propitiatorium, eucharisticum, & impetratorium. 1. propitiatoriū eſt pro præteritis peccatis, & illorū pęnis. 2. eucharisticum, qd etiam Græci vocant Latreuticon, id eſt, honorariū, & gratiarū actionis pro beneficiis in cōi: quia Deo dētur latria, rōne creationis, & redēptionis. ſic erat holocauſtum qd totū in honorem Dei crematur, & agnus. Exod. 12. immolatus in memoriā ſpecialis beneficii: & hoſtia pacifica ad agendas gratias pro ſpeciali beneficio accepto. ſic adoratio Ioan. 4. ſumitur ꝓ ſacrificio. [m] eucharistia enim in memoriā ſummi beneficii, (id eſt, cruenti ſacrificii quo redēpti ſumus.) ordinatur ēt in gratiarum actionē: quod neq; hæretici negare audēt. 3. impetratorium in futurum. vt olim quędam hoſtia pacifica: [n] & nunc pter orationes vocales adiunctas, p ipſum miſſę ſacrificiū, tāquam per quandā operis orationem, qua Chriſtus interpellat, [o] impetrat ſacerdos ēt alia noua beneficia ſpiritualia, uel tpalia, aut ut impediātur mala imminētia, & impetrat donum cōtritionis quo peccata, & crimina, etiā ingentia dimittantur. [p] at prius ſecundum rationem ſaluatur ſubſtantia ſacrificii, vt per ſe ordinatur in cultum Dei. [q] quam conſiderentur hi effectus, in quos ordinatur, ut illorum cauſa.

5 Per hæc ſacrificia ex virtute religionis, exhibetur Deo cultus latrię, dum agnoſcit homo tum excellentiam Dei, propriamq; vilitatem: tum diuitias diuinæ miſericordiæ, & propriam inopiam. [r] vt homines inferiores honorāt ſuperiorem, offerentes rem ſenſibilē, qua & agnoſcant intellectu propriam infirmitatem, & indigentiam, & dñi poteſtatem, cuius opem, & auxiliū implorant oblato munere: & ea humili ſubiectione voluntas, & muneris externi oblatione proteſtantur ſuperioris dominium. ſic finis cuiuſque ſacrificii, eſt tum ut homo per conſumptionem ſubſtantię, & vitę reddat Deo quaſi tributa in recognitionem propriæ ſubiectionis cū profeſſione diuinę maieſtatis, & ſupremi, ac vniuerſalis dominii: tum vt utilibus effectibus ſacrificii ſuſceptis homo indigus Deum honoret autorem: quia in defectibus quos in ſe experitur, proteſtatur indigere directione intellectus: & ut adiuuetur voluntas, & vires à Deo totius boni autore, & Domino. Sic inferiores à ſuperiori, milites à Duce, ſerui à Domino, ſubditi à rege potentiori ſummam illius vim, & maieſtatem agnoſcentes, humili recognitione implorant opem, & auxilium.

6 Nihil vero eſt Deo ita gratum munus, ac Dei filius incarnatus, in quo Patri bene cōplacuit, quem in miſſa tanquā donum noſtrū [s] offerimus Patri, ut ſacrificiū propitiatorium, & in gratiarū actionē, & ut impetremus dona. Hoc vnū, & ſingulare [t] a Chriſto inſtitutum ſuccedit oībus ſacrificiis [u] ſtatus legis naturæ, & veteris, & cōtinet lōge ma-

ad octauum, & ſequent. Auguſt. 10. ciuit. capit. quinto. Ruper. in Leuit. libro primo, cap. ſecundo. quidam expoſitores in id Pſa. 39. ſacrificium. Soto 2. iuſtit. quęſt. 6. diſtinguunt triplex genus ſacrificij. At Sebaſtian. cap. ſecūdo, diſtinguit 4. Democaris. lib primo de ſacrific. altaris. c. nono, diſtinguit ſex genera quæ reducuntur ad prędicta tria. [d] D. Tho. 2. 2. quæſtio. 54. 3. ad tertium, in 3. diſtinc. 40. artic. 2. ad quartum. [e] Ribera cap. 6. §. quarto, contra Abulenſ. in Leuitic. 4. q. vndecima. [f] Democaris ꝓbat diuerſum fuiſſe ſacrificium ꝓ peccato, ſcilicet, ignorantiæ, de quo fit mentio Leuit 4. & 6. Num. cap. 15. Et ſacrificium pro delicto, de quo Leuit 5. 6. & 7. Ribera capite 6. § 26. [g] D. Thom. 1. 2. quęſtio. 102. artic. 3. ad octauum. [h] Sebaſtian numerat 4. genera. Democ. ſex. dum diſtinguit ſacrificium pro peccato, & pro delicto. [i] [k] D. Tho. 1. 2. quæſtio. 102. artic. 3. cap. ad octauum. Bellarmin. 1. miſſ capite. 4. cum Gregor. [l] Inf. capit. 12 §. 5. colligitur ex Tridentino ſeſſio. 22. canon. 3. Soto, diſtinct. 13. quæſtio. 2. artic. 1. colum. 3. Bellarminus 2. miſſæ. capit. quarto. [m] Bellarminus, primo miſſ. capit 12. probat ex Chryſoſtom. Cyr. Euthym. in Ioan. quarto, ſic cap. 12. Gentiles aſcenderunt, ut adorarent die feſto. Act. 8. eunuchus venit adorare in Ieruſal. Geneſ. 22 poſtquam adorauerimus, id eſt, obtulerimus ſacrificium. [n] Bellarmin. 2. miſſę. capit. tertio. ex Leuit 3. 7. ſic pro vita oblatū eſt. primo Eſdr. 6. lib. 2. Machab. 3. & Dauid pro vitā da pelle. ſecundo Regum vlt. [o] Bellarm. 2. miſſæ, cap. quarto, propoſit. tertia, nunc Chriſtus eſt per ſacerdotem offerens, infra cap 17. 19. nec tamē meretur, aut ſatisfacit, ſed impetrat: cum tamen per ſacrificium crucis viator meruerit & ſatisfecerit. [p] Bellarm. ſup. cum Trident. ſeſſio. 22. capitu. 2. [q] Subſtantia ſacrificii ſaluatur in triplici parte, & actione conſecrationis, oblationis, & conſumptionis in cultum Dei: quamuis nullus effectus vtilis inde nobis proueniret. [r] Statim declaratur duplex finis ſacrificij. primo in Dei cultum. ſecundu in noſtram vtilitatē. [s] Vt Verbum incarnatū dicitur Eſa. 9. datum nobis à Patre: ita corpus Chriſti, qd libera actione ſacerdos conficit, dicitur nobis donari. ut tanquam noſtrū offeramus Patri. ſupra cap. 1. §. 3. A. [t] Sic vocat Augu. 1. cōtra aduerſar. leg. cap. 20. de ſpiritu, & lit. cap. 11. lib. 1. cont. Creſcon. cap. 25. Leo. ſerm. 8. de paſſione. Bellarm. 1. miſſ. c. 2. & 8. ad fi. c. 27. col. 6. & ex Chryſoſt. Ambro. Primaſ. in Heb. 10. vetera erant multa: ſed miſſæ dicuntur vnum, & ſingulare ſacrificiū eiuſdē rei oblatæ. Gregor. 35. mor. c. 6 in ſola Eccleſia Catholica eſt ſacrificium Deo acceptū & Apoſt. can. 3. prohibet offerri aliud quam quod Chriſtus obtulit. D Th. 3. p. q. 83. 5. ad 2. & 1 2. q. 2. a. 3. ad 7. ſic citatus infra, & Bellarmin. 1. miſſ. c. 1, 8. & 27. Angl. tit. de miſſ. p. 186. [u] Auguſtin. ſupra, & 17. ciuit. capit. 20. lib. 6. contra Fauſt. cap. quinto, & melitus lib. 20. cap. 21. lib 22. c. 17. lib. 10. ciuit. cap. 20. Leo ſupra, & habetur in oratione ſecreta miſſę dom. 7. poſt Pentec. Deus qui lega-

legalium. Chryſoſt. in Pſal. 95. Vrban. II. extrauag. de reliq. & ue ner. colligitur Hebr. 10. D. Tho. 1. 2. q. 102. 3. c. & ad 8. ar. 4. ad 3. ar. 5. ad 4. & 3. p. q. 47. 2. ad 1. q. 48. 3. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. fin. Cano.
x lib. 12. c. 13. ad vlt. Bellar. 1. miſſæ. c. 2. col. 4. arg. 4. [x] Quo exem
y plo utitur Cano. ſup. [y] Inf. cap. 3. §. 6. [z] Ita exponunt in id 1. Re-
z gum 2. Greg. Bed. Eucher. item Cyprian. 1. contra Iudæos. c. 17. Euſeb. 4. demonſt. cap. 26. Aug. 17. ciuit. ca. 5. Bellar. 1. miſſ. ca. 9. & 20. ſimiliter 2. Paralip. 15. tranſibunt multi dies abſque ſacerdote, & lege Hebr. 7. trãſlato ſacerdotio, quod citat Trident. ſeſſ.
a 22. ca. 1. [a] Patres in Hebr. 10. ſacrif. & oblat. (nempe veterem) noluiſti corpus autem aptaſti mihi: nempe pro nouo ſacrificio. & ſubdit, aufert primum (ſcilicet uetus) vt ſtatuat ſequens ſcilicet nouũ
b ſacrificium. [b] Perer. in Dan. 8. & 12. cũ. Hippoly. li. de conſummatione ſeculi Bellar. c. 9. & col-
c ligitur. Apoc. 13. [c]
d [d] Bellar. 1. miſſ. c. 8. ad fin. inf. c. 10. §. 5.
e lit. Q. R. Bellar. d. c. 8. col. 3.

1 Petr. c. 2. Cyril. epiſt. ad Neſtor. anath. 10. [l] Chriſtus ut homo dicitur ſacerdos. Aug. lib. 7. qq. iudic. quæſt. 54. Diuus Thom. 3. p. q. 22. 1. vbi Suar. Patres ſupr. Bellar. lib. 5. de Chriſto. c. 6. vid. 1. 2. quæſt. 102. 3. ad 8. & tamen per communicationem idiomatum verbum dicitur ſacerdos & Pontifex, Heb. 4. 5. 7. Athan. li. de humanitate Verbi. Cyrill. epiſt. ad Neſtor.
m anath. 10. [m] Ioſ. T. D. Thom 3 p q. 47. ar. 1 & 2. Io. 10. ego pono animam meã. Io. 17. ſanctifico, id eſt, ſacrificio meipſum. vbi Chryſoſt. Cyrill. Rupert. D. Thom. Lauſen. Tolet. Leo epiſto. 83. c. 4. & citat Hebr. 7. & 9. ſemetipſum obtulit Suar. dub. 46.
n §. 1. [n] Sed in Pſalm. 30. in Heb. & Græc. habetur de futuro, commendabo ſpiritum meum, Torria. lib. 4. pro epiſt. Põt.
o c. 1. [o] Hilar. in Math. 26. exponit exauditam fuiſſe orationem Chriſti in horto, tranſeat á me calix, ſcilicet, in aliorum fructum Diuus Tho. 3 p. q. 21. 4. ad primum idem fere Hieron. Math. 26. & Orig. lib. 2. cont. Celſ. petijt tolli peccata, & ruinam Iudæorum. quia non videtur decere Chriſtum ſola uelleitas conditionata & inefficax, quæ eſt imperfecta, ut fatentur Capr. Durand. Mai. 3. diſtin. 17. & uidetur D. Thom. de quo uid. Suar. 3. par. quæſt. 18. dub.
p 38 §. 2. [p] Quia plus honoris Patri contulit ſacrificiũ Chriſti, quam homo abſtulerat peccato 3. p. quæſtio. 1. articu. 2. vbi ex Patribus
q Soar. [q] D. Thom. 2. 2. quæſt. 24. 3 ad ſecundum per tria exhibet cultus Deo 1 per martyrium. 2. per auſteritatem. 3. per opera iuſtitiæ, & diuini cultus, præſertim quãdo actus exterior non habet aliam bonitatem, quam quia refertur in cultum Dei. Augu. epiſt. 120. ca. 18. epiſt. 16. lib. 12. Trinit. c. 14. de una ſolitar. c. 5. lib. 10. ciuit. cap. 6. Baſil. de Spiritu ſancto. cap. 27. Cano. libro 12. de loc. cap. 5. Sebaſt de ſacrific. cap. primo, & 28. Bellar. 1. miſ-
r ſæ. c. 3. [r] Bellar. cum

iorem vim & fructum quam reliqua ſimul omnia: vt anima rationalis propter ſui perfectionem continet eminenter omnes gradus formarum. [x] Non eſt iam aliud, quod vere habeat eſſentiam ſacrificij: [y] vetera enim tranſlato ſacerdotio, tanquam vmbra tranſiens ceſſarũt quę adumbrabant hoc nouum corporis Chriſti ſacrificiũ: vt 1. Reg. 2. propheta quidam ceſſatura prædixit. [z] & Heb. 10. aufert primum, vt ſequens ſtatuat. [a] Hoc autem durabit uſque ad finem ſęculi Math. 28. in quo impius Antichriſtus conabitur auferre, ne publice celebretur hoc iuge ſacrificium, [b] ut ait Dan. cap. 8. & 12. & ſignificatur Apoc. 13.

7 Vetera quantum ad mactationem cruentam fuerunt quidem figura ſacrificii cruenti quod Chriſtus in cruce obtulit. Multa tamen includunt figuraliter, quæ cruẽto tã apte non conueniunt; [c] in quibus figura ſunt incruentæ euchariſtiæ, [d] quæ in miſſa offertur. nam ſacrificium Chriſti cruentum factum eſt extra vrbem & caſtra etiã pro infidelibus: ſed agnus Exo. 12. immolabatur intra domũ: & quędam ſacrificia in tabernaculo, pro populo tantum fideli, & cum pia impoſitione manus ſacerdotalis ſuper victimam in ſanctificationem: & hæc ſtatim manducabantur. Ita euchariſtia ĩ domo eccleſiæ & per ſacerdotem pie conſecrata inſtituitur, vt à Chriſtianis manducetur. Victima pacifica Exo. 24. imolata eſt: deinde Moſes aſperſit ſanguine populum dicens, hic eſt ſanguis teſtamenti, [e] Heb. 9. ita poſt conſecratam hoſtiam panis, quæ repræſentat corpus exangue & aptum ſacrificio, dicitur: hic eſt ſanguis noui teſtamenti, qui pro uobis effundetur.

C A P. III.

Definitur ſacrificiũ. Vnicum eſt in Eccleſia: quod differt à ſacrificio cruento crucis, & à morte martyrum.

EX ſubiecta definitione ſacrificii conſtare poteſt in miſſa offerri uerum ſacrificiũ cum tribus partibus, & nullum aliud præter hoc unũ supereſſe ſacrificiũ: quia vetera ceſſarunt, ut dicetur cap. 4. §. 6. definitur ſacrificium [a] eſt externa ceremonia, qua res per legitimum miniſtrum conſecrata cum quadam conſumptione offertur ſoli Deo in cultum, ad eũ placãdum.

Porro ſacrificium non eſt ipſa res oblata, ſed actio & ceremonia noſtra ſacratur ritu aliquo [b] non niſi per miniſtrum publicum, qui eſt ſacerdos: [c] idque ſuper altare, quaſi dominium rei oblatæ transferatur in locum & domum Dei acceptantis. [d] ſi quando abſque ara lapidea [e] legatur celebratum, ſupplebat uicẽ altaris locus vbi victima conſecrata collocabatur. differt ab olatione etiam ſanctificata cum ritu eleuationis in altum quia ſacrificiũ non fit ſine quadam cõſumptione mortem Chriſti repræſentante: [f] quãuis offerre interdum ſumatur pro ſacrificare: [g] oblatio & conſecratio quæ eſt pars ſacrificii non eſt ſola inuiſibilis actio qua panis conuertitur in corpus Chriſti, ſed quæ ſenſibili uerbo [h] fit ab homine ſenſibili. In definitione declaratur finis, dum dicitur ſoli Deo [i] offerri in cultum, & præcipuus effectus, ut offeratur ad Deum placandum.

2 Hæc definitio conuenit ſacrificio crucis: [k] Chriſtus enim in mortali uita obtulit ſe uitamque ſuam infiniti ualoris, cum lachrymis, & clamore ualido Hebræ. cap. 5. cum eſſet ſacerdos ſummus, [l] & dominus propriæ uitæ humanæ. [m] & per uitæ conſumptionem proteſtatus eſt diuinam excellentiam, & ſupremum dominium uitæ: in quo exhibuit patri ſummum cultum & honorem. & oratione quę eſt religionis actus, commendauit ſpiritum in manus patris [n] Math. 27. deinde ea oratione & ſacrificio nobis obtinuit vt fructus calicis & paſſionis ab eo tranſiret in noſtram utilitatem: [o] quo fructu honor patris illæſus manſit, [p] & pater nobis placatus.

3 Martyres per metaphoram dicuntur ſe Deo offerre in ſacrificium, [q] & cultum religionis per modum ſpontaneæ acceptationis, qua proteſtantur Deum eſſe autorem & Dominum uitæ. de cuius priuilegiis dictum eſt lib. de baptiſ. c. 34. At quia martyrem non oportet eſſe ſacerdotem, nec in paſſione exercet ſacerdotis officium in ritu & forma ſacrificii, non eſt proprie ſacrificium. [r] cum enim non ſit dominus propriæ vitæ, nullo modo etiam indirecte eſt moralis cauſa effectiua ſuę mortis, (nec uero poterat mortem, aut tormenta impedire, ut Chriſtus potuit) ſed urgente tantum neceſſitate patitur, & permittit ſe occidi: vt tanquam martyr, id eſt, teſtis perhibeat teſtimonium ueritati. & tamen in

a [a] Hæc definitio colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 85. 4. ad 1. & 3. p. q. 22. 2. q. 43. 3. At Bell. 1. miſſ. c. 2. col. 8. longa oratione definit, vt explicet omnes cauſas & conditio-
b nes ſacrificij. [b] D. Thom. 2. 2. q. 85. 3. vt in lege ſanctificabatur impoſitione manus ſuper uictimam, uel eleuatione in altum, inf. c. 9.
c §. 11. [c] [d] ſup. ca 1. §.
d 2. & 7. [e] Dicetur in-
e fra cap. 28. [f] Supra
f capitu. ſecundo V.
g [g] Cit. ſup. c. 1 §. 4.
h lit. C. [h] inf. cap. 9. in miſſa oblatio fit verbo.
i bo. [i] Cap. 5. §. 2. [k]
k Inf. cap 12. Aug. 1. contra aduerſa. leg. c. 18. lib. 5. conſenſ. Euang. c. 3. D. Tho. 3. p. quæſt. 22. 2. vbi Suar. dub. 46. §. 2. [l] quo Chriſtus fuit hoſtia ſimul, & ſacerdos. Sebaſt. de ſacrificio miſſ. cap. 5. & 6. Bellar. 1. miſſ. c. 3. Ambr. 3. de fide. c. 5. Fulgent. ſeu Auguſt. de fid. ad

nus dicto euangelio aut Symbolo, eijciebat ab eccleſia ad fores publicè pœnitentes (& catechumenos) quia non erant communicaturi: ſed diſtribuebatur eis eulogia, id eſt panis benedictus:[i] vt nunc ſolet à parochis ruralibus diſtribui in Dominicis, reliquos Diaconus vocat ad communionem, oſculum pacis tribuit, & ait, accedite cum timore & tremore. Hunc morem quotidianæ communionis optat S. Synod. Trident. ſeſſ. 22. cap. 6. renouari apud fideles.[k] Deinde mos inualuit, vt fideles quater in hebdomada communicarent:[l] & in his diebus ieiunabant uſque ad nonam,[m] quæ eſt tertia poſt meridiem. Poſtea ter in hebdomada[n] fiebat miſſa: alicubi bis, nempe in dominica & ſabbato, vt apud Græcos:[o] in aliis vero diebus hebdomadæ fiebat tãtum ſacrificium præſanctificatorum.[p] Poſtea in Dominicis tantum dabatur communio:[q] quod nunc conſtitutio Religionis clericorum Societãtis Ieſu ſuis præſcribit. qui dies dominicus in figuram reſurrectionis[r] & ſacrificij paſchalis eſt communioni aptiſsimus: in quo ex Apoſtolorũ traditione impoſitum eſt præceptũ audiendi miſſam[ſ] Tandem ad ſolum diem aut tempus paſchæ limitatum eſt præceptum communionis.[t] Patres conſulunt communicare ſemel in hebdomada,[u] aut bis in menſe[x] iuxta prudentis cõfeſſarii arbitrium: aut ut monachi nigri ex ſtatuto, quolibet menſe[y] communicant vt Apoc. vlt. lignum vitæ, quod erat figura euchariſtię, afferebat fructus duodecim, per ſingulos menſes reddens fructum ſuum.

2 Prędicatoris officium eſt generaliter hortari ad frequẽtiam communionis, ut in more habent Patres:[z] ſicut ad fiducialem, & frequentem orationem, & ad alia pietatis opera, quæ ſunt præcipua Chriſtiani hominis arma, & ſubſidia, per quæ obtineat maiorem perſeuerantiam in bono.[a] ex iis qui dignè & deuotè communicãt, nimium aut ſuperfluũ cenſeri non debet, ſi quidam probatiores ſumant quotidie, ut mos erat in primitiua eccleſia. Qui accedit iudigue, nimis eſt ſi vel ſemel in uita cõmunicet.[b] Laici non proprio iudicio,[c] ſed ex confeſſarii ſapientis & experti monito[d] ſemel in menſe vel hebdomada communicent: nã in re tanta, non decet hominem eſſe arbitrum in propria cauſa. Prudens confeſſarius à luteo homine ne exquirat diuinam aut angelicã puritatem, ſed ſatis eſt ea probatio, vt de præteritis habeat iuſtam accuſationem, nec de præſenti iniuſtam delectationem, de futuro vero iuſtam uoluntatem.[e] ſic deuotus accedet, deuotio enim non eſt dulcis delectatio appetitus, ſed promptitudo ad opera diuini cultus:[f] & euchariſtia etiam tepidis auget deuotionem:[g] prope enim eſt dominus omnibus inuocãtibus eum. Porro tibi qui falſam excuſationem prætexis dicitur, ſi non es hodie cras minus aptus eris.

3 Sit confeſſarius fidelis diſpenſator & prudens, vt det cibum in tempore iis qui ſine proxima occaſione recidendi communiter uitãt mortalia. Rigidus uero eſſet cenſor, qui laico etiam uita probatiſſimæ non permittat quotidianam communionem.[h] ſumat tamen experimentum de humili obedientia ad probationem, iubens aliquãdo abſtinere:[i] ne hac occaſione Sathanas ſe transfiguret in angelũ lucis. Si quis cum humili Centurione Matth. 8. ad tempus abſtineat, non audent illum reprehendere D. Auguſt. & Hieron.[k] & qui manducat non manducantem non ſpernat. Rom. 14. ſi regnat pec

matius Diuus Tho glo. ord. Lyra. Cyprian. ſerm. de orat dominica. & ſer. in cœna ad quem Cyprian. ſe refert Hylar. in Mat. can. 5. Auguſt 4. cont. duas epiſto. Pelag. c. 9. citat Cypr. & d. eſt. ca. 21.
i §. 2. ad fin. [i] conc. Africa. 3. cap. 3. Rational. li. 4. cap. 53. Clictou. lib 2. Antiluth. Pius Papa I. epiſt. c. 4. de eulogia. i. pane benedicto. Bellar. lib. 3. de
k cultu ſanct. cap. 3.[k] Idem Triden. ſeſs. 2. & ſeſſ. 13. c. 8. monet ad frequentem communionem exhortari fideles.
l [l] Baſil. epiſto. ad Cæſariam Patriciam, nos quater in hebdomada communicamus, fer. 4. 6. ſabbato & dominica: ac in aliis diebus, ſi qua memoria fuerit ſancti.
m [m] Diuus Thom. 2. 2. quæſt.
n 47. [n] Epiph. lib. 3. contra hæret. tom. 2. ad fin Synaxes ordinatæ ſunt ab Apoſtolis fer. quarta, & ſexta, ad horam 9. & dominica poſt matutinas, & tunc ieiunari feria
o quarta, & ſexta. [o] Refert Auguſt tracta. 26. in Ioan. & epiſto. 118. ad Ian. cap. ſecundo. colligitur ex ſynod. 6. can. 52. 55. Laodi-
p cen. c. 49. [p] Theodoret. Balſam. & Carran. ſuper 6. ſynod. ca. 52. Leo Tuſcus ſuper Liturgiam Chryſoſtom. fin. Onuphrio Angelus deferebat euchar. omni dominica & ſabbato ĩ vtraque ſpecie, refert Sozomen. li. 6. hiſt. ca. 29. & in vit. Pa-
q trum. [q] Iuſtin. Apolog. 2. pro Chriſtianis ad Antonin. D. Thom. q. 80. 10. ad quintum ſi. cum Augu. epiſt. 118. & conſolit. de eccleſ. dogm. cap. 53. Hieronym. in Gala. 4. & epiſt. ad Euſtoc. Syluerius Papa, ca. 3 apud Burchar lib. 5. ca. 8. ſingulis dominicis Quadrageſ. Fab. Pap. epiſt. 3. Innoc. lib 2. cap. 29. concil. Matiſcon. 2. c. 4. Bonauen. lib. 2. de profecto relig. c. 78. & miniſtris altaris conſulit Tridene.
r ſeſſ. 23. cap. 13. [r] De dominica ſic mentio Apoc. 1. & hæc dicitur prima aut una ſabbati Marc. 15. & 1. Corin. 1. de qua Torren. 4. cõ ſeſſ. cap. 9. §. decimoquarto, Cano. lib. duodecimo, capitu. decimo tertio Caniſi. lib. quarto, Marial. cap. decimo. & in catechiſ. de tertio præcep. Decalog. Couarr. 4. Var. capit. 19. num. ſexto, Soteal. verb. dominica. Ignat. epiſto. ſecunda, Tertul. Apolog. contra gent. cap. decimoſexto, vocat diem ſolis. Auguſtin. de tempore, ſermo. 154. 251. epiſto. 119. ad Ianuar. capitu. duodecimo,
ſ decimotertio, Leo epiſto. 81. [ſ] Auguſtin. de tempore ſerm. 251.
t ſummiſt. de tertio præcep. [t] Concil. Lateranen. ſub Innocen. III. cap. uigeſimoprimo, cap. omnis utriuſque. Tridentin. ſeſſ decima ſeptima, cano 9. ſeſſ. vigeſimaprima, cap. quarto, nec eccleſia uetat, ſed faſtidioſos inuitat ut ſaltem ſemel, & urget præcepto. quam tamen moram carpit Auguſt. de uerb. Domini. ſermo. 28. Ambroſ. 5. ſacramen. cap. quarto, & prius Fabian. Papa, cap. & ſi non. de conſecrat. diſtin. 1. præcepit ter ſaltem in anno: niſi quis graui crimine impediatur. Diuus Thomas, artic. 10. ad quintum. concil. Turonen. ca. 50. Agathen. cap. 1. Elibertin. capit. omnis homo. de conſ. diſt. 2. Chriſtus, Luc. 14. ad conuiuium. i. communionem, iubet compelli præcepto debiles & claudos. i. peccatores &
u ſegnes: ſed præmiſſa præparatione. [u] Citat. lit. Q. [x] Hieronym.
x in reg. monial. ad
y Euſtoch. cap. 19. [y] Hortatur Triden. ſeſſ. 25. de reg. capito pro monialibus & ſeſſ. 23. capit. 18. pro his qui ſunt in ſeminario. Palad. in vita Machar. cap. 2. Fœmina incidit in morbum quia quinque hebdomadis abſtinuerat ab euchariſt. & de 12. fructibus Spiritus Sancti, Apocaly. vlt. D. Thom. 1. 2. quæſt. 70. 3. quæſt. 102. ar-
z tic. 2. & 4. [z] Patres cit. Ignat. epiſto. ad Epheſ. Chryſoſto. hom. 5. in 1. Timoth. & orat. de Philogon. ho. 3 ad Epheſ. homil 17. ad Hebræ. Cyprian & Bernard. ſerm in cęna Domini. Greg. VII lib 1. epiſt. 31. ad Matil Innocen. lib. 4. capitu 42. D. Thom. quæſt. 80. art. 10. Bonau. 10. 2. opuſc. de proceſſu relig p. 7. c. 21. Cyrill. lib. 4. in Ioan. ca. 17. dicit minus diſpoſitos accedere qui raro, quam qui frequenter communicant, P. Madrid. lib. de frequenti cõmunione. Auila. epiſt. 2. & ſępe Trid. ſeſſ 2. ſeſſ. 13. cap. 8.
a ſeſſ. 22. ca 6. [a] Sup. cap. 54. Trid. ſeſſ. 13. cap. 8. ad fi. D. Thom. q. 79. 1. cum Ambr. 5. ſacra. ca.
b 4. [b] Optime Chry. homil. 17. ad He-
c bræ. loquitur. [c] Auguſt. & Gregor. 7. ſupr. Theoph. in 1. Corinth. 11. in re dubia dimittunt id iudicium ipſi communicaturis, pro ratione famæ & deuotionis propriæ. vt Greg. lib. 12. epiſt. vlt. ad Aug. epiſcopum Anglor. de illo qui paſſus pollutionem: de quo etiam D. Tho. art. 7. ad 2. Rich. Durand. Bon. & alii relinquunt ſuo arbitrio & deuotioni. ſup.
d cit. c. 51. [d] Clem. epiſt. 3. Aug. ho. vlt. ca. 50. quæ eſt de pœniten
e tia: optime Cypr. lib. 2. epiſtin. 14. lib. 4 epiſto. 7 Taper. articu. 16.
f Madrid. & Auila. ſup. D. Tho. opuſcu. 88. cap. 15. [f] Caiet cum D.
g Tho. 2. 2. q. 84. [g] Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 17. Bon. d. 12. & opuſc. cit.
h Gerſo. & ſæpe Patres. [h] Vt falſo Caiet. verb. communio damnat præſumptionis laicum, qui communicat quotidie. nã D. Tho. ar. 10. Bon. d. 12. Aug de ver. Dñi. ſer. 28. Amb. 5. ſacra. c. 4. Hieron Apol. cõtra Iou. & epi. ad Lucin. Beticũ, cõicantes quotidie abſq; lęſa cõſcientia laudãt: & eccleſia nõ ꝓhibet. c. nẽ ꝓhibet. de conſ. d. 2. ea Aug. trac 6. in Io. t. q. a ca inſtit. hic eſt cibus & panis quotidianus, ſi adſit diſpoſitio. in qua re conſulẽdus eſt cõfeſſarius doctus. B. Catharina de Senis (vt in eius vita refert Ant.) obiicienti cur quotidie cõicaret? cũ Aug. dicat ſe id nõ laudare. Rñdit, cur tu
i vituperas, quod ille non auſus eſt reprehendere. [i] Mon. Bonau.
k opuſc. tom. 2. de proceſſu religionis in proceſ. 7. c. 18. 20. [k] Aug & Hie-

catum in mortali corpore (vt ſi fre
quenter uincitur uoluntaria pollu
tione) expedit abſolutionem dif-
l ferre[l] etiam vrgente præcepto de
communione paſchæ. Quos ve-
ro iudicat idoneos abſolutione (vt
qui habet attritionem dignam, quæ
m affectum peccati excludit,[m] nec in
ſordeſcit peccato publico cuius ſcã
dalum ante communionem aufe-
rendum ſit) poteſt incitare ad com
munionem: quamuis facile reci-
dat non ex habituali conſuetudine
ſed propter extrinſecas cauſas quæ
n forte tentant:[n] habet enim homo
tus ad medicinam ſacramentorum
vt exhilaret faciem in oleo, & pa-
nis cor hominis confirmet, Pſ. 103.
Non oportet ut homo experiatur
proprium profectum ex frequenti
o communione:[o] minus enim expe
rimur incrementũ ſpirituale quod
fit inſenſibiliter, quàm corporale
quod in arbore dum creſcit & pul
lulat, non cernitur ſtatim, ſed poſt
longum tempus apparet creuiſſe.

4 Laudabilius & utilius opus eſt
de ſe communicare quam abſtine-
p re[p] ex humili ſui reputatione, &
pro timore. & tamen temperandus
eſt quarũdam perſonarum nimius
& imprudens feruor, ac intempe-
q rata ſitis communionis,[q] dum ac-
cedunt abſque mortificatione paſ-
ſionum: ſi ſenſibilis deuotio fiat
cum quadam carnis titillatione &
pollutione, omnino fugienda eſt:
quamuis quidam Patres damnare
r non audeant:[r] ideo merito quidã
prælati prohibent ne quis abſque
eorum licentia laicus communicet
quotidie habenda enim eſt magna
ſ ratio reuerentiæ ſacramenti,[ſ] &
vt impediatur periculum abuſus,
ne obrepat in perſonas minus pro
nidas præſertim fœminas, quæ fa-
cilius ſeducuntur illuſione dæmo-
t nis,[t] vt Eua ſeducta eſt à ſerpen-
te. 2. Corin. 11.

5 Nemini etiam ſacerdoti extra
celebrationem licet in die bis com
u municare[u] vetante id eccleſiæ vni
uerſali conſuetudine: celebrare ve
ro ter datur in die natalis Domini
omnibus ſacerdotibus: & in qui-
buſdam caſibus iure & conſuetu-
x dine conceditur bis celebrare,[x] vt
quãdo pauper parochus habet duo
oppida annexa. Leo Pont. fertur ſe
y pties aut nouies in die celebraſſe,[y]
potuit enim ſecum diſpenſare, ut
ex iterato miſſarum ſacrificio ube-
riores fructus participaret. Nulla
diei hora etiam poſt meridiem pro
z hibetur ieiunus communicare.[z]

C A P. LIIII.

Miniſter quis ſit? laico non licet tangere euchariſtiam, aut vaſa ſacra.

NOn prius Chriſtus inſtituit
a miniſtrum euchariſtiæ[a] ut ſa
cramẽtum aut ſacrificium eſt, quã
inſtitueret ipſam euchariſtiam in
b vltima cœna.[b] Miniſter euchari-
ſtiæ etiam ab alio conſecratæ non
c eſt Angelus,[c] niſi ex diſpenſatio-
ne Dei. nemo ſacerdote inferior
quantumuis iuſtus, poteſt euchari
d ſtiam conſecrare.[d] Sacerdos uero
ex poteſtate ordinis quæ non eſt
e temporalis[e] ſed perpetua, vere con
f ſecrat:[f] quamuis eſſet præciſus ex
communicatione, hęreticus aut de
g gradatus:[g] licet iſti illicite conſi-
ciant. ſingulare eſt, vt id tantum ſa
cramentum poſſit homo ſibi etiam
h ſoli miniſtrare:[h] quod tantum ex
ſuis ſacramẽtis Chriſtus dignatus

l Hieron. ſup.[l] ſup. ca. 51. D.[m] [n] Sic Luc. 14 compelle claudos &
m cæcos intrare ad conuiuium. ſignificat. Aug. de eccleſ. dogm. c. 57.
n tract. 26. Io. Adr. de euchar. facit D. Thom ar. 10. ad tertium. & d.
12. q. 1. 1. 2. ſic Chriſtus præſciens Petrum & Apoſtolos eadem
nocte grauiter offenſuros, non priuauit communione. interdum
tamen abſtinẽdum
eſt cum Centurio-
ne. Aug. de verb. do
mini, ſerm. 10. Caſ-
ſian collat. 22, ca. 7.
& cõmnis, ut cun-
feſſarius probet ne
admittat indignos
Matt. 6. ne ſanctum
det canib[9], aut mar
garitas porcis. Di-
nus Thom. quæſt.
o 80. art. 6.[o] Laurentius
Iuſtin. ſerm. de
p euchar.[p] Quia reci
pere euch. pertinet
ad meliorem actum
caritatis & piæ con
fidentiæ: & datur
gratia ex opere ope
rato: redundat in
cultum Dei. ſed ab
ſtinere eſt licitum
per accidens, ex te-
piditate & conditio
q ne recipientis.[q]
r [r] Bona. opuſ. cit. ca.
18. 10. ait cum ſen-
ſibili deuotione ſie
ri in fœminis titilla
tionem carnis, &
pollutionem, quæ
omnino fugiẽda eſt
[a] Hæc definitio colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 81. 4. ad 1. & 3. p. q. 22. 2. q. 43. 3. At Bell. 1. miſſ. c. 2. col. 8. longa oratione definit, vt explicet omnes cauſas & conditiones ſacrificij. [b] D. Thom. 2. 2. q. 85. 3. vt in lege ſanctificabatur impoſitione manus ſuper uictimam, uel eleuatione in altum, inf. c. 9. §. 11. [c] [d] ſup. ca. 1. §. 2. & 7. [e] Dicetur infra cap. 28. [f] Supra capitu. ſecundo V. [g] Cit. ſup. c. 1. §. 4. lit. C. [h] inf. cap. 9. in miſſa oblatio fit verbo. [i] Cap. 5. §. 2. [k] Inf. cap. 12. Aug. 1. contra aduerſa. leg. c. 18. lib. 5. conſenſ. Euang. c. 3. D. Tho. 3. p. quæſt. 22. 2. vbi Suar. dub. 46. §. 2. in quo Chriſtus fuit hoſtia ſimul, & ſacerdos. Sebaſt. de ſacrificio miſſ. cap. 5. & 6. Bellar. 1. miſſ. c. 3. Ambr. 3. de fide. c. 5. Fulgent ſeu Auguſt. de fid. ad

martyribus à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinē Zachariæ, quorum meminit Chriſtus Matth. 23. tanquam in membris ſuis electis, dicitur Chriſtus Apoc. 13. agnus occiſus eſt ab origine mūdi, [s] quia cœpit occidi in ſanguine clamante Abel, à quo incœpit viſibilis eccleſia, cum uiſibili & grato ſacrificio.

4 At Chriſtus ſponte vt Dominus vitę ſe obtulit in cruce, & fuit ſpontaneæ paſſionis ac mortis ſuæ aliquo modo cauſa [t] indirecte, nolens fugere & reſiſtere: cum poſſet in ipſis etiam tormentis uitam illæſam cōſeruare: qui Io. 10. ſponte poſuit animam ſuā: nempe, dum clamans emiſit ſpiritum. Et tanquam ſacerdos cum ritu ſacrificij in lignea ara crucis expanſis manibus, in feſto Paſchæ & extra portam paſſus eſt, [u] Hebr. cap. 13. idque ob finem ſacrificii, vt honorem patris læſum repararet, & eū placaret eo munere, [a] ſatisfaciens pro offenſa illata contra Dei honorem. Præter hunc finem, dedit in cruce exemplum eximium omnium uirtutū, [y] vt caritatis in proximos etiam ſibi inimicos offerēs in utile bonum redemptionis humanæ, ut directe explicat B. Leo Papa epiſt. 83. c. 4. dedit item exemplum patientiæ, fortitudinis, humilitatis, obedientiæ, & iuſtæ ſatisfactionis. In multis tamen differt cruentum ab incruento miſſæ ſacrificio, vt dicetur c. 12. & 19. ſi.

5 D. Aug. lib. 10. ciuit. c. 5. diſtinguit inuiſibile ſacrificium mentis, & externum operis. definitque ſacrificium eſt inuiſibilis ſacrificii ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum. & cap. 6. internum uocat uerum ſacrificium: non quidem ſecundū eſſentiam, ſed ratione effectus & finis, ut Ioan. 15. Chriſtus ait, ego ſum uitis uera: [z] nempe ſecūdum ſimilitudinem & effectum. Interdum per tranſlationem & metaphoram opera aliarum uirtutum, quatenus ſunt actus imperati à religione, dicuntur ſed non ſine addito, ſacrificium: [a] puta ſpirituale & laudis, & orationes dicuntur Oſeæ 14. & Heb. 13. vituli labiorum noſtrorum. quia per eos actus homo in anima tanquam in templo & altari, occidit in Dei cultū, & comprimit motus animi rationi minime obtemperantes, & ſe ac res ſuas offert Deo cōſummandas, mortificans corpus, ut fiat hoſtia uiuēs, ſicut uocat Apoſt. Rom. 12. & Heb. 5. quaſi pugnantibus uerbis. [b] Patres diſtinguunt decē genera operū, [c] quæ late uocant ſacrificium, & nomen cauſæ tribuūt effectibus. ſic internum quod eſt mentis deuotio & promptitudo in Dei cultum, dicitur à B. Auguſt. d. c. 5. excitari per ſacrificium externum tanquam per ſignum, & cauſam deuotionis. Opera item miſericordiæ quæ Iac. 1. dicuntur religio munda, & Hebr. 13. uocantur hoſtię: quia pars quædam ſacrificii ſæpe cedebat in vſum pauperum. ſed nullum horum operum etiam ſi à uirtute religionis eliciatur habet eſſentiam ſacrificij: [d] & ſcriptura actus miſericordiæ, obedientiæ, pœnitentiæ, & aliarū uirtutum etiamſi à religione dirigantur in Dei cultum, diſtinguit contra ſacrificium proprie dictum, Oſeę 6. miſericordiam volo non ſacrificium. [e]

6 Olim crematio thuris erat ſacrificium: [f] quia figura futuri per Chriſtum ſacrificii. nunc autem retinetur ab eccleſia ad ritum tantum ſolennem ſacrificii [g] orationis, non ut ſit ſacrificium. [h] Quidam panis & uini ſubſtantiā, dum ante conſecrationē offertur in miſſa, aiunt uocari ab eccleſia immaculatam hoſtiam: [i] & patres aiunt Chriſtum & nos offerre ſacrificiū panis & uini aqua miſti. qua locutione admiſſa, id nō ponit numerū cum euchariſtię ſacrificio, [k] quod fit ex pane & vino, tanquā ex materia tranſeunte. alioquin Patres vnicum in eccleſia & ſingulare ſacrificium aiunt permanere, quod reliquis omnibus ſucceſſit. [l] Sic Chriſtus prius obtulit panem [m] & vinum cum ritu, eleuatis oculis in cœlum & gratias agens. Et in omni ver. ſacrificio prius erat res profana & communis, quæ benedictione & mutatione quadam fiebat ſacra, & apta ut offerretur. & panis profanus myſtica benedictione & conſecratione mutatur in panem viuum: & id quod manet quantū ad ſpecies ſenſibiles videtur materia, quę ſimul offertur in ſacrificio, & Gen. 14. Melchiſedech obtulit verum ſacrificium panis & vini. In hunc modum quidam loquuntur: ſed proprie eo modo qui ſequitur loquendum eſt.

7 Eſt quidem ſubſtantia panis materia remota cuius nihil ſubſtātiæ manet [n] poſt conſecrationem: ſed pręcedit ut terminus à quo, & diſpoſitio neceſſaria, [o] qua res fiat apta oblationi. ſic eadē verborum prolatio non eſt ſacramētum euchariſtię, ſed pręuia actio et diſpoſitio: niſi quis conſecrationem eo nocet ſacramētum aut materiā ſacrificii. Quia cōſecrationem ſumit pro re

r Leon. epiſt. 83. [s] Sixtus libro ſecundo biblio. verb. agnus. [t] Supra M. D. Tho. 3. par. q. 47. 1. Caietan. ientacul. 3. & colligunt Eſa. 53. ſi poſuerit pro peccato animam. oblatus quia uoluit. Io cap. 13. ſciens quia uenit hora eius, proceſſit. c. 17. pro eis ſanctifico meipſum, id eſt ſacrifico, ut ibi exponunt Chryſoſt. homil. 81. Cyril. lib. 11. in Ioan. cap. 25. [u] Hebr. 13. quorum animalium ſanguis. propter quod Chriſtus extra portam paſſus eſt. Leo epiſto. 83. Bellar. 1. miſſ. cap. 3. [x] Diuus Tho. 3. par. quæſt. 48. Coloſſ. 1. pacificās per ſanguinem crucis. [y] Chriſtus 1. exemplo uitæ vt cauſa moralis & exemplaris. 2. ut cauſa effectiua. 3. per orationem ut cauſa impetratoria, efficit in nobis effectus ſacrificij. inf. cap. 12. Diuus Thom. 3. p. quæſt. 48. art. 6. ad tertium. [z] Vt exponit Euthy. Ioan. 15. Bellar. 1. miſſ. ca. 2. col. 5. fin. [a] cit. §. 3. Q. ſic Pſal. 50. ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Pſal. 104. ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Baſil. in Pſal. 115. dirupiſti uincul. tibi ſacrifi. Orige. ho. 9. & 18. in Leuit. Lactan. lib. 6. de uero cultu. c. 1. Cyprian. lib. 3. epiſt. 25. Ambroſ. lib. 5. epiſt. 28. Auguſt. 10. ciuit. c. 4. & 6. Gregor. 25. moral. ca. 7. D. Th. 3. p. q. 82. 2. q. 82. 4. & 2. 2. quæſt. 85. 2. vbi Caiet. art. 3. Cano. lib. 12. c. 13. Bellarm. lib. 1. cap. 2. At quod Oſeæ 14. vocat uitulos labiorum. poteſt intelligi uerum ſacrificiū uitulorum quod fiebat ſimul cum gratiarum actione, ait Cano. ſic quod Malac. 1. de oblatione munda euchar. dicitur, quidam Patres vt B. Hieron. & Auguſt. 2. contra Liter. Petil. ca. 86. vocant ſacrificium laudis: quia uocali ſimul laude fit. & utramque coniungit Iren. lib. 4. ca. 32. 34. Cano. ſup. & Bellar. 1. miſſ. c. 10. [b] [c] Aduerti Cano. lib. 12. ca. 13. [d] [e] Quod Oſeæ 6. citat Chriſtus Matth. 9. & 1. Reg. 15. melior eſt obedientia quā uictima. Pſalm. 50. ſacrificium dediſſem.

f Bellarm. d. c. 2. [f] D. Tho. 1. 2. q. 102. 3. ad 3. vt Eſai. 1. & D. Gregor. in benedictione cerei Paſchal. thus uocat ſacrificium veſpertinū. g Cano. lib. 12. c. 5. [g] Quia Chriſtus morte ſua, vt aboleuit antiqua ſacra, ita & reliqua ſacrificia. Aug. 18. ciu. c. 35. Optat. lib. 6. cōtra Donatiſt. D. Th. 2. 2. q. 103. 3. q. 105. 4. & in eccleſia Chriſti, ut eſt unū ſacerdotiū, Tri. ſeſſ. 23. c. 1. pbat ex Heb. 7. tranſlato ſacerdotio) ita vnicū & ſingulare ſacrificiū euch. ſup. c. 2. §. 6. T. [h] Cōn ex Patrib. citatis. quare falſo Caie. 2. 2. q. 85. 3. cui fauet D. Th. q. 85. ar. 3. ad 3. & Cano. li. 12. c. 13. putant thuris ſuffitum & nunc dici ſacrificiū, & panē dū benedicitur, frangitur & cōſumitur in Dei cultum, licet non contineret corpus Chriſti. & Cano ait id fateri etiā hæreticos. At D. Tho. cit. G. probat reliqua dicta fuiſſe ſacrificia quia figura & umbra ſacrificij euch. umbra uero ceſſat præſente luce. [i] Bellar. 1. miſ. ca. 27. prop. 1. & 4. Sixt. lib. 6. biblioth. c. 118. quia in miſſa dū offertur panis, dicimus ſuſcipe ſācte Pater. & in ſi. ſuſcipe S. Trin. hanc immaculatā hoſtiā. & orate fratres, vt hoc ſacrificiū. idē in Liturgijs Græcis, ſic Patres uocāt ſacrificium panis & uini. Aug. de ſi. ad Pet. c. 19. & in Pſ. 31. Baſi. in liturg. vt exponit Dam. li. 4. c. 14. Euth. in Mat. c. ſuo 64. Druthmar. Mat. 16 Ire. li. 4. c. 32 Cypr. li. 2 epi. 2. [k] Bel. pp. 3. cōtra Gaſpar Caſſal. li. 2. de ſacri. c. 20 docētem & nunc in eccleſia eſſe duo genera ſacrificij. [l] Sic Bell. exponit Patres cit. c. 2. V. addit pro po. 4. hāc panis materialis oblationem ptinere ad integritatē, nō ad eſſentiā ſacrificij. [m] Vt patet ex euang. & in Can. ante conſecr. q. pridie q̄ pateretur. Cypr. epi. 3. [n] At in aīali oblato poſt ſanctificationē & occiſionē, manet nomē & materia prior cū accidētibus, dū. n. caro agni aut arietis q̄uis mortua ſit. [o] Si crearet De' corpus Xpi ſub ſpeciebus panis, eſſet materia ſacrificij:

crificij: quamuis non præfuiſſet ſubſtantia panis. aut mutatio illius: hæc enim non eſt neceſſaria, niſi de lege communi, ut dicetur. c. 9. §. 2. [p] ſic eucharistia poſt conſecrationem retinet nomen panis nempe mutati, Bellar. 1. de euchar. cap. 14. §. 13. [q] id Eſa. 1. non offeratis ſacrificium vltra. 70. interpr. vertit Siliginem. Heb. Mencha. unde quidam Miſſam dici putant. Hebr. 10. aufert primum ut ſequens ſtatuat. [r] Quia ſacerdos & ſacrificium ſunt correlatiua. [ſ] Martin. lib. 9. hyp. reg. 2. & 51. [t] Sup. cap. 1. ad fin.

ad primum Theodor. & Procop. & Hieronym. in Eſa. 19. Euſeb. 1. demonſtr. cap. 4. Clem. lib. 6. conſt. cap. 24. Pererius in Dan. 3. & non eſt iam tempore hoc. Euthym. ad finem. Pſal. 55. Bellar. ſup. §. 5. hinc Cyprian. contr. Iudæ. arguit quod deſtructo unico templo, conſtare debet Iudæis abrogatam eſſe legem & ſacrificia vetera. [n] Euſeb. 4. hiſt. cap. 6. Iudæi duce Barcochebas arripuerunt arma ſperantes ſe liberandos à ſeruitute Romanorum: ſed deſtructi ſunt. Appian. li. 2. de bellis ciuil. c. 13. Iuſtin. Apolo. 2. Genebr. Chron. lib. ſecundo. [o] Chryſoſtom. orat. 2. aduerſ. Iudæ. Socra. lib. 3. hiſto. c. 17. Chryſoſt. ora 2. & 3. Ambro. epiſt 29. ad Theodoſ. Rufin. lib. 1. ſuę hiſt. cap. 27. Cantacuz. orat. 2. contra Mahomet. Amell. Marcell. lib. 23. Genebr. Pererius lib. 10. in id Dan. 9 non erit eius populus. [p] Rufin. Socr. Nicep. lib. 10 cap. 32. Genebr. Perer. Chryſoſt. orat. 2. [q] Hero. in Eſa. 19. refert ea Ioſeph. duodecimo, antiqu. ca. 6. lib. primo Bellarm. ca. primo, lib. 7. ca. 30. Ægeſip. lib. ſecundo, cap. 13. Nicephor. li. primo, hiſtor. c. 6. Perer. lib. 3. in Dan. ca 3. & non eſt in tempore. Genebr. Chron. p. 79. 154. [r] Ioſeph. Hieron. Perer. [ſ] bene probat Perer. libro 3. in Dan. & tamen quia tunc uilis, & paruus erat cultus Dei in templo per paucus uiros, diebus Ierem. 44. 52. reputatur pro nihilo. Ierem. 42. [t] Montan. in apparatu. & verb. téplum. Riber. lib. primo, de templo. [u] Sup. ca primo, §. 3. lit. Y. [x] Bellarm. 1. Miſſ. cap. 20. § quinto, & ex hiſtoriis probat. lib. quarto, de eu. char. ca. 16. [y] Quia Agg. cap. ſecundo, ſecundum planum literæ, & hiſtoriæ ſenſum, loquitur de reædificatione, ſeu templo ſecundo quod tunc fiebat. ubi Hieronymus, Ruper. Riber. Chryſoſtomus. homil. trigeſimaquarta, in primam Corinth. Lyran. & paſſim

CAP. IIII.

[a] Vid. in Leuit. 7. Radulph. lib. 2. in Leuit. Ribera. li. 4. de templo. per totum Iſich. in Leuit. Orig. in Leuit. ho. 23. 24. Procop. in Leuit. & in Numer. vt uetera fuerunt propriè ſacramenta ſup. de ſacr. c. 2. 5. & 20. ita propriè ſacrificia. [b] concil. Florent. diſtinguit tria prima. ſed & communis addit 4. & Diuus Thom. 2. 2. quæſtio. 101. 4. vbi Fra. Medin. Soto. 2. inſt. quæſt. 5. artic. 1. [c] ſup. c. 2. §. 2. Diuus Tho. 1. 2. quæſt. 102. 3. ad 1. & 8. [d] Regnabat mors & peccatum, donec Chriſtus morte & reſurrectione ſua deleuit utrumque & uicit eum qui habebat mortis imperium, ideſt diabolum Hebr. cap. 2. & tunc ceſſarunt ſanguinolenta ſacrificia. [e] [f] Sup. cap. 2. § 2. & 4. [g] Diuus Thom. ſupra artic. 3. ad 12. colligitur etiam Matth. 21. vbi Orig. & Luc. 1. [h] [i] Lilius Girald. de Dijs Gentium Syntagm. 17. de ſacrificio. tit. de Poticijs. p. 407. D. Thom. ar. 3. ad 2. 7. vid. art 5. ad primum. [k] Muſes Aegyptius lib. 3. ductoris dubiotũ. c. 47. Ribera. lib. 4. de templ. c. 1. D. Thom. 1. 2. q. 102. 3. ad ſecundum. & 7. Bellarm. 1. Miſſ. ca. 20. Philo. lib. de victimis. [l] Diuus Thom. articu. 3. ad 11 cum R. Moſe. [m] Diuus Thom. ſup. & articu. 4. ad tertium. & quæſt. 101. 3. ad tertium, art. 4.

conſecrata. proprie tamen panis offertur Deo, non ut ſacrificium, ſed vt cõſecratus & mutatus [p] fiat materia apta ſacrificio, aut quia panis eſt materia in fieri. Reuera tamen deſitio panis per conuerſioné non eſt pars ſacrificii: nec ea conſumptio repręſentat morté Chriſti: aliàs in actione conuerſiua conſiſteret ratio ſacrificii, quod nemo concedit. panis vero & vinũ Melchiſedech, ideo fuit ſacrificiũ, quia figura panis vini & cruenti ſacrificii, ꝙ Chriſtus erat oblaturus. nũc aũt ceſſant omnia ſacrificia figuratiua, vt thuris & panis materialis: [q] vt pote ad quæ iã non requiritur vlla poteſtas ſacerdotis. [r] porro D. Aug. & quidam patres late vocãt ſacrificium panis: quia ſpecies ſub quib. adeſt corpus Chriſti, retinent priſtinũ nomẽ panis. [ſ] Ex mutatione panis fit materia apta, quia corpus Chriſti ꝙ eſt res oblata, fit ſubſtantialiter præſens & contentum ſub ſpecie uiſibili, & abſq; mutatione corporis Chriſti. atque ita per ſe cõcurrũt accidentia panis ſanctificata, quæ manent, quia ſunt cauſa vt res oblata ſit uiſibilis: ſimulq; ut ratione ſpecierum dicatur conſumi ſacrificium in figuram mortis, & ſicut reſurrectionis Chriſti. [t]

CAP. IIII.

Apud veteres fuit verum ſacrificium & templum: ſed ceſſauit per Chriſti mortem & reſurrectionem.

DEfinitio prædicta conuenit veteribus, quæ olim ante Chriſti paſſionem erant uere & proprie ſacrificia. [a] In lege, & ad ceremoniã religionis & Dei cultũ pertinebant [b] 4. diuerſo gradu. 1. ſacra. 1. inſtrumenta ad Dei cultum ordinata vt uaſa, altare, & templum. 2. ſacra, quibus cultores Dei conſecrabantur: vt olim populus in circuncisione & eſu agni, miniſtri vero quadã cõſecratione. 3. ſacrificiũ externũ, in quo cõſiſtit præcipua ſubſtãtia diuini cultus. tandé infimo gradu dicũtur cõi voce cæremonię circa ueſtes ſacerdotis, aut cibos legis. His religionis inſignibus & notis, veteres fideles diſcernebantur ab externis.

2 Pro illis ſacrificiis erat. 1. apta materia, cũ cõſecratione per ſacerdoté ſacta: vt de animalibus mũdis fuit triplex ſanguinolentũ ſacrificii genus, [c] quo deſignabatur morté adhuc regnare: [d] & diuerſa materia pro uarietate peccati aut perſonæ. [e] 2. fiebat oblatio cũ applicatione ſacrificii in hunc aut illũ finẽ & effectũ: ſecũdum qué diſtinguitur triplex ſacrificium. [f] 3. fiebat occiſio aĩalis aut alia cõſumptio ſacrificii. ob cauſas. c. 1. dictas. In quib. partibus cõſiſtit ſubſtãtia ſacrificii.

3 Ante legem erat quædã diſcretio animalis mundi ab immundo Gen. 8. & qui non poterat quadrupedé offerre, dabat auẽ, [g] apud gẽtiles nõ licebat animal mancum aut monſtruoſum offerre: [h] nec litare. i. perficere ſacrificiũ per ignem aut comeſtionem, ſi ſacerdos cultro rimãs uiſcera aĩalis oblati, repiſſet eſſe pallida, aut maculis ſuffuſa & tabida: aut ſi pulmoni fibrę deeſsét. [i]

4 In lege facta eſt maior diſcretio: nã erant quinque ſpecies aĩalis mũdi aptæ ſacrificio: [k] vitulus, capra, ouis, turtur, colũba: pro uiliori peccato offerebatur vilius animal. [l] deinde oportebat animal eſſe abſque defectu integrum, ſanum, & poſt 8. dies natiuitatis: vt circũciſio nõ dabatur ante 8. diem Gen. 17. & Luc. 1. Nõ licebat offerre ſacrificiũ de aliis animalibus nec in omni loco, ſed in unico tẽplo Ieruſalem: [m] quo per excidiũ Titi deſtructo, cõſtat ceſſaſſe omnino Iudæorum ſacrificium & legem. fruſtra aũt ſub Adriano, [n] ſub Conſtantino, [o] & tandem ſub Iuliano Imp. apoſtata [p] conati ſunt urbem aut tẽplum reædificare. Olim tempore Machabæorum Ananias ſeu Onias filius Oniæ Pont. fugiens tyrannidé Antiochi Epiphanis, fecit in Aegypto de licẽtia Ptolomæi in tractu Heliopolitano tẽplum ſimile Hieroſolymitano, ubi ſacrificia ſunt oblata per 338. ann. [q] quaſi id prædixiſſet Ierem. c. 19. ſed ſane contra legem fecit, [r] vt Ioſeph. 7. belli. c. 30. ſatis indicat. porro Elias in monte Carmeli in nouo altari obtulit 3. Reg. 18. ſed miraculũ probauit id feciſſe ex inſtinctu & diſpenſatione Dei. qui vero captiui ex Aegypto miſerunt uaſa & alia pro ſacrificiis ad fratres in Ieruſalem Baruc. c. 1. ſacrificarunt quidem poſt euerſum templum: ſed erecto altari in eodé loco, vbi ruinæ quædam eiuſdem templi extabant. [ſ] in 2. parte tẽpli quæ dicitur ſancta poſt primum atrium, occidebantur animalia immolanda, [t] lauabantur in piſcina, de qua Io. 5. reponebantur in altari: ad ſanctificationẽ uictimę ſacerdos imponebat manũ ſuper caput hoſtiæ, & illam eleuabat in altũ. [u]

5 Quando ob captiuitaté Iudęorum deerat ſacerdos, tẽplum aut altare, ceſſabat ſacrificium: [x] vt prædicitur 3. Reg. 19. & 2. Paral. 15. Dan. 3. Bis tantum, [y] tẽplum ſuum

agnoſcunt fuiſſe ædificatum ex Aggæi. cap. 2. Primum a Salomone 3. Reg. 6. quod 4. Reg. vlt. fuit à Chaldæis exciſum: deinde à Zorobabel quod Agg. dicit poſt modicum tempus fore maioris gloriæ quamprimum: non tam propter externum apparatum [z] (excelluit enim illud primum Salomonis quinque rebus [a]) quam quia Chriſti ingreſſu [b] ſermonibus & miraculis illuſtratum eſt gloria: tum quia iſtud 2. à Zorobabel inſtauratũ reputatur idem numero [c] cũ illo externo quod Herodes, illo à fundamentis euerſo, [d] eodem loco inſtruxit [e] cum maiori ſplendore, quam primum illud Salomonis. [f] fruſtra vero Iudæi expectant iſtius reædificationẽ quã nec impius & potentiſſimus Iulianus perficere potuit: tranſiitq; illud modicum tempus ab Aggæo prædictum: cum poſt ipſum duret deſolatio, pluſquam bis mille annis elapſis.

6 Vetera à Deo inſtituta, dũ ante paſſionem Chriſti fuerunt licita & vtilia & Deo placita, habebant ueram rationem ſacrificii, & vtilem effectum ex opere operantis, [g] ſi per iuſtos offerrentur. Nũc per Chriſti mortem & Reſurrectionem ſunt non tantum mortua & inutilia, ſed mortifera obſeruantibus. Illorũ loco [h] inſtituit Chriſtus digniſſimum & puriſſimum miſſæ ſacrificium incruentum in viuo pane & vino, efficax inſigniũ effectuum, & fructuum ex opere operato, vt c. 12. & ſeq. dicetur. ſicut & diruto in perpetuum Iudęorum templo, ſtatutaque illius deſolatione (iuxta Dan. cap. 9. & 11. & Eſa. capitu. 66. quæ eſt iſta domus, &c. [i]) ædificauit Chriſtus nouum ac ſpirituale templum [k] eccleſiæ cathol. Rom. in finem uſque ſæculi duraturæ, in qua ſola manet uerum ſacrificium, verumque ſacerdotium. Illud uero quod nouiſſimis diebus ædificabit Ieroſolymis Antichriſtus non templum latrię ſed antitemplum erit ſibi & diabolo dicatum: quod tam breui diſſoluetur, [l] vt uix nomen templi agnoſcatur.

C A P. V.

Ante legem in ſtatu naturæ erat ſacrificiũ cum partibus neceſſarijs, & ritibus.

EAdem definitio conuenit iis ſacrificiis quæ in ſtatu legis naturæ fuerunt ex Dei inſtinctu inſtituta [a] ut ſimili inſtinctu inſtituta erant quædam ſacramenta: [b] quibus ante diluuium pii homines Abel, Seth, Enos, Enoc, Noe, ſpõte ſine iuſſu & præcepto. [c] proteſtabãtur fidem in Chriſtum redemptorem: & Iob 1. & amici eius. c. vlt. cum eſſent gentiles, & Geneſ. 14. Melchiſedech. Quo ſigno practico vtiliter impetrabant à Deo auxiliũ gratię & remedium peccati. At falſo quidam [d] de gẽtilium ſacrificiis interpretatur locum Malach. 1. cõtra Patrum ſenſum. [e]

2 Debetur ex religione ſecundũ lumen naturę ſacrificium Deo, ut unus eſt & finis naturalis hominũ. [f] Offertur & in honorem memoriamq; ſanctorum ſacrificium, ſed non ipſis ſanctis [g] Exo. 22. qui ſacrificat Diis occidetur, pręterquã Domino ſoli. Act. 19. Pau. & Barnabas reiecerũt eos, qui ſibi tanq̃ Diis contendebant offerre ſacrificiũ. & in miſſa non dicimus offero tibi ſanctæ Petre [h] ſed offerimus Dei filium incarnatum non tantũ ęterno Patri & Spiritui ſancto, ſed ipſi filio: [i] quia quorum vna eſt ſubſtãtia, & vna ratio principii rerũ ad extra, illis trib. exhibetur una adoratio latriæ & ſacrificiũ. potuit reſpub. ciuilis, & princeps publica eius autoritate fungẽs, eligere quoſdam in ſacerdotes, deſignare materiam & cęremonias pro tali ſacrificio: [k] ſed ſine auxilio gratiæ virtus naturalis nihil ualebat in remediũ peccati ad placandũ Deum: nec gẽtes plenam peccati notitiam habebant, [l] vt includit priuationẽ gratię & obicem beatitudinis, vt remedium peccati curarent.

3 Dęmon in Idolis cępit uſurpare ſibi diuinũ honorẽ ſacrificii. [m] nam Romani orbis dominatores ſua poteſtate abuſi, ut noua numina quotidie aſciſcebãt & adoptabãt

z ſimalij. [z] Quia 1. Eſdræ 3. inſpecto hoc 2. templo, plorabant ſenes quod non pertingeret ad dignitatem primi templi. vt probat Galat. lib. 4 de arcan. ſcript. c. 9. [a] Lyra in Eſa. 35. & in 1. Machab. 6. Genebr. lib. 2. chron. p. 94 Galat. lib. 4. cap. 9. & 17. Montan. in apparat. ver. templum. Bellar. lib. 4. de Rom. Pont. ca. 3. fin. Pererius. lib. 10. in Dan. & non erit populus. Chryſo. oratione 3. aduerſ. Iudæ, & id referunt ex lib. authentico Hebr. Zanedrin. 1. habuit ignem continuum, qui in atrio ſubdio nec pluuia, nec uento extinguebatur vnquam. 2. habuit arcam teſtamenti. 3. Vrim, & Thumim. quæ erãt in rationali ſacerdotis. 4. gloriam diuinę, præſentiæ quæ aliquando apparebat in ſancta ſanctorum. S. ſpiritũ propheticum. quas res Rib. in Aggæi. 1. num. 11. ſine cauſa irridet, ut fabulã. [b] In Aggęi. 2. Rupertus. Lyr. Burg. add. 3. Riber. nume. 36. Exius Palat. idem. Galat. lib. 4. ca. 10. Porchetus. 1 p. Victo. ca. 7. Adria. Finus. lib. 5. flage. Iudæ. capitu. 2. [c] vt ex Thalmudiſtis probat Galat. lib. 5. ca. 20. Ruper. in Agg. 2. Riber. ibi, nume. 37. [d] Ioſeph. 15. antiquit. cap. 14. & alter Ioſeph. Gorion. lib. 5. hiſtor. capit. 25. [e] Herodes. 17. anno regni ſui reædificauit templum: aiunt uterque Ioſeph ſup. Ægiſip. li. primo, ca. 35. Hieronym. in Zachar. 11. Ruper. in Agg. 2. vbi Riber. nu 42. late de quo Ioſeph. 15. antiquit. cap. 11. lib. primo. bel. cap. 17. quamuis Nicepho. lib. 1. hiſto capitu. 9. ſolum refert Herodem diripuiſſe templum, & uaſtaſſe urbem: eo q̃d Ioan. 2. dicatur templum 46. annis ædificatum. ob quod Exius ſalſo negat Herodem reædificaſſe templum: contra Patres cit. [f] Ruper. Riber. late Aggæ. 2. num 45. & ſatis colligitur ex Ioſeph. ſup. quare diſcipuli Chriſti. Matth. 24. Luc. 21. Marc. 13. mirati ſunt ſtructuram illius templi & politos lapides. [g] Dicetur c. 11. q. .. ſed Bellar. 2. Miſſ c. 2. & lib. quarto. de pœnitentia, cap. 15. §. quinto, contendit uetera ſacrificia expiaſſe temporales pœnas ex operato, vt innuit Leuit. 4. 5. & 6. & Iob ult. dici poſito ſacrificio expiari peccatum. non quidem quo ad culpam & pœnam æternam, ergo quoad temporalem, Reſpon. quantum ad legalem immunditiam ſic expiabat: ſed pœnas non niſi ex opere operantis. [h] Supra ca. 2. V. ca. 12. [i] Pererius, & Patres in Dan. 9. & in Iſa. 66. quæ eſt iſta domos. Hieronym. Cyril. Procop. item Chryſoſtom. in Act. 7. homil. 17. [k] Quidam Hebræi id Aggæ. 2. quem ſenſum, ſed per allegoriam agnoſcunt ibi Hieronym. & Ruper. Riber. nume. 36. cum Ambroſ. lib. 3. ca. 12. Auguſt. 18. ciuit. ca. 45. 48. Cyril. libro 5. in Gen. de hoc loquitur Zachar. 6. & Ezech. ult. Thobiæ. cap. penult. & ult. [l] Bellarm.

C A P. V.

a Plato [a] libro. de legib. ad fin. Gregor. 4. moral. ca. 2. pro adultis virtus ſacrificij. D. Tho. 3. p. q. 70. 4 & 2. 2. q. 85. Bellar. 1. miſſ. c. 17. 20. & addit c. 19. offerri etiam pro rebus temporalibus, vt dicunt Chryſ. & Aug. epiſt. 49. q. 3. & lib. 10. ciuit. c. 4. & ſeq. lib. 18. ca. 23. 47. ſer. 1. in uig. Natiu. [b] D. Tho. 3. p. q. 60. 5. ad tertium, ſupra de ſacram c. 5. [c] Clem. lib. 6. conſtit. Apoſt. ca. 20. lib. 8. cap. 5. ſubi Turrian. Anſel. epi. 2. Sotal. ver. ſacerd. §. 4. 5. [d] Arias Mont. in Malach. 1. [e] Probat Ribera in Malach. 1. Bellar. 1. Miſſ. c. 10. cum Iuſt. Dialo. cũ Tripho. Irenæ. Tertullia. Cypr. Euſeb. Chryſ. Hiero. Aug. Theodo. Damaſc. quos etiã citat Cano. lib. 12. de locis c. 13. [f] cit. A. 8 inf. c. 14. Augu. 1. cont. aduerſ. leg. ca. 18. libro 10. ciuit. cap. 4. D. Th. inf. Torren. 3. confeſs. ca. 7. §. 9. Caniſi. 5. Marial. c. 16. Bellarm. 1. Miſſ. c. 7. col. 9. §. 3. lib. 2. cap. 8. Caſtro. miſſ. hęr. 4. [h] Exo. 12. Iudi. 13. Act. 14. Auguſt. 8. ciuit. cap. 27. lib. 22 1. c. 10. quod tranſcribit Trident. ſeſſ. 22. ca. 3. Diuus Thom. 1. 2. q. 102. 3. & 2. 2. q. 84. 1. ad 1. q. 85. 2. Augu. 3. de bapt. cap. vlt. lib. 20. cont. Fauſt. ca. 21. Theodoret. lib. 8. de Gręcarum affect. curatio. Hunc honorem ſacrificij concedunt hæretici, & Antichriſtus auferre Chriſto refert Auguſt. 10. ciuit. ca. 19. Baſil. epiſt. 70. 72. Nazian. orat. de laud. Heronis. Claud. præfat. Liturg. Suar. 3. p. q. 25. dub. 51. ad fin. Sebaſt. de ſacrific. Bellarm. lib. 1. miſſ cap. 2. §. 3. lib. 1. de ſanctorum beatit. cap. 12. [i] Fulgen. lib. 15. ad Monimom. ca. 2. & 5. Caniſi. lib. 5. Marial. c. 7. ſic Chriſtus non ſolum Patri ſed ſibi ipſi etiam ſatiſfecit. Recent. 3. p. q. 1. artic. 2. ubi Suar. dub. 4. §. 5. Fr. Med. [k] inf. lib. de ordin. cap. 21. lib. 2. de pœnitentia, cap. 4. §. 4. ſup. cap. 1. §. 2. vid. Bellarm. 1. de miſſ. cap. 2. [l] Diuus Tho. in id Rom. 1. non cognouerunt. Soto. diſtin. 5. queſt. vnic. artic. 2. [m] Auguſt. 1. contra aduerſar. leg. ca. 18. epiſt. 49. quæſt. 3. & paſſim Patres. Soto. lib. 2. iuſt. q. 2. artic. 2.

con-

ita leges & ſacra dabant & exteris de ritu ſacrificij: puta ut offerretur quædam materia apta iuxta varios fines.[n] & vice ſãctificationis Deos ſuos colebant fœdis & immanibus ſacris, vt hominũ immolatione facta Saturno & Ioui.[o] cum tamen in leg. vet. nõ liceret ſacrificare carnem aut ſanguinem hominis: nec in lege euang. contra quam quidã hæretici ſacrificio altaris miſcẽt ſanguinẽ infantum.[p] Sola Chriſti mortalis caro ab ipſo decẽter oblata eſt in verum ſacrificium cruentum.[q]

4 In ſacrificio gentilium concurrebant 3. prædictæ partes, vt quędã ſanctificatio materiæ, oblatio cũ applicatione in certum finem, & conſumptio. hoc fere ordine fiebat.[r] 1. ſacerdos ſacrificat. i. ritu aliquo rẽ facit ſacram. & eam reponens in altari quaſi anathema cõſecrat Deo Deinde immolat ſeu dedicat. i. dicendo tradit quaſi ſolutionẽ debiti pro beneficiis. interdũ voto offert cũ petitione dicens, offeram arietẽ ſi dederis victoriam. 3. litat mactatam hoſtiam, quando rite & plene ſacrificabat. i. conſumit hoſtiã igne ſuper altari ſuccẽſo. ſine igne quod erat figura Dei,[ſ] & inſtrumentum eius quo res oblata deuorabatur, non fiebat ſacrificiũ.[t] ſic Gen. 4. oſtendit Deus acceptaſſe ſacrificiũ Abel: & Iudic. 13.[u] quia miraculoſo igne inflammauit. Interdum cõſumebatur pars à ſacerdote, Dei nomine: q̃ comedebat cũ panibus rotũdis,[x] et placentis quæ gręcè dicuntur pelanos. Ad eam menſam non admittebantur exteri ſed domeſtici, interdum tamen abſentibus pars quędã mittebatur, quæ dicitur Miſſa.

5 Si quid in hoſtia indecens appareret, non litabat nec conſumebat ſacerdos: vt ſi cultro rimans viſcera et exta. i. cor pulmonem, lienem, & iecur, ſeu præcordia, videret pallere uel maculoſa eſſe, aut ſi victima eſſet abſque corde vel præcordiis. ſi tamẽ omnia approbata apparerẽt in extiſpicio vel auſpicio: ſupponitur victima aræ & dicuntur reddi exta.[y] dũ crematur victima aruſpex obſeruat flammã: ante immolationem libat ſanguinem Dijs, & ſacrificulus vinum ſympullo circunfert ut aſtantes ſimul libent.

6 Præco ſilentium indicens omnibus clamat, hoc age:[z] arcebãtur profani, & monet puros & pios intereſſe. ſacerdos ſacrificaturus carere debebat decem aut 30. rebus, ob quas cæremoniæ dicuntur denarię vel trecennariæ: vt expiat ſe, abſtinet venere, vſu carnium & vini: lotis manibus circumpurgat ſe ſacra aqua: fruges cereales inſpergit capiti victimæ, & inde dicitur immolare à mola[a] triticea, qua aſpergebatur hoſtia & adolebatur. poſtea precibus notiſque nũcupatis & factis collectis, iubet miniſtros agones immolare, id eſt occidere victimam. Piaculum erat interrumpere ſacrificium, vel dimittere inchoatũ: niſi quando ob rem quæ appareret indecens, litare & perficere non licebat.[b] has cęremonias & ſacrificii partes diabolus per miniſtros ſuos inſtituit ad imitationem eorum, quibus Deus colitur.[c] Vocatur hoſtia[d] quę offerebatur antequam ad hoſtem expugnandum pergerent, vt uotum pro obtinenda victoria: vel quia fiebat ad hoſtium tabernacula.[e] victima dicitur poſt victum hoſtem, quaſi granarum actio pro victoria: vel quia animal dicebatur vinctum ad ſacrificium.[f]

n conci. 2. ſi.[n] De his ſinib. Valer. Max. in prin. Cice. orat. de aruſpicũ reſp. Giral. o Syntag. 17. p. 408.[o] p Girald. p. vlt.[p] Refert Aug. hære. 26. 28. Epiph. hære 49. Sebaſt. de ſacrif. c. 3. col. 6. addit Aug. ca. 46. Manichæi ſemẽ humanũ miſcẽt. addit Epiph. apud Sixtũ li. 2. Bibl. ver. Mariæ interrogationes q̃ Gnoſtici turpiſſime ſumunt ſemen hominis pro corpore. ſemẽ vero fęmi- q næ pro ſanguine.[q] Sup. c. 3. §. 3. & plura D. Tho. 3. p. q. 48. 3. ad 1. cũ Augu. uide q. 82. 4. c. ad 1. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. & can. 4. Sebaſt. de ſacrif. c. 2. r col. 3. & c. 4.[r] Giral. Syntag. 17. ti. de Po- ſ titiis. p 407.[ſ] Sup. c. 1. §. 5. ítẽ. L. de igne Abel. Mart. li. 8. hypot. c. 6. ſic Chaldęi igni tanq̃ Deo dicabant tẽplum, & Perſæ Magi, referunt Curt. Euſeb. ſeu Ruſin. 1. 1. hiſtorię, c. 26 Niceph. lib. 14. c. 18 29 lib. 18. c. 2. Heraclitus & Empedocl. Deum dicunt ignẽ intelligibilem. & in ſcriptura Deus pp effectus cõparatur igni, Hiero. in Eſa. 66. D. Th. in Eſa. 10. & 33. ſic Act. 2. Spiritus ſanctus deſcendit in figura ignis. & ſic deſcẽdebat ſuper baptizatos, ait Cryſoſt. ho. 29. i. 1. Cor. Hector. in Ezec. 20. Chaldæi ignẽ pro Deo colunt, & ideo vt placarent idola, traducebant filios p ignẽ, vt fecit Manaſſes. 4. Reg. 17. & 21. & Achaz. 2. Paralypo. 28. vid. D. Th. 2. t 2. q. 102. ar. 3. ad 8.[t] Girald. Syntag. 17. u p. 342.[u] Iudi. 13. ſi in ſacrificio Manue, ignis & Ang. (Heb. Pele. i. Deus) ſimul aſcẽdit in cœlũ, ut exponit Aug. lib. 7. x Iudic. q. 54.[x] Giral. pag. 445. 429. & q̃ pars mitteretur abſentib. p. 446. & inf. y c. 10.[y] Giral. ex Seru. in Virg. 2. Georg. & q̃ aſtantes libabant. z Girald. pag 441. ſi.[a] Girald. p. 430. 437. cũ Euſeb. 4. præparat. Porph. lib. 2. ſi ſorum Frat. Lui. de.

a orat.[a] Girald. pag. 441. ſed alij deducũt à molẽdo: quia in mola altaris cędebatur victima. vide Lexicon. & non interrumpi ſacrificiũ. Girald. ſup & dice- b tur inf. c. 30.[b] Sup. c c. 4. H.[c] Sup. M. Bel- d larm. 1. Miſſ. cap. 2.[d] Ouid Faſt. Hoſtib. à victis hoſtia vin- e cta cadit.[e] [f] D. Th. f in Eſa. 1. & in Ro. 12. Girald. pag. 409. Sebaſt. c. 2. Bellarm. 1. Miſſ. c. 2. & 4.

CAP. VI.

An eccleſia de ſe poſſet inſtituere ſacrificium. De facto ſolus Chriſtus inſtituit: & eccleſia adiecit pios ritus.

ECcleſia inſtituit pios ritus, quibus in oblatione euchariſtię quędã ſanctificatio deſignatur, vt quod offeratur certo diei tempore & in loco ſacro, vt in eccleſia & ara in vaſis ſeu calice, & corporalibus ſacris: ſacerdos qui conſecrat utitur ueſtibus ſacris, libro Miſſali, & lumine ceræ: additis pijs orationib. quæ uoce alta aut ſubmiſſa dicantur: & cum miniſtro uno aut multis qui ſeruiãt celebrãti, & vt piis cęremoniis & geſtib. ſacerdos in celebratione utatur: de quibus à c. 24. hoc ordine dicẽdũ eſt. Quibuſdã ritibus, & orationib. utitur ſolus ſacerdos in Miſſa, aut dũ officiat cantũ in choro: aliis ueſtib. & cãtu Euãgelii aut epiſt. utũtur inferiores miniſtri ex officio.

2 In ſtatu legis naturę reſp. fideliũ ſeu eccleſia inſtinctu Dei inſtituit ſacrificiũ cũ piis cęremoniis religionis, & a nũc inſtituere potuiſſet eccleſia,[a] ſi Chriſtus inſtituens ſacrã, non inſtituiſſet iure diuino eſſentiã ſacrificii, cũ ſuis partibus neceſſariis: quæ inſtitutio in rebus poſitiuis, ut in ſacro & ſacrificio, confert talem eſſentiã rei qualẽ uult qui cũ autoritate inſtituit. Quo caſu Chriſtus reliquiſſet eccleſiæ eã inſtituendi facultatẽ: ut eccleſia autoritate di- b uinitus data inſtituit ſacramẽtalia quędã,[b] quæ per eccleſiæ miniſtrũ applicata aliis, proſint ad ſatisfactionẽ pęnæ temporalis, & contra uenialia & ad abiiciendos dęmones morboſq; pellendos. quã uim habent ex opere opera- c to:[c] non à miniſtro, qui cũ interdum ſit peccator, offert & ſacramentalia applicat non ſuo, ſed Chriſti & eccleſię nomine, in quo infallibiliter mouet Deũ ad eos effectus producẽdos. ut ſi rex promiſiſſet ſe daturũ, quidquid in nomine uiri amici aut filii petatur rectum: ſane uir ignotus regi & ingratus eo nomine petens, impetraret infallibiliter, & petitio vim haberet ex promiſſione regis in eo, cuius nomine petit. ſic horæ canonicæ, & orationes Miſſæ additæ per eccleſiã habent uim ſatisfaciendi, & impetrandi pro alio ex operato, quia fiunt nomine eccleſiæ Deo gratæ: & ex coniunctione ad ſacrificium ſimul fiũt nomine Chriſti: nec fructus tollitur, ſi recitentur à ſacerdote peccatore.

3 De facto Chriſtus ſibi reſeruauit, & eccleſia non põt d inſtituere nouum ſacramentum,[d] nouũ ſacrificium, aut nouum ſacerdotium, quod eſt correlatiuum veri ſacrificii: Nec poteſt partes ſacrificii minuere aut mutare. Nullum ex aliis ſacramentis offertur ut ſacrificium, nec proſunt oblata pro aliis, ſed ſolis ſumentibus. quidam pii Ritus ab eccleſia inſtituti, quibus utitur ſolus ſacerdos aut diaconus, poſſent quantũ ad ſubſtantiã fieri à laico abſq; ſupernaturali poteſtate, & per ſe ſumpti etiam ſi addatur oblatio panis materialis, aut adolere incenſum, ſatis non ſunt ad rationem ſacrificii, ut c. 3. §. 6. dictum eſt.

CAP. VI.

a Citati[a] c. 3. §. 6. b H. I.[b] [c] De ſa- c cram. ca. 20. §. 2. de d pœnit. lib. 1. c. 15.[d] De ſacram. c. 3. Triden. ſeſſ. 7. can. 1.

CAP.

C A P. VII.

Sacrificij ratio in Euchariſtia differt, & dignior eſt quam ratio ſacramenti,

EVchariſtia ut ſacramentum cõuenit cum ratione ſacrificii. in vtriuſque enim ratione adeſt totus Chriſtus ſub ſigno ſenſibili ſpecierum: fit in memoriam & repræſentationem Paſſionis & Reſurrectionis Chriſti: quod etiam repręſentat baptiſmus. [a] At differunt. 1. quia ſacramentum præcipue cõſiſtit in ſpecie ſenſibili panis & vini, pro qua ſupponit. [b] ſed ſpecies, aut corpus Chriſti non eſt ſacrificium, quod in actione conſiſtit. [c] eſt tamen res oblata ex qua ſacrificium habet infinitum quendam valorem quo excellit reliqua ſacrificia. [d] ſed quia ſacrificium à ſacerdote niſibili oblatum, debet eſſe viſibile, [e] ut natura hominis exigit, res oblata in obliquo includit ſpecies corpus Chriſti continentes, ratione quarum dicitur ſenſibile, & ſpecies ſimul cum corpore Chriſti offeruntur, franguntur, conſecrantur, ac conſumuntur. deinde ſacramentũ manet in facto eſſe, [f] dum ſpecies conſeruantur in ſacrario abſque uſu ſacramenti: ſed ſacrificium, quod conſiſtit in actione circa rem oblatam, includit etiam uſum & conſumptionem tanquam partem ſui: [g] atque ita prior eſt ratio ſacramenti quam ſacrificii. [h]

2 Effectus ſacramenti ex operato prodeſt tantum ſumenti: [i] & laico uel ſacerdoti celebranti ſi cũ attritione ſit diſpoſitus confert interdum primam gratiam. [k] ſed ſumptio ut pars ſacrificii prodeſt etiam aliis pro quibus ſacerdos offert: nõ tamen confert eis ſola attritione diſpoſitis primam gratiam. [l] Item ſpecies dici poteſt ſacramentum, non tantum ut eſt ſignum & cauſa gratiæ quam confert ſumenti: ſed ut ſignum gratiæ unionis, [m] dum per verba fit, ut adſit ſub his ſpeciebus, eamque conſeruant hic quãdiu conſeruarent panem. Sed ſacrificium eſt ſignum & imago ſacrificii cruenti, [o] quod Chriſtus in cruce obtulit, cum inſtitutum ſit in memoriam & repræſentationem illius. [o] & cum imago dicatur quæ ab aliquo exemplatur, [p] hæc imago adæquat perfectionem exemplaris: cum vtrobique ſit eadem res oblata, ſed ſub diuerſo modo: ſic Verbum diuinum eſt adæquata imago Patris.

3 Ad ſacrificium pertinet quod ex ui uerborum & conſecrationis ſub ſpecie panis adſit pręciſe & formaliter ſolum corpus Chriſti, ſub ſpecie uero vini ſolus ſanguis. [q] atque ita immolatur Chriſtus, non tantũ quia recolitur memoria mortis eius: [r] ſed quia (ſecluſa concomitantia, quæ per accidens concurrit) adeſt ſecundum cauſam de ſe ſufficientem quædam uiua mortis imago. [ſ] quaſi ſanguis eſſet à corpore ſeparatus, & ſine anima corpus eſſet exangue, inf. c. 8. §. 4. anima enim & uita in ſanguine eſt. Leu. 17. Deut. 12. Sed ad rationẽ ſacramenti iuuat, ut ſub ſpecie panis quam ſolam ſumunt laici, adſit de facto ſanguis & anima: atque ita etiam laici bibunt etiam ſanguinem, & illius effectu reficiuntur dum ſub ſpecie panis ſumunt integrum Chriſtum.

4 In Euchariſtia ratio ſacramenti quam ſolus Chriſtus potuit inſtituere, habet ſummam inter ſacramenta dignitatem, quorum finis eſt: [t] quia continet Chriſtum fontem gratiarum, & gratiam copioſam efficit. ſed ratio ſacrificii quæ in uſu actioneque noſtra tranſeunte conſiſtit (cum ſit oblatio rei cõſecratæ, & conſumptio) æquatur, dum eundem Chriſtum continet, vt rem oblatam, & ſumenti dum celebrat, ſumptio quæ eſt pars ſacrificii confert gratiam aut illius augmentum. in eo autẽ excellit, quod cedit in ſummum Dei cultum ad quem diſponunt ſacramenta [u] & alii ritus, quos eccleſia in Miſſa inſtituit: & hunc cultum, ſeu honorem ſuum Deus magis intendit, [x] quam hominis utilitatem, quæ prouenit ex ſacramenti ſuſceptione.

5 Hoc ſacrificio expiationis, & gratiarum actionis, [y] tanquam re noſtra ex dono Dei, reddimus Deo æquale tributum, penſionemque quotidianam tam pro peccatorum debito, quam pro eximia natura nobis data, & pro naturæ & gratiæ ſuſceptis beneficiis propriis & alienis: atque ita proteſtamur Deũ bonorum noſtrorum eſſe autorem & conſummatorem. in hunc etiã finem colendi latria Chriſtum Miſſa inſtituitur, [z] & in ea adorandus oſtenditur. In eum finem facta ſunt à principio eccleſiæ loca ſacra & templa, ut fideles conueniant, [a] concionis audiendæ, & orationis cauſa, atque ita Miſſa

C A P. VII.

a Licet [a] baptiſmus Rom. 6. ſit typus mortis & Reſurrectionis Chriſti (dum puer mergitur, & emergit ex aqua) ſi tamen vnus baptizetur pro alio, nihil remiſſionis ei cõfert. & ritus quos eccleſia adiecit baptiſmo aut aliis ſacramentis (de quibus Trid. ſeſſ. 7. de ſacram. can. ult. ſeſ. 21. ca. 2. ſup. lib. de ſacramen. cap. 11.) non pertinent ad vllam ſolemnitatẽ ſacrificii: cum tamen ritus miſſæ de ara, templo, calice & veſtibus ſacris, p tineant ad ſolennitatem ſacrificii, infra cap. 28. & ſeq. Bellarm. 1. miſſ. ca. 16. de ritu altaris.

b [b] Sup. lib. de eucha
c riſt. c. 3. [c] lib. de euchar. c. 3. § 3. probatum eſt ex Chriſo. hom. 17. ad Hebr. Augu. de gratia noui teſtamenti. cap. 34. Triden. ſeſſ. 22. ca. 2. can 2. Bellar. 4 de euchar. cap. 6. propoſ. 4. De aliis differentiis inter ſacramentum & ſacrificiũ Bellar. 1. miſſ. c. 22. c. 24 argum. 1 Sebaſt. c. 14. ad fin. c. 20. D. Tho. 3. p. q. 79. 5. & in lege vet. diſtinctum ſaltem ratione, erat ſacrificium & ſacramentum. 1. 2. q. 102 4. ad 2. & tamen agnus paſchal. fuit ſimul ſacrif. & ſacramentum. & in effectu differt. inf. cap.
d 14. [d] Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. & dicetur in
e fra c. 11. 12. [e] Trid. ſeſſ. 22. ca 1. & dic.
f eſt. c. 1. [f] De euch.
g c. 3. [g] inf. ca. 8. & 9. Sebaſt. c. 20. Cano. lib. 12. c. 13. ſumptio euchariſtiæ, ut ſacramenti & poſt ſacramentum, & pertinet ad uſum & operationem illius: ſed conſecratio pręcedit ut præuia actio, quæ eſt effectiua ſacramenti, quæ conſecratio eſt pars
h ſacrificii. [h] Taper. art. 16. licet oppoſitum tenet Sebaſt.
i c. 14. col. 3. [i] Sup.
k A. [k] De Euch. ca.
l 34. [l] inf. c. 14. [m] De
m Euchar. ca. 3. [n] D.
n Tho. 3. par q. 73. 4. & clarius. q. 83. 1. cum Aug. epiſt. 23. lib. 2. ad Simpl. q 3. Torren. lib. 3. conſ. c. 7. § 8. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. ſic imago Chriſti eodem nomine & adoratione gaudet, ut ſupra de
o euchar. cap. 32. [o] Luc 22. hæc quotieſcunque fec. in mei memo. 1. Cor. 11. quotieſcun. mãduc. mortem Domini annunc. & in Miſſ. poſt factam conſecrationem dicitur, hæc quotieſcunque fec. &
p mox, vnde & memores domine. [p] D. Tho. 1. p. q. 93. 3. cum Aug.
q lib. 83. qq. quæſt. 74. [q] D. Tho. 3. p. quæſtio. 76. 2. ad 1. q. 78. 2. ad primum, art. 3. c. & ad 2. & 7. Bellarm. 4. eucha. c. 21. col. 2. Sebaſt. c. 9 c. 14. § 2. ex Patrib. Chryſoſt. ho. 24. in 1. Corin. 10. Cyr. catech. 5. Niſſen. ſer. 1. Reſurrec. Greg. 4. Dialog. c. 58. hom. 37. in euãgel. Paſchal. lib. de corpor. & ſanguin. Chriſti. cap. 18. Iſich. 2. in Leuit. c. 8. Raban. lib. 1. inſtit. cler. ca. 31. & ſignificat Leo ſerm. 7. de paſſione. Atque ita nõ fruſtra dixiſſe Patres, quid adſit ex vi ſacramenti in ſpecie panis vel uini. Concil. Florent. Conſtantien. ſeſſ. 13. Trid. ſeſſ. 13. ca-
r pit. 3. [r] Propter q Tertul. Aug epiſt. 23. ad Boniſ. Greg. Guitmund. Lancfrãg. Alger. Sixtus lib. 6. Bibl. ca. 195. Torren. lib. 3. conſ. c. 6. §. 5. aiunt Chriſtum in euchariſtia & ſacrificiu eſſe tãquam ĩ ſigno: quia ſpecies ſunt ſignũ Chriſti præſentis, & duplex ſpecies, & illarum fractio eſt ſignum mortis
ſ typicæ. inf. c. 9. [ſ] Vt Geneſ 22. Abraham dicitur immolaſſe filium: quia feciſti hãc rem. Quia in cauſa iam præparata & de ſe efficaci occidit. in quo & in ſacrificio miſſę fit proteſtatio excellentiæ diuinę q ſit autor vitæ ſibi oblatæ. Sic Beata Virgo dicitur fuiſſe mortua in Adã: in quo omnes mortui ſunt Rom. 5. & 1. Corinth. 5. tanquam in cauſa. & tamen gratia impediuit, ne contraheret illius cauſæ præparatę effectum id eſt
t peccatum. [t] Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. ſupra
u de euch. ca 1. [u] D. Tho. 3. p. q. 63. 6. Sebaſt. c. 14. & 20. qa vt alia ſacramenta ordinãtur ad euch. q. 65. 3. ad 3. ita cõſecr. euch. q̃ pręmittit ſacerdos ordinatur ad oblationẽ ſa
x crificij. [x] D. Th. 1. 2.
y q. 101. ar. 4. [y] Quia eſt ſacrificiũ gratiarũ actionis ut dicetur inſ
z c. 14. [z] De adoratione eucha. ſup. de euch. c. 32. Sebaſt. de ſacriſ. c.
a 20. 29. [a] Dion. eccl. hier. c. 3. de ſynaxi. Iuſtin. A pol. 2. ſi. id ſolitum

fieri

Ioan. 4. & alibi vocatur adoratio,
inſtituitur in templo menſa, & alta
b re pro ſacra communione. [b] Qua-
re, ut cruenti ſacrificij fructus, qui
in alios et infideles extēditur, eſt di
gnior & vniuerſalior, quā ſacri: ita
& ſacrificii in cruēti, per quod, ut
ait Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. omnem
fructum cruenti participamus.

CAP. VIII.

Referuntur ſententiæ, quod in una actione ſit eſſentia noſtri ſacrificij.

IN Euchariſtia ſub ſpeciebus pa-
nis, & vini continetur corpus,
& ſanguis Chriſti, res aptiſſima ſa
crificio: & in Miſſæ actione ſi rite
celebretur, offertur Deo vere, &
a proprie ſacrificium, [a] iure diuino
inſtitutum. Nam huic competit de
finitio ſacrificij ſup. cap. 3. explica-
ta: & omnia quæ neceſſaria ſunt
ad veram rationē ſacrificii. Quam
veritatem Theologicis argumētis
oſtendemus. 1. ex tribus partibus
quas diximus concurrere in ſacri-
cio. Et variis nominibus & figu-
ris, inf. c. 10. quas partes huic aptāt.
Ex veteri, ac nouo teſtam. iuxta
Patrum traditionem, & definitio-
nem Conciliorum. Atque ita de-
cuiſſe in religione noua Chriſti p-
manere, & iterari nouam hanc in-
cruentam hoſtiā, quæ in modo eſ-
ſet diſtincta à cruento crucis ſacri-
ficio non iterato, c. 3. & 12. Ex effe
ctibus propriis, c. 12. & ſeq. & tan-
dem ex ritibus ſacrificii, de quibus
c. 24. & ſeq. quæ huius lib. inten-
tio explicata eſt in proœmio.

2 Conſtat in miſſa adeſſe tres il-
las actiones ſacras & partes, quæ
b in aliis ſacrificiis reperiūtur. [b] 1. ad
eſt res digna, quæ Deo offeratur,
& hęc materia panis, & vini fit ap-
ta per conſecrationem ſacerdotis:
atque ita ſub pane conſecrato, ſeu
ſub ſpeciebus panis & vini, adeſt,
corpus & ſanguis Chriſti, quo ni-
hil aptius, & Deo gratius pro ſacri
ficio, ſup. c. 5. §. 3. Huius muneris
donatio quędam fit Deo cū ſigno
externo: & iſtius habet ſacerdos
ius quoddam, aut dominium, quia
libero conſecrationis actu rē hanc
c fecit quodāmodo ſuam: [c] nec licet
rem omnino alienā offerre inuito
dn̄o. 2. adeſt externa oblatio quæ
Chriſti autoritate inſtituta eſt, ut
cęremonia in lege permanens in
Dei cultum: ſicut ab eodē Chriſto
d inſtitutū eſt viſibile ſacerdotium, [d]
quod ſacrificii correlatiuū eſt. Of-
ferens applicat fructum, & effectū
ſacrificii etiā aliis perſonis pro qui
bus offert quem effectū ſola eucha
riſtia habet præ cęteris ſacramētis.
3. concurrit, & mors vera quæ fue
e rat in corpore Chriſti: [e] & inſuper
cōmemoratio eiuſdem mortis, cū
viua mortis imagine in vtraq; ſpe-
cie: nā ſi adeſſent tātum quæ ex vi
verborū ſignificantur, eſſet ſub ſpe
cie panis corpus Chriſti defunctū,
& ſeparatum à ſanguine. tandē ex
eadē inſtitutione cōcurrit vlterius
& plenior conſumptio rei immola
tæ inf. §. 5. ſeu mors ipſius mortis,
in ſignū reſurrectionis Chriſti, &
f viuę acceptationis: [f] ſine qua ſacri
g ficium non eſt perfectū, [g] nec aliis
cōfert plenū effectum ex operato.

3 Sunt qui negent ad neceſſita-
tē, aut eſſentiā ſacrificii requiri tres
prędictas partes ſub rōne explici-
h ta. Quidam putant totā, [h] aut pręci
i puam eſſentiam [i] in ſola conſecra-
tione materiæ cōſiſtere, ut vox ſa-
k ficare. i. ſacramentū facere ſonat, [k]
quod fit cum benedictione quadā
ſacerdotis qui ſua libera actione rē
l hanc facit ſuam, ut rem propriam [l]
Deo offerat, & donet. Nam in cō
ſecratione ſecundum confuſam rō
m nem continetur reipſa oblatio [m]
nēpe exterior actus religionis, qui
ex Chriſti inſtitutione cedit in cul
tum Dei, & in proteſtationē diui-
næ excellentię: & id intendit ſacer
dos. Nec videtur requiri, ut expreſ
ſis verbis fiat oblatio, cū ſatis ſit ſi-
gnis, & factis fieri: nec. n. legimus
Chriſtum in vltima cęna obtuliſſe
aliis verbis, quā benedictione cōſe
n cratoria: [n] de qua Io. 17. dixit, ego
ſanctifico. i. ſacrifico meipſum, ut
Cyrill. & patres exponūt: & in cru
ce ipſa perpeſſio mortis qua ſe, &
vitam ſuam donauit in honorem
Dei, proteſtans eſſe autorem vitæ,
fuit oblatio. In ſacrificiis vet. leg.
aut naturæ ſacerdotes non offere-
o bant verbis neceſſariis: [o] ſed ſace-

fieri in die ſolis: q Cyr. li. 11. in Io. c. 58. explicat de die Dominica.
b Bell. li. 3. de cultu Sanct. c. 4. propoſ. 2. [b] 1. Cor. 10. vbi Amb. Item in Hebr. 13. Chryſ. Theoph. Theod. Ocumen. Sedul. Et Apoſto. cano. 3. Irenæ. libro quarto, cap. vigeſimo. Auguſtin. epiſtola 50. Athan. Optat. Tertullian. Euſeb. Nazianzen. Niſſen. Lactant. Saluianus. Hieron. apud Bellarm. ſup.

CAP. VIII.

a Probant [a] Patres à princ. cit.
b contra heret. [b] De quibus, cap. 1. quas partes cōcurriſſe in ſacrificio ver. & leg. naturæ probatū eſt.
c c. 4. & 5. [c] Sacerdos debet habere aliqd ſuum quod offerat. D. Tho. in Hebr. 8. vbi Apoſtolus id docet. Bellarm. 1. Miſſ. cap. 6. col. 2. & ar-
d gum. 8. [d] inf. de ordin. c. 32. 1. Caſtro verb. ſacerdotium. Ayal. 3. p. tradit. tit. de ordin. quia ſacerdos, & ſenſibile ſacrificium ſibi correſpondent, ut correlatiua, Trid. ſeſſ. 22. c. 1. ad fin. ſeſſ. 23. ca. 1. Aug. 10. ciuit. c. 9. & patet Heb. 7. D. Tho. 2. 2. q. 85. 1. Soto. 9. iuſtit. q. 2. 1. Bellarm. 1. miſſ. c. 2.
e col. 4. [e] vt olim in lege ſi quis agnum pridie occiſum, & rediuiuum offerret, hodie Deo, eſſet hodie verum ſacrificium, quo proteſtatur Deo deberi vitā. hinc Patres aiūt ſacrificiū Miſſæ eſſe rememoratiuū, reſpectu mortis, & paſſionis Xpi. Quidam Patres aiunt cruentum, & incruētum eſſe idē numero ſacrificium: quia eſt eadem res oblata, & eadem numero fuit mors, quæ nūc in imagine ſortitur nomen effectus: & idem principalis offerens nēpe Chri-
f ſtus inf. c. 19. [f] Supra c. 1. §. 5. L. ca. 7. Q. R. quæ eſt commemoratio, & figu-
g ra eiuſdē mortis. [g] Sup. ca. 1. quia conſumptis ſpeciebꝰ deſinit prorſus ibi adeſſe corpus Chriſti, nec iam eſt cibus viſibilis, quāuis vero ſola deuoratione non conſumantur ſpecies, ſed poſt digeſtionem ſtomachi, & interdum caſu euomantur, ſatis eſt quod deuoratio eſt via,
h & cauſa ſufficiens, conſumptionis. [h] Sebaſt. de ſacrificio cap. 11. Taper. art. 16. videtur Bellarm. 1. miſſ. c. 12. col. penult. Et tamen Sebaſt. cap. 14. falſo infert contra Taper. priorem eſſe rationē ſacrificij. 1. conſecrationem, quam rationem ſacramenti in euchari-
i ſtia. [i] Videtur D. Tho. q. 79. 7. ad 3. q. 82. 4. ad 1. expreſſius, & 83. 4. c. ad 6. dicit per conſecrationem peractum eſt hoc ſacrificiū: deinde eccleſiam petere huius ſacrificij fructum. & 2. 2. q. 85. 3. c. ad 3. videtur Cano, lib. 12. cap. 13. ad 3. Palac d. 8. quæſt. 1. ad 4. & id tātum ait Taper. art. 16. fol. 279. cum Ioan. Heſſelen. de vtraque ſpecie. tract. 2. fol. 77. Hoſ. inſtitut. cap. 41. Caſtro verb. Miſſ. hær. 1. Tiletan. in defenſ. Conc. Tridem. cap. 15. Gaſpar. Caſſalius lib. 1. de ſacrific. ca. 20. & 25. Alan. lib. 2. de euchar. c. 15 Greg. de Valent. de ſacrificio Miſſ. ca. 2. Turrian. in Clem. lib. 8. conſtitut. cap. 5. 12. 14. Bellarmin. 1. de Miſſa. c. 12. propoſ. fin. c. 2. ad fi. & c. 27. propoſ. 8. & fin. (& tamen propoſ. 7. addit cōſumptionem ſacramenti, ut ſit a ſacerdote eſſe eſſentialem partem ſacrificij quæ pertinet ad deſtructionē victimæ) Claud. de euchariſt. repet. 4. c. 14. ſauct. lib. 47. tit. 4. p. 1. Simeon Archiepiſc. Theſſalon. lib. de myſterijs eccleſ. c. 3. ait eam eſſe ſententiam Orientalium eccleſiarum. ſentit Soto, diſt. 13. q. 2. artic. 1. videtur Maior. d. 9. quæſt. 3. ad 5. dum admittit pro communicādo infirmo licite parochum conſecrare alteram ſpeciem abſque ſumptione. plane ſignificat Magiſ. d. 13. circa princ. & poſtea cum agit de nomine Miſſę. Iren. lib. 4. c. 32. Cypria. ſerm. cęnæ. Rupert. in Exod. 12. Gregor. 4. Dialog. c. 58. ſed clarius Græci Patres, ut Chryſoſ. hom. de proditione Iudæ. Nazianzen. oratio. 2. de Paſcha. Niſſen. oratio. 1. de Chriſti reſurrectione. item Diony. c. 3. eccleſ. hier. & Aug. c. ſemel. de conſecr. d. 2. Iſidor. 6. Etym. cap. 19. aiunt quod ſacerdos dum conſecrat, dicitur ſacrificare, & immolare. At hi Patres, & Doctor. non excludunt alias eſſe partes ſacrificij, ſed aiunt pcipue requiri conſe-
k crationē materiæ. [k] Iſidor. 6. Etym. c. 19.
l & Lexicon. [l] Sup.
m c. 1. § 3. [m] Ambr. in Pſalm. 38. Chriſtus ſe offert: quia ſermo eius ſanctificat ſacrificium. Sebaſtian. ca. 11. 13. ſic in ſacramento pœnitentiæ ſat eſt materiam exprimi
n ſignis vice verborum, & in matrimonio etiam formam. [n] Cano lib. 12. cap. 13. ſed Beauxam. lib. 9 de myſter. paſſio. hom. 9. probat Chriſtum in cœna obtuliſſe cum vocali benedictione, & gratiarum actione, ut ex euang. & 1. Corinth. 11. colligitur, quamuis verba non legamus, & in cruce ſeipſum obtulit, ut dicitur Heb. 5. cum clamore valido verborum commendans ſpiritum in manus
o Patris. [o] Sic verba precatoria, quæ ſacerdos in circunciſione, aut aliis vet. ſacram. proferebat, non fuiſſe neceſſaria tenet Hugo.

lib. 1.

re.i.ſacrificare, [p] erat animal ex uiuo facere mortuũ in Dei cultum. In fer.6. Paraſceues fit quędã celebratio miſſę, ſine uerbali oblatione.

4 Deinde cõſecratio ſignificat cõſumptionẽ ſeu occiſionẽ rei uiuentis, & ſatis repręſentat ſacrificium cruentũ, & mortem Chriſti: [q] dũ ſub ſpecie panis cõſecratur corpus ex ui uerborum ſeorſum à ſanguine, [r] quaſi ſanguis, & aïa ſeparata ſit à corpore, ſic ex Luc.22. mos eccleſiæ habet, ut facta conſecratione ſtatim impleatur Chriſti mandatũ, & recolatur memoria paſſionis, & mortis eius. [ſ] vt ſicut euchariſtia ante uſum habet rationem ſacri, [t] & in ſacrario quaſi in ſtomacho eccleſiæ operatur quendam fructũ, conſeruet illius uiuitatem: [u] ita ante uſum, & conſumptionẽ cõſecratio vĩ habere quãdam rõnem ſacrificij, & conferre fructum illius. [x] deinde ſolam cõſecrationem uidetur ſacerdos facere plenius, & planius in perſona Chriſti, & uerbis illius. [y] dum uero offert, aut conſumit, nõ ita uidetur in perſona Chriſti agere. Ad eum conſecrationis actũ omnio ſupernaturalẽ neceſſarius eſt ſacerdotalis character. [z] In eo Chriſtus ſacraliter mactatur, & immolatur, ut patres uocant: [a] immolatio uero animalis cum fructu erat occiſio, & cõſumptio, [b] etiam abſque manducatione ſacerdotis, ut conſtat de holocauſto. [c] Melchiſedech non legitur de ſuo ſacrificio panis & vini manducaſſe: [d] & quidam negãt Chriſtum dum celebrauit in ultima cœna, manducaſſe euchariſtiam: [e] Quod ſi quis optet expreſſiorem mortis Chriſti repręſentationem, ſatis uidetur dum hoſtia eleuatur, & frãgitur in tres partes, [f] & miſcetur ſanguini: quibus rebus Chriſtus uſus eſt, & illis cõpletur ſacrificium [g] cum expreſſiori ſignificatione ſic Gręci in forma conſecrandi panem, addunt, quod pro nobis traditur: quod ſumũt ex 1.Cor.11. [h] At reuera Patres agnoſcunt alias partes præter cõſecrationem eſſe neceſſarias pro ſacrificio. Nam ſi celebrans (dũ ex calice reperit ſe bibiſſe aquã, aut acetum) conſecret, ut tenetur, aliam hoſtiam, & vinum, ea noua conſecratio nõ eſt noua miſſa cum nouo effectu, nec põt pro illa recipere nouã ſtipem.

5 Alij ſolam cõſumptionem rei (quã præceſſit conſecratio, & oblatio etiam per aliũ facta, ut ita, & requiſita conditio) putant eſſe totam eſſentiam ſacrificij [i] dum fit à ſacerdote ex officio: [k] & per eam tantum aiunt alijs conferri fructum ſacrificij ex operato, pro quibus ſacerdos ſpecialiter obtulit. Quia ſola cõſumptio ſatis ſignificat mortẽ Chriſti perfectam [l] (dum dixit Matt.27. cõſummatum eſt, nempe ſacrificiũ cruentum crucis) ſimulq; ſignificat reſurrectionẽ, inf.c.9.§.5. ſic in leg. veteri præter immolationem occiſionemq; animalis, fiebat conſumptio ſaltẽ ex parte per ignẽ, aut per ſacerdotẽ deuorantem: [m] quaſi eo ſigno ſenſibili Deus per miniſtrum acceptaret præſentẽ donationem ſacrificij, ſine acceptatione n. externa non fit donatio ſimpliciter. [n] hinc putant in fer.6.S.hebdomadæ celebrari ſacrificiũ [o] per ſolã conſumptionẽ ſacerdotis (diſpenſante antiqua eccleſiæ cõſuetudine) abſq; noua cõſecratione materię, & oblatione, & cum altera tm̃ ſpecie, de quo inf.c.9.§.6. celebrans enim nõ pręcipitur ſumere vtrãque ſpeciẽ, niſi dum ſolus conſecrat, [p] quia tenetur vnam ſine altera non conſecrare: in ea autem miſſa impletur p̃ceptũ audiẽdi miſſam ſi illa die fer.6. incidit feſtum Annunciationis: & ſacerdos dicit: orate fratres, ut hoc ſacrificiũ, &c. & in fine, placeat tibi hoc ſacrificiũ. ſic apud Græcos in Quadrageſima mos erat fieri ſacrificiũ pręſanctificatorũ: [q] pręterquã

lib 1. ſacram. p.11.c.10. Durand. d.1.q.3. ſed probabilius uidetur in ſacrificio fuiſſe verba quædam & preces, quam ſacerdos, & populus proferebat. Num.6. Deut.26. tenet Abulenſ. in Leuit.16. q.31. D.Thom.3.p.q.60.6. ad 3. Soto.d.1.q.1. art.6. ad 3. [p] Sic ſumitur Luc.22. hæc quotieſc. fecer. Virg. cum faciam vitula pro frugibus. Vnde D. Tho.2.2.q.85.3. ad rationem ſacrificij ptinet, ut circa rẽ oblatã aliquid fiat, quo conſecretũ Deo. [q] Probat Bellarm. 1.miſſ.c.27. ad 6. ex D.Tho. in general. 2.2.q.85.3 & ſpecialiter. 3.p.q.80. artic. 12. ad 3. quare eccleſia ſtatim facta conſecratione dicit ex Luc.22. hæc quotieſcunque. & 1.Corin.12 quotieſc. mãduc. panem. 1. manducare paratis, mortẽ Domini annunc. Aug. c. cum frangitur. de conſec.d.2. & clarius lib.20. cõtra Fauſt c.18. Bed. hom.2. in octauam Epiph. item probat Bellarm. conſiſtere in ſola conſecratione ex Irenæ. lib.4. c.32. Cypr. ſerm. in cœna. Chryſ. hom. de prodit. Iudę. Gregor.4. Dialog. cap. 58. [r] Sup. c.7. Q. quia rei viuẽtis quę offertur, occiſio, & cõſumptio eſt de eſſentia ſacrificij, ut agnoſcunt etiam hęret. vide Bellarm.1. miſſ c.25. arg.3. ad fin. [ſ] Quia in miſſa dicitur, hæc quotieſcunque, vnde & memores Dñe. Quaſi memoria paſſionis recolatur in ſola cõſecratione. [t] Supra lib de euchar. ca.3. Trid. ſeſſ.13. cap.3. can.4. D.Tho.3.p. q.82.1.c. ad 2. art.4. ad 2. Bellarm.4. de euch. à c.2. Claud. de euch rep.4.c.14. [u] Lib. de euchariſt. cap.39. [x] Gaudent. tract.2. ſuper ſcriptur. poſt princ. dicit, panis immolatus reficit, & conſecrantes ſanctificat conſecratus. [y] Fatentur Patres ex euang. quod ſacerdos nõ ſuo, ſed Chriſti nomine profert verba conſecratoria, in ſenſu formali: & partim recitatiue. lib. de euchariſt. cap. 18.§.4. [z] Quare Trid. ſeſſ.22.c.4. ex eo infert, non omnes eſſe ſacerdotes ad offerendum ſacrificium: quia non omnes habent hãc poteſtatem conſecrandi. cum tamen actus offerendi, & conſumendi ſecundum ſubſtantiam poſſet fieri à laico: ſicut & cantare epiſtolam miſſæ, aut euangelium. [a] Sacrificium miſſæ vocant immolationem Chryſ. hom.83. Matth. Aug. epiſt.23. & Boniſ. Fulgent. lib.2. ad Monimum. cap.2. Trident. ſeſſ.22. cap.1. atque ita ipſam conſecrationem vocant immolationẽ, quæ eſt ſacrificatio, Conc. Toletan.12. cap.5. habetur cap. relatum. de conſecr. diſt.2. Gregor. lib.4. Dialog. cap.18. in hora immolationis ad ſacerdotis vocem, cęlos aperiri. [b] Giraldus ſyntag.17. Abulenſ. in Exod.12. fol.172. col.3. in Leuit. fol.19. [c] [d] At hoc ſoluitur ex dictis, c.1.§.5. quia de mandato ſacerdotis applicabatur ignis holocauſto. & Melchiſ. vere comedit pro more ſacerdotum, qui participant de ſacrificio, inf. cap.30. [e] Cornel. ep̃s Biton. de quo tamen illum bene carpit Cano. lib.12. cap.13. cum communi Patrum Bellarm.1. miſſæ. c.24. [f] Fractio in tres partes, ſignificat paſſionẽ qua Chriſtus vulneratus eſt manibus pedibus, & latere, inf. cap.34. [g] Tenet Cano. c.13. ad 4. & fauet D.Tho.2.2.q.85.3. Vualfrid. de reb. eccl. c.22. Humbert. contra Nicetam, & quidam Græcorum Ration. lib.4. c.51. Innoc. lib.6. de offic. miſſ. ca.23. & ſimili tract. Raban. Iſid. Alcuin. Remigius Amalar. apud Caniſ. de euchariſt. c.10. lit.K. Democ. lib.4. c.34. quia in miſſa dicitur quotquot ex hac altaris participatione ſumpſerimus: & ſacramenta quæ ſumpſimus. Reſp. non ſignificat qđ fractio hoſtię (qua diſtribuitur cõmunio in laicos aſtantes) pertineat ad ſacrificium, niſi quia paſtor in miſſa conſecrare ſolet formulas, qbus populos nutriatur, eſt tenetur, aut vult communicare. ſic 1. Corinth.10. panis quẽ frangimus, vbi Chryſ. hom.24. & Act.2. & 10. At fractionẽ pertinere ad integritatem ſacrificij probat Cano, & Cland. in Liturg. & citat Chryſ. German. Cabaſil. c.7. & 8. cui fauet, ſed non dicit D.Tho.3.p.q. 78.1. ad 2. & q.83. 5. ad 7. [h] 1. Corint. 11. corpus quod p̃ vobis traditur. & Luc.22. Græc. de pſenti habetur Clemenon. 1. quod frãgitur, ubi Ambroſ. idem Chryſoſtom. Baſil. in Liturg. Clemens lib.8. conſtit. cap.17. quia fractio hoſtiæ ſignificat fractionem, & mortẽ Chriſti. At reuera fractio nõ pertinet ad ſubſtãtiam ſacrificij probat Bellar. 1. miſſ. c.27. ad fin. & li.2.c.10. obiect.9. nam in Miſſa priuata (vbi ſolus celebrans communicat nec adduntur formulę) nihil deeſt ad integritatẽ ſacrificij. idem Sebaſt. c.11. inf. c.10. fin. [i] Albert. d.13. art.24. Ledeſ.1.p.q.23. art.4. ad fin. Quidam Recent. Vict. Peña, Bañes. [k] At conſumptio, & cõio quæ fit à laico, non eſt pars ſacrificij: nec prodeſt alijs ex operato, quam ſoli cõicanti. [l] 1.Cor.11. quotieſc. manduc. panem. mortem Dñi annunciab. quod tamen quidam exponunt quoties manducare paratis. [m] Cit.§.2.F. [n] Cap.1.§.3. A. vt profeſſio eſt traditio perfecta: quia cum ſigno ſenſibili acceptatur à Prælato vice Dei. [o] Autores cit. I. ſed plane contra Innoc. I. epiſt.1.c.4. D.Tho. & alios cit. inf. & oppoſita ſnĩa admittit ſine cauſa multas diſpenſationes. hic mos Paraſceues durat à plus mille annis. Innoc. I. Gregor.1. in offic. Paraſc. Ordo. Rom. Raban. lib.2. inſtit. cler. c.37. Micrölog. de eccleſ. obſeru. c.19. Bellar.4. euchar. c.24. col.10. [p] Sic qui ſacerdotio initiantur (quia quiſque non conſecrat ſolus, ſed cum ep̃o principali) non ſumunt vtramque, ſed alteram ſpeciem. in ea enim nulla quæ eſt moraliter una, ſatis eſt in cõi quod fiat per aliquem conſumptio vtriuſque ſpeciei. [q] Apud Græcos dicitur ſacrificium præſanctificatorum; quando in multis diebus con-

ſumit

in ſabbatis & dominicis, & feſto Annunciationis: in quibus populus tenebatur audire miſſam.

6 Alii putãt oblationem abſque noua conſecratione (quæ uidetur
r præparatio materię [r]) eſſe totam eſ
ſ ſentiam ſacrificii. [ſ] (ſacerdos enim
t à Deo conſtituitur vt offerat, [t]) & cõferre præcipuum fructum ex o-
u perato ante conſumptionem: [u] nã in ſcripturis, & apud Patres idem
x eſt offerre & ſacrificare. [x] quare dum in miſſa fit oblatio rei conſecratæ (dicente ſacerdote unde &
y memores domine offerimus [y]) ſtatim ea res cum ſit Deo gratiſſima, acceptatur à Deo in ſatisfactionẽ, & quandam impetrationem pro illis, quibus ſacerdos applicat miſſam ex intentione: quamuis ſtatim obiret celebrans: aut ob caſum incidentem, vt ueneni deprehenſi,
z ſeu miraculi, non ſumeret. [u] Hactenus de aliorum ſententiis.

CAP. IX.

Ad ſacrificij ſubſtãtiam & fructum pertinent hæ tres partes: conſecratio materiæ, oblatio, & conſumptio: & quæ ſit potior? Alia quæ concurrunt, non pertinent ad eſſentiam.

VEra ſententia eſt quod prædictę tres actiones conſecratio, oblatio, & conſumptio ſacerdotis in miſſa, pertinent intrinſecè ad rationem ſacrificii vt partes neceſſariæ, non tantum integrales, ſed eſ
a ſentiales. [a] Chriſtus enim, qui in rebus poſitiuis libera inſtitutione tribuit eſſentiam rei, inſtituit ut expreſſa & diſtincta ratione adeſſent omnes hæ partes, quibus expreſ-
b ſe [b] ſignificaretur myſterium ſacrificii cruenti, mors, & reſurrectio ipſius. ſic inſtituit ad eſſentiam baptiſmi puerum non tantum mergi, in ſignum mortis, ſed emergere in ſignum reſurrectionis: & per verba quę clarius indicant ablutionem ſpiritualem, fieri inuocationem in nomine P. F. & SS.

2 In ſpeciali noua materiæ conſecratio eſt de lege pars una neceſ-
c ſaria noui ſacrificii, [c] quod in actione ſacerdotis conſiſtit: vt bene pro
d bat prima ſententia: [d] & pro cõſecratione neceſſarius eſt character. ſi vero hoſtia eſſet per alium ſacerdotem aut pridie conſecrata, adeſt quidẽ ipſiſſimũ Chriſti corpus tan
e quã res apta pro ſacrificio, [e] (vt Incarnatio & ſanctificatio humanitatis Io. 17. tanquam materia oblata, pertinuit ad ſubſtantiam ſacrificii cruenti) at ſine libero conſecrationis actu non haberet ſacerdos ius
f in rem oblatam quaſi propriã, [f] ne de alieno ſacrificare uideatur: quare requiritur noua materiæ conſecratio pro nouo ſacrificio, vt pro noua abſolutione requiritur noua aut eiuſdẽ aut alterius peccati confeſſio, quæ ſit materia proxima ſacramẽti. In fer. 6. Paraſceues nõ fit proprie ſacrificium, vt §. 6. dicetur, cum non fit noua hoſtiæ conſecratio. quod ſi. 2. ſacerdos pficiat Miſſam alterius, qui poſt conſecrationem defecit, ex utroque celebrãte fit unus miniſter, & unum ſacrifi-
g cium. [g] ſi parochus dum renouat euchariſtiam, cõſumat hoſtiam ab alio conſecratam, eam uero quam conſecrauit reponat in ſacrario, fit
h integra miſſa [h] ex eo, quod celebrans in eo officio utitur triplici actione, qua cõſecrauit, obtulit, ac ſumpſit corpus Chriſti. ſi parochus carens pane quẽ conſecret, oſtẽdat populo hoſtiam ſacratã pridem cõſecratam (quãuis eam eleuaret, frãgeret & ſumeret etiã ſub utraque ſpecie, ea intentione ut populus audiat miſſam in feſto) non eſt ſacrifi
i ciũ [i] quod aliis proſit ex operato.

3 Expreſſa oblatio facta per ſacerdotem, qui in ea miſſa conſecra
k uit [k] panem & uinum, nõ eſt tota

ſomit ſacerdos, & offert hoſtiam quæ alio die fuerat conſecrata: habetur in 6. ſynod. can. 52. 55. vbi Balſam. Apoſt. can. 65 & in ſynod. Laodicen. can. 49. idem. Leo Tuſcus ſuper Litorg. Chryſoſt. ſin. Bellarm. 4. euchar. c. 24. col. 7. At reuera illud non erat ſacrificium miſſæ, ſed ſola communio data etiam ſacerdotibus ex ſacrario: nam in dominicis Quadrageſimę, & feſto Annunciationis Græci celebrabant cum noua conſecratione & oblatione, vt populus audiret miſſam. & alicubi ſemel in anno, & ſeruabant ſpeciem panis pro toto anno. Sophr. prat. ſpiritual. c. 79. Bellarm. lib. 4. euchar. cap. 24. col. 7.
r & 10. [r] Vt conſecratio chriſmatis eſt præparatio pro ſacramento confirmationis, & olim ſegregatio agni quinque diebus ante immolationem, erat præ
ſ paratio ſacrificij. [ſ] Tenet Clictou. lib. ſecundo, Antiluther. cap. 16. Roſſenſ. in defenſ. aſſertioonum. Henric. viij. Ekius. lib. 3. de ſacrificio miſſæ. cap. 9. ſignificat Diuus Thomas. 3. parte quæſtio. 82. quarto, ad primum, & ſecundum. & quæſt. 83. 4. cap. ad ſextum. ſumptionem pertinere ad uſum ſacrificij. & Pius V. in catechiſ. tit. de miſſ. ait ſacramentum euchar. cõſecratione perficitor, omnis autem ſacrificij uis in eo eſt
t vt offeratur. [t] Heb. 7. & 10. & in ſacerdotis conſecratione dicitur, accipe poteſtatem offerendi. ex concil. Flor. & uſu eccleſ. Triden. ſeſſ.
u 23. c. 4. [u] Vt ſupra
x §. 4. C. D. [x] Supra
y cap. 1. §. 3. [y] Aduertit Innoc. lib. 5. de miſſ. cap. 4. Diuus Thomas 3. parte quæſtio. 83. 4. ad octauum. Gabriel. lectio. 53. idem in Liturg.
z Iaco. & Baſil. [a] Inf. cap. 37. & ſequen.

CAP. IX.

a VT [a] in homine caput, cor, & iecur ſunt partes integrales neceſſariæ, ſed anima & corpus ſunt partes eſſentiales, ita in ſacrificio miſſę non ſola conſecratio & oblatio, ſed conſumptio pertinet ad complementum eſſentiæ. Magiſt. diſtin. 13. facit D Th. q. 80. artic. 12. ad tertium. quæſt. 82. 4 (quod uero addit articu. 4. ad primum. vſum non pertinere ad rationem: mox explicat ad ſecundum. de vſu euchariſtiæ ut ſacramentum eſt.) Gabr. lect. 15. lit. G. lect. 26. G. Viguer. cap. 16 §. 3. verſ. 11. Caſtro. miſſ. hær. 2. col. 8. §. præter iſtam. Soto. diſt. 13 q. 1. art. 6. art. 8. §. dubium ergo. quæſt. 2. art. 1. col. 7. § quo circa. & artic. 2. §. ſed rogas. Ledeſ. queſtio. 23. 4. Cano. cap. 13. ad quartum. Victor. & communis Recent. ſic beatitudo eſſentialis non ea ſola uiſione Dei ſed ſimul in Dilectione Dei neceſſaria cõſiſtit eſſentialiter, ut fatetur D. Thomas. 1. 2 quæſt. 4. articu. 8. ad tertium, nec mirum ſi in re artificiali (quæ conſtat ex accidentibus ut beatitudo, uel ut ſacrificium conſtat ex actionibus) complementum pertineat ad eſſentiam. ut forma uerborum ad eſſentiam ſacramenti, quia Chriſtus inſtituit ne ſit ſacramentum, niſi adſit expreſſior ſignificatio per uer
b ba. [b] Sic ſat eſſe ſpecies panis ad repræſentandam mortem Chriſti: & tamen Chriſtus ſub præcepto uoluit utrãque ſpeciem conſecrari, vt expreſſius ea
c mors ſignificetur. [c]
d [d] Communis ſententia, & cit. cap. 8.
e § 3. [e] Perſpicuis verbis Chriſtus dixit eſſe ſuum corpus. Trident. ſeſſio. 13. cap. primo, ſup. lib. de euchariſt. capit. 19. §. 3. V. ſic ſtatim poſt conſecrationem in miſſa uocat hoſtiam ſanctã, ſcilicet rem oblatã. ſed falſo infert prima ſententia, ſatis eſſe ad ſacrificium, ſi Deus crearet corpus Chriſti ſub illis accidẽtibus, nec vnquam præfuiſſet ſubſtantia panis vel vini. At ſane ſi deſit actio conſecrationis per ſacerdotem, non eſſet plena ratio ſacrificij noſtri, in quo offeramus Deo rem noſtram, ut Apoſtolus dicit Hebr. 8.
f vbi Diuus Thom. [f] Supra cap. primo, §. tertio. ca. 2. §. ſecundo. lit. C. ſic nemini licuit uitam ſuam, aut alterius hominis etiam ſerui innocentis offerre ſacrificio cruento, bene tamen uitam animalis: quia non eſt Dominus vitæ humanæ, vt eſt brutorum, quorum ſubſtantiam in ſuum vtilem cibum homo conſumit tanquam Dominus: cibus enim etiam apud Minoritas dominij permanentis incapaces, magis eſt meus, quam pes, manus, aut oculus: & magis utilis, quia cibus in omnes partes hominis conuertitur, & cum oculo fit oculus, &c. nec cibum conſeruo in externa arca, vt numos, aut ueſtes meas, ſed intra meipſum totum, & ſimul conſeruor à cibo. Ita Chriſtus, iuxta hymn. ſe naſcens dedit ſocium, conueſcens in edulium, ſe moriens in pretium, ſe regnans dat in præmium. & dum ait Ioan. 6. caro mea uere eſt cibus. dedit nobis dominium quoddam aut ius, vt hunc cibum tanquam rem noſtram Deo offerre
g poſſemus. [g] Inf. cap 36. & 40. [h] Sic faciunt interdum quidam
h parochi. [i] [k] Alias dum ſacerdos de manu alterius recipit com-
i munionem, ſi eam offerret abſque ueſtibus ſacris, eſſet ſacrifi-
k cium, quod aliis prodeſſet ex operato: & poſſet accipere pitantiam. uel ſi diaconus tanquam miniſter eccleſiæ id faceret, aut laicus. Quod omnino eſt falſum, quia non offert niſi ſacerdos qui conſecrat, Trident. ſeſſione 22. cano. primo. & facit

cit ſeſſ. 23. c. 4. dicit non offerre quoſdam, quia non ſunt ſacerdotes, Diuus Thomas, 3. par. quæſt. 82. tertio. nec Diaconus miſſam ſacerdotis deficientis poteſt perficere. [l] Diuus Thom. quæſt. 83. quinta ad tertium, & ſeptimum. [m] [n] Supra cap. 8. §. 6. dum dicit, vnde & memores domine offerimus. [o] Supra cap. 8. §. tertio. N.

eſt in Diuinit atē. de quo li. de euch. c. 24. §. 3. N. in ſecūda ſentētia hoc ſignificat ritus dū attollitur hoſtia. [e] Id Matt. 27. conſummatū eſt, ſignificat conſummata eſſe prophetarum oracula de omnibus pœnis quas paſſurus erat uſque ad finem uitæ. Chryſoſto. Auguſt. Cyril. Theophyl. & alii. Bellarm. 1. Miſſ. cap 25. col 6.

eſſentia [l] ſed pars diſtincta ſacrificij: [m] & oblatio fit ſimul uerbis, [n] ſicut & Chriſtus in cruce & cœna obtulit cum prolatione uerborum: [o] quia uerba expreſſius ſignificant ſacrificium cruentum. nam ſola conſecratio panis (& olim mactatio, animalis) habet de ſe uartam ſignificationem, niſi per uerba & intentionem ſacerdotis determinetur: vt ſacramentorum materia determinatur per intentionem & verba miniſtri, tanquam per formam. Circa oblationem diſtinguūtur. 4. offerentes, [p] inf. c. 17. Chriſtus, eccleſia, laici qui aſſiſtunt Miſſæ, & ſacerdos per quem omnes offerunt. vt per miniſtrum Chriſti ex officio. [q] quæ oblatio ſacerdotis determinat miſſam in hunc aut illum finem & effectum, & applicat iis vel illis perſonis: & hinc ſacrificium ſumit quandam rationem formæ, vt inſtrumentum habet formam ex ordine ad finem. Laicorum oblatio materialiter ſe habet, & non pertinet ad rationē ſacrificii, vt pars illius, & laicus qui non eſt miniſter, non poteſt portionem miſſæ ſibi ex operato prouenientem applicare alteri: [r] miſſam tamen quam ſtipe data pro ſe petiit, applicabit alteri per manū ſacerdotis. Sic populus dicebatur offerre ſacrificia Exo. 5. Leuit. 22. Num. 28. aut immolare agnum paſchalem. [ſ] Exo. 12. quia per manū ſacerdotis offerebat. Saul vero laicus. 1. Reg. 13. arguitur ſtultitiæ, quod per ſe ipſum obtulerit ſacrificiūm, & Vſias Rex adolens incenſum. 2. Paralyp. 26. (qui Matt. 1. vocatur Ozias) punitus lepra obiit: eo quod præſumpſerit uſurpare ſacerdotis officium.

4 Conſumptio quæ fit per ſacerdotē [t] (qui aliorum ēt offerentium nomine bibit potum ſanguinis, [u] tanquā os corporis myſtici) eſt pars & complementū ſacrificii. [x] hinc ſacrificiū Græc. dicitur thyſia. i. mactatio, & theleti. i. conſummatio. nec datur ex operato fructus effectuſque ſacrificii niſi facta cōſumptione, [y] quæ eſt ſignū diuinæ acceptationis. [z] in quo fit realis applicatio ſacrificii ex Chriſti inſtitutione. Vt eucharistiæ ſacrum non cōfert proprium effectū ſine uſu & ſumptione. quare ſi celebrans decedat ante conſumptionē, vt ſibi non recipit gratiā, aut alium fructū ex operato, ita nec aliis pro quibus offerre cœpit, cōfertur ex operato fructus ſatisfactionis aut impetrationis. Sic merita Chriſti ſine cōſummatione ſacrificii cruenti per mortē (de qua Matt. 27. conſummatum eſt) non ſunt de facto acceptata à Deo, tanq̄ efficacia ad apertionē cœli. [a] & apud Gētiles facta libatio, & deinde immolatio ac dedicatio ſeu redditio, nō cēſebatur ſacrificiū, ſi propter impedimentū & defectum in victima repertum, non liceret litare, id eſt, conſumere ſacrificium, vt dictū eſt. [b] in leg. vet. præter immolationē occiſionemq; animalis, fiebat quędam cōſumptio per ignē, aut per ſacerdotem deuorantem: [c] per quem vt per miniſtrū ſuum cēſebatur Deus acceptaſſe ſacrificiū.

5 Conſumptio clarius ſignificat mortem & occiſionem rei immolatæ: quam etiam deſignat conſecratio vtriuſque ſpeciei, infr. §. 10. Deinde cōſumptio rei mortuę per ignem aut deuorationem, ſignificat conſumptionem mortemque ipſius mortis quę facta eſt per Chriſti reſurrectionem [d] vbi abſorpta eſt mors in uictoria. 1. Corinth. 15. & quod Matth. 27. dixit, cōſummatum eſt: [e] ſignificat plenā conſummationem ſacrificii per reſurrectionem, quando expirauit lex vetus, & cœpit obligare noua. ſup. lib. de bapt c. 2. ſic Luc. 3. dixit, tertia die cōſumor. Quare ſacerdos in Miſſa (dum offert panē, & iterū facta conſecratione [f]) dicit, ſe offerre in memoriam Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Ieſu Chriſti. quod etiam habetur in Liturg. Iacobi, Baſil. & aliorum Grę. Nam Patres ex Euchariſt. probant Reſurrectionem, & Aſcenſionem Chriſti: vt in ſacrificio adeps aut thus ī ſuffitū magis ſpūalem cōuertitur & aſcēdit in cęlū. [g] & Eſa. 55.

[p] Inf. cap 13. & Bellarm. 1. Miſſ. cap. 9. [q] Diuus Thom. q. 80. 12. ad tertium. Sacerdos bibit ſanguinem nomine totius eccleſiæ ſi uero nō eſſet eccleſia puta ſi nemo eſſet in mundo præter vnum ſacerdotem peccatorem hic fructuoſe offerret ſacrificiū nomine Chriſti: & cum fructu baptizaret infantem vice Chriſti, intendēs quod Chriſtus inſtituit, licet negaret eccleſiam. De facto tamen ſacerdos ſimul eſt miniſter eccleſiæ reſpectu orationum, & piorum rituum miſſæ, quos eccleſia adiecit ad augendum cultum Dei: ut qui contribuunt ſuas ſtipes celebranti participant & augēt fructum ſacrificii. [r] Diuus Thomas, ſupra Soto, diſtin. 13. quæſtio. 2. 1. col. 11. vt laicus ſatisfactionem, quæ ſibi prouenit per ſuſceptionem baptiſmi, aut per impletionē pœnitentiæ iniunctæ à confeſſario, non poteſt applicare alteri, quia eſt actus perſonalis. [ſ] Bellarm. 1. Miſſæ. ca. 7. ad fin. [t] Sup. R. ſecus de laico: vel ſi diaconus de facto offerret hoſtiam ab alio conſecratam, & conſumeret eam. [u] Supra Q. [x] Soto. diſt. 13. quæſt. 2. 1. Cano. lib. duodecimo, ca. 13. ad quartum. Recen. Thomiſt. & plane Diuus Tho. 2. 2. quæſtio. 85. 3. ad tertium. quæſt. 86. 1. & 3 par. quæſtio. 80. 12. ad tertium facit. quæſtio. 82. 4. (vbi tamen ad 1. & 2. negat uſum pertinere ad ſubſtantiam ſacramenti.) Bell. 1. miſſ. c. 27. propoſit. 7. & id fatetur eſſe D. Th. Sebaſt. c. 11. (ſed male impugnat. c. 12.) Et cit. ſup. c. 8. §. 5. I. vt Viguer. Led. q 23. 2. 4. Caſtro Miſſ. hæ. 2. col. 8. §. preter iſtā Gab. lect. 15. & 26. G. [y] Soto, Cano, Ledeſ. Recen. Angles. in flor. Theolog. ti. de miſſ. pag. 185. & cit. ſup. c. 8. §. 5. lit. I. Conc. Tol. 12. c. 5. c. relatum. cōſ. d. 2. & in miſſa dicitur, quotquot ex hac altaris participatione. [z] Sup. c. 1. §. 5. [a] D. Tho. 3. p. q. 48. 5. [b] Sup. c. 5. §. 5. [c] colligit Aug. 16. ciuit. c. 5. fin. ſup. c. 1. §. 5. E. [d] Sup. c. 1. §. 5. L. & inf. §. 12. T. Patres. Ambr. Augu. Alger. lib. penult. cap. 14. ex myſt. euchariſt. probant carnem Chriſti ſurrexiſſe immortalē, & Aſcenſionē quos affert Clau. rep. 2. c. 12. rep. 4. c. 9. & 10. & cont. Eutych. dicentē quod ſaluā poſt Reſurr. & Aſcēſio. caro cōuerſa

[f] Suſcipe ſancta Trinitas. Et, unde & memores domine offerimus. [g] Claud. rep. 2. ca. 12. rep. 4. ca. 9. & 10. probat ex patribus, quod in Euchariſtia, & Miſſa repræſentantur omnia fere myſteria, quæ continē tur in Symbolo: vt Incarnatio, partus ex Virgine, Paſſio & mors: deſcenſus ad inferos & reſurrectio. De Aſcēſione Chriſti probat repręſentari per ſuffitum ſacrificij, ut thuris, quod mutatum in ſubtiliorem ſubſtantiam aſcēdit in cœlum. Cyril. libro 12. in Ioan. cap. 57. & cum Synod. Epheſin. in epiſt. ad Neſtorium, ubi id probat, quia Chriſtus Ioan. 6. mirantibus, de myſterio euchar. dicit, ſi ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius. ibi Cyril. & Aug. ſerm. 2. de uerb. Apoſt. Athan. epiſt. contra Gregales Sabellij. Chryſoſt. ad popul. hom. 55. 61. ſed magis ad rem hom. 2. & Leo epiſt. 40. ca. 1. & ſer. 1. de Aſcen. fuiſſe argum. Deitatis, quod ut deſcendit de cœlis, non deſerens illos, ita aſcēdens de terra, maneret ſimul nobiſcū in euchar. ſanct Bernard. ſer. in cœna. Et quia in Chriſto fuit duplex priuatio, nempe uitæ & honoris (Sap. 2. tormento & contumelia interrogemꝰ eū. Pſ. 40. quando morietur & peribit nomen eius) vt deſtruxit mortem morte ſua per reſurrectionem conſummata (Luc. 3. & 3. die conſumor) ita cōſumpſit ignominiam crucis Aſcenſione honorifica, qua ſedet ad dexteram Patris. Caietan. bene opuſc. de error. circa ſacriſ. miſſ. c. 9. 2. ut refricat memoriam mortis, ita & ignominiæ quam ſuſtinuit: quaſi paratum ſe oſtendat iterum mori pro ſingulis, ſi opus eſſet. Chryſoſt. Theophyl. in id Galat. 2. qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. & ſic reuelauit Chriſtus Carpo, vt refert Diony. epiſt. 8. ad Demophilum. Suar. 3. p. quæſt. 1. artic. 4 dub. 5. fin. ſic Luc. 15. pro una oue perdita uenit bonus Paſtor. At quia probabilius eſt quod pro unico peccante non ueniſſet ut pateretur pro illo (Diuus Thom. & recent. 3. p. q. 1. 4. ad primum.) certe in euchariſtia ita totum ſe donat ſingulis cum myſtica morte, & ita quoad ſufficientiam mihi proficit mors eius, debeoque ei gratias, ac ſi pro

me

dabo uobis ſancta Dauid fidelia. [h] quod de reſurrectione exponit Paul. Act. 13. & particula quæ miſcetur ſanguini, ſignificat reſurrectionem, in quo corpus reunitum eſt animæ. De hac mortis conſumptione dicitur Oſeæ. 13. ero mors tua ò mors. [i] numeraturque una lux & dies inter duas noctes in triduo mortis Chriſti, eo quod inter mortem peccatumq; fuit plenum ſacrificium. i. mors Chriſti per reſurrectionem conſummata, quę illas duas mortes cōſumpſit. [k] ſic ergo ſacrificium incruentum eſt ſimul ſignum Reſurrectionis: & Miſſa ex præcepto fit in Dominica, in memoriam reſurrectionis. [l] ſic baptiſmus (qui Hebr. 10. vocatur hoſtia pro peccato) eſt typus mortis & Reſurrect. & ſignificat ac efficit eum fructum, qui nō eſt ſola remiſſio peccati per non imputationem, ſed renouatio per vitam gratiæ & donorum, ut probat concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. ex Rom. 6. mortuus eſt pro peccatis: ſed reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Ita ſacrificium ordinatur nō tantum ad deſtructionem peccati, ſed ad reſurrectionem animæ, conſeruationem gratię, & adeptionem gloriæ, [m] ut reſurgens aſcendat in cęlum, ad imitationem Chriſti. (ſic ſacrificium olei ſignificat gratiam: ſalis uero pręſeruationem à corruptione, & ſapientiam. [n]) Atque ita plena conſumptio ſacrificij & mortis ſignificando cauſat in toto homine plenum effectum ſacrificij, [o] nempe deſtructionem mortis & mortalitatis per corporis reſurrectionem. [p] Nam & Chriſtus ex conſumptione ſui ſacrificij, particeps extitit effectus & ſecundum animam per actualem quandam refectionem: [q] & quendam ſacrificii effectum ſecundum poſſibilitatem carnis habuit. [r]

6 Sola conſumptio hoſtiæ pridiè conſecratæ, quæ fit in fer. 6. Paraſceues, non habet rationem ſacrificii, [ſ] (niſi lata ſignificatione, ut cap. 8. §. 5. dicitur) quia eo die quo pręſens fuit uerum Chriſti ſacrificiū in cruce, decenter noluit eccleſia adeſſe ſacrificiū memoriale, & uetat ſacramenta euchariſtiæ penitus celebrari: [t] vt præſente luce ceſſat vmbra & figura. tunc enim ſacerdos nullum dicit uerbum quo oſtendat ſe offerre, non facit memento, nec dicit orationes poſt communionem: & ſumit abſque ulla diſpenſatione ſpeciem tantum panis, cum tamen ius diuinum præſcribat ſacrificium non fieri niſi ſub duplici ſpecie. Sic quod apud Gręcos dicitur præſanctificatorium [u] non eſt nouū ſacrificium: ſed pertinet vt pars ad ſacrificium præcedentis temporis. vt ſi hodie in medio miſſæ deficiat ſacerdos, & cras alter conſumat & perficiat, fit vnū ſacrificium ex vtroque. dicitur tamen Dan. 12. ſemper offerri iuge ſacrificiū miſſæ. & Matt. 6. panis quotidianus: [x] quia vnius diei defectus pro nihilo reputatur.

7 Conſumi dicitur in miſſa res oblata: non quod corpus Chriſti ſecundum ſe conſumatur, ſed quia conſumptis ſpeciebus, ob quas id ſacrificium dicitur viſibile, corpus Chriſti quod manducatur, quatenus eſt cū his ſpeciebus ſacramentaliter colligatū, denominatur frangi & conſumi, lib. de euchar. c. 20. fin. Et vt cibus dum intrat ſtomachum (licet non ſtatim abſumitur) dicitur eo vſu conſumi, [y] quia eſt in via corruptionis per ſe ordinatæ, fit nutritio: ita ſpecies ſacramentales manducatione dicuntur conſumi in cauſa, quia deinceps, nō apparent vt ſenſibiliter offerantur, nec manent aptæ, vt iterum ſumantur: & ſunt in via vt iis corruptis deſinat ibi eſſe corpus Chriſti. Per accidens vero eſt quod poſt uomitum ſumentis expulſæ poſſint iterum manducari: nam prima ſumptione, quamuis in ſtomacho non conſumantur, datur effectus ſacramenti & ſacrificii. Nec vitalis manducatio requirit vt cibus conuertatur in ſubſtantiam aliti: ut conſtat de cibo quem Chriſtus poſt reſurrectionem vere comedit. [z]

8 Si ſacerdos ſumat ſigillatim plures hoſtias aut particulas, quas vna verborum forma conſecrauit, & deinde obtulit, non facit multa ſa-

me ſolo mortuus eſſet, incarnatus, & ſe in euchariſt. pro me ſolo inſtituiſſet. Diuus Thomas ſup. ad 2. Auguſt. ſoliloq. cap. 14. Anſelm. in Galat. 2. & ita ſe explicat Chryſoſt. lib. 2. de compunct. cordis. & hom. 33. 34. 39. in Geneſ. & ſer. 2. in Rom. & Dionyſ. loquitur de ſalute totius generis humani, vt Luc. 13. [h] Sic exponitur in Acto. 13. & Tertull. 3. contra Marcio. capit. 14. & Eſa. 55. ſenſus eſt dabo ſancta Dauid (ſumitur pro ſingulari) id eſt ſanctum Chriſti corpus de ſemine Dauid ſumptum, fidelia, id eſt incorruptum & firmum. Hieronym. & 70. interpr. & præmiſit Eſa. 55. venite, emite uinum & lac. 1. pinguedinē: comedite bonū &c. (ſic Zachar. 9. vocatur bonum ſine addito, id eſt optimū, de euchar. quod eſt bonum eius) & id Eſai. de Euchar. exponit Hieron. Leo Caſtri, & citat Ambroſ. de inſtit. virg. c. 13 lib. 1. de ſi cap. 7. lib. 3. de Spiritu ſancto. c. 18. fin. [i] in Liturg. Iaco. Gabr. lect. 8 cum Innoc. facit D. Thom. 3. par. quæſt. 83. 5. ad 9. Amalar. lib. 3. offic. c. 31. Bellar. lib. 2. miſſ. c. 27. inſ. cap. 34. §. 4. fin. [k] Diuus Thom. 3. p. q. 51. 4. [l] Turrian in Clem. lib. 7. conſt. cap. 37. ad fin. [m] D. Thom. 3 par. q. 22. art 2. [n] D. Tho. 1. 2. quæſt. 102. artic. 3. ad 13. & 14. [o] colligitur ex Aug. epiſt. 23. ad Bonif. ſacrificium ſignificat ad modū ſacramenti, quia ſignificando cauſat. & lib. 10. ciuit. c. 5 ſacrificium uiſibile definit eſſe ſignum inuiſibilis ſacrificij. [p] Sup. de euchar. cap. 35. § 4. & 5. & colligitur Ioan. 6. qui manducat meā carnē, & bibit meū ſanguinē habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum. Vt ex vnione diuini ſpiritus, cum anima noſtra efficimur vnus ſpiritus cum Deo: ſic ex vnione hac corporis noſtri ad corpus Chriſti unum corpus efficimur. 1. Corint. 10. quia utrumque concurrit ut unum principium ad unum actum corporeæ potentiæ, vt explicatur de euchar. c. 36. §. 2. [q] De euchar. cap. 36. 58. Diuus Thomas. 3. par. quæſtio. 81. primo, ad tertium. [r] Expreſſe D. Thom. 3. par. quæſtio. 22. 4. ad primum. & in horto orauit pro ſe, addit D. Thom. cum concil. Epheſin. can. 10. quod Chriſtus non eguit ſacrificio ſimpliciter pro ſeipſo, cum ſit innocens, & licet angelis meruiſſet gratiam, proprie tamen non obtulit ſacrificium, & mortem ſuam pro angelis. Augu. enchyr. cap. 65. & ſeq. Suar. 3. par. q. 19. dub. 42. ad fin. ſacerdos Hebræ. cap. 5. & 7. offert etiam pro ſe ipſo, cum ſit circundatus infirmitate. inf. cap. 14. F. [ſ] Inf. cap. 24. §. 4. Diuus Thom. 3. par. quæſt. 83. 2. ad 2. vbi Cano, & recent. Hug. to. 3. lib. quinto. Miſcel. cap. 43. Richar. diſtinct. 13. artic. 2. quæſt. 4. Palud. q. 2. art. 2. Maior. diſt. 12. quæſt. 2. fin. Ledeſ. 1. par. quæſt 24. 2. fin. Soto. diſtinct. 13. q. 2. artic. 2. ad 2. Taper. art. 16 Bellarm. 1. miſſ. c. 1. ad fin. Sebaſt. & alij cit. ca. 8. § 3. Faius lib. 1. de ſacrificio. c. 10. Vualden tom. 2. de ſacramen. c. 83. 89. colligitur ex Innocen. I. epiſt. 1. c. 4. cap. Sabbatho. de cōſecrat. diſtinct. 2. vbi gloſſ. Turrecrem. Imo ex concil. Arauſican. 2. cano. vlt. & apud Burchar. lib. 13. c. 9. dicit ex traditione eccleſiæ in Paraſceue, ſacramenta penitus non celebrari. Syluest. & Summiſtæ verb. miſſa. Nauar. ca. 25. num. 88. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 24. num. 6. Guillel. in Rationali. Raban. de inſtit. cler. cap. 67. & probat quia in leg. vet. quando ſemel in anno ſummus ſacerdos intrabat in ſancta ſanctorū (Leuit. 16. fin. Exo. 30. quod citatur ad Hebræ. ca. 9.) reliqui ſacerdotes abſtinebant ab omni ſacrificio. Alan. lib. 2 de euchar. capitu. 15. Hoſt. inſtit. cap. 41. vid. l. 47. titu. 4. P. 1. quia noua conſecratio pertinet ad nouum ſacrificium cōtra ſumm. confeſſ. ſol. 225. dicentem, ſecluſo ſcandalo bene facere uiros timoratos qui ea fer. 6. & Sabbato ſancto celebrant, quando ob occupationes nō poſſunt officium integre. Addit. d. cōc. Arauſic. quod fer. ſexta datur cōmunio. uno Paſſa, & quidam recent. qd parochus ea fer. ſexta. aut Sabbato ſancto celebrare poſſet ad communicandū infirmum. [t] Innocen. I. & d. cap. Sabbato. Burchar. & concil. Arauſic. ſup. [u] Supra cit. cap. 8. §. 5. Q. [x] Et Dan. 11. iuge ſacrificium. & in orat Dominic. quæ cantatur in miſſa, uocatur panis quotidianus, vt exponit Cypria. [y] Cibi dicuntur primo vſu conſumptibiles: vt apud Minoritas cum vſu ciborum tranſit dominium: pecunia vero uſu dicitur diſtrahi, non conſumi. [z] Auguſt. lib. 3. de mirabil. ſcrip. c. 16. lib. 13. ciuit. ca. 22. lib. 22. ca. 22. Bed. ho. fer. 3. Paſchæ. idem Bed. in Luc. 24. D. Thom. 3. par. quæſt. 54. 3. ad tertium quæſt. 55. 6 ad primum. vt radius ſolis aliter conſumit aquam quam terra ſitiens. Soto. diſtin. 44. art. vlt. ad fin. generaliter, & D. Thomas. 2. diſt. 8. art. 4. ad primum. quodlib. 5. art. 3. lib. 4. contra gent. cap. 83. de potentia.

crificia cum diſtincto fructu, [a] nec poteſt plures pitantias accipere: qa cenſetur moraliter unius conuiuij tefectio, quamuis per interſtitia temporis hoſtias aut reliquias ſumat in eadem miſſa. In die tamen Natalis Domini fiunt tres miſſæ, inf. cap. 30. cum diſtincto effectu & fructu, & ſunt dignæ tribus ſtipendus: quia multiplicantur omnes partes ſacrificii, cum diuerſa conſecratione oblatione & cōſumptione, quamuis una celebretur ſtatim poſt aliam.

6 Vna ergo ex his tribus partibus non ſatis eſt ad rationem fructumq; ne ſacrificij. [b] Quod ſi conferantur inter ſe principalior res videtur conſecratio, ad quam neceſſarius eſt character, & per eam adeſt corpus Chriſti vt fiat res oblata: ſicut in ſacrificio cruento principalius ſe habet Incarnatio, ſeu verbum Dei incarnatum, quam paſſio & mors Chriſti. Oblatio tamen qua ſacerdos, ex officio offert nomine Chriſti, pertinet formalius ad rationem ſacrificii: [c] ſicut paſſio & mors formalius pertinet ad ſacrificium cruentum. conſumptio propinquius & principalius ſe habet circa effectum ſacrificii. [d] ſacrificio legis naturæ & uet. ſatis erat habere has partes confuſè ſine tanta diſtinctione, [e] & in rebus etiam inanimatis. quod ſi uetera meruerunt nomen ſacrificii, vbi erat mors uera animalis, cum tamen res oblata non eſſet Chriſtus, niſi typicus & in figura: multo magis dicetur ſacrificium miſſę, in quo verè Chriſtus offertur qui fuit mortuus, & nunc mactatur & immolatur cum typica ad uiuū repræſentatione mortis per utrāque ſpeciem, & ipſarum ſpecierum fractionem & conſumptionem. Hactenus de tribus ſacrificii partibus neceſſariis & eſſentialibus: nunc de aliis dicendum eſt.

10 Vtriuſque ſpeciei conſecratio & ſumptio (ad quam Chriſtus obligat eum qui celebrat, dum cōmodè fieri poteſt [f]) non uidetur pertinere ad ſacrificii eſſentiam, ſed ad integritatem: [g] quia in eſſentialibus non fit diſpenſatio. ſi tamen ob caſum miraculi ſacerdos ſumat alteram tantum ſpeciem infra c. 38. aut ſi Papa ex graui & utili cauſa diſpenſet [h] miſſam fieri ſub ſpecie tantum panis: ſatis ſola panis ſpecies ex vi ſacramenti repræſentat ſacrificium cruentum & corpus Chriſti mortuū & exangue, [i] vt ſi conſecraretur in triduo mortis: nec enim ſuperueniens conſecratio vini addit nouam ſignificationem ſpeciebus panis prius conſecratis. expreſſius tamen repræſentatur conſumptio aut occiſio rei oblatæ per utriuſque ſpeciei cōſecratiuam actionem, ſup. c. 8. §. 4. Quod ſi ſola ſpecies panis nō tam plene id repræſentet: ſuppletur in eo quod hoſtia frangitur & conſumitur. ſic Melchiſ. obtulit uerum ſacrificium, & ex ſimila & thure conſumpto fiebat vetus ſacrificiū abſque tam expreſſa mortis repræſentatione. Indiſpenſabile vero eſt vt ſacrificium poſt factam conſecrationem, ſponte dimittatur inchoatum [k] (quod & apud Gentiles ſeruabatur [l]) ſi perfici poſſit ab eodem, aut certe ab alio ſacerdote in eodem aut ſequenti die: qui inchoare debet ab eo loco ī quo poſt conſecrationem utriuſque ſpeciei defecit primus ſacerdos: ne ſacrificium maneat imperfectum contra Chriſti præceptum, & ne ſpecies vini ſi diu reſeruentur, poſſint effundi, aut inutiliter corrumpi.

11 Eleuatio hoſtiæ in altum ſignificat Chriſtum in cruce exaltatum, aut ſecundum quoſdam patres Reſurrectionem & Aſcenſionem Chriſti. Hic ritus eleuandi hoſtiam etiam olim Leuit. 23. pertinebat ad quandam ſanctificationem materiæ: [m] ſed non eſt pars neceſſaria in ſacrificio miſſę. [n] Iſtē fractio hoſtiæ ſuper calicem in tres partes, ſignificat paſſionē qua Chriſtus vulneratus eſt manibus, pedibus & latere. ſed non pertinet ad integritatem ſubſtantiamq; ue ſacrificii. [o] Vt nec calix diuiditur, niſi cum conſecratur epiſcopus. quamuis Luc. 22. & Marc. 14. de calice dixit Chriſtus, accipite & diuidite inter uos. Ex quo tamen Paulus Samoſaten. inferebat ſanguinem Chriſti tanquam puri hominis, in ſacramēto diuidi & corrumpi. quem Dionyſ. Alexandr. epiſt. ad illum confutat. [p] nam interdum cibus integer ſine diuiſione deuoratur, & habet effectum delectationis, licèt non conſumatur. Et hoc modo in deuorata ſpecie Chriſtus integer ſumptus habet ſuum effectum, licet infirmus ſtomachus eam euomat, nec conſumat. Chriſtus uero ideò Matt. 26. fregit, ut diſtribueret diſcipulis: & Luc. 24. frangens cōmunicauit ſub ſola panis ſpecie duos diſcipulos euntes Emaus. de calice ait accipite, & diuidite inter uos. Nec tamen fractio panis & diuiſio calicis, & quædam alia quæ Chriſtus fecit, pertinent ad ſubſtantiam ſacrificij.

12 Commiſtio particulę fractę ex hoſtia cum potu ſanguinis minus pertinet ad ſubſtantiam ſacrificii. [q] Quod vero ſacerdos ait, hæc commiſtio & conſecratio fiat nobis ad ſalutem, intelligitur, fiat utilis: in quem ſenſum Pius V. in Miſſali uerba tranſpoſuit: [r] & ita ſunt interpretandi Iacobus, Baſil. & Chryſoſto. in ſuis Liturg. & alii Græci ac Syri: qui poſt verba conſecrationis petunt panem iſtum effici corpus Chriſti, & calicem hunc fieri pretioſum ſanguinem eius. Non enim petunt fieri nouam conſecrationem, vt falſo quidam Græci [ſ] interpretantur: ſed orant ut facta conſecratio fiat nobis utilis ad ſanctificationem corporis myſtici. Ea commiſtio ſignificat reunionem animæ Chriſti cum corpore per reſurrectionem. [t] aut ſignificat corpus myſticum, ſeu uiatores ſpecie panis ſignificatos, egere adhuc ſatisfactione ſanguinis Chriſti. & ei uniri ut eam participent. [u] Diſtributio in circunſtātes fiebat olim in ſingulis fere Miſſis, [x] quando Act. 2. erant perſeuerantes in oratione & fractione panis. idem mos ſeruatus eſt apud gentiles, [y] ut aſtantes fierent participes ſacrificii & libarent vinum: & Geneſ. 14. de ſuo ſacrificio Melchiſedech poſtquam in gratiarum actionem pro uictoria, nomine Abrahæ

tia quæſt. 6. artic. 8. ad 8. contra Duran. 4. diſt. 11. quæſt. 3. dicētem quod Chriſtus conuertebat in ſubſtantiam ſuam, ſine quantitate, de quo Bellarm. 3. de euchar. ca. 13. ad 2.

a [a] At propter abuſum uetat ſigillatim conſumi formulas, concil. Toletan. 12. ca. 5. & relatum. de conſec. diſt. 2. Diuus Tho. q. 79 7. ad tertium

b [b] Contra quoſd. DD. cit. c. 8.

c [c] Sup. c. 1. ca. 8 § 6.

d [d] Sup. §. 4. Y.

e [e] Supra c. 2. & 4. vt olim ſatis erat fides implicita Chriſti.

f [f] Vt præcepto diuino tenetur præmittere confeſſionē ante miſſam, ſi habeat copiam confeſſarij. ſic tenetur ad miſcendam aquam vino, & conſumere vtramque ſpeciem. quæ tamen nō ſunt de eſſentia. excuſatur tamē ob caſum incidentem ab integritate. inf. c. 30. 36.

g [g] Sup. ca. 7. Q. Angles. 11. de miſſ pag. 186.

h [h] lib de euch. cap. 13. 44. ſic Luc. 24. Chriſtus ſub altera ſpecie cōſecrauit ſacrificium.

i [i] Fatetur Sebaſt. ca. 11. & 14. Angles. cit. ſup. c 8. § . 4.

k [k] Inf. c. 36. 40. vid. ca 30.

l [l] Girald. ſyntag 17. de ſacrif. p. 441.

m [m] Sup. c. 1 §. 3. ex Leuit. 23 D. Th. 3. p. q. 102. ar. 3. Bellar. 1. miſſ ca. 2. § 7.

n [n] Sebaſt. ca 11. Bella. 2. miſſ. c. 17. contra Canum. lib. 12. ca. 13. ad 4.

o [o] Sebaſt. Bellar. communis recens contr. Chem. & citatos, ca. 8. §. 4.

p [p] Q. Ant. epiſto. Dion. ex H eron de viris illuſtr. refert Turrian. lib. 4 de can. Apoſt cap. 19. Claud. rep 2 c. 10. ad fin.

q [q] Sebaſt. Bellar. ſup.

r [r] In quo ſenſu explicat D. Tho. q 83. 4 ad 7 Gabr. lect. 81. cum Inno. Democar. lib. 4. ca. 28 & ſic Græcos exponit Claud. in Liturg. & li. de reb euch. repet. 7. ca. 5. Beſſar. opuſc. de euch. habetur poſt conc. Flor. Sixt. lib. 6. bibli. ca. 112. Bonus in Clement. lib. 8. conſti. Apoſto. c. 17. vbi Turrian. lib. 5. conſt. cap. 13. col. 7. fin.

ſ [ſ] Quos cum adeſſet in concil. Floren. ſecutus eſt Marcus Epheſius libell. de euchariſt. cap. de ſanctificatione diuinorum bonorum. & Cabaſil. de interpretatione Miſſæ. cap. 29. & 30. ut refert Claud. in Liturg.

t [t] Quia ſanguis ſeu anima unitur corpori. ita Iacob. in Liturg. Gabr. lectio. 80. cum Inno. ſed expreſſius ſignificatur reſurrectio per conſumptionē, vt dictum eſt: per quam ſpecies corporis & ſanguinis reuniuntur intra ſtomachum.

u [u] D. Thomas 3. par. q. 83. 5. ad 9. Soto diſtinct. 13. quæſt. 2. 5. ſicut ſpecies panis participat odorem, colorem que ex ſpeciebus vini, & mollificationem.

x [x] Supra de euchar. cap. 40.

y [y] Sup c. 5. ſic Deut. 32. de quarū uictimis

mis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. quod Act. 15. vetuerunt Apoſtoli veſci idolothytis iſtis. Virgil. 8. Aeneid. interea ſacra, &c. Veſcitur Aeneas, ſicut & Troiana iuuentus.
z [z] Fatentur Rabini, quos citat Galatin. lib. decimo. de Arcan. cap. quinto. Genebr. lib. primo. Chronic. pagin. 13. idem Clemen. Alexan. 4. Strom. ad fi. Damaſ. lib. quarto. capit. 14. & generaliter Ioſephus, 8. antiqui. c. ſecundo, quare idem ſentit de Melchiſe. dum dicit obtuliſſe Abrahæ. li. antiquit.
a cap. 11. [a] 1. Reg. 9. venit in ciuit. quia ſacriſ. & hodie. & cap 16. & li. tertio. Reg. 8. Ioſeph. 8. an
b tiq. c. 2. [b] Inf. c. 26.
c & ſequen. [c] Inf. ca. 36. vſque ad 40.

CAP. X.

a Sup. [a] lib. de eucharist. cap. 1. ſic Deus explicatur va
b rijs nominibus. [b] Sup. capit. 5. 6. 8. Bellarm. 1. Miſſ. ca. 15. laic, Andreas Apoſto Ambroſi. Niſſen Chryſoſto. Auguſt. Cyril. Leo. Fulgen. Cyprian. lib. 2. epiſto. tertia.
c [c] quia Apoſt. 1. Corinth. 11. carpit non permittentes pauperes ſecum manducare cœnam Dominicam: cum tamē Chriſtus cum Apoſtolis ſimul cōmunicauerit, Anſel. Bed. Theodore. in 1. Corinth. 11. quia & Luc. 14. eucharistia dicitur cœna magna, vt ibi exponit Cyrillus. Theophyl. Augu. de verb. Domini, ſermo. 33. Ianſen. concor. capit. 91. Baſil. in regul. breui Reſpon. 310. ob quod catechiſ. Pij V. dicit, à vetuſtiſ. Patribus vocatam cœnam Dominicam. Fatetur Bellar. lib. 1. de Miſſ. c. 15. Auguſt. epiſto. 59. ſic 1. Corinth. 10. diſtinguit menſam Domini, contra menſam Dæmoniorum: de quo Bellarm. capit. decimo, ad fin. At Bonauent. in id Luc. 14. exponit
d de eccleſia ſeu gloria, ad quam Chriſtus omnes inuitat. [d] In id. 1. Corinth. vndecimo. cœnam Dominicam Chryſoſtomus, & alij multi exponunt, taxare priuatam cœnam, à qua excludebant Pauperes: cum deberet eſſe Dominica, id eſt, commune conuiuium in eccleſia, in ſubſidium pauperum; idem Athanaſius, Ambroſius, Theophylactus, Oecumen. Lyra. Caietanus idem Chryſoſtomus, tom. tertio, homil. in id. 1. Corinth. vndecimo. oportet hæreſes eſſe, cap. liquido de conſecr. diſtinct. ſecunda,
e & Recent. mſ. lu. S. [e] Bellar. 2. miſſ. cap. 10. obiect. 4. Groppeius in enchyr. ex conc. Colonien. Petrus Soto. titu. de euchar. lect. prima,

obtulit Deo, deinde ad participationem ſacrificii inuitauit Abrahā
z & milites eius: [z] & generaliter fiebat conuiuium, poſt abſolutū ſacri-
a ficium: [a] & Chriſtus in vltima cœna poſt oblatum Patri ſacrificium, inuitauit diſcipulos ſacro conuiuio vt de illo participarent. At non pertinent ad integritatem ſacrificii inf. cap. 20. quia Miſſa priuata in qua ſolus ſacerdos communicat, eſt perfectum ſacrificium. inf. c. 30. porro Doct. præter tres partes conſecrat. oblationem & conſumptionem, nō agnoſcunt reliqua quæ concurrunt pertinere ad ſubſtantiam ſacrificii. Quare ſacerdos qui ſolicitus eſſe debet, ne quem ex ritibus ab eccleſia
b obſeruatis omittat, [b] ſi ad finem miſſæ deprehendat defuiſſe eleuationem hoſtiæ, fractionem aut cōmiſtionem particulæ: non oportet
c aliquid iterare aut ſupplere. [c] Hactenus probatum eſt miſſam eſſe ſacrificium quia habet non tantum tres partes eſſentiales, ſed reliqua omnia quæ cōcurrere ſolent ad perfectionem ſacrificii. nunc idem oſtendendū eſt ex varijs nominibus, figuris, & vtriuſq; teſtamēti autoritatibus.

CAP. X.

De varijs nominibus: & cur dicitur miſſa? De figuris. & probatur hoc ſacriſ. ex vtroque teſtamento.

FRuctus, & myſteria huius ſacrificii, Patres negant ſatis explicari
a vno nomine. [a] Vſitata voce voca-
b tur hoſtia, victima, libamen. [b] In-
c terdum cœna Dominica: [c] qua voce (quæ non ſatis colligitur ex ſacra
d ſcriptura [d]) abſtinendum eſt, quod
e illa hæretici abutantur. [e] nec ita vocant Patres qui ſermones ſuos in-
f ſcribunt in cœna Domini: [f] ſed ſignificant tempus feriæ quintæ in cœna, in quo ſunt habiti. 2. dicitur teſtamentum Matth. 26. Hebræ. 9. dum citat Exod. 24. non quidem vt ſignificat legem nouam Chriſti,
g [g] in qua miſſa eſt proprium ſacrificium: ſed teſtamentum dicitur iuſta voluntatis ſententia de eo quod

f Claud. repetit. 6. de euchar. capit. primo. [f] Socher. capit. in cœna.
g conſ. d. 2. Cypria. Bernar. & alij ſerm. in cœna Domini. [g] Poſſet ſic dici per metonimiam (vt Matth. 26. dicitur calix noui teſtamenti. & ſumitur continens pro re contenta) vt miſſa dicitur lex,
2 Glorioſum honorem in pace, ac robur in bello datum homini per hoc ſacrificium, cõiunxit cum vtilibus diuitijs. [h] in ſpeciali concedit iuſtis tanquam filijs hunc cibum regium filiorum, vt augeat filijs patrimonium, & ius hæreditatis cum augmento gratiæ, & perſeuerantia in bono: & datur tanquam pignus futuræ gloriæ æquale. [i] Impetrat inſuper bona, & ſubſidia tẽporalia. 2. indigentibus concedit liberationem à malis, & per ſe inſtituitur ad ſatisfactionẽ pro temporali pœna: quomodo prodeſt & pijs defunctis, vt fiat perfecta placatio: & reconciliatio cum Deo pœna vero æterna non tollitur abſque remiſſione culpæ: [k] & pro utriuſque remedio impetrat impio auxilia, & donum etiam cõtritionis. aut ſacramentum cum tali diſpoſitione attritionis, vt per illud impius iuſtificetur cum gratia & donis infuſis. [l]

3 Modo eximio ſacrificiũ eſt moralis cauſa iſtorum effectuũ: nempe ex infallibili lege iuſtitię, vt ſatisfactionis pro viuis iuſtis aut defunctis: & ex opere operato, [m] quãuis ſacerdos qui offert ſit peccator. Deinde ab effectu diſtinguitur triplex ratio ſacrificij. [n] dicitur 1. ſatisfactorium pro pœna temporali. 2. propitiatorium pro culpa. 3. impetratorium, non ſolum pro remiſſione pœnæ aut culpę, ſed pro nobis futuris quę ſaluti expediunt, aut in gratiarum actionem pro acceptis beneficijs.

4 Per totius uitę opera, & cruentum crucis ſacrificium Chriſtus multiplicatis titulis [o] operatus eſt ſalutem noſtram. Primum titulo ſatisfactionis, à quo ſacrificium dicitur ſatisfactorium: quatenus per pœnas in paſſione toleratas, & virtute ſacrificij nobis applicatas, liberat nos à pœnis debitis: At quia pœna ęterna non tollitur niſi ſimul cum culpa: [p] ſequitur vt 2. titulo Chriſtus ſacrificio propitiatorio per modum redẽptionis nos liberauerit à ſeruitute culpę, & captiuitate diaboli. Pręter eam liberationem à malis. 3. adiecit Chriſtus titulum ob quem confert eximia bona: nempe per modum meriti de rigore iuſtitię, obtinet conferri nobis gratiam cum remiſſione culpę & pœnę, & perſeuerantiam, ac glorię conſequutionem. Item per modum orationis impetrat, [q] & exauditur pro ſua reuerẽtia Hebræo. 5. & in cœlo poſitus extra ſtatum merendi (ſi proprie non orat ſupplex petitione etiam vocali, [r] vt in via orabat) eſt aduocatus noſter. 1. Ioan. 2. & opere ipſo orat, dum pręſentat Patri vulnerum cicatrices, & memoriam paſ-

vid. lib. de euch. in proœm. & c. 36. cum ſeq. vbi explicantur patres. de honore & dignitate ſacerdotis præ angelis, vt conſecret corpus Chriſti, & abſoluat à peccatis, aperiatque regnum cœlorum. Chryſo. lib. 3. & 6 de dignit. ſacerd. [b] Ex parte modi vnio beati cũ Deo inamiſsibilis, eſt melior: non tamẽ ex parte rei donatæ: & ideo Chryſoſt. & quidam patres hanc unionem Chriſti cum digne manducãte, comparant cum myſterio incarnationis: ſup. de euchar. cap. 36. [c] Perpendit Caiet. in id Ioan. 3. ſic Deus dilexit mundum, vt filium daret, & quę admittunt futuram fuiſſe incarnationẽ in Dei gloriam ob bonum uniuerſi, licet Adam non peccaſſet. Alex. 3. par. q. 8. m. 13. Albert. 3. d. 10. art. 4. Scot. d. 7. quæſt. 3. d. 19. Cathar. Suar. 3. p. q. 1. ar. 3. diſ. 5. §. 2. & 4. fauent quidem Patres, quia incarnatio eſt bonũ melius uniuerſo. D. Tho. 1. par. q. 20. 4. ad 1. q. 25. 6. ad 4. [d] D. Tho. 1. p q. 38. 2. ad 1. Deus primum dat amorem, deinde donum: nec humanitati aſſumptæ minus datum eſt, quam habeat tota deitas. Augu. li. 3. cont. Maxim. ca. 10. nihil maius ſunt tres perſonæ quam vna, nempe in qua ſubſiſtit humanitas Chriſti. Torren. li. 1. conſ. c. 2. §. 1. ſi. & §. 4. [e] Chriſtus Phil. 2. humiliauit ſe, propter quod Deus exaltauit illum. & in eccleſia cœleſti, & militanti proponitur adorãdus Angelis, & hominibus ſup. de euchar. c. 32. [f] ſup. c. 11. §. 1. [g] De bono honeſto, ſeu hõnorifico d. eſt, & quod nutrit cibo filiorum ſuper menſam ſuam. De bono utili dicetur c. 13. & ſeq. ex effectibus eucha. & ſacriſ. de delectabili. Sap. 16. manna habuit omnem ſaporem ſuauitatis. Iob. 31. quis det carnibus eius. vbi D. Tho. (quòd eccleſ. affert pro eucha.) quia videntes Iob ſuauiſſimum virum, dicebãt, o quis virum hunc manducaret. [h] Pſal 111. gloria, & diuitiæ in domo eius. & de honore in pace Pſal. 147. poſuit fines tuos pacem. & adipe frumenti ſatiat te. de honore autem in bello ſeu in eccleſia militante contra hoſtes. inf. c. 13. [i] Illi effectus ex eucha. reperiuntur etiam in eo qui caret peccato. ſic B. Virgo ex quotidiana communione nimis profecit in gratia, & fortitudine contra aduerſarios. [k] Trid. ſeſſ. 6. c. 14. pœna æterna ſimul cum culpa remittitur. [l] De quibus effectibus inf. c. 13. & de euchar. c. 34. & ſeq. [m] Satisfactio ex miſſa applicatur etiam defunctis ſecundum legem iuſtitiæ. inf. c. 16. & ex opere operato. inf. c. 18. § 7. lit. T. [n] De triplici ratione ſacriſ. ſup. c. 2. § 4. D. Tho. q. 79. 5. & 7. Scot. diſt. 11. q. 2. ar. 5. d. 13. q. 2. 1. li. 9. iuſt. q. 2. & 3. Lede. 1. par. q. 14. Cano. lib. 12. c. 13. Taper. a. 16. Gabr. lec. 85. Cathar. opuſ. de miſ. Naal. Bed. cont. Fabr. in Luc prop. 113. Honcala opuſ. de valore miſ. Cord. lib. 1. q. 3. & 4. Pet. Sot. tit. de eucha. lect. 7. Sebaſt. de ſacriſ. c. 10. & 21. Summiſt. verb. miſſ. Allen. lib. 4. tit. 29. ar. 2. [o] De his varijs tit. D. Thom. 3. par. q. 48. quos ſummat ar. 6. ad 3. & quod per modum ſatisfactionis effecit noſtram ſalutem art. 2. per modum redemptionis à peccato, & captiuitate art. 4. per modum ſacrificij artic. 3. & 6. ad 3. per modum meriti artic. 1. [p] Trident. ſeſſ. 6. c. 14. [q] Si Chriſtus etiam nunc in cœlo fundat proprie orationem, & petitionem mentalem aut etiam vocalem: non tamen dicimus, Chriſte ora pro nobis, ſed miſerere nobis: tum ob vitandum periculum erroris ne credatur creatura. D. Tho. 4. diſt. 45. q. 3. a. ad 3. tum quia magis honoramur, dum petimus, vt ipſe donet cum Patre. Sic Regẽ qui ſimul eſt Comes, & Dux nõ vocamus amplitudinem, ſed maieſtatem. ſic dix. in prælect. noſtris. 3. p. q. 21. ar. 1. Chriſtum vt homo eſt nunc orare, id eſt, explicare deſiderĩ noſtræ ſalutis. D. Tho. expreſſe in Heb. 7 lec. 4. & ſignificat. 3. p. q. 21. 2. & 2. 2 q. 83. art. 10. ad primum, & clare 4 d. 15. q. 4. 6. ſ. ad 1. & diſt. 45. Bonauent. tom. 1. opuſc. de uita Chriſti. c. 98. de aſcenſ. Abulen. Matt. 4. q. 15. & melius Matt. 14. q. 142. Tolet. inf. Nauar. lib. de orat. not. 1. nu. 24. Ianſen. concordan. cap. 135. ſignificat So. diſt. 45. q. 3. art. 1. ad 3. Ioan. Arboreus, li. 3. theoſoph. c. 15. expreſſe Orig. hom. 7. in Leuit. Et in id Ro. 8. interpellat pro nobis Ambro. Primaſ. Athan. ſeu Theophilact. Theodoret. & Grã diſ. item in id Hebræo. 7. ad interpellandum pro nobis. Chryſ hom. 13. D. Tho. Theophilact. Theodoret. Bernar. de natiu. Virg. Iuſtin. q 105. ad Orthodox. Auguſt. & Claud. in id Ioan. 14. rogabo Patrem, nempe in cęlo. nec id negat Ioan. 16 non dico quia ego rogabo Patrem. vt ibidem aduertunt Auguſt. & Cyril. & clare Aug. præfat. in Pſal. 85. qui etiam regulam adhibet lib. 3. doctr cap. 27. ſcripturas accipiendas eſſe ut ſonant (nempe etiam in hoc quod aiunt Chriſtum orare & interpellare) modo non ſequitur aliquid indecens. ſic ſpiritualis vir qui in meditatione diſtinguit quę ſunt propria humanitatis in Chriſto, poſſet ad Chriſtum fundere orat. Anima Chriſti ſanctifica me, & pater noſter Ignat. id docet in Exercit. 3. hebdomad. 1. & exercit. 4. hebdomad. 2. [r] In via Chriſtus orauit ſupplex & proſtratus & in cruce cũ lachrymis, & clamore ualido Hebræo. 5. & Luc 6. pernoctabat in oratione propter exemplum, ut ait Ambr. 5. in Luc. c. 6. Quæ ratio ceſſat in cęlo. Damaſ. lib. 3. c. 24. Iuſtin. ad Orthodox. q. 105. Auguſt in Ioan. 17. quare negat nunc proprie orare in cœlo. Frat. Medin. 3. par. q. 21. art. 1. dub. 3. Sp. Rothæus Inquiſitor Tholoſæ libell. de oration. Chriſti. Nazianz. Theol orat. 4. ratione. 9. ſeu oration. 36. num. 55. indignum eſt Chriſto, ut nunc oret. &c. Cypria. lib. 4. epiſt. 4. Ruper. lib. 9. de offic. cap. 3 & in id 1. Ioan. 2. aduocatum Ioan. Heſſel cum Beda. (vbi exponit loca Augu. & aliorum Patrum in oppoſ. citata) & Rupert. probat ex Ioan. 16. non dico, quia ego rogabo Patrem de vobis, & cum Martha Ioan. 11. dixit, ſcio quia quæcunque popoſceris, arguitur modicæ fidei, cum Chriſtus Ioan. 12. dicat, volo

volo Pater. Hilar. lib. 10. Trinitat. ad med. Item in uia explicauit decenter ſe eſſe hominem, & deſiderium naturale euadendi mortem (oratio enim eſt explicatio deſiderij.) Pſal. 21. clamabo, & non exaudies. Bellarm. lib. 4. de Chriſto. c. 5. fin. at hoc non decet in cęlo: quia nunc per omnia apparet Deus: Ambro. tom. 3. orat. de fid. reſur.

z ad 1. Soto. diſt. 11. Gabriel. lect 85. K. L. Bellar. 2. miſſ. c. 6. [z] D. Tho. 3. par. q. 49 & ſæpe. Sebaſt Bellar. 1. miſſ. c. 25. [a] Triden. ſeſſ. 22. c. 2. can. 4. Sebaſt. c. 17. & 21. Auguſt. ad art. ſibi falſo impoſ. artic. 1. & generaliter noſtra ſatisfactio non derogat ſatisfactioni Chriſti. Triden ſeſſ. 6. c. 16. & 7. fin. cao. vlt. ſeſſ. 14. c. 8. fin. can. 14.

ſionis, [f] & orationes quas viator fudit: & nunc interpellat apud patrem Rom. 8. (vt & ſpiritus, poſtulat pro nobis, id eſt, poſtulantes & orantes nos facit [t]) quia Chriſtus per mēbra & miniſtros ſuos orat & offert, præbens vim & efficaciā illorum orationibus. Id meritum & impetratio fit pro futuris beneficiis: ſimulque offert per ſe & per miniſtros ſuos in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis.

5 Interdum contingit ut dominus rem ſuam vendibilem nolit vendere oblato pretio: aut ut uir offenſus iniuria, placari nolit ſatiſfactione, redemptione, aut merito alienæ perſonæ, quare præter prædictos titulos, accedit oblatio per modum ſacrificii, [u] quæ ultimo loco numerari ſolet, ut tanti muneris oblatione placatus Deus, dignetur plene reconciliari nobis: & ſatiſfactionem redemptionemq́; aliquo modo alienam, pro nobis indigentibus acceptans, [x] liberet à debito. Quæ ratio ſacrificii differt à ſupradictis, & eas complet ac perficit. ſic ſacrificio placatus Deus, gratis concedit impio donum contritionis aut ſacramentum digne recipi, quo impius iuſtificatur. hæ rationes ſimiliter concurrebant in eo miſſæ ſacrificio, quod Chriſtus in ultima cœna obtulit, [y] tāquam expiatorium, impetratorium, & in gratiarum actionem.

6 Sacrificium cruentum fuit in ordine cauſæ uniuerſalis ita omnino perfectum, vt nihil ei deſit: [z] & infiniti ualoris quoad ſufficientiam. Cuius dignitati & ualori nō derogat, [a] quod ſacerdos vice Chriſti ſimilibus titulis ſit quoad efficaciam cauſa ſimilium effectuū [b] per miſſas, aut per ſacramenta, tanquam per cauſas particulares [c] ab eodem Chriſto inſtitutas. Et maius eſt per baptiſmum aut per contritionem iuſtificari impios etiam infideles, quam per miſſam concedi fidelibus ex operato finitam ſatiſfactionem pro pœna temporali. Hæc efficacia cauſę particularis cedit in maiorem gloriam Chriſti auctoris, [d] & ſacrificii cruenti: ex cuius virtute & participatione totus hic fructus per miſſas, aut per ſacramenta deriuatur.

7 Miſſa iuxta titulum primum ſacrificii ſatisfactorii, reſpondet ueteri ſacrificio expiatorio & holocauſto. [e] 2. titulo meriti de cōgruo & impetrationis miſſa eſt ſacrificium propitiatorium, quo impetratur donum contritionis, & liberatur impius a culpa mort. & redimitur à captiuitate diaboli, reſtituiturq́; in amiſſam libertatem filiorum Dei. [f] 3. eodem titulo meriti de congruo & impetrationis per miſſam, ſacerdos applicat orationem meritumque quod Chriſtus, in ſacrificio crucis, & ultimæ cœnæ, ac per totam uitam habuit: & impetrat futura dona ſpiritualia & temporalia: & offert in gratiarum actionem, [g] vt uox euchariſtia ſonat, nempe in memoriam dominicæ paſſionis, & reſurrectionis, [h] quæ fuit cauſa noſtræ ſalutis. & reſpondet veteri hoſtiæ ſeu victimæ, quæ deſignabat ſtatum perfectorum: in qua una pars incendebatur in Dei honorem, altera cedebat ſacerdoti, tertia ipſis offerentibus. [i] Tandem per modum ſacrificii inclinat Deum, vt id efficaciter acceptare dignetur cū fructu hominis. [k] Præter id officium, quod ſacerdos, vice Chriſti gerit, tanquam aduocatus apud Deum: offert ſimul ut miniſter eccleſiæ orationes nomine illius: [l] quę coniunctæ miſſis habent magnā vim impetrandi nobis dona.

CAP. XIII.

Effectus per ſe ſacrificij in ſpeciali eſt expiatio pœnæ. Offertur etiam pro culpis: & ad augmentum gratiæ.

Miſſa eſt expiatorium ſacrificium, ſeu ſatisfactorium ab immediato effectu in quem per ſe ordinatur: quia ex opere operato aliis pro quibus ſpecialiter offertur, prodeſt ad ſatisfactionem pęnarum temporalium: [a] quas iuſtus

f D. Thom. 3. par. q. 57. art. 6. D. Thom. & Caie. Theophil. in Hebr. 7. ad interpellandum pro nobis. vbi Chryſo. hom. 13. & cap. 9. aſcēdit, vt appareat vultui Dei pro nobis. cap. 12. acceſſiſtis ad ſang. melius loquentem quam Abel. D. Thom. in Iacobi. 5. Nazianz. Rupert Bed. & Io. Heſſel. ſup. Cyrill. in Ioan. 7. mediatoris officiū exercet, quia meritum paſſionis interponit. Item id Rom. 8. interpellat pro nobis: exponunt quia præſentat orationem, non quam nunc facit in cœlo, ſed quā viator fecit in terra, ibidem Ambro. D. Tho. Sedulius. Anſel. Aymo glo. ord. Bruno. Chryſ. ſerm. 15. Tolet. in Ioan. 16. not. 35 dicit hanc ſentent. eſſe improbabilem.

t Nazian. Ruper. & alij ſupr. ſignificat Auguſt. in Pſal. 81. Chriſtus in perſona pœnitentis, & in Pſal. 83. ſup. Bern. ſer Penteco. Chriſtus in corde noſtro interpellat pro nobis. ſic id Rom. 8. Spiritusſanctus poſtulat, id eſt, poſtulare facit: exponūt ibid. Hiero. Ambr. Anſel. Chryſoſto. hom. 14. & alibi Baſil. Gregor. D. Tho. 2. 2. q. 83. art 10. ad 1 Bellarm lib. 2. de Chriſto, ad fi. cum Augu. 1. contr. Maximin. poſt princip. quare eccleſia finit orationes, Per Chriſtum dominum noſtrum. Imo & in cęlo ſancti nihil impetrant, niſi per Chriſtum, Triden. ſeſſ. 25. de inuocat. Sanct. Et ex Patrib. probat Bellarm. 1. de ſanct beatitud. c. 17 fin. & 20. ad 1. 2. & 4. atque ita ſolus Chriſtus dicitur mediator per modum redemptionis. D. Tho. 3. par. q. 26. 1. Bellarm. 5. de Chriſto. c. 1.

u D. Tho. 3. par q. 48. art. 6. ad 3. numerat vltimo loco, & ar. 3. explicat cum Augu. 10. ciuitat. c. 10. 11. lib. 4. Trinit. c. 14. idem Docto. inf. c. 13. §. 1. B.

x Saluatur meritū Chriſti de rigore iuſtitiæ, quamuis id creatum non neceſſitat uoluntatem patris ut acceptet. Suar. 3. par. q. 1. artic. 2. dub. 4 §. 5. ad fin q. 19. dub. 39. §. 1. fin Infallibile tamen eſt ut filio cum uoluntate efficaci offerente per humanitatem, pater libere acceptet meritum ſatisfactionemq́; Chriſti.

y Triden. ſeſſ. 22. c. 2. can. 3 Tap. ar. 16. Cano. c. 13. D. Tho. q. 79. 7.

Taper. artic. 6. Soto lib. 3. de nat. & grat. c. 8.

b Triden. & citati.

c d Citati lit. A.

e Omnibus vet. ſacrificijs, de quibus D. Tho. 1. 2. q. 102. 3. ad 8. ſuccedit, & eminentius confert effectus illorum ſup. c. 2. Eccleſia in orat. Deus qui legaliū hoſtiarum. Triden. ſeſſ. 22. c. 1. fin. Leo PP. ſer. 7. de paſſio. Augu 20. cōtra Fauſt. c. 21 fin. quod explicat Cano. li. 12. c. 13. exemplo animæ rationalis, quæ eminēter continet omnem gradū formę. vid. Claud. rep. 4. c. 2.

f Triden. ſeſſ. 22 c. 2. vid D. Th. 3. par. q. 48. art. 4.

g Inf. c. 32. Trid. can. 3. & ſacerdos dum cōſumit, ait id Pſal. 115. quid retribuā domino. Augu. euchy. c. 109. de hoc exponit Pſal 49. ſacrificium laudis. & Pſal. 28. afferte Domino gloriā: tollite hoſtias & li. 1. cōtr. aduerſar. leg. c. 18. de ſpir. & lit. c. 11. & ſignificat Orige. li. 8. cōtra Celſum. Chryſo. hom. 6. in Heb. in memoriam paſſionis, id eſt, vt pro illa gratias agat, & clarius hom. 24. in 1. Cor. Irenæ. li. 4. c. 33. Patres in 1. Tim. 2. de partibus miſſę expoſit. quarum unam uocat Apoſto. gratiarum actionem, & Chriſtus dum inſtituit gratias egit, ut ait Eccleſia, qui pridie. & Luc. 22. & 1. Cor. 11. ex Recent. Caniſi. tit. de euch. c. 13. Bellar. 2. miſſ. c. 3. Sebaſt. c. 9. ad 6. & 20. & nos euchar. ſup. lib. de euchar. c. 1. deducitur à ver. ſignificante gratiarum actionem: vt eulogia ſignificat benedictionem: de qua ſup c. 53. I. Claud. repet. 7. c. 4 ex Pio papa. Hier. Paul. Aug. 2 peccat. mer. c. 26. Chry. hom. 17. imperf.

h Sup. c. 9. §. 5. quod ſignif. Luc. 22. in mei memoriam. 1. Cor. 11. mortem Domini annunciabitis. Chryſ. hom. 17. in Heb.

i Orig. ho. 13. in Leuit.

k D. Th. 1. 2. q. 102. 3. ad 8. Ribera lib. 4. de templo.

k Sup. V.

l Sup. c. 17.

C A P. XIII.

a Diuus Thom. 3. par. quæſt. 79. 5. ſignificat primum & per ſe ordinari in ſatisfactionem pœnæ, nam pro expiatione culpæ non eſt efficax immediate ſe ſolo, ſed quia impetrat donum contri-

remiſſa culpa interdum Deo debet. Ad quod iuuat ratio ſacrificij, ut ex infallibili promiſſione Deus tanto dono placatus accepter [b] applicatam pro nobis Chriſti ſatisfactionem. quo etiam modo prodeſt defunctis quibus ſola ſatisfactio per miſſas ex lege iuſtitiæ applicatur, [c] vt poſtea dicetur contra quoſdam. [d] At ſatisfactio priuata, vt proſit alteri, oportet utrumque eſſe iuſtum: eum tamen celebrans etiam peccator conferat ſtatim ſatisfactionẽ iuſto, pro quo offert: quod ſi pro peccatore offerat, reuiuiſcit ei ſatisfactio miſſæ aut pœnitentiæ [e] tanquam opus Chriſti.

2 Quo modo impiis proſit ut propitiatorium pro culpis, dicetur cap. 15. nec enim attrito remittit peccatum mort. inf. c. 14. Pro culpis uenialibus quidam negant immediate prodeſſe: ſed per accidẽs, quia pœnis ablatis ceſſat culpa: aut quia impetrat bonum motum feruentis caritatis, quo tolluntur culpæ veniales, [f] vt impio impetrat contritionem. At ſane prodeſt immediate cõtra culpas [g] bas, non minus quam ſacramẽtalia ex operato. Nec ideo dicetur ſacramentum: quia venalia & pœnæ temporales tolli ſolent, abſque vlla infuſione gratiæ. ab iſto fructu alienus non eſt homo præſcitus, [h] dũ in via iuſtus eſt: non tamen eſt efficax in eum finem ut ſaluetur. [i] 2. Impetratorium dicitur non ſolum pro futuris bonis, ſed quia cõſeruat gratiam & perſeuerantiam, dum impetrat ne veniãt tentationes, aut ne occurrentes vincant, [k] aut certe ne victus ſub onere iaceat ſed reſurgat. Hic effectus impeditur peccatis & reſiſtentia hominis. 3. Vt eſt in gratiarum actionem impetrat etiam hęc & alia dona ei qui gratus eſt beneficiis receptis: & iouat ad bonos motus quibus augetur gratia. 4. ſacrificio tribuitur adeptio gloriæ: [l] quia plene purgat à pœnis & culpis quæ retradant: ſic ſacrificii cruenti effectus fuit aperire ianuam cœli, & ut ſuo naturali corpori, [m] ita & myſtico meruit conſecutionẽ gloriæ. 5. præſeruat à peccatis, & de congruo impetrat donum perſeuerantiæ, & omnia bona neceſſaria ad ſalutem.

3 Pro rebus temporalibus prodeſt miſſa efficacius. quã alię orationes eccleſię, & iuſtorum (vt uetera ſacrificia offerebãtur pro temporalibus, [n] quibus rudis populus inhiabat: & pro aliis neceſſitatibus quæ ex peccato naſcuntur: vt hoſtia pacifica pro pace) ſic eccleſia offert pro fructibus terræ & maris: [o] pro infirmis, & in canone miſſę pro ſpe ſalutis, & incolumitatis. ſeu pro vita. 1. Eſdr. 6. & 2. Machab. 3. item pro liberatione à peſte epidimiæ. vt Dauid. 2. Reg. vlt. & liberat ab hoſtium obſidione. hoc ſacrificio leguntur interdum fugati dæmones, [p] extincta incendia, & varia miracula facta: & eccleſia in miſſa habet peculiares orationes pro temporalibus, & litanias. Hæc temporalia peti oratione poſſunt, [q] ſed ſub implicita conditione, ſi expediant ſaluti animæ: [r] quo modo cadunt ſub merito iuſtorum, [ſ] cum ordinentur tandem in Deum propter ſeipſum: qui nos ad honeſta opera inuitat propoſito brauio retributionis æternæ, [t] & promiſſione præmij etiam temporalis. [u] Et ex mirabili quadam vnione qua adeſt corpus Chriſti in corpore noſtro, [x] tribuitur piis quibuſdam viris vigor in corpore de ſe debili, vt hoc ſolo cibo per multos dies ſu-

b contritionis. [b] Significat Trid. ſeſſ. 22. c. 1 & 2. can. 3. D. Tho. q. 79. 5. & 7. Sot. diſtin. 13. q. 2. 1. Led. q. 23. 5. & 7. Cano. c. 12. ad 9. Dur. diſtin. 12. q. 4. Cordu. lib. 1. q. 3. Ayal. de tradi. 3. par. conſ. 5. Linda. 4. panop. c. 51. Caſſal. 2. de ſacrific. c. 8. Vigu. c. 16. §. 3. verſ. 55. Seba. c. 10. & 21. Hoſi. inſti. c. 41. Petr. Sot. de euchar. lect. 7. Ioan. Fabe. 3. de ſacrif. c. 9. Bellarm. 2. miſſ. c. 4. & 7 Cani. de euchar. c. 7. Caſtro. Miſ. hęr. 3. Tape. artic. 16. & alij

c inf. [c] Iuſ. c. 16. D. defunctis prodeſt infallibi lege iuſtitiæ. Canil. Taper. Hoſi. Ayal. Pet. Sot. Linda. Ioan. Fab. Sebaſ. c. 24 Bellarm. 2. li. c. 7. Nauar. §. in Leui. not. 25. Couar. c. alma. 1. par. §. 5. Caſt. hær. 3. D. Th. 3. par. quæſt. 82. 6. & addit. q. 71. 3. ad vlt. & clarius ar. 12. c. ad 2. & retractaui Sot. diſt. 21. q. 2. ar. 3. ad 5. commu. Recent. Alber. 4. diſt. 45. art. 2. ad 6. ſignificant Sancti dum ſimpliciter aſſerũt miſſam prodeſſe defunctis Clem. epi. 3 Iren. lib. 4. c. 32. Cypr. epiſt. 66. Auguſt. ſępe apud Torren. li. confeſſ. Chryſoſt. hom. 3. ad Philippen. hom. 41. in 1. Cor. Epiph. hær. 75. contr. Aerium. de quo Auguſt. de hær. c. 53. Dam. lib. de 100. hær. dam. ſer. de deſunc. vid. lib. de indulg. c. 7. 8.

d 16. [d] Cano. d. c. 13. ad 9. Cord. lib. 1. q. 3. opin. 4. & olim Sot. diſt 13. q. 1. art. 6 quęſt. 2. 1. col. 11. & vid. Sebaſt. c. 24. vt de indulg. quæ dicũtur prodeſſe defunct. a per modum

e ſuffragij. [e] Lib. de ſacram. c. 25. lib. de bapt. c. 27. lib 1. de

f pœnit. cap. 16. [f] Sic putat Dur. diſt. 12. q. 4. num. 5. Ayal. ſup. 21 ſic miſſa eſſet cauſa

g parum efficax reſpectu iuſtorum. [g] Signif. D. Tho. q. 79. 7. arg. 2. cum ſolut. tenet Palu. diſt. 12. q. 1. num. 14. Sot. diſt. 12. q. 2. ar. 7. Seba. c. 21. col. 6. Recen. Cano. Cord. ſup. colligitur. cap. vtcum. conſ. diſt. 2. fauet Trid. c. 1. & 2. dicit prodeſſe contritis, ideſt, iuſtis pro peccatis, nempe venialibus. ſic deuota cõmunio. & aqua

h benedicta remittit venial. ex operato. ſup. lib. 1. de pœnit. c. 15. [h] Sebaſt. c. 24. ſi. quia Chriſtus eſt caput omnium iuſtorum, & meruit omnem gratiam quæ datur hominibus. Suar. 3. par. q. 8. du.

i 23. §. 1. q. 19. du. 41. §. 1. cont. Gabriel. [i] D. Tho. 3. par. q. 21. 4 ad

k 2. [k] Lib. de euchar. c. 34. §. 6. L. habet quidem eccle. multa arma, (orationes, ieiunia, &c. Cant. 4. mille clypei. 2. Corint. 6. & 10. Epheſ. 6.) at præualet euchar. ſic panis, viſus cuidam Iudic. 7. dicitur gladius Gedeon, quo vicit Madian. Pſal. 22. paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus. 1. Reg. 17. gladius Goliath (ideſt, caro & cibus) erat inſtrumentum quo diabolus terrebat & vincebat: ſed idem gladius coniunctus Dauidi victori (id eſt, caro coniuncta Chriſto & data in cibum) vincit. & adeſt in tabernaculo. 1. Reg. 21. datus à ſacerdote: de quo Dauid ait, non eſt huic al-

l ter ſimilis. [l] Sup. c. 9. §. 5. D. Tho. 3. par. q. 22. 2. & de multis effectibus, lib. de euchar. c. 34. Clau. repet. 6. c. 10. (ſic bapt. tribuitur aperire ianuam cœli) & euchar. eſt pignus gloriæ, æquale ei. 3. par. q. 79. 2. ſic effectus ſacriſ. cruenti fuit aperire ianuam cœli. q. 49. 5. colligit ex Heb. 2. 9. 10. vt Num. 35. mortuo Sum. Pont. redibant homicidæ in domum ſuam. atque ita per mortem Chriſti ſumus complete redempti. Eſa. 53. ſi poſuerit pro peccato. Rom. 3. & 5. reconciliati ſumus in ſanguine ipſius Apoc. 1. lauit

m nos in ſanguine. [m] Philipp. 2. propter quod & Deus exaltauit. Luc. 24. oportuit Chriſtum pati, & ita intrare. Pſal. 109. de torrente in via bibit, propterea &c. D. Tho. 3. par. quæſt. 49 6. q.

n 59. 3. [n] Bella. 2. miſ.

o c. 3. [o] Trid. ſeſſ. 22. c. 2. can. 3. Tertul. de coron. milit. dicit offerri pro natalitijs Chryſo hom. 18. & 21. in Act. & hom. 77. in Ioan. offerri pro infirmis: & pro fructibus terræ & maris. Sebaſt. c. 19. 20. 21. In Bætica & Gallecia, tẽpore ſolitæ piſcaturæ halecũ &, Thynnorũ additur in collecta miſſæ, & fructum terræ & maris dare & conſeruare digneris. Tertul. li. ad Scapulam. Cyril. catec. 5. Gregor. 4. dial. c. 57. Bed. li. 4. Angl. hiſtor. c. 22. Augu. 22. ciuit. c. 8 & epi. 121. in Pſal. 53. & 76. Bern. ſer. 40. Caniſ. de eucha. c. 10. colligitur ex D. Tho. q. 79. & uſu eccleſiæ. ſed directò quidem & de condigno miſ. impetrat pro bonis ſpiritualibus, ſecundario autem & de congruo pro tẽporalibus ſi expediãt. Bellar. 2. miſ. c. 3. Claud. rep.

p 6 c. 10. [p] Augu. 22. ciui. c. 8. Proſper. ad prædictio. c. 16. Sebaſt. Bellarm. 2. miſſ. cap. 3. & 6. Claud.

q [q] D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. 6. cum Auguſt. epiſt. 121. Bernar. ſup. D. Thom. 4. diſt. 15. q. 4. 4. Ledc. 2. par. q. 16. art. 9. Canon. Adria. quodlib. 5. art. 1. Med. C. de orat. Nauar. de orat. not. 19. nu. 161. Recent. & exempla quædam

r affert Grego. & Bed. ſup. [r] Vt extrema vnctio de ſe ex operato cauſat ſanitatem corporis: ſi tamen expediat animæ, & ſimul homo utatur medijs ac medicinis opportunis. Trid. ſeſſ. 14. fin.

ſ D. Thom diſt. 28. q. 1. 2. 3. ſup lib. de confirm. c. 9. [ſ] D. Thom. 1. 2. q. 114. art. vlt. & 2. 2. q. 122. 5. ad 4. vbi plane ſignificat temporalia cadere ſub merito condigni, vt bene Fr. Med. d. quæſt. 114. & Recent. quia hæc bona ſunt inſtrumenta virtutis: & opus iuſti or-

t dinatur etiam in hæc bona, cum quibus habet æqualitatem. [t] Patres in id Pſal. 118. inclinaui cor meum, &c. propter retribut. & in Matth. 6. docuit Chriſtus petere panem quotidianum, id eſt, temporalia D. Thom. 2. 2. q. 26. 3. ad 3. q. 27. 3. & in 3. diſt. 21. q. 1. 4. Triden. ſeſſ. 6. cap. 11. can. 26. 31. DD. 3. diſt. 29. vbi Capre. Gab. Almain. ſic eccleſia inſtituit quaſdam orationes in miſſa, & litanias etiam pro temporalibus, & tempore Innocent. VI. damnatus eſt contrarius error, Raimun. Catalani, vt refert Direct.

u inquiſ. 2. par. q. 9. & 10. [u] Vt patet Exod. 23. Deut. 28. D. Thom.

x 1. 2. q. 114. art. 10. ad 1. q. 107. 1. ad 2. [x] Sup. de euchar. cap. 36. ad fin. ea

y ſtentati legantur multi. [y]
4 Quidam aiunt miſſam prodeſ-
a ſe alijs iuſtis ad augmentum gra-
tiæ, ex opere operato, abſque alia
z diſpoſitione. [z] quia operatur res
oblata quę eſt Chriſtus infiniti va-
loris. At ſanè, id eſt, ſacramentorũ
proprium, per quæ omnis iuſtitia
a incipit, & augetur ex operato. [a]
b iuſtis tamen miſſa impetrat con-
b ſeruationem gratiæ, [b] bonoſque
motus caritatis & virtutum, qui-
bus ex opere operantis augetur
c gratia. [c] ſacerdoti tamen celebran-
c ti ob ſolam ſumptionem utriuſq;
ſpeciei non datur maior gratia, ſed
ex eo quod ſimul conſecrat & ex
officio offert, eleuatur opus & di-
ſpoſitio, vt ei reſpõdeat maior gra-
d tia. [d] (vt æqualis labor Ducis eſt di-
gnus maiori ſpoliorum parte, quã
operatio priuati militis) laicus ve-
ro pro quo miſſa offertur nihil ta-
le habet: quia non conſecrat nec
offert ex officio, nec conſumit ſa-
crificium. Alioquin ingens quoti-
d die ſingulis iuſtis etiam dum dor-
miunt, daretur augmentũ gratiæ,
qui ſemel in vita pro ſeipſis obtu-
e lerũt omnes miſſas quæ quotidie
in tota eccleſia offeruntur.

CAP. XIIII.

Refutatur duplex ſententia. 1. quod miſſa offeratur pro ſanctis explicatur. 2. quod peccatori cum attritione cõferat primam gratiam.

NVnc dicendum eſt pro qui-
bus miſſa cum proprio fru-
ctu offeratur? reiectis falſis quo-
rundam ſententijs, dum aſſerunt
prodeſſe etiam nimia bonis ut bea-
tis, & nimis malis vt iuſtificẽtur,
cum ſola attritione diſpoſiti. qui-
dam aſſerunt, offerri pro ipſis etiã
ſanctis, vt illorum gloria accelere-
tor: quaſi vſque ad diem iudicij
nondum fruantur clara Dei vi-
a ſione. [a] nam mos eccleſiæ habet vt
pro infantibus cum baptiſmo de-
cedẽtibus fiat miſſa exultationis.
Et in oblatione & canone miſſæ
ante & poſt conſecrationẽ fit com-
memoratio de quibuſdam ſanctis
martyribus etiam in liturgiis Græ-
b cor. [b] Et Chriſtus pro ſuo mortali
corpore cum animam haberet bea-
tam, obtulit in cœna ſacrificium.
Interdum pro iis defunctis quos
ignoramus eſſe beatos, vt re uera
c ſunt, offerimus miſſas. [c]
2 Ex ſententia ut ſonat falſa eſt.
& miſſa non offertur ipſis ſanctis
ſed ſoli Deo in cultum latriæ: in
memoriam tamen ſimul ſancto-
rum. ſup. cap. 5. §. 2. ſed ea honoris
refricata memoria excitantur vi-
ui vt ad ſanctorum imitationem
ita ſe diſponant vt participent fru-
ctum ſacrificii. Ita exponẽdi ſunt
quidam Patres dum aiunt miſſam
offerri pro ſanctis, id eſt, ad illorũ
d honorem. [d] Aut fortaſſe prodeſt
vt ſanctis animabus acceleretur
gloria & reſurrectio corporũ eo
e nouo titulo. [e] & Chriſtus titulo
etiam meriti & ſacrificii in cœna
& cruce oblati ex deuotione offe-
rentis obtinuit corporis gloriam li-
beratus à paſſibilitate & pœnis car-
f nis. [f] non tamen ex propria vi ſa-
g crificii aut ſatisfactionis. [g] neque
enim ſeipſum redemit, aut pro ſua
h cauſa mortuus eſt. [h] Pro infanti-
bus baptizatis fit miſſa exultatio-
i nis ad ſolatium uiuorum, [i] & ut
oſtendatur eos ad unitatem eccle-
ſiæ pertinere.
3 Quidam aiunt miſſam ſi ſpe-
cialiter offeratur pro alio impio ſo-
la attritione diſpoſito, obtinere
k primam gratiam [k] cum remiſſio-
ne æternæ pœnæ: cum ſit ſacrifi-
cium propitiatorium pro peccatis
etiam ingentibus, & impetrato-
rium veniæ. Quæ ſententia pro-

y ſin. ex Patribus Turria. tract. 2. de euchar. [y] Paluda. in vit. Eronis & Io. Anachoretæ. Theod. in vit. S. Nazian. de funere patris. Antonin. in vit. B. Cathar. de Senis. Clau. repet. 6. de euchar. cap. 10.
z par. 256. col. 2. [z] Vt Sot. diſt. 11. q. 2. 5. poſt conc. 4. & art. 7. col. a. & refert ſe ad diſt. 13. q. 2. 1. col. 10. ante §. 2. Cord. lib. 1. q. 3. par. 4; quod eſſe probabile fatentur quidã recen. Mant. Sancios eo quod oblatio miſſæ pro laico iuſto ſimul offerente eleuat opus meritorium, vt ſit dignior diſpoſitio ad augmentum gratiæ dicunt Med. C. de orat. quæſt. 19. col. 10. Adria. quodlib. 5. art. 1. Nauar. de orat. not. 20. nu. 47. & id augmentũ gratiæ, quod alteri datur per miſſam, reduci aiunt ad ſacramentum euchar. vt quod datur per martyrium, reducitur ad bapt. nam per ſola ſacramen. omnis noſtra iuſtit. incipit & augetur: nempe ex operato, vt ait Trident. ſeſſio. 7. in prooem. & cano. 8. ſeſſ. 13. c. 8. at phreneticis iuſtis & pueris baptizatis nõ ſic prodeſt ſacrific. ad augmẽtum gratiæ: quia non ſunt offerẽtes cum libero & meritorio actu. hęc
a illi. [a] Trid. ſup. [b] D.
b Tho. 3. par. quæſt.
c 22. 2. [c] Cano. c. 13. ad 9. commu. Recent. quia dare gratiam ex operato eſt priuilegium ſacramentorum, & martyrij, & quod ita cõfert, dat primã gratiam et qui ſe reputat contritũ, ac ſubinde probabiliter infertur, peccatoribus Chriſtianis pro quibus vna miſſa offertur, conferri primã gratiam, ſi attriti eſſent, quod refutatur inf. cap. 14. nec ſatisfactio iniuncta à confeſſario auget gratiam ex operato: aliàs faceret de attrito contritum. quia dum impletur, non eſt totale
d ſacramentum. [d] Sic limitandi ſunt cit. Y.

d ſis miſſa, vt patet ex liturg. Iacob. [d] Cit. c. 5. §. 2. Trident. ſeſſ. 22. c. 6. Auguſt. D. Tho. ſic 2. exponit Patres (vt Chryſoſt. Baſil. in liturg.) dicentes offerri pro ſanctis, id eſt, pro honore illorũ Anton. 3. par tit. 13. cap. 16. §. 13. Syluest. miſſ. 1. §. 8. olim in collecta dicebatur, vt animæ famuli tui Leonis II. hæc proſit oblatio (vt refert Innoc. cap. 3. in d. cap. cum Marthę.) ſed mutatum eſt, vt interceſſione B. Leonis hæc proſit nobis oblatio: quia (vt dicit Inno. d. cap. & Augu. ſer. 17. de verb. Apoſt.) iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre. & Augu. enchyr. cap. 110. habetur. cap. tempus quod inter. 13. q. 2. oblata pro valde bonis, eſt tantum gratiarum actionis. D. Thom. diſt. 12. q. 2.
e 1. 2. ad 1. [e] Sic innuit Sebaſt. c. 24. & ait Bellar. 2. de miſ. c. 8. quia per corpus completur extenſiue gloria animæ & totius hominis vid. D. Thom. 1. par. q. 86. 4. ad 3. & ſic ſancti in gloria impetrant accelerari gloriã corporis, Apoc. 6. quouſq; ſanctus. D. Tho. 4. diſt. 12. quæſt. 2. 1. 2. ad 2. Et Patres accelerationem Incarnationis meruerunt. 3. p. quæſt. 2. art. 11. & B. Virgo accelerationem reſurrectionis Chriſti, dicit Petrus Chryſol. ſer. de
f reſurr. [f] [g] Hæc D.
g Tho. uno ſingulari loco 3. par. q. 21. ar. 4. ad 1. & 2. expreſ-
h ſit. [h] Licet admittamus Chriſtum meruiſſe gratiam angelis. ſed non dicitur mortuus, vt pro illis ſatisfaceret. Suar. 3. par. q. 8. dub. 23. q.
i 19. dub. 42. [i] Officium quod pro pueris fit refert Nauar. de orat. not. 19. nu. 65. not. 20. nu. 37. not. 22. num. 24. & Miſcel. num. 5. ſeu in nott. miſ. c. 53. num. 1. Alex 4 par. q. 42. art. vlt. Gabr. lect. 57. Canon.
k Fra. Manuel. in explicat. bullæ Cruc. § 14. de defunctis. num. 5. [k] Catharin. opuſc. de ſacrific. miſſ. & in Heb. 10. ait, per baptiſmum deleri quidem peccata cum ordine ad ſacrificium crucis, per ſacrificium tamen miſſæ, deleri ſine tali ordine (in quo errat contra id Rom. 3. quem propoſuit Deus propitiat. in ſanguine.) Et innuit Gabriel. lect. 85. H. I. Natal. Bed. annot contra Fabrum in Luc. prop. 113. & probabile dicit Taper. (nec tamen audet affirmare.) & probabile dicunt Mantius, Sanctius, fauent Soto. & Cor dub. dum admittunt per miſſam conferri alteri augmentum gratiæ ex operato. Item ut ſacrificium quod Chriſtus obtulit in cruce, & oblatum in ultima cœna dicitur ſatisfeciſſe pro pœna æterna. Ita dicunt de noſtra miſſa, quæ à Patribus dicitur valoris infiniti, eſſetque idem cum ſacrificio Chriſti. Et Patres inf. cap. 15. aiunt, miſſas offerri pro peccatis etiam ingentibus. At indulgentia non ſatisfacit pro pœna æterna ſed temporali, cum non ſit immediatè à Chriſto, ſed per claues: & ſimul ex ſatisfactionibus ſanctorum. Argumenta contra hanc ſententiam, ſolui poſſunt: quamuis

C A P. XIIII.

a NAm [a] reuera ſunt beati in cœlo, vt ex 2. Corin. 5. colligitur conc. Florent. Cano. lib. 6. loc. cap. 8. Caſtro. beatitudo
b hære. 6. [b] Dionyſ. c. 3. eccl. hier. Clem. lib. 8. conſt. c. 18 Cypr. lib.
c 3. epiſt. 62. lib. 4. epiſt. 5. Tertul. Chryſo. Auguſt. & alij inf. [c] Sic intelligendi ſunt Patres, Cyril. catech. 5. Cypria. lib. 4 epiſt. 5. Auguſt. de hære. c. 53. Epiph. lib. 3. hære. 75. citans liturg. Græc. Clem. lib. 8. conſtitu. cap. 10. Tertul. de coro. Milit. Innoc. c. cum Marthæ. de celebr. miſſ. Linda. 4. Panop c. 53. 54. Cabaſil. liturg. c. 33. 44. Sebaſt. c. 24. 28. Bellarm. 2. de miſſ. c. 8. & lib. 1. de purga. c. 5. ſi & lib. 2. c. 18. Torren. lib. 4. conſt. cap. 2. §. 11. Chryſo hom. 21. in Act. & hom. 5. in 1. Timot. & in liturg. Auguſt. tract. 84. in Ioan. 15. Gabriel. lect. 30. Democar. lib 4 de ſacrif. c. 18. Nauar. de orat. not. 19. num. 75. at dum Apoſtoli viuebant, fiebat pro ip-

l quamuis falſa ſit. l D. Thom. q. 79. 7. ad 2. vbi Recent. Thomiſt. Ledeſ. Soto. diſt. 11. q. 2. 7. Cano. c. 13. ad 9. Taper. art. 16. Cordu. lib. 1. q. 3. pag. 41. 43. Sebaſt. de ſacriſ. Bellarm. 2. miſſ. c. 2. & videtur communis antiq. colliguntur ea illo Hebræo. 10. voluntarie peccantibus nobis, poſt notitiam veritatis (ideſt, poſt baptiſmū) iam nō relinquitur hoſtia pro peccatis id eſt, non prodeſt alius baptiſm⁹, aut non ſufficit hoſtia, (id eſt, ſacrificium,) vt tollat peccata ſine Sacramento pœnitentiæ ſaltem in
m voto. m Lib. de ſacram. c. 16. ſacramēto propriom eſt attritis remittere peccata, etiam quatenos caoſa moralis
n eſt. n Huic argu. reſpondent, ſimiliter habenti vulnus lethale pro fide Chriſti, remitti peccatū: & tamen ex præcepto Chriſti poſitiuo, tenetur ad ſacramentom pœnitentiæ, ſi poteſt recipe-
o re. o Quia miſſa eſt actiua oblatio: vt una actiua baptizatio vel abſolutio, poteſt extēdi ſimul ad multos: ita una oblatio miſſæ ſi ſpecialiter fiat pro quibuſdam baptizatis, de quo infra capit. 20. §. 5. ſed reſpon. unam miſſam generaliter oblatam pro omnibus Chriſtianis, non eſſe ita efficacem: quia oportet, ut ſacerdos ſe exhibeat miniſtrū circa determinatas
p perſonas. p Reſpondent non peccare. ſicut & peccatores pro quibus ſic offert, non peccant. ſic Caiet. admittit phreneticis aut diſtrictis licite dari euchar. nec tamen recipere fructū, quia non ſunt diſpoſiti ad effectum. Dabitur autem poſtea vt ei qui meruit per actus remiſſos. At hæc argumen. ſunt valde efficacia, nec ſatis ſoluuntur. & de communicante cum diſtractione lib. de euchar. capitu. 48. 52.

l batur falſa, l cum id ſit proprium
priuilegium ſacramētorum Chriſti, quæ ſunt Dei inſtrumentum
m phyſicum, & morale m ad efficiendam iuſtificationem in eo attrito, qui reputat ſe accedere digne diſpoſitum. alias ſufficeret attritio nota, quia miſſam pro ſe offerri, peccator digne & inculpate petit: vt cum attritione nota fructuoſe accedit impius ad ſacramentum baptiſmi, vel pœnitentiæ, quod ſi ita per ſe iuſtificatur per alienam miſſam, non egeret difficili remedio contritionis, aut Sacramento pœniten-
n tiæ. n Imo excelleret ſacramenta, quia vna pro omnibus oblata, impetraret impiis ſingulis etiam ignorantibus qui attritione eſſent diſpoſiti, primam gratiam:
o cum miſſa ſit actiua oblatio, o cuius virtus non minus ad hunc quam ad illum aut ad omnes attritione diſpoſitos extendatur: & circa iuſtificationem impii, (quæ tota fit aut nihil, ad modum rei indiuiſibilis) non eſſet infirmior virtus miſſæ pro multis oblatæ, quam ſi pro uno offerretur. at circa ſatisfactionem pro temporali pœna ſi miſſa pro multis offeratur, diuiditur & minus utilis eſt quam ſi pro uno ſpecialiter dicatur. 3. Miſſam offerre licet pro Paganis, aut catechumenis, cum eccleſia non prohibeat etiā his attritione diſpoſitis impetrare iuſtificationem, ſicut & fidelibus. 4. Sequitur peccare ſacerdotem, qui
p miſſam offert pro peccatoribus, p niſi probabiliter reputet eſſe attritos: vt peccat qui ſacramenta miniſtrat iis quos nouit ponere obicem gratię. Quomodo autem miſſa impetret impio donum contritionis & gratiam, ſtatim capit. decimoquinto, explicabitur.

CAP. XV.

Quomodo proſit peccatori fideli, & excommunicato cōtrito? an hæreticis, & catechumenis, ac paganis?

VEre & catholice dicitur miſſa dimittere crimina: vt ſcri-
a ptura & Patres a loquuntur, non tantum quia remittit pœnas temporales, quæ dicuntur peccatum, quia ſunt effectus peccati (quo modo prodeſt etiam animabus Pur-
b gatorii b) ſed quia huius oblatione placatus Dominus dimittit pec-
c cata etiam ingentia c ideſt, mortalia. nam in conſecratione ſanguinis Matth. 26. Luc. 22. dicitur effundi in remiſſionem peccatorū pro vobis & pro multis: eccleſia in canone miſſæ de aliis etiam pro quibus offertur ait, eſſe pro redemptione animarum ſuarum: & in collecta miſſę, ſit ablutio ſcelerum & remiſſio omniū peccatorum: & in liturg. Dom. Iacob. Baſil. & & Chryſoſt. petitur, vt hoc ſacrificium ſanctificet animas noſtras. non tantum quia ſaluat ab ęterno
d interitu, d dum præſeruat à peccatis, & conſeruat gratiam: ſed quia per hoc incruentum communicatur remiſſio peccatorū & omnis
e effectus ſacrificii cruenti. e quæ omnia ſatis ſignificant peccata remitti non ex opere operantis per meritum iuſti ſacerdotis offerētis pro alio, ſed quia celebrans etiam peccator offert in virtute meritorum Chriſti, & res oblata, id eſt, Chriſtus ſemper à Patre exauditur, ita ualet apud Patrem, vt propter applicata Chriſti merita & orationem in miſſa ex opere opera-
f to, f impetret Chriſtus quantum eſt de ſe infallibiliter, vt Deus infiniti doni oblatione placatus cōcedere dignetur opportuna auxilia quibus niſi reſiſtat, diſponitur, &
g obtinet donū contritionis g cū or

C A P. XV.

a HEbræ. 5. a omnis Pontiſ. vt offerat ſacrific. pro peccatis. capitu. 10 vbi eſt horum remiſſio, iam non eſt oblatio pro peccatis. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. can. 3. dimittit peccata etiam ingentia. non tamen dicit ex operato. concil. Brachar. 3. can. 1. Alexan. 1. epiſt. ad omnes cathol. Iul. 1. capit. omne. de conſecr. diſtin. 2 ſignificat concil. Epheſin. can. 10. dnni negat Chriſtum pro ſe obtuliſſe: quia peccatum non habuit. & tamen Diuus Thom. 3. par. quæſt. 22. 4. ad 1. admittit ſecundario obtuliſſe pro ſuo paſſibili corpore. B Martial. epiſt. ad Burdegalen. can. 3. hoc ſacrificio vitam nobis præſtandam, & mortem effugandam. Orig. hom. 13. in Leuit. Iuſti. cum Tripho. Athan. ſer. de defunct. Dam. ſimili ſerm. Cyril. catech. 5. Chryſoſtom. lib. 6. de ſacerd. Dam. libro quarto, capit. decimoquarto, & ex Latin. Cypria. ſerm. de cœna Domini. Ambroſ. primo offic. capitu. 44. Hieronym. in Titum. primo Auguſt. 20. ciuit. capitu. 25. 26. enchyr. capitu. 110. libro quarto, Trinit. capitu. decimoquarto, & ſæpe Gregor. quarto dialog. capitu. 58. & homil. 37. in euangel. Bed. 4 hiſtor. Anglicæ. capit. 22. Sot. Cano. Sebaſt. capitu. decimo, & vigeſimoprimo. Bellarm. ſecunda miſſ. capitulo ſecundo, Claud. repetitio. 6.
b cap. 10. b quare authoritates, quæ probant ſic offerri pro peccatis defunctis, (id eſt, pro pœna temporali purgatorii) non conuincunt viuis remitti peccat. mort. de quibus Bellarm. cap. 2 fin.
c & 7. c Triden. ſup. d
d quod tantum ſignificat Gregor. 4 dia-
e log. c. 58. e Triden. ſup. & tamen multum differt à ſacriſ. cruento, vt dicetur
f capitu. 19 ad fin. f Quod plane ſignificat Trident. capit. ſecundo, hac oblatione placatus Diuus Thom. diſtinct. duodecima, quæſt. ſecunda ſecundæ, ad Duran. quæſt. quarta, ou. 5. (& tamen hic negat venialia remitti infallibili lege) idem Soto. diſtinct. 13. quæſtio. 2. 1. & DD. cōmuniter innuunt Cano. capit. 13. ad 9. Cordu. Viguer. Caſſal. Lindan. ſupra Sebaſt. cap. decimo, & vigeſimoprimo, fin. nam omnis effectus per ſe ſacrificij datur p miſſam ex operato, vt plane ſignificat D. Thom. quæſtio. 79. 7. quæſtio. 83. prima, tenet Caiet. quæſtio. 79. 5. & 10 mo tertio, opuſco. de valore Miſſę. Gabriel. lect. 85. Soto etiam diſtinct. 11. quæſtio. ſecunda, 5. & lib. 9. iuſtit. quæſtio. 2. 2. (vbi fallo tribuit Caietan. oppoſitum quod tamen tribuit Syluest. qoi n::ß₂. 1. §. 9. nihil expreſſit) idem dari ex opere operato. tenet Cano. capitu. 13. Petr. Soto. de euchar. lectio. 7. Roffen. articu. primo. Taper. articu. 16. Ioan. Arbor. lib. ſecundo, Theoſoph. capitu. ſeptimo. Smytheus contra Melanct. in princip. Cordub libro primo, quæſtio. tertia, Viguer. capitu. 16. §. 3. verſic. 18. Couar. capitu. alma, prima par. § quinto, num. ſexto. Lanſen. in con-
g cordan. capitu. 131. & citati infra capitu. 19 § 7. T. g Plane Trident. capitu. ſecundo, explicat hanc uim ſacrificij ex ſe. ſic ſacrificium crucis de ſe meruit remedium peccati omnibus: & ſacramenta ut cauſa moralis ſunt de ſe efficacia, Trident. ſeſſ. 7 cano. 6 & confirmatio confert infallibili lege & pacto Dei auxilium de ſe efficax, vt homo intrepidus fidem confiteatur coram tyranno. At hic effectus miſſæ impeditur ex indiſpoſitione recipientis; quia peccator motioni Dei reſiſtit nec digne cooperatur. & Trident. ſeſſ. 22. capitu ſecundo, non ſolum dicit impetrari donum pœnitentiæ: ſed ut per pœnitentiam recipiamus gratiam:

nempe

h nempe efficaciter niſi homo reſiſtat, [h] Trid. ſeſſ. 6. can. 28. c. veniens de presbyt. non bapt. Pighius libr. 2. eccle. hier. c. 1. Caſtro ver. eccleſ. hær. 1. Turrecrem. libr. 1. ſumm. eccleſ. c. 3. & ſequen. Vega. lib. 7 in Trident. c. 28. Petr. Soto de inſtitut. ritu de eccleſia. Horant. lib. 5. de loc. 1. Couar. c. alma. 1. p. §. 6. num. 3. & quoſdam citat §. 4. num. 11. ſenſit Bellar. 3. de eccleſ. c. 2. 9 10. D. Tho. 3. p. q. 8. art. 3. ad 2 vbi Fr. Med Peña Recent. imo dicitur etiam membrum Chriſti, quia eſt pars eccleſiæ quæ eſt corpus Chriſti: ſētit Vega. D Th ſup Turrec. ſup. c. 57. 78. & bene Caiet de poteſta te eccl c. 24. Bañes. 2. 2 q 1. art. 10. At male Cano lib. 4. c. 1. & vlt. arg. 9 cum ſolutione concedit peccatorē dici partem eccleſiæ: non autem membrum Chriſti cum ab eo diuiſus ſit per peccatū. i Non quod fides det vitam ſimpliciter (cum abſq; caritate ſit mortua Iacob. 2.) ſed quia eſt initiū & fundamentum vitę, Trid. ſeſſ 6. c. 8 c. 9. Aug. de fide ad Pet. c. 1. D Th 1. 2. q. 114. 5. ad 1. Taper. art. 8. vt membrum aridum & paralyticum hēt ab anima imperfectum gradum vitæ vegetatiuæ, ne fœtore corrumpatur: ſic in peccatore motus fidei eſt aliquo modo vitalis, ex influxu capitis. Bañes, Peña, Recent. Pigh. Caſtr. Turrec. ca. 3. 4. & 5. Sonnius demonſt tit. de eccl. c. 5. hinc Rom. 2. & Hebr. 10. citat id. Abac. 1. iuſtus ex fide viuit, ſimtiatiue. Cano. lib. 4. c. vlt. ad 12. fin. quare Aug. peccatores compa rari dicit paleis, quę habent cum tritico cōmunē radicem, & principium vitæ. [k] Cano. c. vlt. ad 9. nō dicitur membrū ſine aliqua vita. [l] Caietan. opuſc. 17 qq. q. 13. Couar. §. 6. num. 3. conc. 4. & 8. Hoſius, inſtitut. c. 31. [m] Libro de ſacram. ca. 25. lib. 1. de pœniten. c. 16. [n] D. Tho. opuſcu. de ſymbol. c. 6. & 3. par. quæſt. 8. 1. ad 1. Auguſt. 1. contra duas epiſt. Pelagiano. c. 7. & in Pſal. 85. Turrec. libr. 1. c. 9 Sebaſt. de ſacrific. c. 10. 21 Bellar. 2. de miſſa. c. 6. Bañes, Peña, & Recentio. 2. 2. quæſt. 1. ar. 10. [o] Excommunicati dum retinent fidem, aut etiam gratiam, dicuntur membra eccleſiæ: vtpote vniti per baptiſmum & fidem aut caritatem. Pighius libr. 2. cap. 2. Sonnius tit. eccleſia. cap. 5. Cordub. lib. 4. quæſt. 1. prop. 11. Fra. Gaſpar axiomat. Chriſtian. lib. 2. artic. 3. cap. 14. ſi. contra Hoſi. cap. 31. & Bellarm. lib. 3. de eccleſia. cap. 6. [p] At ſi ſacerdos ſpeciali intentione offerat pro denuntiato, peccat: ſed prodeſt ei, quatenus offert nomine Chriſti; non vero nomine eccleſiæ. vt prodeſt ſi excommunicatus celebret pro alio. inf. c. 18. §. 5. & dū ſacerdos generali intentione offert pro omnibus, non intendit illicite contra prohibitionem eccleſiæ offerre pro excommunicatis. Nauar. de orat. not. 13. 14. 20. & 21. & cap. 27. num. 18. 14. & 36. Couar. §. 6. num. 2. cum D. Tho. d. 18. q. 2. 1. 2. Dum vero c. epiſcopus. de conſec. d. 1. concedit ex communicatis aſſiſtere primę par. miſſæ, ſicut & catechumenis. correctum & reuocatū eſt, vt ibi glo. dicit per t. perfectis. verſ. infidelis. 25. d. & glo. ca. non liceat. 1. q. 1. [q] Supponitur ca. quod in te de pęniten. & remiſſ. Nauar. c. 27. nu. 19. 36. Soto d. 22. q. 1. art. 4. Palac. d. 18. q. 3. D. Tho. ſup. articu. 1 1. ad 1. & 2. Alan. 2. de euchar. cap. 31. [r] Nauar. de orat. not. 19. nu 72. Couar. §. 6 num. 4. conc. 7. Sylueſt. excommun. 1. num. 2. miſſ. 1. §. 8. Angel. miſſ. §. 52. Tabien. excommun. Armil. §. 4 ſignificat Palac. diſtin. 18. q. 3. nec id negat Soto. diſt. 22. q. 1. 2. ſed ait non carere ſcrupulo. [ſ] Quidam recent. qa eſt in vtilitatem celebrantis. ſentit Nauar. c. 27. nu 36. inf. c. 21. K. L. [t] Nauar. c. 27. nu. 18. 36. Couar. nu. 4. conc. 9. Palac. q. 3. pag. 336. Richard. d. 18. art. 7. q. 2. Antoni 3. par. tit. 15. c. 76. Turrec ca. ſi quis epiſcop' aut Abbas. 11. q. 3. Sebaſt. de ſacrif. ca 13. nume. 3. fin. contra Adrian. de claub. quæſt. 3. fol. 157. & Sotum. diſt. 22. q. 1. art. 1. dub. 2. [u] Cn. §. 1. F. [x] Probat Cano. 4. de loc. capi. 1. Bañes. 2. 2. q. 1. art. 10. & communis recent. [y] Auguſt. 1. de orig. animæ. cap. 9. Miſſam tantum offerri pro mēbris eccleſię in Can. miſſæ, pro eccleſia tua ſancta cath. & pro omnib' ortodoxis. & in 2. memento, qui nos præceſſerunt cū ſigno fidei. in liturg. græcis, dicitur, ſancta ſanctis. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. hoc viſibile ſacrificium relictum eſſe ſponſæ eccleſiæ. c. 2. & 6. offertur pro fidelibus. Leo Pap. epiſt. ad Anatol. negat nomina hæreticorum recitanda eſſe ad altare. (ſed intelligit pro communione: recitabat enim diaconus eos qui erant communicaturi.) Gabr. lect. 24. Sebaſt. cap. 22. 23. Bellarm. 2 miſſ. capitu. 6. At quia hæc videntur probare non eſſe offerendum pro paganorum conuerſione: explicantur inf. § 6. [z] Apud Græcos licebat offerre miſſas pro hæreticis & ſchiſmaticis. Chryſoſt. hom. de Adam & Eua. Chryſ. & Baſil. in Liturg. orant, errantes reuoca, diſperſos congrega. Et tamen hæc loquuntur de Chriſtianis per orbē diſperſis, Sebaſt. c. 23. Bellarm. d. ca. 6. [a] Temperatur ſententia Soti, qui diſt. 1. q. 5. artic

dine ad ſacramentum pœnitentię.

2 Fideles peccatores ſunt vere Chriſtiani, [h] habentq; aliqualem vitam per veram fidem [i] & ſpem, tanquam vera mēbra eccleſię coniuncta. [k] Hi licet in peccato habituali maneant, participāt magnam vtilitatē ex miſſis oblatis pro eis, [l] dicūtur enim ſpeciales orationes in miſſa ꝓ peccatorū expiatione: idque efficacius quam ex alijs publicis aut priuatis orōnibus, quas miniſter eccleſiæ pro his peccatoribus offert. hinc habent qđ conſeruentur in fide & ſpe, & iuuentur auxilijs ad cōuerſionem. nec tamē tenentur pęnitere eo fine vt iuſtificati participent plenioré ſacrificii effectum. item vt vitēt noua peccata dum vincunt tentationes: & præcepta Dei eccleſięque ac maiorum implēt, per has miſſas & orationes excitantur ſancti, & Angelus illorum cuſtos, vt intercedant pro peccatore: impeditur diabolus ne illum plus nimio teneat: & ne vincens noceat, & ligatum teneat in continuo peccati affectu. itē fructus ſatisfactionis ex miſſa licet ob peccati impedimentum non prodeſt ſtatim: quia tamen eſt opus Chriſti, reuiuiſcet cum impius iuſtificabitur. [m] per miſſas obtinet etiam peccator bona temporalia, vt ſalutem, pluuiā, liberationem à peſte: Nā peccatores Chriſtiani includuntur in illo articulo ſymboli, credo ſanctorum communionem, & pertinēt ad ſanctam eccleſiam, [n] quia retinent ſanctam, integramque fidem, ſacramenta, & legem, ſuntque omnes tincti baptiſmo & ſanguine Chriſti.

[a] quod tantum & bene ait Sot. lib. 9. quæſt. 3. art. 1. & 4. d. 13. q. 2. 1. col. 14. Honcal. opuſcul. de valore miſſ. art. 11. & 16. Tabien. reſtit. §. vlt. Cordub. lib. 1. q. 4. A facit caſ. 135. fatentur Cano. lib. 12. cap. 13. Pet. Sot. de euch. lect. 7. qui duo & multi Recentior. multo magis laxant habenas iſtius licentiæ quia Luc. 10. & 1. Corinth. 9. dignus eſt operarius cibo. q. male carpit Nauar. cap. 25. num 91. & 111. col. 6. [b] Sot. lib. 10. inſtit. q. 5. ar. 3. & Recent. Mantius Peña, Cano. quod probabile dicit Sandoual. de officio eccleſ. p. 5. c. 5. quamuis multi putant obligari. vt Ledeſm. 2. p. quæſt. 16. art. 4. Medin. C. de orat. q. 7. Cordub. lib. 1. q. 21. fin. Nauar. c. 25. num. 102. & de orat. not 21. nu. 11. ſumm. conſ. Card Hoſtiẽ. & ex Summiſt. Anton. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1. Armil. orat. §. 1. Tabien. §. 1. Couarru. 3. Variar. ca. 23 nu 8. Aymo. cõſil. 199. num. 6. [c] In quo vera eſt ſententia Nauar. cap. 25. nu 92. 111. de orat. not. 20. nu. 48. Cordub. caſ 135. libro 1. quæſt. 3. conſ. 5. & quæſt. 4. dub. 2. & refert Medin. C. de orat. quæſt. 8. fol. 186. Ang. miſſ. §. 22. Armi §. 35. & citat Paludan. & Antonin idem fatentur Cano, & Petrus Soto. ſed diuerſa ratione. ſic limitandi ſunt qui negant licitum diuiti exigere ea pacto, aut capere ſtipem nempe integram ſuſtentationis; vltra conſuetam. ſolus enim pauper capit duas ſtipes in neceſſariam ſuſtentationem. [d] Citat. ſupra capitul. 19. §. 5. C. [e] Vt ex quibuſdam citatum eſt. c. 19. §. 1. [f] Fatentur Cano. libro duodecimo. capit. 13. ad decimum. Petrus Soto de euchariſtia, lectione ſeptima, propter rationes hic explicatas; quæ in praxi debent eſſe indubitatæ. [g] Quia eſt fere omnium ſententia, miſſam vnam non ita prodeſſe ſingulis ex multis, ſicut ſi pro vno ſpecialiter. [h] c. licet canon. cap. commiſſa. de electio. in ſexto Tridentin. ſeſſio. 23. ref. capitul. quarto. Nauar. cap. 25. numero 88. 134. Soto diſtinctio. decimatertia. quæſtio. prima, articulo decimo. Ledeſm. prima parte, quæſtion. vigeſimotertio, articulo decimo. [i] Syluest. miſſ. prima, §. decimo. Petr. Sot. lect. ſexta, id fatentur & plane Sot. d. decimatertia, quæſtio. ſecunda, articulo primo, colum. 15. lib. nono, iuſtit. quæſtio. tertia, artic. primo, cum Scot. Paludan. Anton. Adrian. Nauar. de orat. not. 20. num. 48. nec id negat Sot. lib. nono, quæſtio. ſecunda, art. ſecundo, vt qui in eccleſia vel monaſterio habet onus miſſarum ex capellania nõ poteſt pro miſſa ſic debita accipere aliam ſtipem.

prouideant congruę paſtoris ſuſtentationi. [k] Poteſt etiam parochus diues capere à ſuis, quando parochiani ſcientes parochũ obligatum fere quotidie celebrare pro parochia pingui, ita legata miſſarum faciunt vt tacite velint miſſas a parocho dici: [l] hi enim de ſuo iure decedentes, contenti ſunt fructu, quẽ parochus iuxta ſecundam intentionem ſibi applicat: cum tamen iuxta primam offerat pro parochia. Si in capella aut anniuerſario ſit magnus miſſarũ & officiorũ numerus pro tenui ſtipendio, epiſcopus (qui in alijs commutare communiter non poteſt vltimam defuncti voluntatem [m]) poteſt & deberet ad minorem numerum reuocare, [n] conſtituta congruente ſtipe: ita vt ex multis pitãtiis efficiatur una uictui diurno ſufficiens. Vt anniuerſaria cõmuniter, eget epiſcopus ſynodi conſilio, [o] iuxta concil. Trid. Salmanticæ approbante ſynodo facta eſt conſtitutio, qua facultas hęc committitur epiſcopo, cum conſilio capituli. ſed ut onera dicẽdi miſſas in beneficio (qualis eſt capellania collatiua) temperet epiſcopus, non eget ſynodi congregatę conſenſu. [p] ubi opus eſſet ſynodi conſilio, & tamen urget caſus neceſſitatis, ſatis uidetur conſilium capituli.

7 Quædam regularium monaſteria ob paupertatem dicuntur habere priuilegium Papæ (hic enim poteſt ſtipem miſſæ aut parochi ex cauſa ampliare) ut pro una miſſa à pluribus tenuem ſtipẽ contribuentibus capere poſſint, quantum ſatis eſt diurnæ ſuſtentationi unius: Generalis paſtor ordinis cum Capitulo generali, poteſt prudenter facere eam numeri reductionem miſſarum: [q] ſicut de epiſcopo dictum eſt. Quod ſi ad finem anni ſuperſint multarum miſſarum ſtipendia, quibus monaſterium ſatisfacere non potuit, ſolent ui aiunt, reputari pro dictis: obtinetque ſtipendiũ uim eleemoſynæ, Papa uoluntatem contribuentum commutante rationabiliter: & tamen hi regulares pro illis offerunt miſſas generali intentione, quantum ad impetrationem donorum: quæ non minuitur eo, quòd pro pluribus offeratur. [r] Satisfactionis uero tẽporalis defraudatio compenſatur, eo quòd eis ſit communicatio bonorum eius monaſterii & religionis, qualis ſit con fratribus & benefactoribus: & per commemorationem in aliis miſſis & ſuffragiis: & poſſet compenſare Papa per indulgentias. [ſ] Expediret uero id expreſſa intentione ita compenſari per Generalem religionis, aut per Capitulnm generale, præſertim cum Papæ uoluntatem commutantis autoritate. [t] Hæc ratio ceſſat in ſæculari ſacerdote, cui non licet plures ſtipes congruas pro una miſſa capere, ut dictum eſt.

8 Si parochus aut uicarius epiſcopi ex ſtatuto uel conſuetudine recipit curam diſtribuendi omnes miſſas (quod ualde expedit, ob periculum differendi illarum oblationem [u]) poteſt de pitantiis deſignatis, præſertim ſi pinguiores ſolito ſint, partim aliquid ex conſuetudine ſibi retinere in ſtipendium utilis officii. [x] ut uero capiat multum, non eſt ullus iuſtus titulus, quia nec clerici ab eo deſignati donant ſponte parocho: nec eſt præſumpta uoluntas dantis ſtipem pinguem, ut fraudetur maiori fructu, quem ex miſſa haberet pro quantitate eleemoſynæ, [y] quæ ut maior deuotio, ita maior contributio eſt melior diſpoſitio, ut fructus ſacrificii detur uberior ex operato. Capellanus cui reſpondet pingue ſtipendium pro paucis miſſis, ſi impeditus ſit aut minus aptus celebrare, ſatisfacit ſi per alium miſſæ fiant, data conſueta ſtipe: reliquum ſibi retinet titulo beneficii, quod Domino fructificat: dummodo occurrat periculo, ne clericus aut regularis uidens tenues eſſe pitantias, una miſſa multis commendatis ſatisfaciat. [z]

CAP. XXIII.

Obligatio miniſtri vt aliquoties celebret: & ſe præparet: ſeruetque onera impoſita, & regulas miſſalis.

DVm celebratur hoc myſterium, debet ſacerdos & qui interſunt, habere memorem huius beneficii animum ex gratitudine, & excitare fidem & nudam memoriam mortis Chriſti, & cruenti ſacrificii: cuius miſſa eſt memoriale ob oculos circunſtantium poſitum. Diſpoſitio in celebrante, eadem eſt quæ ad communionem dignam præcipitur. [a] Vt cum recta fide, ſed non ſola: cum metu & reuerentia: & qui habet conſcientiam peccati mortal. non ſatis eſſet accedere contritum ſed præmiſſa confeſſione. at ſi urgente neceſſitate ſic contritus celebrauit abſque confeſſione quia defuit copia confeſſarii, tenetur ſtatim dum commode poteſt, confite-

k Soto & communis. [k] Iuxta concil. Trident. ſeſſ. 24. ref. c. 13. DD. in c. extirpandæ, de præbend. [l] Hoc tantum ait Sot. lib. 9. iuſt. q. 2. ar. 2. & recen. [m] Quia commutatio vltimæ voluntatis reſeruatur Papę cle. quia contingit de relig. dom. Trid. ſeſſ. 22. ref. c. 6. Doct. in c. ſignificauit. de præben. Præpoſ. c. verum. col. 4. de cond. appoſ. Corne. l. ſi teſtamentum col. 4. C. de teſtamẽt. Andr. Sicol. conſ. 13. num. 2. vol. 1. Coua. infr. Sylueſt. verb. Papa §. 14. Dueñ. regul. 43. Sarmient. 1. Select. ca. 8. 9. de reddit. 4. p. c. 3. & in defenſio 1. p. num. 70. [n] Tridens. ſeſſ. 2 c. ref. c. 4. ſed monet vt habeatur ratio de pia voluntate teſtantium: vt etiam ait ſeſſ. 24. ref. c. 3. ſeſſ. 21. ref. ca. 7. [o] Vt ſi in vna eccleſia, aut oppido mandatæ ſint à teſtatoribus plures miſſæ: ſed ob miniſtrorum paucitatẽ non poſſunt quotannis impleri anniuerſaria, etiam data pingui ſtipe, poſſet epiſcopus reducere ad pauciores, cum commemoratione ſingulorum teſtatorum: vt ait Triden. ſeſſ. 25. c. 4. ſi. & multo magis poteſt, ſi ſtipes ſint tenues. [p] Ita Recentio. conſulti & D. Vera. Nauar. c. 25. nu. 138. fact. c. 17. nu. 257. ſin de orat. not. 3. nu. 72. cum Felin. c. cum acceſſerint de cõſt. col. 8. num. 19. Panorm. num. 5. ſi. Rebuſ. 3. p. ſignaturæ. nom. 46. pag. 171. Couar. c. tua nos. nu. 7. de teſta. Palac. c. per veſtras. de donation. § 47. nu. 10. cum Imol. Breche. Aphoriſ. 143. & quidam horum dicunt, quod & circa anniuerſaria poſſet abſque ſynodo epiſcopus iure communi commutare & moderari numerũ miſſarũ. quia eſt caſus neceſſitatis. [q] Nauar. Vera. [q] Eugen. IIII. congregationi S. Iuſtinæ. habetur in compend. B. Bened. Hiſpan. numero 1. & B. Bernard. verb. commutatio. §. 3. Trident. ſeſſ. 25. ref. capit. 4. at generalis Vicarius epiſcopi aut viſitator id non poteſt. declarat concil. Toletan. anno. 1583. action. 2. capit. 10. quia Trident. ſoli epiſcopo vel generali regulari id committit. Item Abbas ſeu Rector monaſterii poteſt (ſecloſo ſcandalo) commutare. Leo. X. Minim. & Sixt. IIII. in compend. Mendic. ver. commutatio. §. 2. comp. Bern. §. 4. [ſ] Sup. c. 17. §. 5. ex Hiero. c. non mediocriter. de conſ. d. 1. [t] Sylu. miſſ. 2. §. 10. Cor. li. 1. q. 4. & praxis apud doctos & regulares, & probatos illorum prælatos. ſic dũ parochus pinguioris bñficii celebrat miſſam, pro copioſo populo, licet nõ recipiant tã copioſam ſatisfactionẽ ex miſſa, cõpenſatur dignorum parochi exẽplo, ſermonibus & eleemoſynis. [u] Cord. ſup. Syl. ver. Papa. §. 12. 13. & cit. ſupr. M. comp. B. Bened. & cõp. B. Bern. ver. cõmuta. Nicol. nuntius. Apoſto. Sixt. IIII. ann. 1473. cõceſ. Bened. Valliſo. vt legata perpetuis capellanis relicta, retineãt ſibi, ſine tali onere: & cõmunicẽt legãtibus participationẽ bonorũ monaſterii, in illius comp. nu. 64. idem Alexand VI. anno 1493. monaſt. Montis Serrati. dummodo qualibet hebdomada fiat cõmemoratio pro defunctis, & ſingulis menſibus anniuerſarium ſolenne: & quotidianæ miſſæ pro benefactoribus. & participes bonorum ordinis faciant. Iul. II. anno 1504 declarat ſatisfacere, ſi dicẽdo alias miſſas intercedant pro benefactoribus iuxta conſuetudinem cõgregationis. [x] Quia ſi ſacerdos nimis tardet dicere miſſas poſt acceptas ſtipes, peccat mor. quia defraudat fructũ generalẽ eccleſiæ, & Dei honorẽ: cõtra iuſtã voluntatis dãtis ſtipẽ. Syl. miſſ. 2. §. 10. Ang. §. 51. [z] Soto li. 9. iuſt. q. 3. ar. 1. Nau. c. 25. nu. 91. & facit in ſimili de pœnit. ca. 23. nu. 97. idẽ Recent. Mai. d. 45. q. 3. Cor. lib. 1. q. 4. dub. 1. [y] Cor. Nau. Man. ẽ. c. 20. [z] Iuxta dictum §. quarto. A.

CAP. XXIII.

[a] DE hac [a] obligatione. S. lib. de

ri id peccatum:[b] vt ſolutio debiti aut voti ſi non impleatur ſuo tempore, obligat ſtatim dum poteſt lege iuſtitiæ cuiuſdam.

2 De ſacerdotibus an per longũ vitæ tempus abſtinere liceat à celebranda miſſa:[c] non conſtat. frequẽtius & arctius tenetur parochus offerre pro ſuis ſacrificia.[d] Non oportet ut ſimplex ſacerdos celebret in triplici paſcha, ſed ſatis eſt ut ter in anno aliis diebus officium exerceat:[e] nec oportet ut in parochia communicet, qui tempore paſchæ celebrãt alibi: cõſuetudo enim interpretatur ius communicandi in parochia tempore paſchæ, circa illos tantum, qui de manu aliena cõmunicant. Quidam[f] probabiliter opinãtur quod ſecluſo ſcandalo & contemptu, non peccat mortal. ſimplex ſacerdos qui ceſſante etiã impedimento nunquam celebrat, ſi tempore præcepti cõmunicet. quaſi de tali celebratione nõ ſatis probetur præceptum diuinum vel humanum imponi huic, ſed eccleſiæ in communi: quale eſt præceptum de ordine & eius miniſtris, ac de matrimonio. ſic in ſtatu legis naturæ erat in communi tantum præceptum ſacrificii ex Dei inſtinctu, ſed ſine determinatione rerum & rituum: & in lege veteri fuit in cõmuni præceptum cum determinatione horum. nam ſi præceptum eſſet diuinum de celebrando impoſitum cuique ſacerdoti, non tam facile in pœnam priuaretur aliquis celebratione in perpetuũ, vt ſit per cenſuram vel irregularitatem: nec excuſaretur, qui humiliter à celebratione ceſſat ob fragilem conſuetudinem peccandi: vt in ſimili non excuſat id impedimentũ quod pendet ex propria uoluntate. nec Doc. eam obligationem ſub mort. declarant imponi communiter ſacerdotibus, ſed parocho: nec ob hãc omiſſionem punit eccleſia illos. At probabilius videtur peccare mort. nec eſſe abſoluẽdos eos, qui apud ſe ſtatuũt nunquam integro anno celebrare: quod nobiliores authores[g] cum congrua ratione aſſerũt. ne in vacuum Dei gratiam receperint.

3 Tenetur celebrans habere intentionẽ formalem aut virtualem conſecrandi abſolutam, & quæ nõ pendeat ab intentione alterius,[h] (dum enim multi baptizãt vnum, non valet baptiſmus, ſi uterq; ſub conditione ab alterius intentione penderet) vt dum multi qui ſacris initiantur proferunt conſecratoria verba cum epiſcopo ordinante, nõ recitant ea materialiter, vt inſtruantur.[k] certe intentio epiſcopi non debet pendere ab aliis: quare ſi ante omnes prolationem perfecit, ſolus conſecrat:[l] ſi quis ſacerdotum cum intentione independente ante epiſcopum finiret prolationem, ille ſolus conſecraret.[m] ſed expedit ne anteuertat epiſcopũ quem decet, cum ſit principalis celebrans, tres partes ſacrificii perficere, conſecrationem vtriuſq; ſpeciei, oblationem & conſumptionem. Non tamen inconuenit, ſi caſu contingat, vt in eo uno multorum conſecrantium ſacrificio, vnus forte ſpeciem panis alter ſpeciem vini conſecret: aut quod hi ſacerdotes cum epiſcopo celebrantes non ſumant vtramque, ſed alteram.[n]

4 Qui celebrat, & vtramque ſpeciem conſecrare tenetur,[o] & non vnam tantum, ſed utramque ſumere[p] exceptis paucis caſibus: Chriſto ita inſtituente Luc. 22. hoc facite:[q] nempe ut ego feci, & ſumpſi: & de his Ioan.6. niſi manduc. & biber.[r] (qui locus & de laicis intelligitur: ſed non ut teneantur ad utramque ſpeciem[ſ]) obligatur

de euch à c.45.& 54. & de recta fide Trid.ſeſſ.13.can.11. de contritione. ſeſſ.14.c.4. de confeſſione.ſeſſ.13.c.7.can.11.[b] Trid.ſeſſ. 13.c.7.Nauar.c.2.nu.10.ſup.h.1.de pœnit.c.4.§.6.[c] Saltẽ ſub veniali obligatione.de quo inf.G.[d] Cit.c.22.§.6. H.de paſtore ſeu parocho exponunt id Matt.25.de talento otioſo.ibi Hierony.Euthym. Chryſo. homil.79.Orig. tract. 33.Matth.Gregor. hom.6. in euangel. Ambro.in Luc.19. & ſerm.80. Nauar. capit.25.num.134. Sot. lib.9 quæſt.3. 5.[e] Sot. diſtinc.13. quæſt 2. artic.10.[f] Caiet.3.par.82.art. 10. quem ſequitur Peña. & quidã Recent. Victor.§ 94. propendet Gabrie. lect.87.fin. Silueſt. miſſ.1.§ 7. & Roſel. propendet Sot. ſup. Ledeſ.1.par.q. 23.art 10 Pet.Sot. tit. de euchar. lect. 7. & 1.par. paſtor. lect.9. tenet Anto. 3.par. tit.13.cap.6. §.12 ſpeculum conſcientiæ tract.13.c. 13.§.10.Palac.diſt. 53.q.2. Panor.c.ut laici. de celebratio. miſſ. ex antiq. non explicant eſſe mor. ſed in generali dicunt peccare. Bonauen. diſtin.12. in 2.par. art.2. quæſt. 2.fin. Alexan.4.par. quæſt.51.memb.2. fauet Soto diſt.13. inf.[g] Innuit Diuus Thom.q.82.10. citans Ambro. dicit, grauius eſt abſtinere, quam corde immundo (ideſt, cum venialibus) celebrare, & clarius. diſtin. 13.q.2.a.1. Dur.q. 2. Richar.art.2 q.1. Palud. quæſt.2.art. 2.Maior Sot.diſtin. 13.quæſt.1.art.10. quamuis dubie, & non audens damnare peccat.mort. & lib.9. inſt. quæſt.3. artic.1. Nauar cap.25.num.88.134. Cathar. lib.5. contra Caiet. Ang.miſſ §.44. Allen.lib.4.tit.14.art.1. ſum.confeſ. lib.3. tit.24. q.123. Card.in cap dolentes.de celebr.miſſ. vbi reprehenduntur ſacerdotes, qui ter vel quater in anno non celebrant. Archid.cap. ſufficit.de conſecr.diſt.1.vbi D.Vera.Huncal. opuſc.3.tract.7.tit. 47 quare Cano.& Ledeſ.ſup.art.10.fin.aiunt bene facit confeſſarius non abſoluens eum, qui rariſſime celebrat, contra ſententiam tantorum Doctor.& D.Tho. probat ex 2.Corin.6.ne in uacuum gratiam recipiatis.& Matt 25.Luc.19. qui abſcondit otioſe talentum. 2.Timot.3. noli negligere gratiam. cap.ecce 95.diſt Triden. ſeſſ.22. c.2. ex Luc.22. hoc facite, colligit præceptum ſacerdotibus, vt offerant. & ſeſſ.23. ref.c.14. curet epiſcopus, vt omnes ſacerdotes ſaltem in dominicis celebrent, aut frequentius ſi curam habeant animarum. nec oportet in omni re & præcepto æqualem certitudinem reperire.[h] D.Tho.q.82.2.ſup.de ſacram.cap.22.de euchar. cap.18.§.2. quia ex præcepto Chriſti miniſter debet eſſe vnus formaliter. ſup.c.18.§.2. qui agit uice unius Chriſti. ſic Innoc. lib.3.cap.19. refert quod Papa olim celebrante conſecrabat cum eo presbyter Card.[i] De ſacram.c.9.§.3. de baptiſ.c.9.§.5.& cap.30. D.Thom.3.par.q.67.6. quia finita forma verborum cum recta intentione, non poteſt miniſter effectum ſacramenti ſuſpendere. At quiſque iſtorum licet ſit cauſa de ſe ſufficiens, eſt tamen de facto cauſa partialiter concurrens. de ſacram. cap.27. quando concurrit cum intentione independente.[k] Vt falſo putant Duran.diſt.13.q.3 num.15.fig. Richar.art.2.q.1.tenet Caiet. q.82. 2.Ang.euchar.2.§.3.[l] Soto.diſt.13.q.1.2. Ledeſ.q.23.a.tandem Duran.q.3.nu.15. & omnes Recen.& cit.de euchar. c.18. §.2.L. quo caſu alii poſt epiſcopum finientes verba, non conſecrãt, quia deeſt materia. nec per hoc iterant ſacrilege conſecrationem, ſed ſeruant morem eccleſiæ.[m] Sot. Ledeſ. Duran. quidam Recent.[n] Cit.L.q.2 omnes ſunt formaliter unus miniſter. vt quando deficiente in miſſa ſacerdote alter eodem aut ſequenti die perficit miſſam, fit una miſſa ab his tanquã ab uno miniſtro. infra.c.30.36.[o] Cit. ſup.G.D.Thom.q. 82.4.Sot.diſtin.13. q.1.4. Ledeſ. q.23. cap.relatum. c.comperimus.de conſec. diſt.2. Triden. ſeſſ. 22.c.1.can.2. ſignificant eſſe de iure diuino, & ref.capit. 14. at Alber. lib.de corp. Chriſti. dicit eſſe præceptum eccleſiaſticum atque adeo diſpenſabile à Papa Alex.4. par. q.52.a.vid.citatos. F.[p] Ex iiſdem cit.& 1.Corin.10. nonne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris? ſic olim ſacerdotes ſumebant de ſacrificio, & de libamine vini, Leui.23. Ezechie.44. quod not. Chryſoſt. homil.18. in 2.Corin. Leo. ſerm.4. Quadrageſ.& plane Trident.ſeſſ.22. cap.1. Chriſtus ſub utraque ſpecie obtulit, & Apoſt. tradidit, & eorum in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent præcepit dicens. hoc facite: & bibite ex hoc omnes.[q] Ex Luc.22. colligit Triden.ſeſſ.22.c.1. de quo loco Luc.fecit integrum lib. Ioan. Porteſius. Ianſen.Concord. c.131. Huſi.iuſtit.c.41.53. Taper.art.17. Sot. diſt.24. q 1.4. Caniſ. tit. de euchar.cap.7.ex Chryſoſt.homil.83. Matt. & 24.in 1.Corin. Dionyſ.c.3.ecle.hier. Martial.epiſt.ad Burdegal.c.3. Clem.lib.5. conſtit. Apoſt.c.20. Bellarm.lib.4.de euchar.c.16 & 20.ad fin.[r] Sup.lib.de euchar.c.8.§.1. E.c.44 §.9. D. & id Ioan.6. niſi manduc.& bib. de utraque ſpecie eſt præceptum in communi poſitum eccleſiæ. ſed diuerſo modo ſeruandum: nam celebrans tenetur bibere ſanguinem per modum potus. Triden.ſeſſ.21.c.2. Conſtant. ſeſſ.13. quo modo non bibitur ſub ſpecie panis dicit Innoc. lib. 4.c.21. ſic 1.Corin.11. quotieſc. manducabitis panem hunc & cal. bib.& inf. probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de cal. bib. quod de ſacerdotibus intelligitur copulatiuè. At de laicis intelligitur disiunctiue ſumpto ly, &, pro vel. vt ait Tolet.in Ioan. 6.not.26. quia Paul.ſubdit quicunque manducauerit carnem, vel biberit ſanguinem, vide Bellarm.lib.1.de euchar.cap.7.lib.4.cap. 25.vid.Claud.repet 6.cap.7. At repet.16.cap.2. ait, tunc morem fuiſſe, vt Gentibus & Græcis Paulus illorum Apoſtolus miniſtraret

ſacerdos tum vt ſacramenta fiant integra: [t] tũ ut ex præcepto diuino ſacrificium ſit omnino integrum, & expreſſius exprimat ſacrificium cruentum, in quo totus Chriſti ſanguis in ara crucis fuit à corpore mortuo ſeparatus: qua ratione ad integritatem miſſæ debet vtraque ſpecies ſuper altare adeſſe: [u] & deinde in pectore ſacerdotis conſumentis, quaſi in viua ara & templo Dei: bibit enim ſacerdos ſanguinem nomine totius eccleſiæ. [x] ſic Chriſtus in cœna vtramque conſecrauit, & ſumpſit: [y] ac vtranque miniſtrauit Apoſtolis: quos tunc ſacerdotali, epiſcopalique charactere initiauit. In feria ſexta Paraſceue ſacerdos ſub altera communicat: quod officium præſanctificatorum, cum careat conſecratione, & vtraque ſpecie, non eſt perfectè ſacrificium. [z] dum vero ſub altera ſpecie apparet permanens miraculum, vt caro pueri, aut rubeus ſanguis, cenſetur autor miraculi Chriſtus eo facto diſpenſare in ſuo præcepto de ſumenda vtraque. [a] Papa in eo præcepto diuino diſpenſare non poteſt, niſi ex graui & publica cauſa: [b] vt diſpenſat autoritate Chriſti in graui voto aut iuramento.

5 Qui habent beneficia vel capellanias cum onere miſſarum, tenentur de iuſtitia ſatisfacere huic obligationi. 1. in numero: deinde in loco, aut tempore, vt ſi ex pacto conuenit celebrare in eremitorio longe diſtante, ſeu in tali capella: [c] & ad miſſam auroræ aut prope meridiem. Tandẽ in qualitate officii: vt quod fiat miſſa uotiua de Spiritu ſancto, de paſſione Chriſti, vel de requiem: & vt dicatur trentannarium cõtinuè, aut de 9. feſtis B. Virginis. Capellanus ita tenetur ſeruitare onera bene conſtituta à fundatore, [d] vt tamen cõmuniter ſeruet ordinem præſcriptum in præcipuis regulis miſſalis Romani Pii V. [e] ad quod fere omnes eccleſiæ ſeculares & regulares tenentur: præter paucas exceptas. [f] turpe vero ſeu indecens eſſet, ſi quis paſſim ex propria deuotione dicat miſſam votiuam diebus feſtis etiam ſolẽnibus, & non propriam eius diei ad excitandam deuotionem feſti & ſancti: [g] quamuis præceptum eccleſiæ non obligat ad miſſam dicendam vel audiendam proprii diei feſti. [h]

6 Ex cauſa quocunque die poſſent dici miſſæ priuatæ uotiuæ, quando nõ celebratur officium duplex [i] (id tamen ne fiat paſſim ſine rationabili cauſa) ut ſi quis data pitantia petat miſſas fieri de requiẽ ita ſunt dicendæ. quia ſpeciale officium eſt vtilius, & oratio magis directa & immediate mouet de ſe magis ad impetrandũ a Deo: [k] in feſto tamen duplici rectius ſacerdos pro eo defuncto celebrat de proprio feſto, [l] vt ſe conformet miſſali, [m] & communi vſui, ſatisfacitque intentioni debitæ: quia ex operato non minus ſatisfactionis applicat defuncto, ſuppleturque directa vis impetrationis, ex deuotione feſti & ſancti.

7 Si inſtitutor capellæ iubeat omni feria ſecunda vel ſabbato cantari quandam miſſam votiuam, præter principalem & maiorem miſſam illius eccleſiæ, conſeruanda eſt illius intentio, [n] aut conſuetudo: [o] quia voluntati teſtatoris ſatisfaciendum eſt, [p] quoad licitè fieri poteſt. & mos in eccleſiis collegiatis, & quarundam religionum, vt præter miſſam principalem cantetur miſſa defunctorum, moderatur generalem regulam miſſalis Romani. Retinendus vero eſt in celebratione miſſæ ritus cuiuſque eccleſiæ, qui aut à ſede Apoſtolica, aut conſuetudine approbatus ſit: vt ſeruandus eſt modus & ordo recitandi horas, ſecundum vſum.

ret vtramque ſpeciem, ſed Petrus Iudæis (apud quos non licebat ſumere libamina, niſi ſacerdotibus) ſolam ſpeciem panis. laicus tamen ſub ſpecie panis ſumit ſanguinem concomitanter latentem, dicit Triden. & Conſtan. quia ſumit totum & integrum Chriſtũ. Caiet. q. 80. art. 12. Taper. ar. 15. nec minoris virtutis eſt ſanguis, anima vel Deitas, licet non adſit ibi ex vi ſacramenti. [t] Sic confeſſarius tenetur iniungere pœnitentiam in re graui, vt fiat integrum ſacramẽtum cum tribus partib. [u] D. Tho. 3. p. q. 83. ar. 6. ad 4. & infra c. 36. 40. [x] D. Thom. 3. p. q. 80. 12. ad 3. [y] Colligitur ex Triden. ſeſſ. 22. cap. 1. D. Tho. q. 82. 1. ſic nunc epiſcopus qui conſecrat & qui cõſecratur, bibunt de eodem calicem: & interdum dũ presbyter Card miniſtrat Papæ celebrãti Innoc. lib. 3. c. 19. [z] Sup. c. 9 § 2. & 6. Balſã. in ſext. ſynod. can 32. Laodi. c. 49. de quo Cano. libro quinto, loc. capitu. ſexto, ad 6. falſo citat can. 62. & male reprobat omnes canon. ſynod. 6. [a] Caieta. cum D. Tho. q. 82. 4 ad 3. ibid. q. 78. 8. & D. Thom. late. d. 10. ar. 4 Palud. quæſt. 4 fin. Richar. Durand. Carthuſ. quæſt. 4. Soto. d. 13. q. 1. 4. Ledeſ. quæſt. 23. quarto. Gabriel. lect. 21. Victor. §. 61. Aegid. Theor. 23. Viguer. capit. 16. §. tertio, verſ. quinto, Anto. 3. p. tit. 13. cap. 6. § 14 Alexan. 4. p. q. 53. mem. 4. artic. 3. modeſte ait ita videtur inſipientiæ meæ, nihil aſſerendo, ſed opinando: ſalua meliori ſentẽtia quamuis Alb. apud Anto. putet eſſe præceptum, conſecrare iterum, vt ſumatur vtraque ſpecies. [b] Sup. li. de euchar. cap. 13. [c] [d] Sup. cap. 21. §. tertio. Q. Nauar. ca. 25. num. 134. Sylueſt. miſſ. primo, §. 10. fin. [e] Pius V in procem. miſſal. ne in eccleſiis, vel capellis aliter cantetur, aut recitetur, quam iuxta huius miſſalis formulam: niſi ſit conſuetudo ſupra 200. annor. & id diſtricte præcipit in virtute obedientiæ prælatis: & vt presbyteri ſic miſſas dicere teneantur. ſed non impedit quin ex cauſa liceat uotiuam dicere, etiam in duplici; & pręcipue vetat ne presbyter vel canonicus aut capellanus compellatur ab epiſcopo aliter celebrare. [f] Quas Pius V excipit in bulla quæ habetur in pręfat. miſſalis. [g] Sot. d. 13. quæſt. ſecunda, articulo primo, colum. penult. Sylu. miſſ. primo, §. quarto, miſſ. ſecundo, §. 4. Nauar. hiſp. cap. 21. num ſeptimo, & in compen. fol. 113. cum Ant. inf. permittit tamen Pius V in rubric. de miſſ. vot. fin. votiuas priuatas dici quocunque die quando officium non eſt duplex. id vero paſſim non fieri niſi rationabili de cauſa, nec vero regula miſſalis aut breuiarij tam ſtricte obligat vt ſemper ſeruetur. Naua. de orat. not. 19. num. 217. & Miſcel. 61. [h] Sylueſt. miſſ. primo, §. quarto, miſſ. ſecundo, §. quarto, cum Roſel. Archid. Nauar. inf.

Soto. d. 13. quæſt. ſecunda, primo. F. Medin. libro primo, cap. 11. Roſel. miſſ. § 14. Tabien. §. 49. Caietan. feſt. Tolet. Cano & Recen. Anton. ſecunda, parte tit. nono, capit. 10. § primo, quamuis obligare miſſam propriam eiuſdem feſti dicunt Aſten. libro quarto, tit. 16. Angel. miſſ. §. 33. feriæ. §. 43. Monal. F. Ale. in ſumm. lib. 2. tit. ſecundo. Roder. addit tamẽ Aſten. lib. 4. tit. 16. quæſt. prima, cum gloſſ. cap. quidam, de celeb. miſſ. non peccare ſi ex reuerentia audiat miſſam, quę non ſit feſti. Nauar. Hiſp. capit. 21. num. 7. & compen. fol. 115. & conſil 6. lib. 3. tit. 41. de celeb. miſſ. num. 7. quia cõſuetudo derogat cap. & hoc attendendum. [i] Pius V in miſſal. [k] D. Thom. 4. d. 45. q. 2. 3. 1. ad 3. add. quæſt. 71 nono, ad quintũ. Palud. d. 45. Ang. miſſ. §. 34. Sylu. miſſ primo, §. quarto. Arm. §. 32. Tabien. §. 52. Maiolus de irregul. libro tertio, capitulo uigeſimoquarto, fin. Nauar. capitu. 25. num 134. & ex profeſſo conſil. ſexto, libro tertio, tit. 41. de celebrat. miſſa. cum Panor. conſil. 99. volu. ſecundo, [l] Sot. d. 13. quæſt. ſecunda, ar. primo, colum. penult. cap. quidam. de celebra. miſſ. Recentio. [m] Quia inſtitutio contra ordinarium miſſalis eſt inutilis, vt probant Hoſtiẽ. Anchar. Immol. in cap. ſignificauit de prębend. Abb. nu. tertio. Deci. nume. 5. Roman. conſil. 339. Armi. miſſ. §. 32. Tabien. §. 12. 44. quare pro miſſa longa de paſſione ſatis implet ſi celebret de feſto etiam ſemidupl. aut infra octauam. Naua. d. conſil. ſexto, numero octano. [n] Syl. miſſ. primo, §. quarto. Ang. §. 33. 45. facit Arm. §. 32. Maiol. de irregul. libro tertio, capit. 24. fin. Nauar. cap. 25. num. 134. & dict. conſil. ſexto, numero ſexto, de oratio. not. quinto, numero tertio, colligitur ex capit. cum creatura. de celeb. miſſ. vt in collegiatis eccleſ. pręter miſſam diei celebretur alia defunctorum. quem modum ſeruant adhuc Carthuſien. fauet Pius V. in rubric. miſſal. quando officium ſit de feria poteſt miſſa principalis eſſe votiua, vel de defunctis. Si vero fiat officium duplex vel ſemiduplex, non fiat miſſa principalis, niſi de die. Vbi non vetat quin minus principalis, ut in capella, fiat pro defunctis etiam in duplici. idem concil. Compoſtel. anni. 67. act. 3. cap. 38. imo cum licentia epiſcopi interdum ſit miſſa principalis votiua de conceptione, aut de alio feſto B. Virginis. Nec obſtat cap. hoc & attendendum. de conſecrat. d. 1. quia conſuetudine derogatum eſt: vt dicit Nauar. dict. conſ. 6. num. 7. [o] Nauar. ſup. per cap. eccleſiarum. 11. d. de qua conſuetudine. Couarr. 1. Variar. cap. 10. num. 3. Caſſane. Catal. glorię. p. 12. conſid. 13. [p] l. 1. ff. de ſacroſanct. eccleſ. cap. ultima uoluntas. 13. quæſt. 2. fauet Triden. ſeſſion. 22. refor. cap. 6. Couar. cap. cum eſſes.

Breuiarij recepti in vnaquaque eccleſia.[q]

8 Epiſcopus aut parochus nõ debet facile peregrinos & ignotos alterius diœceſis ſacerdotes admittere ad celebrãdum: ſine dimiſſorijs patentibus proprijs epiſcopi.[r] In quo quidam epiſcopi ſolent rigide prohibere, ne parochus admittat ſine eiuſdem epiſcopi licentia. cum ſatis ſit licentia proprij epiſcopi habita, aut debita:[ſ] vel etiam præſumpta: vt ſi non multo ante dederat reuerendas, quibus initiatus eſt,[t] aut licentiam peregrinandi, vel ſtudendi in academia. Poteſtque admitti in parochia, aut monaſterio peregrinus, vt celebret etiam publice, quando notus eſt:[u] aut bonis coniecturis creditur non eſſe impeditus: quia peregrinus nullo iure ſuſpenſus eſt etiã quo ad alios,[x] vt quidam falſo putant.[y]

CAP. XXIIII.

Ritus pios in miſſa eſſe obſeruandos. 1. de tempore: quibus anni diebus liceat? eſſe frequentandam. Qua diei hora, & poſt matutinas.

Eccleſia inſtituit pios ritus in cæremonijs miſſæ, de quibus cap. 35. & circa locum. cap. 27. ſed nunc explicandum eſt de tempore, vt de die & hora celebrandi miſſam. potiori iure ſacerdotes, quam pij laici in communione,[a] debent frequentes eſſe in celebratione miſſarum,[b] quę non tantum celebranti vtiles ſunt, ſed toti eccleſiæ fidelium viuorum ac defunctorum.[c] Qui vitat communiter mortalia, conſulendus eſt, vt poſt confeſſionem celebret, quamuis experiatur ex fragilitate ſe cadere in multa venialia,[d] & aliquando in quædam mortalia, ſine proxima occaſione reincidendi, nam ſola dilatio temporis non reddit dignum,[e] & 1. in dubio non decet priuare eccleſiam iure, quod habet ad ingentem fructum ſacrificij ex miniſtro ſuo publico non indigno. Sacerdos legitime non impeditus, celebrare prætermittẽs, priuat vt ait Beda[f] quantum in ſe eſt B. Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iuſtos ſubſidio & gratia, in purgatorio exiſtẽtes ſubſidio & refrigerio, eccleſiam ſpeciali Chriſti beneficio, & ſeipſum medicinæ remedio. Expedit quoſdam ſic incidentes vt diligentius ſe præparẽt, abſtinere ſemel aut bis in menſe à Chriſti hoſpitio,[g] exemplo Centurionis: qui tamen cum eſſet Gentilis & ſine baptiſmo refert vitioſum,[h] qui adhuc imperatori huius ſæculi ſeruit: & tamen dum ſe dixit indignum, dignum ſe præſtitit, vt ait B. Auguſt.[i] in cuius non ſolum domum ſed animũ Chriſtus intraret. & quamuis per Dei gratiam omnia quæ præcepta ſunt, fecerimus, debemus humiliter reputare nos menſa Chriſti indignos.[k] Item abſtineat ad tempus,[l] qui experitur ex nimia frequẽtatione & familiaritate minui apud ſe reuerentiam ſacramenti, dum paſſim plenus occupationibus ſecularibus celebrat: nam una cõmunio cum diligentiori præparatione plus fructus interdum affert, quàm tepida ſæpius iterata.[m]

2 Varius mos viguit apud varias regiones circa frequẽtiam celebrationis. Quidam Græci ſemel in anno, feria quinta in cœna Domini, conficiebant euchariſtiam,[n] ſicut & chriſma: vt uno paſcha celebratur feſtum Chriſti reſurgentis, & olim agni paſchalis, qui erat præcipua figura euchariſtiæ: & hinc in præcepto manſit cõmunio paſchæ in parochia ſemel in anno. ſed eũ morem celebrandi ſemel in anno carpunt D. Ambro. & Auguſtin.[o] Alij diebus tantum Dominicis[p] in memoriam cõtinuam reſurrectionis & paſchæ, cui dominica dies cõſecratur. Alij quater in hebdomada, (quibus diebus ieiunabant uſque ad nonam, quæ eſt tertia hora poſt meridiem) nempe dominica, feria quarta, ſexta, & ſabbatho. in alijs diebus non celebrant, niſi ſi

---

[q] eſſet. num. 5. de teſtam.[q] Nauar. de orat. not. 19. num. 217. & Miſcel. 61. Syluest hora. §. 12. Armil. §. 17. Pedraza. cap. 5. de clerico. §. 1. ad fin. Tabien. §. 10. Soto. lib. 10. iuſtit. q. 5. artic. 3. Ioan. de Burgo. in ſua pupilla oculi. pag 4. Angel. hora. §. 9. Roſel. §. 3. Viguer.[r] Triden. ſeſſ. 22. de euitand. ſeſſ. 23. cap. 16. Nauar. cap. 27. num. 153. & conſ. 5. tit. 41. lib. 3. Sylue. & alij inſ.[ſ] Vt ſi habet ius eundi ad ſtudia Academiæ, & tamẽ epiſcopus petitam licentiam negat iniuſte. argum. cap. licet. de regul. vid. lib. 3. de pœnit. cap. 13.[t] Nauar. d. conſil. 5. ait elapſo decennio nõ ſuffragari licentiam olim datam, ſed petere debet aliã.[u] Pont. in cap. tuæ. de cler. pereg. Nauar. d. conſil. Alber. Trotius de perfecto cler. li. 2. cap. 31. nu. 6. item in caſu cap. ſignificaſti. de iure patron. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 19. num. 16. fin & cap. 23. li. 4. cap. 19.[x] Nauar. vtroque loc. Sylue. ver. peregrinus. §. 4. Perez l. 2. tit. 9. lib. 1. ord p. 278.[y] Hoſtien. in d. cap. tuæ. qui ait ſuſpẽſum eſſe quo ad alios, ne in publico celebret poſſe tamen in occulto. vt de excommunicato inuitie dici ſolet. idẽ Maiol. ſup. Felician. tit. de ſuſpen. c. 7. Angel. ſuſpen. primo §. 40. Syluest. §. 1. Armil. §. 4. Tabien. §. 1. & ver. peregrin. Sote all. ver. literæ. verb. clericus. § 22. 23. Trotius & communis Canoniſt. qui diſtinguunt tres gradus ſuſpenſionis, quo ad ſe, vel quo ad alios tantum: & vtroq; modo. quos bene reiicit Nauar. ſupra.

CAP. XXIIII.

Svpra[a] libro de euchar. c. 35.[b] De qua miſſarum frequentatione pręcipue loquuntur ſancti, hortantes ad frequentationem euchariſtiæ. quos refert Madrid. libel. de frequenti commun. Caniſi. Catechiſ. iii. de euchar. Democar. lib. 4. de ſacrific. cap. vlt.[c] Sup. cap. 22. & ſequen[d] Diuus Thomas, quæſt. 82. artic. 10. cum Ambro. Auguſtin. de eccle. dogmat. cap. 53. tract. 26. in Ioan. cap. quotidie. de conſecratio. diſtinct. 2. & ſerm. 28. de verbis Domini cum Ambro. 5. ſacramen. cap. 4. dicit qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere. Auguſt. epiſt. 118. ad Ianuar. ne ſeparetur à quotidiana medicina, ſi peccata tanta nõ ſint, vt excommunicandus iudicetur. Chryſoſtom. tom. 3. homil. 22. qui ſibi nullius mali conſcius eſt (nempe peccat. mor.) hunc oportet ſingulis diebus accedere. Athan. 1. Corint. 11. conſcientia examinata ſemper accede, nec expectes feſtos dies.[e] Ambro. ſup. & Auguſtin. ſerm 28 de verb. Dom. Chryſoſto. hom. 8. in 1. Timot. carpit eum qui putat meritum, ob longius temporis interuallum. Cyril. lib. 4. in Ioan. cap. 17. caueamus ne loco laquei, damnoſam religionem diabolus nobis prætendat.[f] Beda. in Act. 2. quem refert Gabriel. lect. 87.[g] Bonauent. lib. de proceſſu relig. in proceſſ. 7. cap. 21. & 61. addit laicis quantumuis religioſi & pij ſint, ſatis eſſe morẽ communicandi ſemel in hebdomada, niſi adſit ſpecialis cauſa: ſed ſacerdotibus id ſatis non eſt. & lib. 2. de profectu religioſorum. cap. 78.[h] Hæc Hilar. in Matth. 8. Cano. 7. Nazian. ſerm. de Epipha ſic Luc. 5. Petrus dũ adhuc ſuper vndas nauigat dicit, exi à me Domine, quia homo peccator ſum[i] Auguſt. ſerm. 10. de de verbis Domini.[k] Caſſia. collat. 22. cap. 7. ſic Dauid ait 1. Reg. 18. quis ego ſum, aut quæ domus Patris mei, vt ſiam gener Regis? Abigail quæ ſe vix reputat ancillæ nomine dignã, ſit ſponſa Regis Dauid. 1. Reg. 25. Petr. Ioan. 13. Domine tu mihi lauas pedes. Baptiſta Ioan. 1. non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceam. & tu venis ad me. & tamen humiliter acceptans utilem honoris dignationem.[l] Bonauen. dicto libro proceſſ. & diſtinct. 12. artic. vlt. quæſt. 2. ad primum. vbi D. Tho. q. 3. 1. 2. Richar. ar. 6. quæſt. 1.[m] Bonauent. diſtin. 12. art. vlt. quæſt. 2. ad primum.[n] Refert Caſtro & Medices. ver. euchariſt. hæret. 9. Bellarm. 1. euchar. cap. 1. §. 5. & contra illum errorem ſcripſit Petrus Cluniacen. Prateol. verb. Græci, §. 7. ver. pauperes de Lugduno. §. 13. in quo die cœnæ iubet omnes cõmunicare Soter. Papa. capit. quinto, habetur, capit. in cœna, de conſecratio. diſtinctio. ſecunda, refert Diuus Thomas, quæſt. 80. 10. ad quintum. Soto. diſtinctio. 12. quæſt. prima, artic. decimo.[o] Ambroſ. 5. ſacrament. capit. quarto, Auguſt. de ſerm. Domini in mont. capit. duodecimo, quod quidam referunt apud Bellarmin. ſecunda miſſ. capit. nono, colum. ſecunda.[p] Significat Auguſtin. de eccleſ. dogm. capit. 53. capit. quotidie, de conſecratio. diſtinct. ſecunda, Hieronym. epiſtol. ad Euſtoch. & in Galat. quarto, vt refert Magiſt. diſtinctio. duodecima, Diuus Thomas, quæſtio. 80. 10. ad quintum. At hi loquuntur de communione etiam laicorum, quam fieri conſulunt ſingulis dominicis. & Trident. ſeſſ. vigeſimatertia, capit. decimotertio, initiari in Dominicis communicent & miniſtrent. Bellarmin. ſecunda miſſ. capitu. 14. col.

q col. 5. fin. [q] Refert Baſil epiſt. ad Cæſariam patritiam. [r] Concil. Laodicen. cap. 29. Clem. lib. 1. conſtitut. Apoſtol. cap. 24. lib. 8. cap. 39. nec ieiunabatur ſabbat. in quadrageſ. ſyno. 6. can. 55. & 89. & in fide Aethiopia ſub Preſte Ioanne, quam retulit Zagazabo epiſcopus, refert Damian. Goes libro del Preſte Ioan. Apoſtol. can. 55. Caſſian. collat. 21. cap. 25. Ignat. in epiſtol. 4. id quod eo tempore præceptum fuit in odiũ Marcioniſtarum, vt notat Epiphan. Bellarm. 2. de Roman. Pontif. cap. 27. verſ. deinde. Quare falſo Carranza in ſumm. cõcil. ad ſextam ſyn. cano. 55. ait cũ Balſam. quod propter hunc can. multi Rom. Pont. non receperũt hos can. ſextæ ſynod. tanquam vniuerſales. & Cano. lib. 5. de loc. cap. 6. ad 6. nam Sabbatum nõ cæpit ex lege, ſed à princip. mundi: & abſtinentia à ſuffocato, Geneſ. 8. At poſt Chriſti Reſurrectionem feſtum mutatum eſt in Dominicam; & tandẽ reiecta eſt obſeruatio ſabbati, ne quid commune habeant Chriſtiani cum Iudæis. quod habetur generaliter ĩ Apoſ. can. 8. 50. 52. 63. 64. 70. Couar. 4. Var. cap. 20. nu. 5. fin. D. Tho. 2. 2. q. 122. 4. ad 3. & Chriſtus operatus eſt in Sabb. 3. p. q. 40. 4. ad 1. Bella. lib. 3. de cultu ſanctor. c. 10. bis. [ſ] Refert Aug. tract. 26. in Ioan. & epiſt. 118. ad Ianuar. cap. 2. [t] 6. ſynod. can. 52. 55. ibi Balſam. vid ſup ca. 8. §. 4. Q. [u] Epiph. to. 2. lib. 2. cont. hæreſ. prope fin. vbi nõ meminit de ſabbato, ſed ter in hebdomada.

quia memoria fieret alicuius ſancti. [q] Quidam Græcorum qui ſabbatum pari religione cum dominica colebant [r] (quamuis in ſabbato permitterent laborem ſeruilem, non in Dominica) iubent miſſam celebrari in Dominicis & Sabbatis tantum: per tẽpus quadrageſimæ: [ſ] reliquo tempore luctus, abſtinebant ab hoc læto ſacrificio, & fiebat ſacrificium præſanctificatorum, [t] i. officium & cõmunio cum hoſtiis præcedenti dominica conſecratis: vt in eccleſia Latina fit in die Paraſceues. B. Epiphanius [u] ait Synaxes ordinatas eſſe ab Apoſtolis. 1. in Dominica poſt matutinas: Deinde feria. 4. & 6. ad horam nonam: & his diebus ob cõmunem imperatum fuiſſe ieiunium in Catholica eccleſia: præter quinquaginta dies Pentecoſtes. Fuit tandem uſus vt in vna eccleſia eſſent multa altaria, in quibus multi ſacerdotes quotidie celebrant. [x] interdum in vna ciuitate erat vna eccleſia & vnum altare, [y] in quo vna tantum miſſa in die celebrabatur, [z] vtpote poſt horã nonam: reliqui presbyteri communicabantur iuxta altare, clerus in choro, & populus aſtantium extra chorum.

3 Prælati in eccleſia Catholica tenentur curare ne vllo anni die in diœceſi, aut ampla vrbe, vel magno monaſterio, deficiat miſſa. [a] In ſola feria 6. Paraſceues conſecrare non licet ſup. cap. 9. §. 6. In Sabbato ſancto dicitur vnica miſſa in parochia, aut monaſterio (quæ olim in nocte Reſurrectionis dicebatur) nec licet priuatim celebrare [b] niſi opus eſſet ad communicandos morti vicinos. At fer. 5. in cœna Domini nullo iure aut generali conſuetudine prohibentur clerici priuatim facere rem diuinam. In eccleſia Cathedrali aut collegiata, & alicubi in monaſterio regulari, tenetur prælatus curare vt bis in die miſſa dicatur: vna pro viuis, altera pro defunctis. In parochia frequentis populi epiſcopus parochum obligare ſolet ſub mort. vt per ſe quotidie, aut per vicarium celebret pro ſubditis, [c] in tenui parochia, aut in loco annexo, tenetur quoad poteſt curare, ne Dominicis & feſtis diebus deſit miſſa populo, quam tenetur audire. quæ ratio cõpellit epiſcopum, vt parocho pauperi concedat licentiam celebrãdi bis in feſtis. Simplex ſacerdos tenetur bis aut ter in anno celebrare, vt dictum eſt. [d]

4 Si Capella habeat onus celebrãdi quotidie (vt habet parochus pinguis beneficij) intelligitur ſalua honeſtate & deuotione debita: [e] nec enim tenetur per alium ſupplere, ſi paucis diebus miſſam omittat: niſi expreſſo onere beneficii fundator Capellæ exprimat, vt omnibus diebus celebrare teneatur per ſe aut per alium: [f] qui impeditus eſſet morbo vel indeuotione, tenetur per alium ſupplere non minus, quam dum inſtitutio capellæ exprimit miſſam fieri ter in hebdomada, tenetur infirmus ſupplere per alium collata ſtipe. [g] ſic tenetur ad certum locum & altare, aut ad horam diei vt ad auroram, iuxta onus expreſſum in fundatione: [h] niſi aliud conſtet ex interpretatiua voluntate teſtatoris. In his ex cauſa diſpenſat epiſcopus, puta vt qui in Academia ratione ſtudii abeſt, ſatisfaciat oneri celebrando in alio loco, tempore & hora. [i]

5 De tempore audiendi miſſam dicetur. c. 25. Quantũ ad tempus celebrandi, in omni hora diei videtur eccleſia per varias orbis partes diffuſa celebrare: in quibus propter varium ſolis ortum ſemper habet tempus celebrationi opportunũ. [k] Prohibet ſub graui pœna ante lucem celebrare, [l] niſi primã Natalis Do-

Greg. ho. 82. in euang Chryſ. ho. 3. in Epheſ. Hieron. in Titum. Ambroſ. quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam. & de hac oblatione miſſæ quotidiana, exponitur id Matth. 6. panem noſtrum quotidianum ſup. cap. 10. quæ oratio Dominica à tempore Apoſtolorum ſemper adiuncta eſt miſſæ. ait Hierony dialog. 3. contr. Pelagian. & Gregor. inf. c. 34. hinc Daniel. 8. 11. 12. vocatur iuge ſacrificiũ: quod Antichriſtus, ibid. c 12. contendet auferre. Bellar. 2. miſſ. c. 9. colum. 2. id vero eſt præceptum poſitum eccleſiæ in communi, vt aiunt Canoniſt. dict. cap. cum creatura. D. Thomas ſup. Doct. 4. diſt. 13. ibi Sot. quæſt. 2. art. 1. Ledeſ. quæſtio. 24. ſic Num. 28. quotidie offerebatur Deo ſacrificium veſpertinum. & Malach. 1. dicitur in omni loco offerendũ. quod de miſſa exponunt patres in concil. Trident. ſeſſ. 22. cap 1. de miſſ. cap. 10 & citatum eſt ſup. c. 10.

b [b] Citat. ſup. lit. A. contr. Summ. confeſſ. (ſed Soto dicit, quod ſecluſo ſcandalo licet, ſaltem cum licentia Prælati. Peña, & recent. limitant ad communicandũ infirmum.) prob. quia iure & conſuetudine prohibetur, licet tunc incidat feſtum Annunciat. ut occupati officiales miſſam audiant. nec licet ſi tunc ſepeliendus ſit defunctus: ſed monet Miſſale de officio funeris ſine miſſa, ſup. cap. 9. § ſexto. [c] Sot. ſup. & lib. 9. quæſt. 3. ar. 1. Ledeſma, & recent. Nauarr. capit. 25. num. 88. 134. fauet Trident. ſeſſ. 23. refert cap. 14. Cordub. lib. primo. quæſt. 4. [d] Sup. cap. 23. § 2. [e] cap. ſignificauit de præb. ubi Abbas. not. 4. Imol. not. 3. Cordub. lib. 1. quæſt 4. Syluest. miſſ. 1. §. 7. uerſ. 5. Armil. § 28. Tabien. § 44. Nauarr. Sot. inf. imo nec parochus pinguis beneficij tenetur quotidie Cordub. & uidetur cõtra Sot. [f] Syluest. miſſ. §. 7. Nauar. c. 25. num. 134. & conſ. 4. lib. 3. tit. 5. de præbend. Soto. lib. 9. iuſt. quæſtio. 3. art. 1. Corduben. [g] Colligitur ex DD cit idem recent. Theolog. & Iuriſperit. De aliis oneribus beneficij Naua. cap. 25. num 134. Apol. de reddit. quæſt. 1. mon. 27. num. 7. q. 2. mon. 7. nu. 4. [h] Nauarr. ſup. Syluest. miſſ. § 10. fi. [i] Recent. [k] in Paleſtina oritur ſol. tribus horis antequam in Hiſpania, Romæ fere duabus: apud Indos & Antipodas maior eſt differentia. [l] Cap. nocte ſancta. de conſec. diſtinct. 1. D. Thom. quæſt. 83. 2. Sot. diſt. 13. quæſt. 2. 2. Bellar. 2. miſſ. c. 14. col. 6. Nauarr. c. 25. num. 85. de orat. not 3. nam. 30. Margallo. Rub. de celebr. miſſ. quare miſſa dicitur officiũ Diurnum. Chriſtus noctu quidem celebrauit miſſam: ſed in die paſſus eſt, crucifixus linguis hora tertia. Marc. 14. & expirauit hora nona. Atque ita celebratur miſſa ab horã tertia uſque ad nonam. de pœna celebrantis noctu D. Thom art. 2. ad quartum. Nauar. num. 87. & conſil inf. Tabien. miſſ. § quarto. Bern. Diaz. pract.

x [x] Bellarm lib. 2. miſſ. c. 9. Cornel. Pap. epiſt. ad Fabium apud Euſeb. 6 hiſt. cap 33. vid. lib. 4. de vit. Conſtantin. Bed. 4. hiſt. cap. 14. Proſ. lib de prædict. dimidij temporis. c 6. Leo epiſt 81. & Theleſp. vt quiſque ter celebret die Natalis Domini. [y] Significat Horſmid. Pap. c. nullus. de conſ. d. 2. vt in leg vet. erat vnicum templum & altare pro ſacrificijs. vt dictum eſt. c 4. D. Thom. 1. 2. quæſt. 102. 4 ad 3. [z] Si enim non fiebat miſſa niſi ſub horam nonam, ex Aug. epiſt. 118 cap. 5. & 7. & in vnico altari, ergo ſemel tantum. Damianus Goes in hiſtor. Indiæ ait hunc morem durare apud Aethiopes ſub precioſo Ioanne; & omnes aſtantes communicare in ea miſſa. hinc conc. Antiſiod. cap. 10. vetuit, ne in eodem die offerretur niſi ſemel ſacrificium: nempe, in vnico altari quod erat in ſingulis eccleſiis. Reliqui presbyteri communicabant iuxta altare, clerus in choro. populus extra chorũ (vbi vocatur laica communio) ex concil. Tolet. 4. c. 17. Brachar. 1. c. 31. Soteal. uerb. communio. §. 9. 10. Clau. rep. 10. c. 2. p 370. ſed concil. Salenguſtadien. c. 5. extendit vt in vno altari dici poſſent tres miſſæ. [a] Cap. iteratur. de conſ. d. 2. probat rationibus quas repetit D. Tho. q. 83. ar. 2. e. cum creatura de celeb miſſ. Hippoly. orat. de Antichriſto. Andreas Apoſtolus, ſingulis diebus agnum ſacrifico. Caſſius apud

cap.

[m] cap. 26. [m] Dict. cap. nocte. quare ſi quis reliquas duas miſſas natalis celebret ante lucem, peccat. m. Nauar. cap. 25. num. 87. & conſ. 8. lib. 3. tit. 41. de celebr. miſſ. Bellar. ſup. Syluest. miſſ. 1. §. 6 & 7. Angel. §. 4. Tabien. §. 6 Richard. diſt. 13. artic. ſecundo, quæſtio. 3. [n] Nauarr. cap. 25. num. 85. [o] Nauar. nu. 85. cum Anton. 3. part. tit. 13. cap. 6. §. 4. Angel. miſſ. § 42. Syluest. §. 6. cum Rodor. Vercel. Palu. diſt. 13. quæſt. 2. 2. gloſſ. capit. fin. de priuil. in 6. [p] Naua. num. 85. cum gloſſ. Syluest. Palud. Sot. diſt. 13. quæſt. 2. 2. [q] Palud. Sot. recen. [r] Sot D. Vera. & recent. [ſ] Anton. D. Thom. q. 83. 2. ad 4. diſt. 13. quæſt. 1. 2. ad 4. Soto. lib. 10. inſt. q. 5. artic 4 col. penult. Addit. Nauar. num. 85. & lib. de orat not. 3. num. 44. & Miſcel. 64. priuil. celeb. paulo ante auroram non eſſe neceſſarium, niſi ad ſedandum animum ſcrupuloſi conſ. Ang §. 42. ex cauſa tamē communicandi infirmum licet ante auroram. Anton. Nauar. recent. [t] Vt per horam poſt meridiem Ioan. And. recep. in c. 1. de celebr. miſſ. Sot. diſt. 13. quæſt. 2. 2. libro 10. inſt. quęſt. 5. 4. col. pen. dicit peccatum m. Ledeſm. q. 24. a. fi. Syluest. 1. miſſ. 1 §. 6. Mandoſ. praxi ſignaturæ. tit. altare. niſi vrgeat cauſa. quare datur priuilegium Mendican. celebrādi ante auroram & infra horam poſt meridiem de licentia ſlati. [u] q̄ magis expreſſit concil. Tolet. anni 1583. Act. 3. cap. 42. nullus ante auroram aut poſt meridiem celebret.

proceſſio. ſic in funere Regum practicatum eſt Salmant. & finita eſt miſſa hora. 4. poſt meridiem. [b] Nauar. cap. 25. nu. 86. cum D. Tho. 2. 2. q. 147 7. Ambr. Heſich. ſup. [c] Sup. § 6. lit. O. [d] Syl. ſup. arg d. c. ſolent. [e] D. Tho. q. 83. 2. ad 4. d. 13. q. 1. 4. Nauar. de orat. not. 3. num. 44. fi. & Miſcell. 64. & probat non eſſe cont. Trid. ſeſſ. 22. conſuetis horis. quia olim conſuetū erat dicere hanc miſſam ad mediam noctem reſurrectionis. [f] Sylu. euchar. 3. §. 15. verſ. 5. [g] 8 Lib de euchar. cap. 49. § 8. [h] De officio publico horarū intelligūtur Doct. præceptum eſſe vt debitis horis dicatur. Caiet. hora. §. 4. Syl. §. 9. Ang. Tabi. Med. C. de orat. q. de horis can. recitan. dub. 1. Nau. ca. 25. nu. 97. Sot. lib. 10. inſt. quęſt. 5. ar. 4. Nau. de orat. not. 3. num. 49. 56. 75. 78. Cou. lib. 4. Var. c. 19. nu. 9. fin. & de officio publico miſſę cōuentualis quidam limitant obligare vt dicatur poſt matutinas & laudes. vt Sot. videtur Syl. miſſ. 1. §. 6. & multi recēt. de quo ſtatim. [i] At in nocte Natiuitatis prima miſſa dicitur ante laudes. [k] Conſuetudo interpretatur licitum vt laudes diuidātur à matutinis, quia horę 7. diurnæ (in quib. includūtur laudes) diſtinguuntur à nocturnis. 1. matutinis: expreſſe habetur c. 1. de cel. miſſ. ca. presbyter. 91. d. Nau. de orat. not. 3. nu. 28. fi. ſe ſolum differre laudes in mane. nu. 27. & 64. cum gloſſ. pragmat.

miui miſſam, [m] quæ ſtatim poſt mediam noctem dici poteſt. conſuetudo alicubi excuſat, vt in crepuſculo aut aurora fiat miſſa pro viatoribus: [n] Pro communicando infirmo dum opus eſt, parocho licet etiam abſque epiſcopi licentia. celebrare non quidem media nocte, ſed ſummo mane ante lucem. [o] inter epiſcopi prærogatiuas numeratur, vt ante lucem celebret iter facturus: [p] quod & conceduiut Cardinali quamuis iter non faciat. [q] Idem poſſent alij clerici, quando ex honeſta cauſa indigent, vt commode iter agant. [r] Dicitur lux quando incipiunt ſigna ortiuri ſolis per aliquam aeris illuſtrationem, [ſ] uel paulo ante per dimidium horæ.

2 Canon ſacer miſſę habetur apud Clementem Petri Apoſtoli diſcipulum ex Apoſtolorum traditione:[i] additis per ſanctos quoſdam Pontif. uſque ad D. Gregor. I. pius quibuſdam orationibus. Autor canonis dicitur fuiſſe Scholaſticus[k] (quæ vox & olim, & nunc eximiã dignitatem viri, & ſapientiam ſignificat[l]) quia ille ordine diſpoſuit, quæ ſcripta reperit in antiquo canone: Latine a litera T. incipit.[m] Expedit verba cõſecratoria proferri ſecrete:[n] ne viri ſimplices audientes diſcant.) de quo narratur miraculum circa paſtores[o]) ita tamẽ vt vocali voce enuncientur. Olim tamen in eccleſia Orientali proferebãtur alte:[p] & Chriſtus alte dixit, vt ſimul inſtrueret diſcipulos, quibus verbis conficere deberent.[q]

3 Voce alta dicuntur reliqua[r] quę aliàs ſolẽt à ſacerdote vel choro in miſſa cantari: & tam clara uoce eſſent proferenda, vt de ſe poſſent auditu & intellectu ſapiẽtum aſtantium percipi; quamuis præceptum miſſæ non obliget audire & intelligere uerba, ſed aſſiſtere officio.[ſ] In eccleſia Latina per uariatum linguarũ nationes fit Latine officium miſſæ, vt unitas conſeruetur, & ſacerdotes iter facientes facile reperiant opportuna pro miſſę celebratione. Retentæ tamen ſunt quędam voces Gręcę aut Hebreę,[t] quæ erant conſuetæ à principio eccleſiæ. His tribus linguis ſcriptus eſt titulus crucis Chriſti. Matt. 27. & ſacra ſcriptura,[u] de qua ſtatim. Non decet miſſam vulgari lingua celebrare[x] (quia cederet in minorem reuerentiam, apud vulgus.) Vt non decet ſacram ſcripturam communiter ſcribere, & legendam proponere idiotis uernacula lingua.[y] Nihil nocet quod idiotę miſsã Latinam & alias orationes audientes

a Sup.[a] c.26.§.2. D. Thom. q.83.4. ad 2. vid. q.64. 2. ad 1. q.87. 3. ad 9. Soto & Ledeſ. ijſd. loc. Innoc. cap. cum Marthæ, de celebrat. miſſ. & lib. 4. de myſt. miſſ. c.5.
b [b] Sup. c.26. Trident. ſeſſ. 22. c.5.6. can. 8.
c [c] Caietan. 2.2. q.83. artic. 12. Med. C. de orat. q. de orat. publica. Ledeſ. 2. par. q.16. art.6. Soto lib. 10. q.5. art.2.
d [d] Maiol. lib. 1. de irregul. c. 25. dicit irregularem: at nullo iure probat. vid. Nauar. c.27. num. 199. Felician. de irregul. c. 9. vix tamen excuſatur á peccato mor. qui omnino ſurdus initiatur ſacerdotio. Nauar. conſ. 36. lib. 1. tit. 11. de tem po. ord.
e [e] Nauar. d. conſ. & generaliter. cap. 27. nu. 200. §. 7. & num. 191. 198. 206 § 1.
f [f] Leo X. in ſupplem. Min. conceſſ. 169. fol. 59. ìunčto 60. Compend. Mendic. verb. officium. §. 9. vbi Cordub. Claud. in compend. Societ. verb. horæ. § 5. Nauar. de orat. not. 19 nu. 84. 88. §. 6.
g [g] Sylu. miſſ. 1. § 3. verſ. 3. Nauar. c. 25. num. 105. c. dolentes. de celebr. miſſ. Ledeſ. ſup. ar. 6. Sandoual. de offi. eccle. 6 par. cap. 8. Gabriel. lect. 62.
h [h] Trident. ſeſſ. 22. c 5. can. 9. quia myſteria hæc non ſunt paſſim alijs inuulganda. Dionyſ. c. 1. c. 7. eccle. hier. Innocent. I epiſt. 1. ad Eugubin. cap. 1. idem fere Orig. hom. 5. Num. Baſil. de Spiritu ſancto. c. 27. Chryſoſt. hom. 24. Matt. Greg. 4. dialog c. 56. quos refert Bellarm. 2. de verb. Dei. c. 15. & in propoſito Innocent. III. lib. 3 de myſter. miſſ. cap. 1. Rational. lib. 4 c. 34. D. Thom. q. 83. 4 ad 6. Soto q. 2. art. 4. Ledeſ. q. 24. Gabriel. lect. 15. Mich. Medin. lib. 7. de recta in Deum fid. c. 2. Bellarm. 2. miſſ. c. 12. Taper. art. 17. Democar. lib.
i 4. c. 15. Clem. lib. 8. conſt. Apoll. cap. 12. ſilentio orat. [i] Canonem ſcripſit Clemens Papa, vt à Petro Apoſtolo didicerat, colligitur ex Clem. li. 8. conſt. Apoſt. c. 13. & epiſt. 2. & refert Pet. de Natal. li. 10. catal. Sanct. c. 98. & Iſidor. li. 1. offi. eccle. c. 15. partim habetur apud Dionyſ. c. 3. eccle. hierar. & c. 7. & in liturgia Iacobi & Chryſoſt. totum canonem habet Cyril. in catecheſibus, & Ambro. li. 4 ſacram. c. 5. hinc Innocent. III. in concil. Lugdunen. cap. cum Marthæ, de celebr. miſſ. dicitur acceptum eſſe ab Apoſtolis. Vvald. de ſacramen. tit. 4. c. 41. Antididagm. Colonien. ſeſſ. 99. Triden. ſeſſ. 22. c. 4. & can. 6. eſſe inſtitutum ab eccleſia multis ante ſæculis. Democ. lib. 4. c. 15. Bellarm. li. 2. miſſ. c. 20. li. 4. de ver. Dei, c. 3. §. 2. ſic uocat Canonem Gregor. I. lib. 7. epiſt. 63. & hic fuit vlt. eorum Pont. qui aliquid canoni addiderunt, dicit Vvalf. de obſer. eccl. c. 22. ſed dicit ſe ignorare authorem actionis, quam Roma vocat canonem: & tamen eſſe antiquiſſimum. idem Bellar. d. c. 20. Seball. c. 30. §. 1 fi. ſed canonem & offi. eccleſiaſt. in meliorem ordinem redegit Gelaſ. 1, c. ſancta Rom. 25. d. & poſtea Gregor. 1. vt patet ex ſuo li. de ſacram. Bellarm. lib. 2. de ver. Dei, cap.
k 15. col. 5. [k] Gregor. lib. 7. epiſt. 63. vbi uocat precem & canonem. & lib. 11. epiſt. 56. ad Vital. refert Genebr. chron. anno 604. Seball. de ſacrifi. c. 28. ſed Bellarm. 2. miſſ. c. 19. probat hunc Scholaſticum addidiſſe ſolum quandam orationem miſſę (quam Gregor. dicit ſe mutaſſe) ſed non edidiſſe canonem: cum multa illius
l reperiantur longe ante d. Scholaſt. Maeſtreſcuela. [l] Bellarm.
m [m] Tau, erat ſignum crucis & ſalutis, ex Ezech. 9. colligit Hier. ibid. Orig. hom. 8. in diuerſos. Gabr. lect. 20. Eraſ. prouer. Theta præfigere. Bellar. li. 2. de imagin. Sanct. cap.
n 29. [n] Cit. E. [o] Ga-
o briel. lec. 15. & quidã referũt ex miraculo apparuiſſe puerum, dictis uerbis conſecratoriis. Honor. in chron. & Io. Belet. in hiſto. ſchola. at Bellar. 2. miſſ. c. 12. 6. ex Sophron prato ſpiritual cap. 196. Alcuin. c. 22. miraculum fuit, vt igne cœleſti abſumeretur panis & vinum: ſicut ſacrificiũ
p Abel. [p] Patet ex Liturg. Chryſo. vbi tamen monet quædã ſubmiſſe dicendaã ſolo ſacerdote. Dionyſ. Alc. apud Euſ. 7. hiſto. c. 9. Chryſ. ho. 18. i 1. Cor. Augu. epi. 49. ad Oroſ. Iuſti. nouel 123. Beſſario. lib. de ver. cœnæ. & ſic populus reſpõdebat, amen. Bellar. 2. miſſæ, c.
q 12. [q] Bellar. li. 2. c.
r 22. [r] Citat. E. Trid. ſeſſ. 22. c. 5. de cantu dicetur inf. §. 5.
ſ [ſ] Sup. c. 25.
t [t] Græcæ voces Kyrie eleiſon. Heb. Alleluya, Sabaoth, Oſanna, amen. de qua ratione Aug. li. 2. doctr. c. 11. epiſt. 178. Baſil. li. 2. contra Eunom. citatur Reuelm. li. 2. de ver. miſſ. ſacrifico. c. 11. Martin. 2. hypot. c. 6. col. 3. lib. 2. cap. 1. pag. 96. Bellar. 2. de ver. Dei, c. 15. Cano. li. 2 de loc. c. 15. Soto, di. 1. q. 1. ar. 7. ad 1. & ar. 8. Tabien. ver. miſſ §. 12. quæ trium linguarum cognitio utilis eſt pro intelligentia ſcripturarum, ait Augu. 2. doctr.
u c. 11. [u] Bellar. ſup. & alij.
x [x] Triden. ſeſſ. 22. c. 5. can. 9. Clichtou. li. 1. Antiluther. c. 27. Cocleus de Vit. Luter. anno 1522. Sixtus lib. 5. biblioth. c. 172. lib. 6. c. 263. Hoſius. tract. de miſſ. non vulgari lingua. Ledeſ. libel. de eadem re. Nauar. de orat. not. 22. num. 103. Bellar. 2. miſſ. c. 11. & lib. 2. de ſacramen. c. vlt. quod conſecratio & diſpenſatio ſacramenti non ſit facienda lingua vulgari, ergo nec conſecratio euchariſtiæ, quia uerba conſecratoria non diriguntur ad homines auditores ut inſtruantur, ſed ad elementum mutum vt conuertatur. Oblatio miſſæ fit ſubmiſſa voce, & non offertur populo ut inſtruatur, ſed Deo omnem linguã intelligenti, in eius cultum pro beneficijs impetrandis. Sic habet uniuerſalis conſuetudo eccleſiæ Latinæ ſeu Occidentis, vbi à multis ſęculis miſſa non legitur niſi Latine. & ſimiliter in Africa, vt ex Cypr. & Auguſt. 2 doctr. c. 13. probat Bellarm. lib. 2. de verb. Dei, c. 15. col. 3. ſin. In Oriente liturgiæ non niſi Græcè, aut Chald. (à qua conſuetudine recedere inſolẽtiſſimæ inſaniæ eſſe dicit Aug. epiſt. 118. & li. 4. de bapt. cont. Donatiſtas. c. 24. Leo ſer. 2. de ieiu. Penteco.) vt hoc modo conſeruetur vnio, & cõmunicatio eccleſiarum, & ſacerdos cuiuſcunque nationis reperiat in toto Occidẽte miſſale, quod
y intelligat, & commune omnibus. Mandoſ. praxi. ſignat. fol. 63. [y] Caiet. ver. diſputatio de fide. Caſtro. li. 1. de hære. c. 21. Bellarm. late lib. 2. de verb. Dei, c. 15. & 16. ſic apoſtoli qui orbem repleuerunt euangelio, ſcripſerunt fere una lingua, Græca, Bellarm. c. 8. cum tamen haberent donum linguarũ. Qui vetus teſtamentũ ſcripſerunt,

non intelligant ſenſum: ſatis eſt affectum quo audiunt aut recitant preces ab eccleſia inſtitutas, eſſe gratum Deo:[z] & ſuppletur ſenſus, ſi parochus de miſſæ myſteriis explicet populo, quantum expedit.[a] Et vir ſimplex quodam attẽtionis genere meditari poteſt excellẽtiam ſacrificii in ſe, ſummum beneficiũ erga nos, & propriam indignitatẽ, adorans myſteria quæ non intelligit.[b] Dum Apoſtol. 1. Corint. 14. ait, Qui ſupplet locum idiotę, quomodo reſpondebit, amen? Non intendit ut orationes & hymni (qui ſoliti erant fieri in collatione & cõgregatione Chriſtianorum) fiant vulgari lingua, qua intelligatur ab omnibus: ſed ut in ea collatione adſit aliquis loco idiotarum, id eſt, interpres peritus, qui explicet ſenſum idiotis.[c]

4 Merito ex omnibus Latinis verſionibus eccleſia longo temporum vſu & in Conc. Trid. ſeſſ. 4. approbat vulgatam editionẽ cum omnibus ſuis partibus. In qua lingua Latina B. Marcus ſuum euangelium ſcripſit:[d] quod conſtat Romæ illum ſcripſiſſe,[e] abbreuiaſſeq́; quæ apud Matth. erant ſcripta: & Petrus Apoſtolus ſua authoritate Pontif. inuulgandum iuſſit. Nec errant qui aiunt Marcum Græcè ſcripſiſſe: quia in Aquileia (quę dicebatur antiqua Roma) idem vertit ſuum euangel. in Gręcum,[e] & tradidit eccleſiæ Alexandrinæ, cui pręfuit. Matth. euangelium nunc non extat authenticum Hebr. ſed Gręcè:[f] & tamen apud Patres conſtat illum ſcripſiſſe Hebraice.[g] Lucas Gręce ſcripſit euang. & Acta. ſimiliter & Ioan. ſuum euangeliũ, & tres epiſto. Apocalypſis eſt liber canonicus.[h] & eiuſdem Ioan. Apoſtol. & Euangeliſtę, qui cognomento dictus eſt Theologus.[i]

5 Paulus Apoſt. Gręc. ſcripſit 13. epiſtol. & illa 14. ad Hebræos numeratur inter ſacras ſcripturas, vt Recentiores Catholici[k] diligenter probant ex concil. Pontif. & Patribus Græcis, ac Latinis:[l] & illius

pferunt, vſi ſunt fere lingua Hebręa: & eccleſia Romana vtitur Latina, & probat vulgatam Latinam editionem ſcripturæ concil. Trident. ſeſſ. 4. [z] Vt Matt. 21. ex ore infantium qui Chriſto acclamabant. vid. Orig. hom. 20 in Ioſue. ſic poſt orationes ſacerdotis quas populus non intelligit, quia Latine aut ſubmiſſe dicuntur, reſpondet nunc & olim populus idiota, amen: vt ait Iuſtin. apolog. 2. pro Chriſtian. ad fi. Cypria. ſer. de orat. Dominica. Hieron. præfa. li. 2. ad Galat. Bellarm. 2. de ver. Dei. c. 16. col. 3. & lib. 2. de miſſ. cap. 16. §. de collecta. fin. Augu. epiſt. 107. ad Vital. [a] Triden. ſeſſ. 22. ca. 8. & illiterato parocho datur coadiutor, ſeſſ. 21. cap. 6. vt explicet doctrinam, & frangat panẽ paruulis. [b] Alexand. 4. par quæſt. 32. mem. 2. Gabriel. lect. 87. R. Nauar. de oratio. not. 22. nume. 104. miſſal. Pij V. poſt princip. [c] De his canticis obſcuris exponunt id 1. Cor. 14. non ſolum Primaſ. Aymo. Lombar. D. Thom. ſed Chryſo. ibi hom. 35. ſi recte vertatur Græc. ut ait Sixt. lib. 6. biblio. cap. 263. & tandem Bellarm. 2. de verbo Dei, cap. 16. de quibus inf. L. M. conſulit enim Apoſtolus ut dum conueniunt ad collationem ſpiritualem, adſit aliquis habens donum interpretandi, qui loco idiotarum reſpondeat, amen, id eſt, intelligat ea cantica, & ad illorum inſtructionem interpretetur. inf. §. 8. D. [d] Cantacuze. apol. 4. contra Mahomet. Genebr. lib. 2. chron. pag. 190. & citat Rodulph. in Leuit. Armacha. lib. 9. Voragines ſermo. de B. Marc. & omnes Syri. Dama. in vit. Petr. Adria. finus lib. 6. flagel. iud. c. 89. lib. 8. c. 62. Beuter. annot. 9. ad ſacram ſcript. Bellarm. 2. de verb. Dei cap. 7. 15. Et in Græc. vtitur voce Latina, Marc. 4. ſub modio. c. 6. miſſo ſpeculatore. vt ibi aduertit Eraſmus in annot. vid. Couar. 4. Var. c. 14. num. 9. [e] Hieronym. de eccle. ſcriptor. Nazian. catal. diuinæ ſcripturæ. Niceph. 2. hiſtor. c. 15. 25. ex Clemen. lib. 6. hypot. & c. 45. ex Papia. eoſdem refert Euſeb. 2. hiſtor. c. 13. lib. 3. c. 4. & vlt. vid. Niceph. lib. 3. c. 20. Euſeb. lib. 6. c. 18. ex Orige. lib. 1. in Matt. Iren. lib. 3. c. 1. Oecumen. in 1. epiſto. Petr. ſed falſo Chryſo. & Euthy. in Marc. aiunt quod ſcripſit in Aegypto. [e] Martinez. 1. hypot. c. 6. Eraſ. annot. in Matth. & ſuper Hieron. epiſt. ad Hedib. quod Gręce tantum, quia Augu. & Hieron. remittunt nos in nouo teſtam. ad Gręcos fontes. at quod citatur ex Innocen. cap. de quibus. 20. diſt. recurrendum eſt ad Gręca, legendum eſt ad canonica, vt aduertit Cano. lib. 2. cap. 14. ad 1. ſed quod ipſe Marcus ſuum Latinum euangel. conuertit Aquileię in Gręcum, quæ olim 2. Roma dicebatur. Bellarm. d. c. 7. & 15. cum Adria. fino. & Beuter. & Damaſo Papa, Genebr. ſup. & ait Latinum euangel. eius aſſeruari cum corpore ipſius apud Venetias. [f] De Matt. quod Gręce ſcripſerit, tenet Martin. lib. 1. hypot. c. 6. & probabile dicit Cano. lib. 2. de loc. c. 11. idem ait Martin. de epiſt. ad Hebr. at certum videtur Matt. ſcripſiſſe Hebr. cum Hebræus ſcriberet pro Hebræis, ſed Bellarm. lib. 2. cap. 7. refert quoſdam dicere quod idem Matt. vertit Græce. Athan. in Synopſi quod Iacobus Apoſtol. vertit in Græcum. Caiet. & Beuter. at communis ſententia quod Ioann. Apoſtol. antequam ſuum euangel. ſcriberet, vertit Matthæum in Græc. refert Bellarm. ex Athan. Theoph. prolog. in Matth. Hoc Græcum rurſus Bartol. apoſt. vertit in Hebr. dicit Euſeb. 6. hiſt. cap. 18. Nicepho. lib. 4. c. 32. quare Græca hæc verſio habet authoritatem Apoſtolicam. quare Hierony. & Auguſt. monent in nouo teſtamen. recurrere ad fontes Græcos, item Marcus abbreuians ex Hebræo in Græcum & Latinum tranſtulit. [g] Bellar. lib. 2. de verb. Dei, cap. 7. probat ex Iren. lib. 3. cap. 1. Athan. in ſynopſi, Hieron. præfat. in Matth. & in Oſeæ. 11. & de ſcriptor. eccle. in Matth. ſeruari in biblioth. Cæſarienſi adde in epiſt. ad Hedibiam. quæſt. 3. (vbi tamen Eraſ. negat Hieron. legiſſe unquam Matth. in Hebr. nec citaſſe niſi Matth. 20. Hoſanna, ſed fallitur Eraſ.) & Hierony. in Matth. 6. citat ex Hebræo. panem noſtrum machar. id eſt, craſtinum, & in Matt. 12. in Hebr. (quod dicit ſe in Gręc. tranſtuliſſe) haberi, illum qui habebat manum aridam fuiſſe cęmentarium. Clem. Alexan. 4. Strom. cit. ex Hebr. qui admiratus fuerit, regnabit. Augu. 1. de conſen. euang. c. 2. lib. 2. cap. 66. 80. Chryſoſt. hom. 1. imperf. Theoph. prolog. in Matth. Aymo ſermone de Innocentibus. Epiph. lib. 1. tom. 2. hære. 29. ſi. Euſeb. 5. hiſto. c. 8. ex Iren. lib. 3. idem Euſeb. lib. 3. c. 24. & vlt. ex Papia. Nazianz. in monodia. Niceph. lib. 2. c. 45. lib. 3. c. 20. lib. 5. c. 16. cit. Orig. to. 1. in Matt. Abdias li. 7. apoſt. hiſto. ſi. Petroni. Lippoman. & Surius in vita Matthi. & id certum eſſe ait Cano. lib. 2. c. 11. & cit. Carpentoraté. & Munſter. Driedo. li. 1. de eccle. ſcriptor. cap. 3. p. 3. [h] Bellarm. li. 1. de verb. Dei, c. 19. probat ex conc. Ancyr. can. vlt. Carth. 3. & Rom. ſub Gelaſ. 1. Tolet. 4. can. 16. Triden. ſeſſ. 4. & ex patribus Gręcis Dionyſ. Iuſtin. Iren. lib. 4. c. 37. Theophi. Melito, Nicep. 2. c. 42. li. 3. c. 9. & li. 5. c. 16. ex Orig. hom. 7. Ioſue. tom. 1. & 5. in Ioan. & ex illo Euſeb. lib. 6. c. 18. Epiph. lib. 2 hęre. 51. 54. 76. Athan. in ſynopſi. Chryſo. hom. 3. in Pſal. 91. Damaſ. 4. c. 18. lib. de hęr. c. 51. ex Latin. Tertu. 4. contra Marcion. in Scorpiaco ad fi. Amb. Pſal. 40. lib. 3. de SS. c. 21. Aug. de hęre. c. 30. trac. 36. Ioan. Ruffin. Iſid. Sulpit. 2. ſacræ hiſto. Hiero. epiſt. ad Paulin. in Matt. 18. & eſſe ſententiam omnium Latinorum, ait epiſto. ad Dardan. quod ſi interdum dubitat Euſeb. de authore, vt ait Eraſm. certe in Chroni. nec de authore, nec de libri authoritate dubitat. Tetelm. lib. contra Eraſ. Dried. 1. de eccle. dogm. c. 1. & c. 2. p. 3. Sixtus li. 7. biblioc. hær. 10. Cano. 2. de locis. c. 9. con. 5. c. 10. arg. vlt. c. 11. Riber. procem. in Apoc. c. 1. [i] Quia in Apoc. Græce ſe vocat Ioan. cognomento Theologum, & dubitat Dionyſ. Alex. apud Euſeb. 3. hiſt. c. 23. li. 4. c. 24. 26. & Niceph. li. 6. c. 22. 23. li. 2. c. 46. Hieron. epiſt. ad Dardan. ait Græcos dubitaſſe. ob quod dubitat Eraſ. at reuera quem Diony. cap. 3. eccle. hier. vocat Ioan. Theol. diſcipulum Chriſti: hunc in epiſt. 10. ad Ioan. vocat Theolog. & euang. Athan. in ſynop. Euod. apud Niceph. 2. c. 3. Orig. hom. 2. in diuerſos. Damaſ. lib. 4. c. 16. & 10 hiſto. de Barlaam. quando ſcripſit Ioan. vid. Turria. in Clem. li. 2. conſt. c. 57. li. 1. pro canon. Apoſtol. c. 12. [k] Caſtr. li. 1. de hęr. c. 2. cenſura Pariſien. probat ex Athan. & Damaſ. inf. Iſid. (vt refert Claud. Guillald. in epiſt. ad Hebr. & Catharin. inf.) Martin. lib. 1. hyp. c. 6. Couar. 4. Var. c. 14. nu. 9. Simanc. de cath. inſtit. c. 59. Beuter annot. Cano. lib. 2. de locis. c. 9. conc. 3. c. 11. ad 7. Mich. Med. lib 6. de recta in Deum fide. cap. 25. Sixtus li. 7. bibliot. hær. 8. Driedo. 1. eccle. dogm. c. 1. & 2. Catharin. lib. 1. contra Caiet. Bellarm. li. 1. de verbo Dei, c. 17. Torren. lib. 1. confeſſ. cap. 7. Sotcalſ. verb. libri. & ex traditione à principio eccleſię conſtat eſſe librum canonicum. Orig. tom. 1. Matt. apud Euſeb. 6. hiſtor. cap. 18. & Nicepho. 5. cap. 16 à maioribus haberi manifeſtiſſimè eſſe Pauli: & magiſter eius Clem. Alexan. hypot. apud Euſeb. ſup. c. 11. & apud Nicephor. 4. c. 33. atque ita à Clemente Papa numeratur inter libros ſacros in Apoſtol. cano. vlt. & in epiſtola ſua ad Corint. citat illam apud Euſeb. 3. hiſto. cap. 37. 38. vid. cap. 29. Nicephor. lib. 2. cap. vlt. Ludouic. Caruajal. de Theologia reſtituta, lib. 4. [l] Concil. Laodicen. cap. 59. Carthag. 3. cap. 47. Innocent. I. epiſto. 3. cap. 7. Gelaſ. 1. in Catalogo lib. canonic. concil. Epheſ. 1. cap. decimo, citat ad Hebræos 3. & 10 cap. 13. citat ſub nomine Pauli Apoſtoli. idem concil. Chalcedon. & Arauſica. 2. cano. vlt. Florent. & Trident. ſeſſio. quarta, Athan. in ſynopſi. Auguſt. 2. doctr. capit. octauo, Damaſc. lib. quarto, cap. 18. Epipha. hæreſi 42. 69. 76. Nazian. in carm. de canone ſcri-

teſtimonio tanquam ſacro paſſim
m vtuntur. [m] In quo errant hæreti-
n ci. [o] Deinde hæc epiſt. eſt à Paulo
o Apoſt. ſcripta, [o] licet nomen ſuum
p pro more non præfigat. [p] Hanc à
Roma ſcripſit ad Hebræos fideles
q [q] ex omni tribu ob perſecutionem
diſperſos per orbem: eamque ut ait
Chryſoſto. miſit per Timotheum.
Poſt hanc 1. Pauli, ait Petr. in 2. epi
ſtol. cap. 3. ſe ad eoſdem fideles He-
r bræos ſcribere. 2. epiſtolam, [r] qui
erant diſperſi per Pontum, Gala-
tiam, &c. quæ videtur ſimul ſcri-
pta ad proſelytos, id eſt, conuerſos
ſ ex gentibus. [ſ] Ad calcem iſtius epi-
ſtol. Petrus facit mentionem Pau-
t li: [t] nempe in eo quod in epiſto. ad
Hebr. c. 10. & ſeq. conſolatur eos
fideles qui in diſperſione paſſi ſunt
multa etiam à contribulibus ſuis.
Hanc epiſto. qui an ſit Pauli dubi-
taſſe videntur: loquuntur de inter
prete, qui illam ex Hebræo in Græ
cum conuertit: quem aiunt fuiſſe
Barnabam, Lucam, aut potius Cle
u mentem: [u] nam cum ſtylo Græco
x Clementis maxime conuenit. [x]
Paulus vero cum Hebræus He-
bræis ſcriberet, plane ſcripſit He-
y braico ſermone, [y] in quo eloquen
tior fuiſſe oſtenditur: licet 2. Cor.
11. vocet ſe imperitum ſermone,
népe Græco. Nec falſum eſt quod

pturæ. Euſeb. 3. lib. hiſto. cap. 3. Niceph. 2. cap. 47. numerant 14. epiſto. Pauli. Cyril. in epiſt. quæ recipitur in concil. Epheſin. vbi præſidebat. & lib. 12. theſaur & D. Tho in hanc epiſt. citat concil.
m Nicen. 1. [m] Bellarm. probat ex Hilar. Ambro. Hierony. Auguſt. Ruffino. Philaſtr. c. 89. adde Clem. Papam, & alios ſup. Greg. 5. moral. c. 5. Caſſiod. in Pſal. 109. Augu. 2. doctr. c. 8. lib. 3. Trinit. cap. 11. Ambro. in Pſalm. beati immaculati. & li de ijs qui myſt. vnit. c. 8. Dionyſ. in ſua ad Titum epiſt Chryſo. Theoph. Theod.
n in Heb. [n] Bellar. vt Marcion apud Hieron præfat. ad Tit. Epiph. hære 42. Arius apud Theodo. præfat. ad Heb. Philaſtr. c. 89. & Recen. hæret. cum quibus Eraſm. Tertull. annot in hanc epiſt. ad fi. Caiet in princip. quem Eraſ. laudat Viues ſuper Augu. 16. ciuit. c. 22. & ait dubitatũ de illa ab Orig. Hieronym. in Ephe. 5. & in Eſa. 6. & ab Auguſt. at hi Patres alibi ſe expli cant, & Hiero. præfat. in Tit. & epiſto. ad Dardan. fatetur eam tãquam Pauli recepiſſe antiquiſſimos Latinæ & Græcæ eccle. Proceres. at Caius antiquus non negat authoritatem illius, ſed authorem eſſe Pauli.
o apud Euſeb. 6. hiſt. c. 21. & Niceph. 4. c. 34. [o] Eſſe Pauli patet ex
p citatis. [p] Quia nomen eius erat inuiſum Iudæis. Act. 21. 23. Cle. Alexan. hypot. apud Euſeb. 6. c. 11. Theodor. præfat. Theoph. in Hebr. 13. fin. & procem. in Rom. Niceph. 4. c. 33. Hieron. procem. in epiſtolas Pau. & de ſcriptor. eccl. in Paulo. Bellarm. 1. de verb. Dei. c. 17. in 2. arg. addit ex Clem. & Theodor. quia erat Apoſtolus Gentium, Galat. 2. noluit ſe inſcribere Apoſto. Iudæorum. & quia Hebr. 3. dicturus erat Chriſtum Apoſtolum confeſſionis no-
q ſtræ, ait Hieron. in Gala. 1. [q] Chryſoſt. Theoph. præfat. ad Hebr. contra Theodor. & Clem. Alex. apud Euſeb. 6. c. 11. dicentes ſcriptum ad infideles. addit Chryſoſt. miſiſſe eam per Timot. & ita habetur in titulo Græci cod. & hos fideles conſolatur maxime in huius epiſt. cap. 10. & ſeq. & 1. Theſſal. 2. eadem paſſi eſtis. de his
r Iacob. 1. duodecim tribubus quæ ſunt in diſperſione. [r] Quia 2. Pet. 3. dicit, hanc vobis 2. ſcribo epiſto. Nec eſt alia ad euſd. Heb. ſcripta, niſi hæc Pauli. quod fatentur Euſeb. 3. hiſt. c. 4. & in hanc 2. Petr. Oecum. Titel. Caiet. imo & Eraſ. licet dubitat eſſe Petri. fatetur ſcriptam ad Hebr. fideles diſperſos. Didy. Alexand. in 1. Petr. idem ſentit Tertull. in Scorpiaco ad fin. dicens ſcriptam ad Ponticos. 1. ad Hebr. per Pontum diſperſos. Cano. lib. 2. c. 11. ita
ſ certum putat, vt nec Caiet. auſus ſit negare. [ſ] Bed. glo. ord. Lyran. in 2. Petr. Augu. 22. contra Fauſt. c. 29. Riber. in Oſeæ. 2. nu. 4. & Bed. miratur cur quidam negant eſſe Petri? vid. Bellarm. 1.
t de verb. Dei. c. 18. [t] Riber. addit Petrum in fin. huius epiſtol. alludere ad Pau. Roma. 9. citantem Oſeæ 2. & vtrumque loqui de ſolis conuerſis ex gentibus cum tamen Hierony. in Oſeæ 2. recte dicat ſimul loqui de Iudæis, quos dum iniqui erant, uocat non plebem meam, imo alludit ad Hebr. cap. 10. & ſequen. vt ait Sixt.
u quamuis Cano. & alij non citant locum. [u] Sixt. lib. 7. hær. 8. falſo ait quoſdam tribuere hanc verſionem Tertulliano, lib. de pudicitia, ad fin. tribuit Barnabæ, vt refert Hierony. de ſcriptor. in Paulo. & ait Hieronym. alios tribuere Lucæ, quia conuenit cum ſtylo Act. alios Clementi, cuius ſtylo magis cohæret. Orig. apud Euſeb 6. c. 18. eſſe Lucæ vel Clemen. nempe verſionem, & ſignificat quod Pau. dictabat Hebraicæ ſed Clemens proprio ſtylo ſcribe-
x bat Græcé. quod tenet Micha. Medin. [x] Vt dicunt Euſeb. 3. c. 38.

ad Hebr. c. 9. ait, in Arca teſtamen-
ti præter duas tabulas legis (de qui-
bus tantum fit mentio lib. 3. Reg.
c. 8.) fuiſſe vrnam cum manna, &
z virgam Aaron. [z]
6 Omnes libri ſacri vet. Teſtam.
ſcripti ſunt Hebræo, aut quidam
a Chaldæo ſermone, [a] lib. Sapientiæ
conſtat ex c. 9. eſſe Salomonis: vt
Patres affirmant: ac ſubinde He-
braice ſcriptus eſt: ſed lib. 2. Macha
bæo. ex Græco Iaſone, vt dicit cap.
2. compilatus eſt: Eccleſiaſticus à
nepote authoris conuerſus eſt in
Græcum: vt in procemio de ſe re-
fert. ex qua lingua translata eſt no-
ſtra vulgata editio Latina: præter
Pſalmos & Eccleſiaſtem, qui ex
b Græco 70. interpret. ſumpti ſunt. [b]
Ex Hebræo in Græcum factæ ſunt
ſex tranſlationes, quas Orige. ha-
buit deſcriptas in exaplis. quibus
c Origen. adiecit ſeptimam ſuam, [c]
quæ interdum dicitur communis:
d [d] Lucianus presbyt. fecit 8. He-
ſichius 9. quam tradidit eccleſiis
Aegypti. erat & quædã antiquior
ante 70. interpret. ſed præcipua eſt
illa (ſi uitiata non eſſet) quæ dici-
e tur 70. interpret. [e] qui non tantum
Pentateuchum, ſeu quinq; libros
f legis verterunt, vt quidam putant: [f]
g ſed & prophetas, [g] & omnes libros
h ſacros veter. Teſtament. [h] afflati

Nicephor. 2. cap. 46. lib. 3 c. 18. Hieronym. in Clemente. Bellarm. argu. 3. Theodor. & Oecumen. argum. 2. in Hebr. addit ita plures ſentire. Eraſm. fin. annotat. dicit Clementis. ſic de Matth. euang.
y dictum eſt verſum ex Hebr. in Græcum. [y] Euſeb. Niceph. Hiero. & alij ſup. P. & probant Bellar. Cano. Sixt. Catharin. lib. 2. contra Caieta. & libell. de hac re. ſed falſo Caieta. (ob c. 7. vbi interpretatur nomen Melchiſedech) putat Apoſtolum ſcripſiſſe eam Græce, & Martin. lib. 1. hypot. cap. 6.
z [z] Quia ex traditione conſtabat poſtea additam eſſe arcæ urnã & uirgam. Canon. Bellarm. c. 17. ad fi. cum Theoph. imo Sixt. verb. Deus. refert à princip. hæc fuiſſe in arca, deinde ablata: & tãdem
a reſtituta in arcam. [a] Hierony. præfat. in Prouer. ait ſe legiſſe Thobiam, & Iudith Chaldaice: Eccleſiaſticum. & 1. Machab. Hebraicé. & tamen nunc non extant niſi Græcé. vt non extat d. epiſtol. Paul. ad Hebr. nec Matt. hebraice: ſed Græce lib. Sapien. eſt plane Salomonis. Dried. Victorel. de uſu rationis, in princ. Sixt. lib. 1. biblio. Cano. lib. 2. cap. 11. ad 2. Baſil. Epiph. Tertul. Cypria. Hila. Amb. Augu. 2. retrac c. 4 Bellar. lib. 1. de ver. Dei. c. 13. cum Euſeb. 4. hiſt. c. 22. ex Egeſip. Iren. & antiquis. Caſſ. Niceph. lib. 4. c. 7. ſi. de prouerb. Salom. citat: quæ ab Hebræis dicuntur lib. Sapien. Sic citat Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 6. Clem. lib. 1. conſt. c. 8. vbi c. 7. Tertian. & lib. 2. c. 57. quia Ieſus aut Philo colligit ſententias ſparſim ſcriptas Salomonis: vt colligitur Prouerb. 25. Dried. cum Euſeb. 11. præpar. c. 5. At hic lib. Sapien. non reperitur apud Heb. ut ait Hieron. prolog. in Prouer. & in epiſt. ad Heliodo. & quidam tribuunt Philoni (qui 160. annis tempore Oniæ Pontific. præceſſit Chriſtum) Dried. c. 3. p. 2. Mich. Med. lib. 6. c. 9. cui quidam tribuunt li. 2. Machab. Dum autor dicitur Ieſus filius Syrach. (qui edidiſſe dicitur eccleſiaſticum) Euſeb. Chron. Aug. 2. doctr. c. 8. li. 17. ciui. c. 20. (& tamen aut tribuit Salomoni ob ſimilem eloquentiam) intelligitur, quia hoc compilauit, aut ex Græco vertit. Vt Eccle. 50. Ieſus compilauit: ſed nepos eius (vt in procem. dicit) vertit Græce. Damaſ. lib. 4. c. 18. & Eccleſiaſticum eſſe Salom. probat
b Bellar. c. 14. concil. Carthag. 3. c. 43. [b] Martin. lib. 1. hyp. c. 4. fin. [c]
c Martin. lib. 1. c. 4. ex Hiero. epiſt. ad Sunian. & Fretelam. & præfa.
d in Paralip. [d] Bellar. lib. 1. de verb. Dei. c. 5. ad fin. ex Hiero. epiſt. 89. ad Argum. quod Orig. adiecit. 7. ſuam. quam Iſidor. 6. etym. cap. 5. vocat communem. Hieron. præfat. lib. 16. in Eſa. Interdum Orig. meminit alterius verſionis quam communem & vulgatam Græcam uocat: quæ erat Luciani. de his Euthy. præfat. in Pſal. addit Bellarm. ante 70. erat alia. & poſt omnes has Heſychius fe-
e cit aliam, corrigens. 70. & tradidit eccleſijs Ægipti. [e] Vid. Mart. c. 4. Bellarm. cap. 6. (vbi tamen probat in multis nunc eſſe uitiatam.) & Hiero. fatetur præfat. in Paralip. ſe non habuiſſe puram
f verſionem. 70. vt aduertit Leo Caſtri in Eſa. 37. [f] Ioſeph. in præfa. & lib. 12. antiq. c. 2. Philo. lib. 2. de uita Moſi. Martinez. c. 4. cum Hierony. in Matthæ. 2. in Ezech. 5. & 16. & qq. Hebr. Iſidor. 1. offi. c. 12. quia Ariſtæ. li. de 70. interpret. ait uertiſſe legem. at nomine legis interdum intelliguntur ſimul prophetæ, & totum uetus te-
g ſta. vt bene Bellarm. c. 6. probat ex Ioan. 10. 15. & 1. Corint. 14. [g]
h Iren. lib. 3. c. 25. Hilar. in Pſal. 2. Augu. 2. Doct. c. 15. [h] Sixt. lib. 4. bibl. ver. ſeptuaginta duo. lib. 8. hære. 13. Dried. lib. 2. dogm. cap. 1. Bellarm. c. 5. citatur Reuela. lib. 2. de ver. mirifico. c. 7. Pagn. lib. 2.

i Dei ſpiritu. [i] in vet. Teſtam. ſi quid
difficile aut dubium appareat, recur
rendum eſt ad Hebræos fontes: qui
k (præter pauca iam nota [k]) non ſunt
l de induſtria vitiati. [l] in nouo Te-
m ſtamen. ad fontes Græcos: [m] ſed
hi codices interdum ſunt corrup-
n ti: [n] At vulgata Latina habet in
omnibus indubitatam autoritaté.

7 Varia miſſarum officia tum cõ
munia, tum propria de feſtis Dei, vt
de B. Trinitate, & Spiritu ſancto: de
feſtis vitæ & myſteriorum Chriſti,
ac B. Virginis matris: de ſanctis ho
minibus atque angelis: inſtituit ec-
o cleſia. [o] Petrus Apoſtolus dixit
primus miſſam priuatam in Antio-
p chia: [p] & de illius conſenſu Iaco-
bus Apoſtolus, qui fuit primus Iero
ſolymæ epiſcopus, celebrauit pri-
q mus ſolennem liturgiam in ea, [q]
quæ adhuc extat, & hinc dictus eſt
r liturgos, [r] id eſt ſacrorum ſolem-
nium adminiſtrator. Hãc liturgiam
Baſilius & deinde Chryſoſt. redu-
ſ xit ad breuiorem rationem, [ſ] & ea
viſitur Chriſtiani ſub pretioſo Ioan
ne in regno Aethiopũ. Paulus Apo
ſtolus per Græcas Orientis eccle-
ſias docuit miſſam celebrare.

8 In miſſa ſolenni additur can[t]
tus eccleſiaſticus vocum in tono,
aut rithmis, & numeroſis conſonã
t tis, ex vſu eccleſiæ. [t] Organica mu
ſica quæ fit inſtrumentis, non eſt
u reiicienda: [u] cum ſoleat excitare
concurſum & deuotionem populi,
ad miſſas, horas, & publica officia
eccleſiæ, vt olim in lege vete. fuit in
x vſu. [x] B. Sixt. Papa I. inſtituit can-
tum miſſæ, & quaſdam ſolemnita-
tes: deinde D. Gregor. I. in genera
y li miſſali cantum Gregorianum, [y]
quem parum mutauit Gelaſ. Papa.
ſub Marco Euangeliſta in Alexan-
dria mos erat modulari ſuaui voce
z hymnos. [z] & Flauianus epiſcopus
in Antiochia inſtituit uiciſſim vel
alternatim canendos per duos cho-
a ros. [a] B. Ignatius, qui audiuit An-
gelos concinentes per Antiphonas
inſtituit primus apud Grecos id fie
b ri in ſua eccleſia: [b] cuius exem-
plo hic mos in alias eccleſias dima-
nauit. Apoſtolorum tempore in ec-
cleſia fiebant de rebus ſpecialibus
c collationes [c] (has imitati ſunt Pa-
tres in Aegypto, quorum collatio-
nes ſcribit Caſſianus) vbi quidam
varijs linguis componebant oratio-
d nes & cantica. [d] Qui ſacris initian-
dus eſt, vel promouendus ad cano-
e nicatum, debet ſcire cantũ, [e] ſaltem
harmonicum in tono: alioquin dif-
ferenda eſſet ordinatio, aut collatio
f beneficij: [f] & quidam negant ab-
ſoluendum eſſe canonicum, qui ne
g gligit cantum diſcere. [g] In priua-
tis clericis & regularibus excuſat
conſuetudo, ne de cantu examinen
h tur, [h] dum ſunt ſacris initiandi.

9 Miſſæ vocale officiũ (quod fie-
bat ab initio quotidie: & præcipue
i diebus dñicis [i]) diuiditur in tres

Iſagog. c. 10 & ſeq. Iuſtin. Pareneſ. ad gentes. Clem. Alex. lib. 1. Stroma. Euſeb. 8. præparat. c. 1. Epiph. epito. de ponder. Chryſoſt. hom. 48. ſic Apoſt. paſſim citant iuxta 70. interp. Leo de tranſl. c. 26. 27. 35. ait quod Ioſep. potius innuit vertiſſe omnes. nec Philo. contradicit Iren. li. 3. c. 24. 25. Orig. epiſt. ad Afric. Tertul. Euthy. proœm. in Pſal. Nicephor. a hiſt. c. 4. Theodor. præf. in Pſalm.
i Cyrill. catech. 4. [i] Bella. c. 6. probat in 4. q. ex Doct. iã citatis tã Græc. quã Latin. & Hebræis. idque ab Aug. monitus tandem retractans Hieron. fatetur præfan Ezech. præf. in Paralip. & Apol. 2. cõt. Rufin. de quo Leo Caſtri lib. proœ. ante Eſai. de trãſl c. 9. 10. 33. add. c. 3. & Reuelin. ſup. non ſemper ſequendus eſt Hiero. cont. alios Patres. ſic Aug. epi. ad Hiero. lib. 15. ciu. c. 14. lib. 18. c. 43. 44. 45. quod 70. ſcribunt afflati S. S. & ea ſæpe vtuntur Auguſ. Proſper. Leo PP. Chriſolo. Aug. 4. doctr. c. 7 amplectẽdam eſſe hanc 70. & eam quã ex Hebr. fecit Hiero. quę mox tanquam probatiſſima conuerſa eſt in Græc. Leo. c. 9. vid. c. 8 & 24. cũ Aug. ſi differãt, qñ vtraque ſit amplectenda Iuſtinia. no-
k uel. 146. [k] Cano. lib 2. c. vlt. ad 5. Caiet. in Luc. 3. Iuſti. in Tryph. Euſeb. 4. hiſt. c. 18. 23. Martin. lib. 1. c. 6. late Bella. li. 2. de ver. Dei. c. 2. Hiero. in Ezech. 40. lib. 2. in Galat. 3. in prin. in Mich.
l 5. proœ in Phile. [l] Mart. ex Hiec. epi. ad Lucinium. ad Suniam & Fretelan. ad Vitalem. & in Eſa. 6. citat Orig. lib. 8. in Eſa. Hiero. io Zach. 7. 8. in Ezech 41. Bell. cap. 6. verſ. obijciunt. Ioan. Acb. lib. 8. theoſoph. c. 2. Can. lib. 2. c. 13. & c. 14. ad 1. c. 15. in 5. veſtitate linguarum. Aug. 2. doctr. c. 4. lib. 15. ciuit. c. 11. c. 13. vbi Viues Lucid. lib. 1. de emendat. tẽp. c. 7. Baſil. 2. cont. Eunom. & aliquãdo Chry.
m Theod. Amb. 2. de SS c. 6. Greg. 20 moral. c. 24. [m] Martin. Can. & alij ſup. Viues cum Aug. 14. ciui. c. 8. & lib. 18. li. 2. doctr. c. 15. Hiero. d. epi. ad Lucin. habetur c. veterum. 19. d. & epi. 130. ad Marcellan ad Damas. de Oſanna. tom. 5. in Zacchar. 8. Leo ante Eſaiam
n in proœ. de translat. [n] Orig. tract. 8. in Mat. Tertul. 5. cont. Marcio. Euſeb. 5. hiſt. c. vlt. Baſil. ſup. Iren. lib. 1. c. 29. Ambr. in Rom. 1. & proœm. in Luc. Aug. 11. cont. Fauſt. c. 2. Bellar. lib. 2. c. 2. ad 5. &
o c. 7. [o] Democar. lib. 4. cap. 17. manentibus partibus ſubſtantialibus miſſæ, variatur officium, (tum in dominicis & ferijs: tum de ſanctis, vel pro defunctis,) in introitu, oratione, epiſtola, euangelio, Apoſtoli à principio addebant tantum Pater noſter. inf. c. 34 §. 4. ſed paulò poſt addiderũt orationes pro defunctis, vt refert Chryſoſt. ho. 3. in Epheſ. Bella. 2. miſſ c. 7. & 19. Teleſph. adiecit, Gloria in excelſis. Gelaſ. nouas præfationes. De miſſa Spiritus ſancti, fit mentio in conc. Conſtan. ſæpe. & in concil. Baſilien. de alijs miſſis,
p vt late refert Democar. [p] Iſid. 1. de offic. eccleſ. c. 15. li. 6. etymo. c. 19 Raban. 1. de inſtit cler. c. 23. Vvalfri. de reb. eccleſię c. 22. Amalar. de offic. miſſę. c. 5. Ruper. 2. diuin. offic. c. 21. Berno. de offi. miſſ. c. 1. Hi autores habentur coniuncti. in lib. official. miſſ. Alcuin. de diuin offic. & alij quos refert Caniſi. de euchariſt c. 7. Pamel. lib. de liturg. eccleſiæ Latinæ. Turrian. de charact. verbi Dei. Bellarm. lib. 4. euchariſt. c. 14. 21 g. 9. Democar. lib. 4. c. 16. & vid. c. 14. D. Th. 3. p. q. 78. 2. ad 4. & ante hos Leo Papa IX. epiſt. ad Michaelem. c.
q 5. [q] Sexta ſynod Trullana. can. 32. Vvalden. de ſacramental. tit. 4. c. 44. Claud. præfation. in liturg. ſi. Proculus inter opera Cyril. Cabaſil. & Marcus Epheſius & Beſſario, qui claruerunt in cõcil. Flor. hĩs apud Claod. Genebrar. Chron. p. 117. & habeĩ c. Iacob. de cõſ.
r d. 1. Epiph. hær 79. vid. hær. 71. 78. Ignat. epi. ad Heronẽ. [r] Aegeſip.
ſ apud Euſ. & Genebrar. [ſ] Hõr apud Claud. in liturg. & Pamel. ſup.
t [t] Dion. eccl. hier. c. 4. p. 2. & 3. Aug. 9. cõſ. c. 6. 7. li. 10. c. 33. epi. 119. ad Ian. c. 18. li. 1. retract. c. 19. Torren. lib. 4. conſ. c. 9. §. 2. Chryſoſt. hom. 69. Matt. colligit Eph. 5. loquentes vobiſmetipſis i Pſalmis, hymnis & canticis. concil. Tolet. 4. cap. 12 in at Matth. 26. Chriſtos hymno dicto. habetur cap. de hymnis. de conſ. d. 1 cõc. Turon. c. 24. Tri. ſeſſ. 22. de cuit. ſeſſ. 24. ref. c. 12. ſub fin. De his Recent. Comes Carpen. li. 6. de exiem. eccleſ. c. 14. Raban. ca. 76. Conrad Brunus. li. 5. de egremon. eccleſ. c. 2. Ecius. enchyr. c. 32. Ioan de Gandar. tit 28. Michael. Horpio de diuin. offic. Democa. lib. 4. c. 12. 13. Gabriel lect. 62. Caſtro. ver. rãius. Sot. lib. 10. iuſtit. q. 5. ar. 2 Vvalden. de ſacramental. tit. 4. c. 16.
u [u] Ioſeph. 7. antiq. explicat pſalteriũ, organum & alia inſtrumẽta Dauidis, de quibus 2. Paralip. 5. Plutar. in mocal. de muſica. Democar. ſup. Claud. cep. 9. de euchar. c. 8. Nauar. de orat. not. 16. num. 47. vid. D. Thom. 2. 2 q 83. art. 12. Sandoual. de offic.
x eccleſ. [x] 2. Reg. 6. & 4. Reg. 7. & 2. Paralipom. 13. 15. Deuterono. 31. ſcribite cãticum illud vt voce decantent pſal. 68. laudabo cum cantico & magnificentia. Pſal. 64. te decet hymnus. & 99 introite
y portas. [y] Refert Ioan. Diacon. in vita Gregor. Bellarmin. lib. 2. de verbo Dei. capit. 15. colum. 5. Gelaſ. 1. cap. ſancta Romana. 15. d.
z [z] Hieronym. de ſcript. eccleſ. io Philone. Euſeb. 2. hiſtor. cap. 16. 17. ex Philo. libro de ſupplicibus. & Ioſepho. ſeptimo, antiquit. Nicepho. lib. 2. cap. 16. lib 8. capit. 39 ad fin. Dionyſ. eccleſ. hierar. cap. 3. & 4 Tertull. apolog. cap. 39. Auguſtin. ſerm. 2. de vita communi cler. Poſſid. in vit. Auguſtin. Iſidor. libro 2. offic capit. 15. facit Caſſian. collat. 18. cap. 5. Bellarm. 2. de verb. Dei. cap. 16. colum.
a 5. lib. 2. de monach. cap. 5. [a] Theodoret. 5. Tripart. cap. 22. [b] Am-
b broſ. vertit in Latin. Sigeber. Naucler. ſed Ignatius primus Græc. Socrat. lib. hiſtor. c. 8. in Tripart. lib. 10. cap. nono, Niceph. libro
c 13. capitulo octauo, Genebrard. Chron. anno. 383. [c] Iuſtin. apolog. 2. pro Chriſtian. Bellarmin. 2. de verb. Dei. cap. 16. & de hac collatione & exhortatione exponunt id 1. Corinth. 14. prophetæ duo vel tres dicant. Ambroſ. Sedul. Aymo. Theodor. Oecumen. ibi. item Cyprian. epiſt. ad Pompeianum. epiſt. ad Quirin. Baſil.
d quæſt. 278. ex breuior. [d] Bellarmin. ſup. probat ex Euſeb. Dionyſ. Tertul. ſup. & de his loquitur Apoſtolus Epheſ. 5. Coloſſen. 3. in
e hymnis & canticis. & 1. Corinth. 14. vt dictum eſt. §. 4. C. [e] Gloſſ. Clemen. I. de conceſ. præben. vbi communis. Rot. antiq. in nouis. de conceſ. præben. Gomez. de expectatiuis, num. 80. Nauar. cap. ſi
f quando, de reſcript. excep. 11. [f] Doct. ſup. [g] Innoc c. dolentes. de
g cele. miſſ. gloſſ. pragmat ſanctio. rub. de horis. Nau. ſup. [h] Vt excuſa
h ri in Gallia refert Franeus. cap. ſi pauper, de præbend in ſexto, & generaliter Abb. in capit. cum olim, de re iudi. vide Sandoualen. de
i offic. eccleſiaſt. Syluest. Tabien. & ſumm. ver. cantus. [i] Sup. cap 24. P. Act. ſecundo, & 20. dicitur vna ſabbati. id eſt, prima hebdomadæ quæ eſt Dominica. & primo Corinth. 16. Sebaſt. de ſacrifi. capit. 28. vid. Couar. 4. Variar. cap. 19. numero 5 & capit. 22.

præcipuas partes: [k] 1. vſque ad offertorium, cõtinet orationem cum præuia præparatione, & inſtructione in myſteriis fidei, per lectionem epiſtolæ, euangelij & ſymboli: & dicitur miſſa catechumenorũ, [l] id eſt, dimiſſio populi nondum baptizati. 2. includit eas partes [m] quibus conſtat ſubſtantia ſacrificii: præmiſſa enim panis materialis & vini oblatione, fit conſecratio, oblatio rei cõſecratæ, & conſumptio. 3. breuis eſt gratiarum actio: quæ fit in oratione poſt communionem. [n] Hunc ordinem miſſæ in generali à Chriſto inſtitutũ, [o] ſeruat Romana eccleſia ex traditione Apoſtolica ad nos perducta. [p] Quædam verba aut orationes addiderunt antiqui Pontif.

10 Miſſa rurſus diuiditur in has 4. partes ab Apoſt. 1. Timot. 2. vt exponunt ibidem Patres [q] & B. Aug. 59. epiſt. [r] 1. eſt obſecratio qua homo ob neceſſitatem petit malorum auerſionem: & ob id vouet interdũ aliquid. [ſ] 2. oratio præſtat ſua vota mente, aut externa oblatione. 3. poſtulatio agit familiarius, vt à Deo impetret ea, pro quib. vota fecit. 4. gratiarum actio refert bonitati Dei accepta, & conſeruat memoriã accepti beneficii, ſic in miſſa. 1. eſt obſecratio, & offert votũ de propriis bonis, id eſt, panẽ & vinum, quod olim dabat populus Diacono, hic vero ſacerdoti, qui Deo publice dedicabat. [t] 2. oratio poſt benedictiones & præparationes, fit etiam ſecreta: [u] & præfatio. & ter ſanctus dicitur. 3. poſtulatio incipit ab oratione dominica vſque ad pacem, quæ dicitur poſt Agnus Dei: & interponi ſolet oſculum pacis, [x] in ſignum mutuæ caritatis: ſic Apoſtolus monet vt ſalutent ſe in oſculo ſancto. [y]

4. Gratiarũ actio [z] fit poſt conſumptionẽ ſacrificii. & in liturgiis Iacobi Apoſtoli & Clem. reperitur oratio pro omnib. hominibus. [a] Qualis tempore Petri Apoſtoli cõſeruatur Romæ, & in tota Occidentali eccleſia: & à tempore Marci euãgeliſtæ apud Orientem in Alexãdria & Græcia, & Baſilius & Chryſoſt.

CAP. XXXII.

Declaratur 1. pars, à principio Miſſæ vſque ad offertorium.

Nunc dicendum eſt in ſpeciali de Miſſæ partibus quæ recitantur: & primum de principio Miſſæ vſque ad offertorium. ſatiſque erit monſtraſſe loca autorum, [a] apud quos legere quiſque poſſit ſingularum partium, & myſteriorũ miſſæ expoſitionẽ. Miſſam inchoamus à verſ. Introibo ad altare Dei: [b] cum Pſalm. Iudica me Deus. [c] Additur cõfeſſio generalis: [d] quia Prouerb. 18. iuſtus in principio eſt accuſator ſui. Hæc confeſſio fit in gradu inferiori altaris: [e] & delet venialia: [f] & cum generali contritione delet mortalia oblita. [g] Miniſter miſſæ quamuis laicus impendit ſacerdoti deprecatiuam abſolutionem quæ eſt ſacramentale quid; [h] non ſacramentum.

2 Introitus Miſſæ ſumitur communiter ex Pſal. [i] quia præparatio orationis per laudẽ Dei, variis modis continetur in Pſalmis. [k] Additur gloria Patri: quod dici cœpit in Græcia eccleſia à Flauiano Antiocheno adiuuante Chryſoſt. [l] In Latina Hieronym. obtinuit à Damaſo Pap. ut diceretur in fine Pſalm. [m] Arriani interponebant præpoſitio-

Bellarm. libro 3. de cultu ſanct. cap. 13. & de die Dominica fit mẽtio Apoc. 1. [k] D. Tho. 3. p. q. 83. 4. & d. 8. in lit. Sot. diſt. 13. q. 2. 4. Tabien. §. 12. ſed Bellar. 2. miſſ. c. 16. diuidit in 4. partes. [l] D. Tho. art. 4. ad 9. Soto. [m] Sup. c. 1. & 9. [n] D. Tho. in 1. Corinth. 2. lit. I. ſed idem D. Tho. opuſ. 66. aliter diſtinguit partes. [o] Sup. cap. 16. §. 2. D. Thom. art. 4. ad 2. & quæſt. 78. 3. ad 9. Innoc. ca. cum Marthæ. de celebr. miſſ. [p] D. Tho. 3. p. q. 83. 4. Alexand. 4. p. q. 37. Doct. 4. d. 13. Rich. art. 4. q. 4. Sot. q. 1. artic. 4. ſic Clemens in conſt. Apoſto. Dionyſ. ca. 3. eccl. hier. Iuſtin. Apolo. 2. Celeſt. 1. epiſto. 1. ſynod. 6. can. 32. referũt multas partes & cæremonias, quas nunc retinet eccleſia acceptas ab Apoſtolis. Innoc. lib. 4. de de myſt. miſſ. c. 5. & d. c. cum Marthæ. Democar. lib. 4. ca. 14. 15. Caniſ. lib. 5. Marial. ca. 26. hanc traditionẽ probat ex Cyril. catech. 5. Epipha. hæreſ. 75. & orat. de fid. Cathol. Tertul. de coron. milit. Cypria. epiſt. 34. 37. Iren. lib. 4. c. 20. 32. Damaſ. ſer. defunctis. [q] In 1. Timoth. 2. Chryſ. ho. 6. Theoph. œcum. Aymo. Anſel. idem Celeſtin. Pap. epiſto. 1. Ambroſ. lib. 4. c. 4. lib. 6. de ſacram. c. vlt. Sebaſt. de ſacrific. c. 28. Bellar. 2. miſſ. c. 3. Democar. lib. 4. c. 33. Auguſt. epiſt. 59. ad Paulin. q. 5. Alcuin de diuin. offic. Raban. & alij qui ſcribunt de offic. miſſæ. quomodo autẽ de oratione generaliter explicetur. 1. Timoth. 2. Bern. ſerm. de 4. modis orandi. Caſſian. coll. 9. à c. 8. ſed aliter D. Tho. 2. 2. q. 83. art. vlt. Ledeſ. 2. p. q. 16. art. 8. Nauar. de orat. not. 1. nu. 31. [r] Et patres ſup. [ſ] Sic Geneſ. 28. vouit Iacob. & Ionæ. 1. & 2. & fideles offerunt primitias panis & vini, vt dicit Iren. lib. 4. cap. 31. & ex tali pane oblato communicabãt fideles. de quo Fabian. Pap. epiſtol. 3. concil. 1. Matiſcon. cap. 4. & hinc Dionyſi. euchariſtiam vocat ſynaxim, id eſt, collectam oblationem à Diacono, quam dabat ſacerdoti, vt offerret Deo. Innocen. 1. epiſt. 1. ad Decen. cap. 2. cap. de omnibus: de conſ. diſtinct. 2. Eccleſia in orat. ſecreta Miſſæ Dominicæ quintæ poſt Pentec. hinc manſit mos diſtribuendi eulogiam. i. panem benedictum in Dominicis. (vt fit nunc à parochis ruralibus, ſupra cap. 24. & infra. c. 33. C. lib. de eucha. c. 53. I.) cuius meminit Aug. Paulin. apud Auguſt. epiſtol. 35. 36. libro ſecundo, de peccat. merit. c. 26. Chryſoſto. hom. decimaſeptima. in Hebr. Claud. de euchariſt. repet. ſeptima, capitulo quarto. Bellarm. tertio de cultu ſanctor. capitulo tertio. Beauxam. in harmonia euangelica. Matth. decimoquarto, pagin. 526. Cyril. libro tertio, in Ioan. capitulo decimoſeptimo, ſic Theodorus obtulit panem Ambroſio, & Valens Baſilio, vt refert Theodoret. 4. hiſtor. cap. decimoſeptimo, libro quinto. cap. 17. [u] Secreta oratio fit in memoriam orationis quam Chriſtus ſecreto obtulit in cruce Iuſtin. Apolog. 2. [x] Innocent. I. ſup. Tertullian. de orat. capitulo decimoquarto. Cyril. 12. in Ioann. capitulo 84. Chryſoſtom. libro primo, de compunct. cor. & hom. 18. 30. in 2. Corinth. homil. tertia. in Coloſſen. Auguſtin. ſermo. 166. de temp. Clemen. libro ſecundo. conſtit. cap. 61. libro octauo, capitulo duodecimo. Dionyſ. capit. tertio, eccleſi. hierar. Cyrill. Ieroſolym. in orat. myſtag. vid. Concil. Laodicen. capit. 59. Claud. in Lyturg. cap. 28. Democar. lib. 4. cap. 34. fol. 63. Vvalfri. Amalar. & Berno. de offic. eccleſ. cap. decimonono. ſed Innocen. I. epiſto. 1. ſtatuit prędictum oſculũ. Nunc miſſale Pij V. iubet, vt qui miniſtrant ſacerdoti, dent oſculum ſuper humerum. [y] 1. Corinth. 16. & 2. Corinth. 13. & 1. Theſſalo. 5. & 1. Petr. 5. [z] 1. Timot. 2. gratiarum actiones Philip. 4. in omni oratione & obſecratione cum gratiarũ actione. [a] 1. Timo. 2. pro omnibus hominibus. Clem. lib. 8. conſt. Apoſt. cap. 10. vid. capit. 4. 12. vbi Turrian. cap. 5. Pamel. in liturg. Sebaſt. de ſacrif. cap. 28. & 30.

CAP. XXXII.

[a] Citati ſ cap. 31. §. 7. G. Amalar. de myſt. miſſæ. Inno. Remig. Caſſander. Titel. Democar. lib. 4. ca. 14. 55. Rational. lib. 4. Vvalden. ſacramental. tit. 4. Cocleus in ſpeculo antiqui. Torren. 3. conſ. c. 8. & apud Clau. in liturg. extat expoſitio liturg. per B. German. & Nicol. Cabaſil. à cap. 12. & per Maximum, à cap. 9. [b] Ambr. de his qui myſt. init. c. 8. Nazian. in ſ. orat. cum reuerteretur ex agro. [c] Celeſtin. Pap. vt refert Platin. D. Tho. ſup. Pſal. 42 finait dici pro lætitia & exultatione. Bellar. 2. miſſ. 2. 16. Micrologus. c. 1. [d] Innoc. lib. 2. cap. 33. Berno. cap. 2. & 25. [e] Locus inferior ſub altari vbi erant corpora martyrum) dicitur martyrium, id eſt, confeſſio. Onuphr. lib. de interpret. vocum eccleſ. in eo infimo gradu ſacerdos facit confeſſionem cum Inuocatione auctorum & fideles in Martyrolog. dicuntur oraſſe ad confeſſionem B. Petri, aut alterius ſancti: quia orant in dicto loco, qui dicitur martyrium. [f] Sup. lib. 1. de pœnitentia cap 15. §. 18. K. vt ſacramentalia delent venialia [g] Mag. 4. d. 21. vbi D. Tho. q. 1. 1. ad 2. Carthuſ. q. 2. & citat Albert. Bona. Rich. Argent. Gabr. lect. 25. L. At extra ſacramentum ſola contritio delet mortalia. & ante communionem aut miſſam requiritur confeſſio peccati m. ſi adſit confeſſarius, D. Th. q. 80. 4. c. ad 5. hanc confeſſionem in miſſa dici. Platina tribuit Damaſo. ſed Berno. c. 25. tribuit Pontiano. [h] Vt confeſſio quæ fit ad Primam & Complet. non eſt ſacramentalis. D. Tho. 3. p. q. 84. 3. ad 1. & opuſ. 22. c. 2. & 3. Victor. §. 130. laicus ſic ſup. ſacerdotem deprecatur autoritate eccleſiæ: ſed nunquam etiam in art. mortis tenetur homo laico confiteri. nec debet ſecreta. Soto. d. 18. q. 4. 1. relect. ſecret. memb. 2. q. 4. concl. 4. de quo lib. 3. de pœnitent. cap. 2. [i] Inn. li. 2. c. 18. D. Th. q. 83. 4. Sebaſt. de ſacrif. c. 28. de vſu cãtic. Pſ. & Hym. ſup. c. 31. §. 5. [k] D. Th. cum Diony. Bellarm. 2. miſſ. c. 16. [l] Niceph. li. 18. c. 51. Sigeber. chron. anno 382. Bellar. 2 miſſ. c. 16. Sigeb. [m] & idẽ inſtituit cõc. Vaſen. c. 5. Tol. 4. c. 12. 14. addit gloria & hono-

m & honor Patri, vt nunc dicitur in miſſa Mozarabe Iſidori. [n] Refert Sozomen.3.hiſtor.ca.30. Caſſiod.libr.4.tripart.c.25. Theodoret.lib.2.cap.34.apud tripart.lib.5.capit.32.Niceph.9.cap.24.
o Democar.lib.4.cap.12. [o] Sumptum ab eccleſia Græca. Vualfrid. cap.21.liturg.Baſilij,hinc fere incipit liturg.Chryſ.(cuius meminit ipſe ſer.21.Rō.)

e Bellarm.ſup. [e] Quia Ioan.16.Chriſtus ait,petite in nomine meo.
f Nau.de orat.not.19.nu.169.& ſeq. [f] Chryſ.ho.3.de natura Dei.imo & quæ fiunt in eccleſia. Quare Apoſtoli apud Clem. lib.2. conſt.c.63.dicunt,in eccleſia mane & veſpere orandum quotidie.
g & hunc morem ſeruat ſocietas Ieſu. [g] Damaſ.in Pontiſ. Sigeber. in chron.anno 426.

nem gloria patri in filio,vt impie fi-
n lium dicerent creaturam.[n] Deinde
enilibet perſonę Trinitatis, dicitur
o Kyrie eleiſon: [o] & nouies,propter
p nouem choros Angelorum.[p]
q 3 Gloria in excelſis. [q] hoc canticum Angelorum excitat Anagogen in Dominicis,& ſolennijs ſanctorum. Qui hymnus eſt miſſę adie-
r ctus ab Hilario,[r] qui ex Greco ver-
ſ tit in latinum ſermonem, [ſ] paucis mutatis & additis,contra Arrium. Omittitur uero in officio luctuo-
t ſo,[t] & in quibuſdam miſſis uoti-
u uis. Deinde fit oratio ſeu collecta.[u]
x pręmiſſo dominus uobiſcū, [x] qui modus ſalutationis frequens erat
y in lege vet. [y] & in miſſa ſacerdos id dicit quinquies,conuerſus ad populum: & bis ad altare. Hęc orationis petitio repetitur in ſecreta, & poſt communionem: vt ter rogās.2.Corint.12.& aſſidue,ſit efficacior impetratio. Raro in miſſę principio dicuntur duę orationes: ſed numero
z impari. [z] In quarum fine additur pie ex conſuetudine, & famulos
a tuos Papā, &c. [a] in Gręca liturgia Iacobi & Chryſ. adduntur oratio-
b nes pro plurimis rebus: [b] & poſt
c conſecrationem adduntur alię. [c] Oratiō communiter dirigenda eſt
d ad Patrem. [d] & finitur per Domi-
e num noſtrum Ieſum Chriſtum. [e] Orationes oblatę in eccleſia, & tē-
f pore ſacrificii ſunt magis efficaces.[f] hęc omnia à principio miſſę uſque ad orationes addidit Celeſtin. Pa-
g pa. [g] qui fuit 45. à Petro.

4 Altera miſſæ pars continet in-
h ſtructionem populi: [h] quę fit diſpoſitiue per doctrinam prophetarum, ne videatur noua. Apoſtolorum epiſtola dicitur à quibuſdam cępiſ-
i ſe ab Alexand. Pap. [i] quę ab antiquis dicitur lectio ſcripturarum,& ſumebatur communiter ex vet. te-
k ſtamento. [k] ueteres ſcripturas ac prophetias & concionem audiebant uiri in parte templi ſeparati à
l fœminis [l] deinde apud Gręcos gra-
m duale [m] ſeu reſponſorium cępit dici & cum alleluia.

5 Euangelii loco, antequam ſcriptum eſſet euangelium, docebatur doctrina,in qua declarabatur Chriſti Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio, Aſcenſio,& ſecundus aduentus ad
n iudicium. [n] ſicut eo tempore dicitur ordinatio Diaconi fieri per traditionē chartę, in qua eſſent ſcri-
o pta hęc Chriſti myſteria. [o] Dum legitur euangelium, omnes ſacerdo-
p tes & laici aſſurgunt in ſilentio [p]
q ſtant curui & fideliter adorant, [q] vt habetur in liturg. Baſil.& Chryſoſt. propter excellentiam verborū
r euangelii. [r] Eo lecto ſacerdos aut Pontifex oſculatur,& adorat euan-
ſ gelium: [ſ] & verba euangelii ſcri-

addit Berno. cap.2.24.quod in eccleſia Latina cępit à principio, dici, & can.25 quod: Syl. Pap. accepit à Petro. Bellarm.2.miſſ.ca.18. probat non cępiſſe à Gregor.I. Augu. in altercatione cum Pacentio. nu. 178.
p conc. Vaſen.can.3. [p] Greg.libr.3 epiſto.63. ad Ioan. Berno. c.25. Vualden.ſacramental. ca. 33. Rational.libr.4. c.12. Innoc.lib.2.cap.19. Amalar. ca. 6. Cabaſil.c.13. Rupert. lib. 2.cap.21. Sigeber. chron. in Sergio Pap.anno.688. Nauar. de orat.not. 16.nu.17. Couarr. 4.Var.ca.22. Diuus Thom.q.83.4 Sot.
a Maximus homil. ſecunda, in Epiphan. de quo Leo Papa ſerm. 1. [a] Diuus Thomas, prima ſecundæ, quæſtio. 102. articu. tertio, ad decimum quartum, diſtinct. eſt, ſupra capit. tertio, §. 5. At thurificatio in lege Chriſti iam non eſt ſacrificium: quia non eſt figu-
b ra. contra Caluin. lib. duodecimo, de loc. cap. 13. [b] Trident. ſeſſ. 13. cap. ſeptimo, cano. 7. Eſpenceus libro ſecundo, de adoratione euchariſt. capit. 9. Caſtro, euchariſt. hæret. 12. Taper. artic. 13.
Diuus

Diuus Thom. 3. par. quæſtio. 76. 6. ad ſecundum, quæſt. 83. quinto, ad undecimum, Soto. Aſten. lib. quinto, titu. 15. fin. Tabien. miſſ. §. 27. Hoſi. lib primo, contra Brent. Torren. lib. tertio, confeſſ. capit. ſexto, § ſecundo, Angel. lib. ſecundo, de uiſitat. infirm. capit. quarto, Cyril. epiſtolo, ad Coloſyrium. c De his habetur, capit. ſtatuimus, de cuſtodia euchariſtiæ. Diuus Thom. quæſtio. 83. ſexto, ad vlt. Soto. diſtinctio. 13. quæſt. ſecunda, artic. ſexto, Aſten. & Tabien. ſupra. & prælatus monaſterij poteſt etiam ad tempus habere euchariſtiam in loco tuto & decenti eremitorij: dū ibi adſunt quidam regulares, vt in praxi. poſt ſapientum conſultationem factum d eſt Salmant. d Supra capit. 30. § pri- e mo. e Supra c. 30, §. ſexto.

ratus & tuto, ne à viro iniquo rapi, aut à mure & verme corrodi poſſit. Renouaturque euchariſtia octauo, [aut] certe decimoquinto quoque die, recentibus hoſtiis, ne periculum ſit corruptionis ſpecie- c rum. c De his qui ſacerdoti mini- d ſtrant, d de cantu & inſtrumentis e e ad ſolennitatem miſſæ, dictum eſt ſupra. Nunc dicendum eſt de remediis quibus prudenter occurrēdum eſt defectibus, ſi qui inter celebrandum occurrant.

CAP. XXXVI.

Regulæ generales, vt occurratur defectibus, ſi inter celebrandum contingant.

REgula. 1. celebraturus ſcire debet quæ expediunt ad rite & deuote peragendum ſacrificiū miſſæ: & maxime intentum eſſe oportet, ne quid ſubſtantiale deſit circa conſecrationem vtriuſque ſpeciei, oblationem rei conſecratæ, & con ſumptionem ſub vtraque ſpecie: hæc enim tria pertinent ad ſubſtan a tiam ſacrificii, vt dictum eſt: a niſi Pontifex ex graui cauſa cum aliqua regione diſpenſet, vt celebrare b liceat ſub ſpecie panis tantum. b Defectus poteſt incidere. 1. circa ſubſtantialia in ipſa conſecratione: vt ſi deficit materia indubitata, vel verbum aliquod quod pertineat ad formam, aut intentio neceſſaria. 2. ſi cœpta miſſa, ante canonem recordetur defectus, aut propriæ indiſpoſitionis: vel ſi impedimentum proſequendi ſuperueniat, vt ſpeciale interdictum, vel ingreſſus excommunicati. 3. ſi defectus incidat poſt factam cōſecrationem, ſaltem hoſtiæ. Antequam celebrare incipiat ſacerdos diligēter ſe præparet: facta præparatione poſt miſſam cœptam, non tam cogitet de ſe ſuiſq; ſcrupulis, quam de reuerentia & c dignitate ſacramenti. c

2 Regula, ſi quid repentino caſu accidat (præſertim quod ſit extra ſubſtantiam & integritatem ſacri- d ficii) ne perturbetur animo: d ſi non habet à quo petat conſilium, pœniteat inaduertentiæ, & facta oratione & prudenti examine eli- e gat, quod videtur minus indecēs: e atque ita ſuppleat tempeſtiue quod deficit, ſi adhuc ſuppleri poteſt. At ſi vino iam conſecrato aduertat deſuiſſe mixtionem aquæ, vel ſi ſpecies panis appareant habere miſturam fermenti, vel eſſe notabiliter f fractæ, nihil ſupplendum eſt: f nec etiam dum poſt longam interruptionem recordatur ſe omiſiſſe aliquid quod ad integritatem per ſe non pertineat (vt eleuationem hoſtiæ, fractionem vel commixtionē particulæ) ſed procedat ulterius: cū non oporteat repetere omiſſam ſo- g lennitatem. g

3 Regula, ſi quid defuiſſe aduertat, quod neceſſario ſupplēdum ſit (vt dum miſſale iubet aliam hoſtiam, aut vinum conſecrare: vbi ceſſat occaſio grauis ſcandali) debet multa repetere, vt ordine ſuo fiant quæ in miſſali dicuntur. Vt. 1. h eam hoſtiam offerat: h deinde dicat, Chriſtus pridie quam patere- i tur, i &c. 2. ſi ante conſecrationem vini meminit defuiſſe aquam, adiiciat illam ſi poſt conſecrationē reperit non eſſe uinum, reponat uinum, & offerat dicens, ſimili modo poſtquam cœnatum eſt, &c. Eleuare non debet ſed ſumere, quando id contingit prope conſumptionem, vel poſt illam. 3. Vbi eſſet periculum grauis ſcandali, ſatis eſt neceſſaria ſupplere ſubmiſſe, ſine lon- k ga repetitione, k & ſumere ſpecies conſecratas.

4 Regula, ſi ſpecies conſecratas ſumere non poteſt (vt ſi ueneno reperit infectas ex miniſtri malitia, aut quia forte incidit animal ue- l nenoſum l) non licet eas igni tradere, quamdiu probabiliter credun- m tur continere corpus Chriſti: m ſed ipſas vel illarum ablutionem ſtupa aut lino imbibitas ſeruet decenti loco: deinde ſiccatam ſtupam conuertat in cineres, quos ſubtus ter- n ram, aut in piſcinam mittat: o ad perfectionem vero ſacrificii aliam hoſtiam aut uinum conſecrare debet.

5 Regula. Præceptum Chriſti de integritate ſacrificii eſt nimis graue nec Papa diſpenſat, vt dimittatur ſponte poſt factam hoſtiæ conſecrationem: quo caſu licet aliquid recolat aut ſuperueniat, non debet o miſſa linqui inchoata, o ſi per ſeipſum aut per alium perficere poteſt. ſi quid tamen meminit, aut ſuperueniat ante inceptum canonē miſſæ licebit interdum ſeclusio ſcandalo, aut tenebitur recedere ab altari. p p Si poſt conſecrationem meminit ſe excommunicatum, nec habet à quo in altari abſoluatur ſecrete, de- q bet miſſam perficere: q & ut propter maius præceptum integritatis r excuſatur à noua culpa, ita & à pœna irregularitatis. r ſimiliter ſi nominatim denunciatum de excommunicatione: aut de interdicto, qui uenit poſt conſecratam hoſtiam, expellere non poteſt, perficiat uſque ad conſum- ſ ptionem utriuſque ſpeciei: ſ ſed verſ. poſt communio- t nem cum orationibus dimittat, t & abſente excommu- u nicato dicat in ſacriſtia. u

CAP. XXXVI.

a SVpra a cap. pri- b mo, & nono, b De euchariſt. capit. c 13. c Bonauen. quarta diſtinctio. 13. in lit. Aſten. lib. quarto, titu. 15. articu. primo, Diuus Thomas, quæſt. 83. ſexto ad quintum. Soto diſtinct. 13. quæſtio. 2. 6. Ledeſ. prima parte, quæſtio, 24. artic. ſexto, Miſ- d ſal. Pij V. d e Do- e ctor. ſupra. f Diuus f Thomas, artic. ſexto ad ſextum, item ſi vino defuit mixtio aquæ: aut ſi hoſtia incidit in cali- g cem. g Diuus Thomas, articu. 6. ad 5. miſſal. titu. de forma. Sot. Taper. art. 17. cum Ioan. Heſſel. de utraque ſpecie. ſup. cap. 3. fin c. h 9. § 11. h i Innoc. i lib. 4. cap. 22. ſuet concil. Tolet. 7. cap. ſecundo, cap. nihil, 7. quæſt. prima, miſſal. titu. de defectu panis Diuus Thomas, art. 6. ad quartum, Soto. Tabien. miſſ §. 33. 36. Ang. §. 15. Sylue. euchar. 2. §. decimo, Victo. §. 201. Palud. diſtinctione 15. Anton. Aſten. lib. quarto, titu. 15. articu. primo, colum. quinta, Petr. Soto. titu. de euchar. fin. Le- k deſ. Recent. k Scot. diſtinctio. 8. quæſt. tertia, Alexan. Alen. Adria. Taper. & Ioan. Heſſel. ſupra Nauar. capit. 25. num. 91. & additio. Hiſp. quod Soto. dicit probabile diſtinctio. 13. & clarius. diſtinctio. 13. quæſtio. prima, artic. primo, colum. ſeptima, Claud. repetit. 10. capit. tertio, Richar. diſtinctio. undecima, artic. ſecundo, quæſtio. l ſexta, Mai. diſtinctio. 9. quæſtio. 3. l Diuus Thomas, artic. ſexto, ad quartum, Soto, Nauar. & alij ſupra aut ſi incidit muſca, aut aliud quod huic ſacerdoti fragili vomitum prouocaret. Aut ſi ſpecies quas euomit, non poteſt abſque m nauſea recipere. m Diuus Thomas, artic. ſexto, ad vlt. & refert ſe ad quæſt. 67. articu. quinto, quæſt. 80. 3. ad ter- n tium. Sot. miſſal. n Diuus Thom. quæſtio. 83. ſexto, ad vltim. fin. Soto. Ledeſm. Tabie. Aſten. libro quarto, titu. 15. colum. ſexta, ſi. Palud. diſtinct. decima tertia, Angel. miſſ. §. 18. Tabien. §. 32. 39. Syluiſtr. At Bellarmin 4 de euchar. capit. quinto, §. tertio, cum Iſich. Diuus Thomas, ad tertium, Palud. Tabien. §. 33. conſulunt decētius eſſe (ſi alium calicem habet) vt has ſpecies vini conſecratas aſſeruet etiam longo tempore, inter reliquias ſacrarij: quouſque conſtet eſſe corru- o ptas naturaliter. o p p Supra capit. 30. q §. quinto. q Diuus Thomas, artic. ſexto, ad ſecundum, Soto. Syluestr. euchariſt. ſecunda, §. ſeptimo, Angel. euchariſt. ſecunda, §. ſecundo, & ſequen. Nauar. capit. uigeſimoquinto, numero 75. & de oratio. nō. decimoſexto, r numero 58. r Nauar. vtroque loco, ſ Syluestr. Angel. ſ Supra capit. uigeſimo, §. quinto, Nauar. capitulo uigeſimoſeptimo, nu- t mero 34. t u Ho- u ſtien. Gothfre. Syluest. cum Angel. & Roſel.

CAP.

C A P. XXXVII.

a CAp.[a] 30.§.4.& 5.c.36.fin.[b c] cap.36.§.3. & miſſal. at ſat eſt
b coniungere aliam hoſtiam cum parte hoſtiæ prius obla-
c tæ.[d] Vt quando in altera ſpecie ſit miraculoſa immutatio perma-
d nens. Miſſal. Aſten. lib.4.tit.15. colum. 3. fin. Sylueſt. euchariſtiæ. 2.fin. Tabien.§.35.ſu.37.ſ. Roſel. euchar.3. §.
e 48.[e] Vt ſi ex guſtu deprehẽdat eſſe a-
f quam, vel acetum.[f] Vt minus decenter conſulunt Ang.Sylueſt.Roſel.Tabien. Director.ſup.lib.de euchar. cap.50. N. Claud.repet.10. de euchar. cap.3. folio 377.cum Alexand. 4.par. quæſt.37. & Adria 4.de euchar. q.an cibus præbeat impedimentum. §. pro reſponſione. Et Palud.diſtin.9 q.1. ad fi. dubitat an eo caſu liceret non ieiuno ſumere vinum conſecratum. Qua ſententia probabili vti liceret, vbi eſſet periculum ſcandali
g ex oppoſito.[g] Supra cap.36. H. Diuus Thom.art.7.ad 4.Palud. diſtin.13. Innocent.lib.4 cap. 12. Anto. Aſten.Victo.§.101. Pet.Soto.Ledeſ. quod magis probat Soto di.13. Tabien. miſſ.§. 33.Sylueſt.euchar. 2.§.10.fauet concil. Toletan.7. c.2.cap. nihil, 7. q.1. & Recentior. Theolo. &
h Iuriſper.[h] Quia arctius eſt præceptũ diuinum de integritate ſacrificii in utraque ſpecie, quã ut ieiunus perficiat conſumptionem. ſupra de euchar. cap. 50 D.Thom.q.83. 6. ad 4. & refert ſe ad q.80. artic. 8. q. 82. 4.& diſt.8. q.3. idem Scot. diſt.8.q. 3. Richard. diſt.11. art.2.q.6. Soto.diſt. 13.q.2. 6.ad 4. Ledeſm.q.24 6. & ita iubet miſſale Pij V. Nauar. c.25. num. 91. & 75. Ang. euchar.2.§.6.Sylueſt. euchar.2. §.7. Gabriel. lect. 10. cum Gerſon. Palac.diſt. 8. q.5.& fere omnes contra citatos
i ſup.F.[i] Sup. c.9. §. 50. D.Tho. 3. par, q.76.2.ad 1.q.78.3.c.ad 2.& 7.Chryſoſt.hom.24. in 1.Corin.10. Cyril. Cath.5. Paſchal. lib.de corpore & ſanguine Chriſti. c.18. Niſſen.ſerm.1.de reſurrec. Gregor.lib.4.dialog.c.58.& hom.37. in euangel. ſignificat Leo. ſerm.7. de paſſio. Iſich.lib.2. in Leuit.c. 8. Raban.lib.1.de inſtit.cler.c.31. Sebaſt.de ſacrific. c.9.& 14.§.2. Bellarm.lib.1.miſſ.c.2. Particulæ mixtio cum ſanguine ſignificat
k reſurrectionem, qua anima unita eſt corpori. ſup.c.9.[k] Cit.c.36.
l K. quæ eſt ſententia valde probabilis in praxi.[l] D. Thom. quæſt.
m 83.6.ad 5.[m n] Miſ-
n ſal. Pij V. & cap. ſi per negligentiam. cap.ſeq. de conſecr. diſt 2. D.Thom.q. 83.6. ad vlt. Tabie. miſſ.§.39. Sylueſt. euchar.2. ad fi. Ange.euchar.2. Aſten. lib.4.tit.15. ad fin. Sot. diſt.13.q.2.6. fin. Ledeſ.q.24. fin. Soteal. ver.euchar. §.11. Nauar. c.25.
o num.89.[o] [p] Pius I.
p d.c.ſi per negligentiam, &c. qui bene c.ſi quis. (ex Bed.) de conſecrat. diſt.2. Doct.ſup.ſimiliter, ſi per negligentiam eius, mus deuorauit hoſtiam, debet pœnitere, ieiunio quadraginta dierũ. d.cap. qui bene. D. Tho. Sylu. euchar. 3.§.2. Taper.artic. 14.Clau.repet.5.c. 3. manet enim corpus Chriſti in uentre muris deuorantis. D.Tho.q.80.3. ad 3.vid.q.76.6.ad ad 1.quęſt.77.6.ad 1.exenterato mure ſeruandæ ſunt ſpecies in ſacrario. Si ſacerdos perdat particulam hoſtiæ ex negligentia, nec inueniat, iubetur pęnitere triginta diebus. Addit Diuus Thom. quęſt.83.6. ad vlt. eadem pœnitentia dignum eſſe eum, cuius neglĩgẽtia putreſit hoſtia.
q [q] Hæc iuris pœnitentia minui poteſt pro foro conſcientiæ, vt aiunt Diuus
r Thom. & alij.[r] Libro de euchar cap.
ſ 12.§.2.[ſ] Miſſal.tit. de defectibus ad fi. quia ceſſat ratio po
t ſita ſupra lit.I.[t] Supra cap.36. L. ſi biberet uenenum notum, eſſet homici
u da ſui ipſius.[u] Aſten. Tabieo. § 32. in quo reducenda eſſet ad praxim ſententia Scoti & aliorum, citat capit.36.
x K.[x y] Diuus Tho-
y mas, artic.ſexto, ad ſextum Sot. commuo. Tabien. miſſ.
z §.quarto, fin.[z] Su-
a pra capit.nono, §.11.[a] Angel. miſſ. §.23. Tabien.§ 41. Sylueſt. euchar.2.§.10.verſ 5. Aſten.titu.15.colum.6. Soto.diſtinctio.9.
b quæſt.1.artic.5.vid. Ledeſ.prima par.q.15.art.5.[b] Colligitur ex ſtatim

CAP. XXXVII.
Peculiare remedium pro his defectibus.

SI defectus inter celebrandum contingat aut animaduertatur ante canonem miſſæ, nec poſſit tolli circa ſubſtantialia, quia deeſt integra materia: vel ſi contingat ſpeciale interdictum, aut denunciati excommunicati ingreſſus, licebit
a ab altari recedere ut dictum eſt.[a] ſi ante conſecrationem aduertat hoſtiam eſſe minus decenté, quia confracta eſt, aut pilos habet inſertos, & ex illius eleuatione & oſtenſione ſequeretur ſcandalum, capiat ſecrete aliam hoſtiam, & oblatã con-
b ſecret.[b]

2 Si poſt conſecrationem aduertat materiam non eſſe indubitatam (vt quia panis putabatur triticeus, ſed propter nimiam hordei aut milii admiſtionem dubius eſt: ſi uinũ ex guſtu conſtet eſſe valde lymphatum ſeu acetum, aut agreſtam) debet accipere ueram materiam & fa
c cta oblatione conſecrare.[c] 2. ſi facta panis conſecratione, non reperiatur uinũ (quia in calice ex odore aduertit eſſe acetum) expectet aliquamdiu ut per duas horas, quouſque ex alio oppido afferatur. ſi omnino non reperiatur, perficiat
d miſſam ſub altera ſpecie.[d]

3 Si ſumpta hoſtia aduertat in ca
e lice non eſſe uerum uinum[e] ſed aquam aut acetum, quidam indecenter conſulunt, vt expuat rurſus in
f calicem.[f] Alii negant licere huic iam non ieiunio qui bibit eam a-
g quam, conſecrare aut ſumere.[g] At reuera etiam poſt illius aquæ potũ reponere aliud uerum uinum, & illud conſecrare, ſimulque aliam hoſtiam ſecluſo graui ſcandalo: deinde pręmiſſa utriuſque ſpeciei oblatione conſecret, & conſecrata offerat ac ſumat, etiam non ieiunus.
h [h] quia ſeruandus eſt debitus ordo, vt ſuper altare ſimul ſit ſpecies panis & uini quæ ad uiuum referant Chriſti mortem, in qua totus ſan-
i guis ſuit à corpore eius ſeparatus.[i] Vrgente tamen ſcandalo (quale cõmuniter præſumere & timere poteſt) ſatis videtur, vt diſſimulanter poſt ſumptam hoſtiam accedat ad cornu altaris, & infuſo uino cum aqua conſecret in medio altaris dicens, ſimili modo, &c. deinde dicat, vnde & memores Domine offerimus, &c. atque ita ſumat dicẽs,
k ſanguis Domini noſtri.[k] nam quæ non ſunt de neceſſitate, non ſunt
l urgente ſcandalo repetenda.[l]

4 Si hoſtia cõſecrata cadat in terram ob impetum uenti, aut negligentiam, radat & mundet ac lauet locum, aut linteum in qua cecidit:
m [m] & puluerem ac ablutionem pro-
n iiciet in piſcinam.[n] ſi gutta ſanguinis cadat in lapidem pretioſum tapetem aut tabulam, ſorbeat radatq; & bene lauet, ut de hoſtia dictum eſt. Pœnitentia iure imponitur, quando ob negligentiam cadit, ut ſacerdos quadraginta diebus pęniteat, id eſt, ieiunet, & à communio
o ne abſtineat.[o] ſi per ebrietatem aut voracitatem euomat euchariſtiam, laicus quadraginta diebus: clericus vero, monachus, diaconus, vel presbyter ſeptuaginta diebus pœniteat. Si ob illius negligentiam mus deuoret quadraginta diebus, ſi perditam in eccleſia particulam hoſtię non inuenerit triginta diebus. qua pœnitentia dignus videtur cuius
p negligentia hoſtia putreſit.[p] At hęc pœnitentia minui poteſt pro foro
q conſcientiæ. ſi [q] gutta conſecrata miſceretur amphoræ uini, dictum
r eſt ſupra.[r] ſi ſpecies uini omnino effundãtur, vel ſi uiſu deprehendat eſſe ueneno infectas, ſatis eſt etiam poſt ſumptam hoſtiam, conſecrare
ſ aliud uinum,[ſ] facta prius uini oblatione, & offerat conſecratum, ac ſumat: quia ſuper altare iam affuit utraque ſpecies mortem Chriſti repræſentans. ſpecies quas aduertit uenenatas nõ licet bibere, ſed ſunt
t ſeruandæ ut dictum eſt,[t] ſi ſenſit bibiſſe ſpecies uenenatas, poteſt de medici conſilio uomere in uas mũ
u dum[u] ne poculum uitæ fiat ei in interitum.

5 Si poſt conſecrationem panis appareat fermentatus, uel hoſtia notabiliter fracta, nihil eſt repetendũ
x [x] (ſicut nec ſi uino defuit miſtio aquæ) quia nihil deeſt de neceſſitate ſacramenti. ſi hoſtia incidit in calicem dum frangeretur, ſatis eſt cũ particula quæ manet perficere reli-
y qua, & nihil eſt iterandum:[y] quia nec fractio nec ſigna quæ ſequun-
z tur, ſunt de ſubſtantia miſſæ,[z] ſi uinum cõſecratum congeletur, calidis pannis, aut aquis ad calicem admotis liqueſiat, ut accipiatur per
a modum potus.[a] ſi hoſtia dum ſumeretur, hæſit palato, nec prima ablutione traiicitur, ſacerdos digi-
b to reuerenter eam impellat.[b] ſi particula hoſtiæ hæſit calici, ſumpto

c ſtatim citandis. D. [c] Scotus, diſtinctio. 8. quæſtio. 3. Angel. Tabie. §. 40. 42. idem conſulit miſſale Pij Quinti, præſertim ſi non eſt d trahenda mora in miniſtranda alus euchariſtia. [d] Scot. Syluestr. miſſ. §. ſecundo, verſicu. ſexto, euchar. ſecundo. §. nono. fin. & conſulit Pius V. in miſſal. Tabien. miſſ. §. 40.

de reliq. & uen. Ciruel. in expoſit. miſſal. c. 89. in cuius fauorem addit Aegid. Theor. 23. quamuis quantitas mutaretur in ueram carnem, creditur Deus conſeruare ibi corpus Chriſti ſacramentaliter: cum non alligetur communi legi. idem fere Palu. d. 12. quæſt. 5. Capreo. quæſt. 1. ad argu. contr. 2. con. ſed aiunt manere quantitatem panis, & ſub ea corpus Chriſti: licet alteratio qualitatum tanta ſit, vt ſubſtantiam panis corrumperet. Alij qui putant eandem numero quantitatẽ manere in genito, & corrupto, aiunt manẽre eadem quãtitate per mutationem qualitatũ corrumperet panes, & ni maneret ibi corpus Chriſti. Vt Durand. diſt. 10. quæſt. 4. ad tertium, diſt. 12. q. 3. Richar. diſt. 10 ar. 5. q. 2. Palac. q. vlt. Gerſon. Alpha. 25. C. & tract. 9. in Magnificat. Alpha. 90. K. fauet Caietan. quæſt. 76. 8. At utraque ſententia eſt falſa, contra Diuum Tho. & citat. lit. D. [f] Caietan. & addo Sot. quamuis in nulla parte maneret corpus Chriſti, fieret adoratio latriæ ſub implicita conditione: quia id eſt ſignũ & imago Chriſti. Cyprianus, li. de lapſis, refert miraculum de conuerſione in cineres. Nicephor. in lapidem. [g] Præſertim ſi miraculum non ſit cũ ſpecierum mutatione, ſed ſenſuum. ita oratione obtinuit D. Gregor. & quidam ſanctus apud Paſchaſ. ſupra Guidmundus lib. 3. Ioan. Garet. ſupra Diuus Thom. diſtin. 10 inf. [h] Guidmundus ſupra & Lancfrancus libro de euchariſt. ad med. Ita habet eccleſia in more. Diuus Tho. diſtinct. 10. quæſtio. 1. 4. 3. & quæſtio. 82 4. ad tertium, & quæſtio. 76. 8. & alij infra. quia Chriſtus inſtituit, ut id ſacramentum ſumatur ſub forma panis aut vini: non ſub forma carnis aut ſanguinis, cum horrore. ſi tamen aduertat ſibi ſoli apparere formam miraculoſam cum ſola immutatione ſenſus: licet perſiſtat, ſumat reuerenter. [i] Docto. infra ſed Albert. apud Anton. 3. parte, tit. 13. capitu. 6. §. 14 putat eſſe præceptum ſumendi, ſaltem dum manet pars aliqua ſine immutatione tali. [k] Diuus Thomas quæſtio. 82. 4. ad tertium. vbi Caieta. Soto. diſtin. decimatertia. quæſtio. 1. 4 & late Diuus Thom. diſtinct. 10. artic. quarto, Carthuſ. quæſtio. 4. Palodan. quæſtio. 4. fin. Durand. quæſtio. quarta, Richar articu. 5. quæſtio. ſecunda. Anton. ſupra Gabriel. lectio. 51. Victor. §. 61. alias 70. Ledeſm. quæſtio. vigeſimatertia, artic. quarto. Aegid. Theorem. 23. Viguer. & Summiſt. ſupra. Syluestr. euchariſt. 3. fin. Alexand. quæſtio. 53. memb. quarto. articu. 3 modeſte ait, ita uidetur inſipientiæ meæ: nihil aſſerendo, ſed opinando, ſalua meliori ſententia. [l] Caieta. quæſtio. 76. 8. Soto, & communis. [m] Tenetur ſumere alteram ſpeciem: quia conſumptio aliqua eſt de eſſentia ſacrificij. Diuus Thom. Caietan. Syluestr. euchariſt. 3. finem, & Summiſt. ſupra cap. 9. [o] Aiunt Alexand. quæſtio. 53. memb. quarto, articu. 3. Gabriel. lectio. quadrageſimaprima. Archidiac. & Bellamera. in cap. nos autem. de conſecrat. diſtinct. ſecunda. Clictou. lib. ſecundo. cap. 15. nume. 3. Garet. Centur. quarto fin. & 9. Stephan. & Roſar. Buſti. ſupra Palac. diſtinct. 10. quæſtio. vlt. Scoto, quæſtio. ſecunda, Claud. de euchariſt. repet. quarta, cap. 7. ſentit Bellarm. libro 3. euchariſt. cap. 3. col. 3. nec enim deſerit cœlum quia Act. 3. aſſumptus eſt in cœlos vſque ad tempus reſtitutionis omnium

ſanguine: decentius eſt, vt ſumpta ſemel ac iterum ablutione traiciat, quam digito trahere ad oram calicis. [c] ſi tamen facta conſumptione trahenda eſſet mora in miniſtratione communionis, debet particulam digito allatam ſumere, [d] vt ieiunus maneat pro ſumendis reliquiis & formulis, quæ ſuperſunt communicantibus: niſi præſto eſſet ſacrarium, in quo decẽter reponi poſſent.

CAP. XXXVIII.

Si miraculum circa ſpecies cõtingat, quid agendum?

INterdum circa alteram aut utrãque ſpeciem cõtingit inuſitatum miraculum, vt ſi omnibus uidentibus appareat caro ſanguinea, aut, puer, aut ſub ſpeciebus vini videatur rubeus ſanguis. Interdum eadem ſpecies aſtantibus repræſentatur ſub diuerſis figuris. [a] aut mouens ſeipſam. Nec ſine temeritate negari poteſt contigiſſe [b] miracula circa ſpecies euchariſtiæ: nec eſt fictio mendacij, [c] dum ea repræſentatio ordinatur in teſtimonium ueritatis de reali præſentia corporis Chriſti, aut ad ſignificandum myſterium. Tamdiu manet corpus Chriſti ſub ſpeciebus ſic alteratis, quamdiu maneret ſubſtantia panis: [d] vt quando longo tempore apparet omnibus eadem quantitas rotunda panis, [e] aut ſi in ſpeciebus uini fiat accidẽtalis alteratio coloris ſanguinei: aut emittunt ſplendorem, aut Angeli euchariſtiam adorantes apparent. Interdum, licet raro miraculoſa immutatione corrumpuntur ſpecies vini, ſi feruore quodam creuerint in magnam quantitatem: aut ſi ex ſpecie panis fluxit multus ſanguis (forte uero tunc manet corpus Chriſti in parte aliqua: [f]) aut ſi in ore impij conuertantur in lapidem aut cineres, vt illum Chriſtus confundat. miraculum uero eo caſu non probat adeſſe tunc corpus Chriſti, ſed præfuiſſe.

2 Poſito eo miraculo ſacerdos ſiſtat, & Deum oret ſi forte ſpecies ad priorem formã reducere dignetur: atque ita reuerenter ſumat. [g] Si miraculi ratio perſeuerat, ſumere non debet, ſed conſeruare in ſacrario [h] in memoriam miraculi, & deuotionem fidelium: conſiliumque eſt [i] conſecrare aliam hoſtiam vel uinum, ut ſumat ad perfectionem ſacrificij: [k] ſed non tenetur, præſertim ſi iterum atque iterum conſecranti appareat ſimile miraculum, per quod autor miraculi Deus diſpenſare cenſetur, [l] vt ſacerdos contentus eſſe poſſit ſumptione vnius ſpeciei, in qua miraculum non fuit. [m]

3 Si oculis appareat corpus Chriſti quaſi in propria ſpecie: quidam putant connaturali modo adeſſe in duplici loco extenſum: [o] ceſſante tamen paulo poſt ea immutatione facta circa intellectum aut ſenſum,

CAP. XXXVIII.

a VT [a] in vrbe Sãtaren, apud Luſitaniam. Paſchaſ. infra ait ob uarios fines proximos fieri, ut ad confirmandum infirmos in fide, conſolandos amicos, uel terrendos hoſtes fidei, & cæt. b [b] Quia apparitiones aſſeruntur à multis & grauibus autoribus. ſed Alexand. 4. par. quæſt. 53. m. 4. ar. 3. Gabr. lectio. 51. & 41. vel 51. referunt in Marchia, & Peruſia, diu apparuiſſe carnem in hoſtia, quæ paulatim denigrata eſt. & ait Alexan. videtur inſipientiæ meæ fuiſſe deluſionẽ ſenſus factam à dæmone. At idem Alex. quæſt. 40. m. 3. art. 4. ad 3. admittit quod Paſchaſi⁹ uidit puerum in euchariſtia. & ipſe Paſchaſ. lib. de corp. & ſang. Domini. capitu. 14. 20. ait, neminem qui ſanctorum uitas & exẽpla legerit, ignorare, has apparitiones ſæpe factas ſanctis. Amphiloch. in vit. Baſil. quod Iudæo cuidam uidebatur infans in hoſtiis dari communicantibus. Guidmuo. lib. 3. de euchar. ad med. Stephan. epiſcopus Vintonien. lib. de euchar. ar. 11. probat uarias apparitiones ex Orig. Cypr. Auguſt. Gregor. I. & Nazian. idem Clictou. lib. 2. de euchar. c. 10. & 15. Roſar. Buſti. 2. p. ſermo. 13. lit. Z. Garet. de euchar. claſſ. 4. 6. & 9. Surius. in annal. anno 1556. (Ægid. Theor. 23. de euchariſt. putat ſemper fieri per immutationem ſenſus.) Palac. diſtin. 10 quæſt. vlt. D. Thom. q. 76. ar. 8. Sot. d. 9. ar. 8. Ioan. diacon. in vit. Gregor. ait dum Greg. celebraret, apparuiſſe digitum Chriſti in hoſtia. Nicol. de Tolentino cum eſſet paruulus, uidit in hoſtia paruulum loquentem ſibi & multa adhuc hoc tempore facta aut conſeruata ſunt, ut de linteolis Doracæ, & in Santaren. vrbe Luſitaniæ, & Abulæ. uid. Docto. alios infra [c] Vt Luc. 24. Chriſtus finxit ſe longius ire. Diuus Thom. 3. par. quæſt. 54. articu. 3. & uere color carneus aut ſanguineus ineſt ipſis ſpeciebus: nec eſt verè caro in modo naturali. At falſo Richar. di. 10. ar. 5. q. 2. dicit addi aliud corpus carneum quo operiuntur ſpecies panis. & Aegid. Theor. 23. dimenſiones panis conuerſas eſſe in dimenſiones carnis cum accidentibus carnis, manente corpore Chriſti. [d] Eſt regula Theologorum. Diuus Thom. quæſt. 80. 3. ad tertium, quæſt. 77. ar. 4. Direct. Inquiſit. 1. par. f. 17. & 3. p. quæſt. 10. refert oppoſitum fuiſſe à Greg. XI. damnatum. ſupra lib. de euchar. c. 28. & ſequen. Caſtr. euch. hær. 11. Sot. diſt. 12. q. 1. 3. Ledeſ. q. 21. Clau. rep. 5. de euchar. cap. 3. Turrian. tracta. 1. de euchar. c. 23. 24. Bern. Diaz. pract. cap. 36. [e] Diuus Thom. quæſtio. 76. 8. & d. 10. quæſt. 1. 4. 2. Palud. d. 10. quæſt. 4. con. 2. Carthu. quæſt. 4. Sot. ar. 8. Ledeſ. quæſt. 17. art. 8. Marſil. quæſt. 7. ar. 3. dub. 5. Gabr. lect. 41. 45. Pet. Sot. de euch. lect. 10. Vigner. c. 16. §. 3. verſicu. 5. Ant. 3. p. titu. 13. c. 6. §. 14. Victo. §. 61. Clicto. lib. 2. de miſſ. c. 10. Tabien. euchar. 1. §. vlt. Arm. communio. §. 22. ſic nunc manet in corporalibus Darocæ à 300. annis. Soto & ſerio, Ledeſ. Recentio. ob quod Vrb. IIII. inſtituit feſtum Corp. Chriſti. cle. vn.

o omnium. [o] D.Tho diſt.10.q.1.a.3.& communis. [p] Fatetur Sot.
p diſt.10.q.1.5 & lib.4. Phyſ.q.2.art.3. & quidam Recent.non putant eſſe cont. D.Tho.q.75.1.ad 3.q.76.art.5.& 8.tenet Alexan. q.53. alias q.11.artic.1.§.vlt.q.44.m.7. ad 2. Hugo. lib.2.de ſacram.p.8.c.11. Scot.diſt.10.q.2. Mai.q.2.Richar.art.2.q.2. Marſ. q.7. artic.3. dub.1. Gabriel.q.1. art.2. & lect.46. Claud. repet.4. cap.3.& 7. Alan.1. de euchar. capit.38.& fauent Chryſoſt. Gregor. & alij ſup. qui de facto id videntur admittere in miraculis euchariſtię. Bellar. li.3. de euchar. c.3. probat multis, ita interdum contigiſſe. Vvald.tom.2. de ſacramen. c.72. & 73. Okam. 4.q. 4 & tract.de eucha.
q c.7. [q] De quo Recent. apud D.Tho. 1.par.q.12.artic.2. Scot. 2.diſt.2.q.7.
r videtur Hugo. [r] D. Thom. quodlib.3. art.2. & in 4.di.10. q.1.2.ad 5.di.44.q. 2.2.3. & impliſtare aiunt Capreol.diſt. 10.q.1.ad argu. Palud.q.1.fin. Duran. diſt.10. q.4.& diſt. 11.q.1. Ægid.Theorem.3.& quodlib. 2.q.1. quodlib.2.q. 17.Heruæ. quodli. 11.q.13.& poſt hos Ledeſ. 1.par. q.16. art.1.dub.3. Henr. quodli.9.quęſt.31. Gotfre. quodlib.3. q.4.Carthuſ.di.13. quæſt.3. dub.2. fauet Cyril. lib.2. in Ioan. c.3.21.22. li. 9.c.21. non potuit carne cum Apoſtolis conuerſari, qui in cœlos aſcendit. Reſpon. problema eſſe, quod in vtramque partem diſputari probabiliter poteſt, vt aiunt Taper. art.15. Sot.diſt.10. Mancius, & Recen.

o ſumenda eſt hoſtia. [o] Nec Deo im
p poſſibile eſt de potentia abſoluta, [p]
vt idem corpus locet extẽſiuè, aut
q eundem Angelum [q] in pluribus lo
cis. Et D. Tho. dum id negare vi-
r detur, [r] interpretandus eſt eſſe im-
ſ poſſibile ſalua lege ordinaria. [ſ] At
probabilius eſt ſimplex miraculũ
eſſe: nec videre Chriſtum aut car-
nem, ſanguinemque eius in pro-
t pria ſpecie. [t]

CAP. XXXIX.

De defectu incidente circa formam, aut intentionem dubiam.

SI aduertat ſacerdos defuiſſe ver
bum aliquod, quod pertinet ad
a integritatem formæ, [a] vel ex cuius
mutatione vel tranſpoſitione for-
ma manet dubia, debet reſumere
omnia verba formæ: puta in conſe
cratione ſanguinis, à principio uſ-
que ad verbum in remiſſionẽ pec-
b catorum, [b] nec ſatis eſt, vt poſt lon
gum tempus, aut poſt alia verba in
teriecta, ſuppleat unum aut alterũ
c verbum quod omiſſum credit. [c]

2 Huic propter probabile dubiũ
repetenti formam conſecrationis,
non eſt vllo iure pœna impoſita
(qualis imponitur ei qui ſcienter
d rebaptizat ſine cauſa [d]) ſatisque eſt
dum repetit, vt lateat in mente con
e ditio [e] non cõſecrandi, ſi forte erat
cõſecratum. ſimiliter ſi valde pro-
babiliter dubitat ſe ex obliuione
omiſiſſe conſecrationem vini (in
quo ſcrupuloſus nõ facile ſibi cre-
dat, ſed rogans miniſtrum conquie
ſcat in eius dicto) repetat ſub con-
f ditione prædictam formam, [f] de-
inde cætera proſequantur per or-
dinem.

3 Si rationabiliter dubitet an ha

ſ [ſ] Sic ipſum D.Tho.& Cyril.exponunt Thomiſt.citati & alij Recent. Nec Angelus naturali virtute poteſt per ſubſtantiam adeſſe in duobus locis diſtantibus & diuiſis (ita vt nullo modo adſit in loco inter medio.) D.Tho.1.par.q.52. 2.nam Patres id tribuunt miraculo. Bern.ſer.2.de cœna. Augu.c.inuitat.c.qui manducat.de
t conſecr.diſt.2. [t] Doct.cit.R. D.Tho.q.76.8. & communis, di.10. Richar.artic.5.q.2.Duran.q.4.ad 3. Palud.q.4. Sot.Caiet.Ledeſ. Carthuſ.q.4. Marſ.q.7.art.3.dub.5. Ægid.theo.23. Anto.3.par. tit.13.c.6 §.14.commun. Recen.ſentit Guidm.ſup.Lancfr.lib.de hoc ſacramen. ad med.nec decens eſſet ut caro Chriſti in propria ſpecie ſeruaretur in pyxide longo tempore, donec ſpecies corrumpantur: & aliter appareret Chriſtus quam ſit, ſcilicet, effuſu nunc ſanguine intra vos, &c.

CAP. XXXIX.

a M Iſſal. [a] tit.de defectu formæ. D.Thom.3.par.q.83. 6 ad 5. Sot.diſt.13.q.2.6. Ledeſ.quæſt.24.art.6. Tabie.miſſ.§.37.
b Aſten.lib.4.tit.15.col.5. Bellarm.4.de euchar.c.12. & dictum eſt
c lib.de euchar.c.16. [b] Miſſal. Pij V. dictum eſt, de euchar.cap.17. [c]
d Sup.lib.de ſacram.c.8.miſſal.tit.de defect.formæ, in fi. [d] Quia iure de ſolo rebaptizante expreſſit fieri irreg. Docto. 4.diſtinct.6. vbi Scot Richard. Palud. Nauar in conſil.& cap.27.num.246. Soto. diſtinct.3.quæſt.1.artic.9.& lib.5.iuſtit.quæſt.1.artic.9. Couarru.
e clem.ſi furioſus, prima par.§.1.num 4. [e] Nam idem ſufficit in foro conſcientiæ, ſi rebaptizet cum conditione mentali. Palac.diſt. 6.quęſt.6.colum.3. Peña & multi Recentio. quia conditio tollit, ne actus ſit cõſummatus, & ne aſſimiletur hæreticis rebaptizantibus, quamuis oppoſitũ teneat Sot. diſtinct.3. articu.9. colum.10. diſtinct. 4. quæſt.1. artic.4. Couar. ſup.num.8. Cord. caſ.37. Maiol. de irregul. lib. 3. capit.14. num.5.
f de rebaptizante. [f]
g Miſſal. & cit. A. 8 Supra cap. 23.§.3. & de ſacramen.cap. 9. Diuus Thomas, quæſt.64. 8.ad tertium, vbi Caiet. Soto.diſtinct.1.quęſt. 5.articu.8.diſtinct. 3. artic.5. Ledeſm. prima par. q.5. art.
h 8.dub.4. [h] Commu
i nis Docto. [i] Nauar. cap.25. num.91. & conſil.lib.3. tit.41. Sylue. euchar. 2.§. 6. Angel.euchar.1. §.27. Scot.diſtinct. 12. Maiol. quæſt.7. Diuus Thom. Sandou. de offic.eccle. 6.par. cap.9. Gabr. lectio.6. F.manent conſecratæ formulæ, quas detulit in altare: quãuis tempore cõſecrationis ſolum meminerit eius hoſtiæ, quam
k manu tenet. [k] Supra de euchar. cap. 49. Sot.diſtinct.12. q.1.9.facit diſtinct. 13.quæſt.2.2.ad 5. Victor.§.82.Ledeſ. prima par.quæſtio. 21. artic.8. dub.4. Diuus Thomas, q. 80.8. & commun. cum Mag.diſtinct.8. Sylueſt.miſſ.1.§.3. Armil.§.26. Peña & Recent. quamuis ex interuallo id fiat contra Nauar. c.25. num.89. cum Palud.diſt.9 q.1.fin. Roſel.euchar.3.§.13. de reliq. repertis
l facto interuallo poſt ablutionem. [l] [m] Innuit miſſal.tit.d defect.
m intentionis.§.ſi vero.& eſt praxis apud probatos regulares.

buit veram intentionem conſecrã
di (quam ſatis eſt eſſe virtualem,
dum acceſſit ad altare facturus,
quod ſacerdotes ſolent & eccleſia
g [g] facere) repetat verba cum inten-
h tione. [h] ſi reperit formas ſeu parti-
culas, quas dubitat an ſint conſe-
i cratę, [i] ſumat poſt conſumptionem
vtriuſque ſpeciei, etiam poſt ablu-
k tionem, [k] ſi commode ſeruari non
poſſunt: quia reputatur vnum con
uiuium continuum. ſi multæ ſint
formulæ, de quibus rationabiliter
dubitat an ex intentione conſecra
l uerit, [l] dicat ſequenti celebraturo,
vt ſimul cum hoſtia quam conſe-
crat, intendat ſub conditione con-
ſecrare eas formulas, ſi forte conſe
m cratæ non ſint. [m]

CAP. XL.

Si ſacerdos facta conſecratione deficiat, quomodo ſit occurrendum?

SI ſacerdos poſt conſecrationem
hoſtiæ deficiat, poteſt alter ſacer
a dos, [a] & interdum tenetur, [b] ſi nul
b lum habeat impedimentũ (vt quia
nulla cenſura ligatus eſt, & manet
ieiunus) perficere illam miſſam ex
generali præcepto eccleſiæ. poteſt-
que celebrare contritus ſi deſit co
c pia confeſſarii: [c] quia grauior res
eſt de integritate ſacrificii, quã de
præmittenda tunc confeſſione. ſi
reperit hoſtiam conſecratã ab alio,
ſatis eſt vt cõſecret calicis vinum,
d [d] & proſequens conſumat vtram-
que ſpeciem. Si non reperiatur ſa-
cerdos ieiunus, differre licet perfe
e ctionem miſſæ in alterum diem: [e]
licebit & perficere tunc: probabile
eſt obligari ob integritatem ut ſtã-
tim perficiat alterius miſſam cœ-
f ptam: [f] vt qui aquam pro ſanguine

CAP. XL.

a C Onc. [a] Tolet.7.c.2.c.nihil.7 q.1.quod citat D.Thom.q.83. art.6.ad primum, ait liberum ſit alteri conſecrationem pro-
b ſequi, propter quod Sot.di.13.q.2.art.6.negat eſſe præceptum. [b] D.Tho. ait, debet, & citat d.concil.Tolet.7. facit Tolet.11.c.14. apud Iuo.2.par.c.124.Sylu.euchar.2 §.8. Anto.Ang.euchar.3.§. 1.miſſ.§.26.Supplem.ver.euchar.Gabr.lect.8.Nauar.c.25.num.
c 86.Peña, & multi Theolo.ac Iuriſper. [c] De eucha.c.48. [d] Nauar.
d c.25.num.91.& addit. Hiſp.num.87.cum Innoc & Panor.c.6.;de ſacram.non iteran. Alex.4.par.q.34.memb.4.art.2.D.Tho.q.83. 6.ad 1. Aſten.lib.4.tit.15.art.1.Richar.diſt.8.art.2.q.2 Sylu.euchar.3.§.7. At Innoc.lib.4.c.22.ſignificat, quod hic qui perfecturus
e eſt ſacrificium, debet conſecrare ſimul aliam hoſtiam. [e] Col-
f ligitur ex D.Tho.art.6.ad 1.tenet Sylueſt.Ang. [f] Gabr.Tabien. miſſ.

bibit, tenetur propriã miſſam perficere. Excommunicato non licet perficere, aut ſi eſt ſuſpenſus ab officio [g] vel irregularis: aut ſi miniſter non habeat requiſitas veſtes, & uaſa ſacra: quia generaliter non adeſſe idoneum miniſtrum perinde eſt in propoſito, ac ſi nullus ſacerdos adeſſet.[h]

2 Si epiſcopus in pontificalibus celebrans deſinit poſt conſecratam hoſtiam, nec adeſt alter epiſcopus qui commode perficiat, poteſt ſacerdos ſine pontificali miſſam abſoluere: [i] quia pontificalia nõ pertinent ad eſſentiam, ſed ad ſolennitatem ſacrificii. deficiente ſacerdote, non licet laico quantumuis pio & iuſto perficere id ſacrificium, [k] aut propriis manibus ſpecies conſumere. [l] Nec id licet diacono: [m] nam morem quo olim legitur quibuſdam in locis diaconus ubtuliſſe panem & calicem, [n] abrogauit eccleſia, [o] cum eſſet contra ius ſolus ſacerdos qui habet poteſtatem conſecrandi, accipit in ſua ordinatione poteſtatem offerendi ſacrificiũ: [p] quo non reperto reſeruandæ ſunt ſpecies conſecratæ in craſtinum, vt venienti ſacerdoti indicetur vnde proſequi debeat, ſi conſtet vbi alter dimiſit.[q] Si nullus ſperetur per dies aliquot aduenturus, poſſet fortaſſe diaconus relictam ſpeciem ſumere propriis manibus [r] contritus propter uitandum periculum irreuerentiæ & corruptionis: nam in neceſſitate diaconus miniſtrat alteri euchariſtiam, [ſ] & olim miniſtrabat poculum ſanguinis.

3 Si ſacerdos poſt conſumptam hoſtiam deficiat relicto ſanguine, iam perfecta videtur ſubſtantia ſacrificii, & cum effectu etiam in his pro quibus offertur: ſumptio enim ſanguinis non confert nouum gratiæ gradũ. [t] calix vero relictus debet ab altero ſacerdote integre ſub vtraque ſpecie celebrante, conſumi: [u] & perinde eſt ſumere ſanguinem utriuſque calicis, ac ſumere plures hoſtias. Quod ſi malit perficere eam miſſam, non licet ei ſumere ſolum ſanguinem relictũ, [x] & perficere miſſam cum ſequentibus orationibus: nam ſic celebrãs, quamuis ſuppleat uicem alterius deficientis, debet ſumere utramq; ſpeciem, ut patet in aliis caſibus. Quidam eo caſu (ſi haberi poſſit uinum [y]) putant præceptum eſſe, ut qui in ſacrificio ſumit, cõſecret utramque ſpeciem, propter myſterium ſignificationis. At ſatis eſt ut primo deficiente poſt unam ſpeciẽ conſecratam, alter miſſam perfecturus conſecret alteram & ſumat utramque, ut dictum eſt: quia uterque ſe habet, ut unus miniſter [z] partialiter concurrens ad unum ſacrificium.

4 Si ante conſecrationem obiit, aut defecit celebrans, poſſet alter eam miſſam perficere [a] (ut ſi poſt canonem cœptum impediatur podagra, ſpaſmo, alienatione mentis per epylepſiam, uel per alium morbum, aut per mortem.[b]) ſed non tenetur: [c] quia nondum peruentum erat ad partes ſubſtantiales ſacrificii, quod conſiſtit in conſecratione & rei conſecratæ oblatione ac conſumptione. [d] Si dubiũ eſſet an qui defecit conſecrauerat hoſtiam, tũc alter acceptam aliam offerat & repetat totum canonem, [e] & intendat ſub conditione hãc ſimul cum altera hoſtia conſecrare. [f] uel hoſtiam ſic dubiam reſeruet, [g] ut poſt factam utriuſque ſpeciei conſumptionem ſumat ieiunus. Si alii defectus forte contingant, prudens ſacerdos iuxta regulas generales datas, à ſimili colligat, quid factu opus ſit. Hactenus de difficili myſterio, & digniſſimo ſacramentorum dictum ſit.

5 Pœnitentiæ ſacramentũ à multis locatur poſt Euchariſtiam. De quo cum ſit Chriſtiano peccatori præ cæteris neceſſarium, egimus ſupra, poſt ſacramenta ordinata contra peccatum. [h] Nam & Euchariſtiæ ſuſceptionem in executione, præcedit cõmuniter confeſſio peccatorum. Sequitur ſexto loco Ordinis ſacramentum, quo ſacramentorum miniſter conſecratur. cuius præſtantiſſimus actus eſt, conficere ſacramentum euchariſtiæ, & offerre Deo ſacrificium Miſſæ: de quo proxime dictum eſt.

miſſ. § 29. Nauar. c. 25. num. 86. Soto, Peña, & D. Vera. putãt præceptum, & eſt probabile in praxi. ſup. lib. de euchar. c. 50. lit. O. [g] Alias hic celebrans fieret irregul. [h] Ve in generali Triden. ſeſſ. 21. c. 2. & colligitur ex citat. E. [i] Glo. c. nihil. 7. q. 1. Maiol. de irregul. lib. 3. c. 15. lib. 4. c. 30. Nauar. de orat. not. 16. num. 56. & dictum eſt de euchar. c. 49. [k] Felix Papa, cap. plerumque. 2. q. 7. [l] Supra c. 36. & de euchar. c. 54. [m] D. Tho. q. 82. 3. Ledeſ. q. 23. 3. Soto. diſt. 13. q. 1. 3. [n] Antiquum Concil. Ancyran. c. ſecundo, cuius meminit Concil. Arelat. & Nicen. [o] Concil. Arelat. 1. c. 15. Nicen. cap. 14. Carthag. 4. cap. 4. Carthag. 6. cap 9. Epipha. tom. 2. hæreſi 79. Beatus Antiochus, homil. 123. de ordinat. Democar. lib. 3. de ſacrifi. cap. 6. Caniſi. lib. 5. Marial. c. 10. [p] Diuus Thom. Soto, Ledeſ. ſup. Concil. Remenſ. & Triden. ſeſſ. 22. c. 1. cano. 2. ſeſſ. 23. c. 1. [q] Miſſal. & commu. Doctor. [r] Quidam Recentiores propter rationem hic poſitam. [ſ] Supra lib. de euchar. cap 54. D. Thom. q. 82. art. 3. [t] Lib. de euchar. c. 44. [u] Ita occurrente caſu ſapientes cõſului: quia qui celebrat eũ perfecturus miſſam ab alio inchoatã, debet ſumere utramq; ſpeciem. [x] Probabile tamen eſt id licere

quia miſſale & Soto. di. 13. q. 2. art. 6. verſ. circa, generaliter dicunt in caſu quo primus poſt cõſecrationem defecit, alter inde procedat, vbi ceſſatum eſt. nempe quia uterque ſe habet, ut vnus miniſter. ſup. c. 22. § 3. [y] Supra c. 37. D. [z] Lib. de ſacramen. cap. 28. [a] [b] D. Thom art. 6. ad primum. Soto. Ledeſ. Sylue. euchar. 2. § 8. Ang. euchar. 3. § 1. miſſ § 26. Tabien. miſſ. § 29 Nauar. c. 25. num. 86. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 15. lib. 4. c. 30. Supplem euchar. 3 § 4. Aſten. tit. 15. art. 1. [c] Supplem. Anton. Ang. Syluest. Maiol. Nauar. de oratio. not. 16. num. 60. Soto. cit. A. [d] Supra cap. 1. & 9. [e] Tab. miſſ. § 29. ſup. c. 36. H. [f] Sco. di. 8. q. 2. col. 4. & Recent. communiter. ſic ſi defecit incipiens verba canonis alter repetat ab illis verbis, qui pridie. Sylue. cum Alber. ex mẽte D. Tho. [g] Innoc. conſulit lib. 4. c. 22. & c. presbyter. de ſacrament. non iterand. Aſten. tit. 15. artic. 1. Tabien. § 29. ad fin. quidam Iuriſperit. nec uero ſufficit ut unus proferat partem formæ, alter perficiat uerba formæ. ſupra de ſacramen. c. 9. § 9. de baptiſm. cap. 30. § 2. [h] Supra lib. de pœnitentia in proœmio. ſed Doctor. ſacramentum pœnitentiæ locant quarto loco & poſt euchar. ſup. lib. de ſacram. c. 7. § 5.

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS

Tomi Primi,

Doctore HENRICO HENRIQVEZ è Societate IESV Authore,
in Academia Salmanticenſi Sacræ Theologiæ profeſſore,

LIBER DECIMVS.

DE ORDINIS SACRAMENTO.

Auctores de Sacramento Ordinis tractantes.

AGunt Doctores, qui tractant de ſacramentis in communi, & Concil. Lateran. cap. 3. Florent. Trident. ſeſſ. 24. de matrimonio. Patres in varijs locis, quos contra hæreticos citant Recentiores. Roffen. de ſacerdot. & art. Taper. artic. 17. Vvalden. tom. 2. de ſacramen. cap. 28. Antonius Democar. lib. 3. de ſacrificio miſſæ, maximè à cap. 3. Sander. de viſibili monarchia eccleſ. lib. 1. & 7. Torrenſis. lib. 3. confeſ. c. 11. Bellar. lib. 1. de clericā cap. 11. & tom. 2. lib. de Ordine. Catechiſtæ tit. de ordine. Pius V. Caniſius, Hoſius, Sonnius, Nauſea, Theologi cum Magiſt. 4. diſt. 24. vbi & Soto. D. Thom. addit. 3. par. q. 34. & ſeq. Ledeſ. 2. par. q. 36. Victoria in Summa. Summiſtæ, verbo Ordo.

PROOEMIVM.

ORdinis ſacramentum confert homini inſignem ſtatū, ad quem non niſi ſelecti viri & ſine macula aſſumuntur, & charactere inſigniti deputātur ad ſummum in terris actum, vt cum debita ſolennitate miniſtrorum celebretur diuinum miſſæ ſacrificium: de quo proxime dictum eſt.[a] cum ſacrificio Chriſtus in vltima cœna inſtituit ſimul ordinē, ſeu ſacerdotem ſacrificii miniſtrū: qui cum excellenti poteſtate ſupra corpus Chriſti naturale, ipſum corpus Domini proprio ore cōficiat.[b] Poſt reſurrectionem adiecit Chriſtus ſacerdoti poteſtatem clauium, data Spiritus ſancti plenitudine,[c] vt digne poſſet aperire ianuam cœli, dum auctoritate Dei abſoluit à peccatis in ſacramento pœnitentię, & mundat à reliquiis peccatorum in ſacramento vnctionis.[d] Nec ſine parochi aut ſacerdotis miniſterio datur ſolennis baptiſmus ex officio, & ſacramentum matrimonii. ſuprema ordinis poteſtas in Epiſcopo conſtituit ordinariū miniſtrum confirmationis, & ipſorum ordinum:[e] Atque ita ordinatus habet poteſtatem circa corpus Chriſti myſticum, vt illud gubernet, prædicatione inſtituat, & ſacramentis paſcat.[f]

2 Ordo habet hinc quādam præ aliis ſacramētis neceſſitatem:[g] eo quod reliqua non conſiſterent, aut dignè ex officio non miniſtrarentur, niſi eſſet miniſter ordinatus, qui poteſtatem habet collatis ſacramentis filios Dei facere.[h] 2. vt ex latere Chriſti in cruce dormientis fluxit ſanguis & aqua, in figuram euchariſtię & baptiſmi:[i] & vtrumque Chriſtus miniſtrauit Diſcipulis:[k] ita tunc Chriſtus exercuit officium ordinis ſacerdotalis, offerens ſeipſum in ſacrificium,[l] & immediate per ſeipſum miniſtrauit ſacramentum ordinis Apoſtolis:[m] quibus & nomen & poteſtatem ſacerdotis & mediatoris communicauit.[n] Mediatoris officium inter Deum & hominem propria ratione competit Chriſto, vt homo eſt: mediatione quadam ſubſtantiali, cum ſit Deus & homo[o] & quia operatione theandrica,[p] ideſt, Dei virili dat Spiritum ſanctum,[q] & ex propriis meruit ac ſatisfecit pro nobis, attulitque re-

PROOEMIVM.

a QVare[a] poſt librum de ſacrificio Miſſæ coniungitur hic liber de Ordine & ſacerdote: nam ſacrificium & ſacerdos in omni ſtatu legis ſemper fuerunt coniuncta quaſi correlatiua.

b [b] Ita loquūtur Pontian. Papa. Chryſoſto. Hierony. Auguſt. apud Bellarm. lib. 4. de Rom. Pontiſ. cap. 8. § 8. & verba ſacerdotis actiuè concurrunt ad cōſecrationem ſeu conuerſionem panis in corpus Chriſti, vt aiunt Patres citati de ſacramen. cap. 18. §. 1. B. & de euchar. cap. 19. §. 6. P. & ex eo quod ſacerdos libera actione conſecrat, habet dominiū quoddam ſeu ius in corpus Chriſti, vt illud quaſi rem propriā offerat Deo. ſupra de miſſa. c. 1. Diuus Thom. cum Apoſt. Hebr. 8.

c [c] Infra cap. 3 & lib. 2. de pęnit. c. 2. ex Ioan. 20. accipite Spiritum ſanctum, ſed bonitas non eſt de neceſſitate miniſtri. ſup. de ſacram c. 28. lib. 3. de pœnitentia cap. 17.

d [d] e [e] Ordinatus ſacerdos eſt neceſſarius miniſter euchar. pœnitentię, & vnctionis: vt epiſcopus eſt ordinum & confirmationis miniſter. Sed ad baptiſmum & matrimonium, ſacerdos ſeu parochus eſt miniſter ex officio. ſup. de ſacram. cap. 26.

f [f] Hæc poteſtas ordinati eſt maior quam poteſtas baptizandi, quę eſt etiam in laico. Bellar. lib. 1. de bapt. c. 7.

g [g] Sup. de ſacram. c. 4. §. 2. vid. c. 7. § 5.

h [h] ſupra in procem. lib. 1. de pœniten. §. 4. ex Ioan. 1. dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

i [i] De baptiſm. c. 6. §. 1. lit. L.

k l [k] De baptiſ. c. 5. §. 3. [l] De miſſa. c. 3. 12. 19. ad fi.

m [m] De ſacram. c. 2. §. 3. inſtituit Chriſtus ordinem, ordinando diſcipulos verbis. Luc. 22. hoc facite. Trid. ſeſſ. 23. c. 1.

n [n] De nominibus Dei Fr. Ludouic. Legionen. fecit lib. & Martin. 2. hypot. c. 1. D. Tho. 1. p. q. 13.

o [o] 1. Tim. 2. mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, nēpe ut homo eſt. D. Th. 3. par. q. 26. Bellar. li. 5. de Chriſto. c. 1. quia reconciliauit hominē peccatorē Deo nō ſic dicitur mediator Angelorū, quibus peccatum non remiſit: nec ante incarnationē erat mediator. Bellar. c. 7. & tamē vt mediator ſubſtantiali mediatione includit Deum ſimul & hominem. Bellar. c. 7. § 2. ex Patribus, & per cōmunicationē idiomatū dicitur ſacerdos & mediator. Bellar. c. 6. ad fin. ex Athan. de humanitate verbi. Cyril. epiſt. ad Neſtor. c. 10. ſed pater nunquā dicitur mediator aut ſacerdos.

p [p]

q [q] De operatione Theandrica Chriſti. Diuus Thomas, tertia parte quæſt. 19. 1. Dionyſ. cap. 2. Diuin. nom. & epiſt. ad Caium. Bellarm. lib. 5. de Chriſto, c. 7. & in c. 8. quomodo Chriſtus dicitur

medium peccati.[r] Hæc dignitatis nomina dignatus eſt ordinatis cõmunicare: vt ſacerdos officiũ mediatoris exhibeat, quod eſt ſacrificando ſatisfacere Deo:[ſ] nec Chriſtus id officium deſeruit, quippe qui nunc per manum ſacerdotum ſeipſum offert,[t] & per ipſorum ora & verba corpus ſuum conficit. Non detrahitur honor Chriſti ſi alii ſint ſacerdotes & mediatores inferiori gradu:[u] cum his Chriſtus vim & efficaciam cõferat, qui ad Coloſſ. 1. dicitur primogenitus omnis creaturæ.[x]

3 In ſacris ſcripturis vox ſacerdos nõ accommodatur noſtris presbyteris & epiſcopis: & ab ea Apoſtoli & antiqui Patres, vt Ignatius, & Iuſtinus abſtinuerunt,[y] vt & à voce templum: ne quid commune cum Iudæis retinere viderentur. Eo periculo ceſſante, Patres & Eccleſia paſſim his vocibus vtuntur:[z] dum conſtat veteres ſacerdotes fuiſſe vmbram & figuram Chriſti venturi: noſtros autem longe excellere, quòd ſuſtineant perſonam, & habeant poteſtatem Chriſti præſentis.[a] Nomina presbyteri & epiſcopi ante initium eccleſiæ, erant officii, & ætatis: nunc apud Eccleſiam ſunt honoris, dignitatis, & eximiæ poteſtatis.[b]

4 Huius lib. partitio ſic habet, Agit 1. de voce & definitione Ordinis: inſtitutum eſſe à Chriſto, de antiquo vſu functionũ cuiuſque ordinis etiam minoris.[c] 2. ſinguli ex ſeptem ordinibus ſunt ſacramẽtum: & conſtituunt unum ex ſeptem ſacramentis: quod eſt neceſſarium communitati. Agitur & de ordine Hierarchico.[d] 3. de propria materia ſingulorũ ordinum,[e] quæ eſt inſtrumẽtorum porrectio, cum contactu quodam ipſius ordinati. De propria cuiuſque ordinis forma: etiã in collatione ſingularum poteſtatum ex tribus, quæ ſunt in ſacerdote epiſcopo. De ritu[f] ſacrarum veſtium & vnctionum. De circunſtantia loci & temporis, in quo celebrantur ordines. 4. de effectibus, vt gratia & charactere.[g] De obligatione officii.[h] De priuilegio immunitatis.[i] 5. de ſubiecto ſuſcipiente ordines.[k] De illius intentione.[l] De impedimento ordinis ſeu irregularitate:[m] nam fœmina eſt iure diuino incapax. de voto continentię in ſuſceptione ordinis ſacri.[n] De qualitatibus requiſitis: de ætate, ſcientia, & titulo beneficii aut patrimonii.[o] 6. De miniſtro qui eſt epiſcopus:[p] & ex commiſſione Papę, pro quibuſdam ordinibus eſt ſacerdos,[q] aut chorepiſcopus. De iuriſdictione: ex qua epiſcopus & quidam Prouinciales ex regularibus concedunt litteras dimiſſorias, quas reuerendas vocant.[r] De obligatione præmittendi ſcrutinium,[ſ] & examen ſcientia, ante ordinationem. 7. de electo in Epiſcopum:[t] de illius conſecratione.[u] Quis ornamenta & vaſa conſecret?[x] tandem de Cardinali,[y] de Legato, &c. De qualitate Epiſcopi;[z] & de triplici officio Apoſtolico, quod habet.

5 Varii ſunt errores quos hæretici contra ordines ſine vllo ordine, ſcribunt, damnati ab eccleſia & Patribus. Quidam reiiciunt externam ordinationem à numero ſacramẽtorum:[a] nec eſſe inſtitutam à Chriſto, ſed eſſe ritum eligendi & deſignandi miniſtros,[b] per populum aut principem. Alii aiunt ordinem nihil eſſe.[c] De ſeptenario numero quidam detrahunt ordinem: alii pœnitentiam.[d] 2. inſtitutionem ordinis quantum ad unctionem referunt ad veterem Aaron. Alii inſtitutionem ordinis tribuunt Petro Apoſtolo.[e] Quod quidam catholici de minoribus ordi. falſo aſſerunt.[f] Alii etiam de Diaconatu. hæretici vero negant horum uſum eſſe antiquũ.[g] Kemnitius[h] ait Richard. cœpiſſe admittere ſacramentum ordinis & matrimonii. 3. quidam negant diſtingui in varios ordines & gradus,[i] & falſo quoſdam vocari ordines maiores,[k] ſed omnes eſſe pares: & negant epiſcopum in ſupernaturali ordinis poteſtate eſſe ſuperiorem ſacerdote.[l] Quaſi omnes Chriſtiani ſint proprie ſacerdotes,[m] atque ita peruertere contendunt totum ordinem Hierarchicum eccleſiæ.[n]

6 Alii nolunt diſtinguere materiam & formam ordinum:[o] & manus impoſitionem negant pertinere ad eſſentiam vllius ordinis: damnant ſacros ritus & unctionem.[p] Alii omni ſacramento negant ineſſe vim effectricem gratiæ;[q] ſed Meſſaliani vim totam tribuũt orationi,[r] Lutherani tribuunt fidei,[ſ] quam aiunt excitari per ſacramentum. Deinde alij negant effectum ordinis in ſuſcipiente eſſe gratiam, aut characterem.[t] Tandem miniſtrum ordinis aiunt eſſe etiam laicos aut principes ſua electione,[u] & fœminas eſſe ordinis capaces.[x] & damnant ſtatutum eccleſię, quo votum continentiæ ſit annexum ordini ſacro.[y] Contra quos errores ſcribimus catholicam, & ſanam doctrinam de ſacramento ordinis.

r dare Spiritum ſanctum [r] Licet hæc ratio mediatoris ſit propria Chriſto, ſancti & ſacerdotes ſimul dicuntur mediatores. Bellar.
ſ ſup. lib. 5. c. 3. & ſeq. lib. 1. de ſanctit. beatit. c. 10. [ſ] Hebr. c. 7. 8. & 9.
geat. D. Thom. add q. 47. art. 6. ad 5. Soto diſt. 29. q. 1. art. 4. Naua.
cap 14. num. 15. Couar. 2. p. cap. 3. §. 8. Specul. 3. p. art. 20. Ledeſm.
quæſt. 49. art. 6. Palud. d. 28. quæſt. vlt. Victor. §. 250. Syluest. hære
ditat. 2. §. fin. Ambr. 1. de Abraham. cap. 9 habetur cap. honoran-
tur. 32 quæſt. 2. Tertul. lib. ſecundo, ad vxorem. catechiſ. Pij V. di
cit ita hortandos filios, nam & in leg. veter. filij à parentibus
collocabãtur in matrimoniũ. 1. Corinth. 7. qui matrimonio iun-
b git virginem ſuam. Bellarm. de matrimon. cap. 19. & 20. [b] l. nu-
ptiæ. ff. de ritu nuptiar. l. 1. & 2. C. de nupt. l. in ſponſalibus. 1. ff. de
ſponſal. Inſtit. de nupt. §. iuſtas nuptias. præſertim de filia minore.
c 25. annis, etiam vidua, in l. viduæ. l. in coniunctione. C. de nupt. [c]
Definit Triden. cap. 1. in princip. Couar 2. p. cap. 3. §. 8 num. 1. D
Thom. quæſt. 47. 6. Soto. d. 29. q 1. art. 4. Ledeſ Victor. § 250. Ta-
per. artic. 20. Perez
lib. 5. ord. p. 23. 39.
& l. 1. tit. 15. lib. 8. p.
284. & citat Cor-
ral. 1. Miſcel. ca. 16.
Mandoſ. canc. regu.
31. q. 3. num. 6. & 7.
cum multis. Co-
rleus lib. 3. Miſcel.
à c. 9. Bellar. ca. 20.
arg. 3. addit. ſi forte
vnquam lex ciuilis
irritauit, ſed abro-
gata eſt iure cano-
nico. At reuera nũ-
quam irritauit, ſed
tantum prohibuit.
Ambro. epi. 43. ad
Synium. Specul. 3.
p. art. 20. Menoch.
de arbitr. caſ. 45. 3.
conſ. 93 69. nu. 25.
vol. 1. Gregor. l. 5.
tit. 3. par. 4. Doct. in
Tauri. l. 49. de qui-
bus ſtatim. Syluest.
matrimo. 2. §. 2. hæ
redit. 2. § fin. Naua.
cap. 14. nu. 15. cõſ.
69. num. 25. Xuar.
allegat. 23. 24. Al-
born. lib. 4. cap. 8.
fol. 153. Capra. con
ſil. 70. num. 18. Ala
ua de concil. 2. p. §.
34. ait ll. loqui de
honeſtate. ſed Prof
docimus tractat. de
differentia inter u-
trumque iur, num. 99. ait, ll. circa matrimonium eſſe reſtrictas iu-
re canonico, neque irritare etiam de honeſtate. Gutbert. qq iur c.
12. Claud. tract. legitim. c. 13. num. 7. Cuiac. ad Paul. lib. 2. ſenten.
tit. 19 Petrus Georg. ſyntagma. iur. 2. p. lib. 17. c. 2. Molin. 2. de pri
mogen. c. 16. Alexan. Carenus de ſponſal 2. p. c. 10. Petrus Sotn.
d lect. 4. Medin. C. de reſtit. q. 17. & omnes Recent. [d] Quidam aiũt
matrimonium filij ſub patria poteſtate exiſtentis eſſe irritum per
leges ciui. Caſtaneus catal. p. 12. conſid. 33. 36. Oldẽdorpius claſ.
4 act. 26. Corraſ. 1. Miſcel. c. 17. ait tale matrimonium ratum ante
ſecutam copulam poſſe reſcindi à patre. Forca. in cupid. iuris. cap.
11. num. 1. Duaren. in cap. 2 tit. ſoluto matrimo. Coſtanus libro 1.
qq. iur capit. 12. Molinæ. add. ad Decium. capit. eccleſia S Mariæ
numero 39 & conſil. 231. Eraſm. in Matth. nono, & videtur an-
notat in primo Corinth ſeptimo, Catharin. opuſc. de clandeſt. &
citat Can. Græcorum, irritum eſſe ſi fiat abſque conſenſu pa-
rentum aut tutorum. & Concil. Aquiſgranen. videtur Hugo. lib.
ſecundo, ſaciam. p. 11. cap. 6. & citat Euariſt. d. cap. aliter. 30. q. 5.
Alexand tertio, cap. licet tertio, de ſponſa duor. & prædicti refe-
runt idem tenere Luther. Caluin Brenr. ſed Bucer. optat lege fie-
e ri irritum. [e] Per l. primã, & ſecundã, de liberis exhibendis, eſſe ir-
ritabile à patre, ait Paul. lib. ſecundo, ſeot. tit. 19 vbi Cuiac. & lib.
tertio, obſeruatio. capit. quinto. Paleotus de nothis & ſpur. cap. 2.
num. 5. cap. 11 nu. 12. At lex loquitur de promiſſione ſponſalium,
cum dicit, irritabilem à patre vt irritare poteſt promiſſionem vo-
torum. Aut vt Pinel. ſecunda par. rubric. de bon. matern. num. 25.
eapoon pater irritat quãtum ad effectum quendam iuris ciuilis,
vt habeatur legitimus & hæres in ſucceſſione. ſic intelligitur cap.
aliter. 30. quæſtio. quinta. cap. tertio, qui matrimonium accoſ. poſ-
ſuot & §. ſi aduerſus inſtit de nupt. non eſſe legitimum matrimo-
nium, ideſt, filius ex eo matrimonio natus non habetur legitimus,
vt ſuccedat patri aut aoo. vid. Couar. ſecunda part. cap. ſexto, prin-
cip. num octauo. Soto d. 27. quæſt ſecunda ſecundæ. Nauar. cap.
14. num. 15. Fortun. l Gallos. num. 45. ff. de liber. & poſt ho. dicit il-
legitimum iure ciuili, quia facit contra honeſtatem patri debitã,
f & poteſt exhæredari, vt ſtatim dicetur. [f] Quamuis Trident. cap.
primo, in princip. ait, qui falſo affirmant matrimonia à filijs fa-
milias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe: aut parentes

poſſe irrita facere. Præmiſit tamen anathemate damnari qui clandeſtina negant fuiſſe rata. [g] Proſdocimus ſup. Bellar. cap. 20. col. 6. Innoc. cap. fin. de clandeſt. deſponſ. Paleotus, de nothis & ſpur. c. 9. & 15. cum tamen princeps lege ciuili poſſet irritare matrimoniũ, vt cõtractus eſt, niſi iure canonico hęc cauſa reſeruaretur eccleſię, vt dicetur lib. ſeq. c.

canonico, [g] ne quid diſponant circa matrimonii impedimenta, aut ſubſtantialia. poſſunt tamen leges additis pœnis iuuare ius canonicum circa accidentalia matrimonij. [h]

2 Filia contrahens matrimonium ſine patris conſenſu, interdum incurrit pœnam iure regni Caſtellæ in l. 49. Taur. vt exhæredari poſſit à patre: quamuis nubat viro digno, [i] vt nobilis viro nobili. Ad eam pœnam oportet concurrere hæc tria. [k] 1. vt valide matrimonium de præſenti contrahat. [l] Nam ob clandeſtinum inualidum abſque parocho vel teſtibus, non incurrit: quia facile diſſolui poteſt ea obligatio. 2. vt clandeſtine contrahat: [m] puta ſine denunciationibus. 3. vt contrahat abſque patris conſenſu, ſub cuius adhuc poteſtate eſt. [n] Hæc pœna extenditur ad filiam viduam in domo parentium ſub illorum cura degentem: [o] & ad filium ſub patris poteſtate conſtitutum, [p] qui ſine patris voluntate cõtrahit validum clandeſtinum. In Aragonia lex fororum ob faciliorem cauſam permittit exhæredare filios & filias, [q] ſolutis quinque ſolidis monetis. Dum filius aut filia cõtrahit palam ſine patris permiſſu, lex grauem pœnam exhæredationis non addit: [r] aliàs impediret libertatem matrimonii, nec admittitur apud iudicem eccleſiaſticum: [ſ] qui inhibere debet iudicem ſæcularem, ne ad eam pœnam legis procedat in cauſa matrimoniali. [t] lex uero quæ ob uitium clandeſtini ſic punit, admittitur vtroque foro: [u] quia in hoc iuuat diſpoſita in iure canonico.

3 Filiam maiorem viginti quinque annis lex permittit impune nubere abſque patris conſenſu. & ſic nubens clam, non incurrit dictam penam iure regni: [x] quia præſumitur parens fuiſſe negligentior circa debitam curã ſtatus, decentemque uictum ac ueſtitum filiæ. ſi hęc filia luxurioſe uixerat, ſed per pœnitentiam emendetur (præſertim ſi ſimul eſt patri reconciliata [y]) non exhæredabitur. [z] Mater ſi morbo ſimili turpis uitæ laboret, non poteſt turpem filiam exhęredare. [a] ſi filia, quam pater uoluit collocare matrimonio honeſto, nupſit indigno: quidam [b] putant filiã, ſi aliunde habeat unde ſuſtentetur, poſſe exhęredari. At reuera nõ poteſt exhęredari: [c] quia id certo iure non probatur: & matrimonium nobilis cum ignobili etiam inuitis parentibus ualet. [d]

4 Grandęuior filius illuſtris (qui patitur carnis moleſtias, uel inopiã pro qualitate perſonę,) poſſet inſcio patre in huius remediũ ducere uxorem nobilem & ditiſſimã, [e] quamuis eſſet genere aliquanto diſpar. vt primogenitus Magnatis, quem pater negligit alere pro qualitate perſonę, aut iracundus reſiſtit matrimonio illius digno: aut mittit in regionẽ longinquã quaſi in exilium. quia circa electionem ſtatus matrimonii aut religionis, in quo includitur quędam ſeruitus cum magnis oneribus, haber uir magnam libertatem: nec tam ſtrictè ſubiicitur obedientię & uoluntati parentum. [f]

5 Magiſtratus aut princeps qui terreno affectu contra ius incutit grauem metum, ut adigat etiam indirecte inuitum uirum aut fœminam ad matrimonium cum perſona deſignata, incurrit excommuni-

[i] At probabilius eſt ll. nunquam de facto irritaſſe, nec in eo ſenſu fuiſſe acceptatas. [h] Couar. 2. part. c. 6. princip. num. 18. 21. Dried. de libert. Chriſtia. Caſtro. 4. de iuſta. hær. pun. cap. 26. ſic enim leges iuuant intentionem iuris canonici, addendo pœnas: & quædam leges obligant etiã clericos, vt circa negocia & cõtractus: de quibus ſtatim. [i] Molina, lib. ſecũdo, capit. 16. num. 8. & 13. cum Greg. l. 10. tit. 1. p. 4. & praxi. quæ lex 49. Taur. per l. 1. tit. primo, lib. quinto, recopi. extenditur ad filiũ ſub patria poteſtate, qui contrahit clandeſtine, & ſine voluntate patris. Couarru. ſecunda, part. cap. tertio, §. 8. num. 21. Perez lib. quinto, ordin. pag. 39. Molina, lib. 2. primogen. cap. 16. num. 9. extenditur etiam ad filiam viduam, quæ degit in domo parẽtum ſub illorum cura. Cou. num. 22. contra Caſtillo d. l. 49. Tauri, [k] In Aragonia lex fori ob faciles cauſas permittit exhæredare filios. Nauar. ca. 26. num. 38. & quidam putant, ob eam inobedientiam qua contraxit ſine patris licentia contra legem ciuilem, poſſe priuari hæreditate futura, Palac. c. per veſtras. not. 3. §. 8. Menchac. de ſucceſſio. creat. §. 10 num. 6. & 28. Nouellus de dote. 6. part. priuileg. 16. Molinæ ad Alexan. conſ. 93. lib. 1. Cuiar. Nouel. 18. Soto. diſtinct. 29 quæſt. prima. art. 4. Specul. tertia part. art. 20. atque ita inſtam eſſe l. 49. Taur. probat etiam Couar. ſecunda part. cap. 6. num. 18. contra Victor. §. 25. At alia lex fin. tit. tertio, part. quarta, quæ addit alias pœnas, eſt vſu abrogata. [l] Quia ſi inualide contrahat, ceſſat tota ratio d. l. 49. Taur. Albo in. libro quarto, fol. 146. 160. Matienz l. 1. tit. 1. lib. 5. recop. gloſſ. 7. Specul. tertia part. art. 20. facit Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 1. quamuis quidam falſo putant incurri pœnam, etiam dum inualide contrahunt: (ſicut cognati incurrunt excommun. qui inualide contrahunt) tenet Molina ſup. Olanus in antinom. lit. M. num. 3. & Valdes. [m] Ita exprimit lex 49. ſed quia varijs modis dicitur clandeſtinum. ſup. cap. quinto, in princ. & quia Doct. committunt arbitrio prudentis aut parochi, vt liceat propter graues cauſas contrahere clandeſtine: non videtur incurri pœna legis, ſi quis inculpate ob cauſam, & pręſertim cum diſpenſatione epiſcopi, contraxit clam præſente parocho & teſtibus, abſque denunciationibus, quidam modernus negat incurri hanc pœnam ſed dici clandeſtinum dum fit coram parocho & teſtibus abſque denunciationibus, cuius oppoſitum probatum eſt cap. 5. §. 1. D. E) ſine hac conditione clandeſtini, non incurritur pœna dictæ l. 49. Taur. ibi Anton. Gomez, nu. 1. & ſic practicari dicit Gregor. gloſſ. fin. l. 10. tit. 1 parte quarta, Xuar. l. 2. nu. 32. titu. de los caſamientos. lib. 3. fori cum Calder. rubr. Couar. 2. part. cap. 3. §. 8. num. 21. Perez lib. 5. p. 36. Dueñas reg. 373. Matienz. dialog. relator. 3. p. cap. 31. & alter Matienz. l. 2. tit. 1. lib. 5. recop. gloſſ. 4. Molina, 2. primogen. cap. 16. Olan. antino. lit. exhæredatio. Medina. C. de reſtitut. q. 17. Recent. iuriſperiti, Buſtos, Valdes. in quo deficit Soto & Specul. vt ſtatim dicetur. [n] Ita omnes Doctor. cit. fatetur Couar. ſup. nu. 21. fin. Soto diſt. 29. q. 1 a. 4. Specul. prima p. art. 7. & 3. part. art. 20. ſed falſo Soto & Specul. & quidam Recent. Theologi putant, locum eſſe pęnę dictę legi 49. ſi filius abſque patris conſenſu cõtrahat: quamuis nõ clandeſtine ſed publice, & cum contr. quaſi. cont. Doct. cit. M. [o] [p] Dict eſt lit. I. [q] Sup. lit. K. Nauar. cap. 26. nu. 38. [r] Communis Doctor. & praxis, cõtra Scotum Specul. [ſ] Per Doct. cit. M. [t] Quia cauſa matrimonialis ſpectat ad forum eccleſiaſticum, Trid. ſeſſ. 14. cau. 12. Couar. ſecunda par. c. 8. §. 12. num. 1. Bellarm. cap 32. [u] Omnes citati. H. [x] in dict. l. 49. Taur. Caſtillo. num. 31. aut 47. Palac. cap. per veſtras. not. 3. §. 5. & 6. l. 5. tit. 7. p. 6. vide Couar. cap. 3. §. 8. n. 5. Baeza de dotib. cap. 5. num. 6. c. 18. num. 1. Nauar. ſimili conſil. 31. lib. 4. tit. 1. de ſponſ. [y] [z] Si filia luxurioſe viuat, priuatur hæreditate, & alimentis non neceſſarijs, per l. 6. tit. 19. p. 4. Couar. ſup. & Molina. ſi tamen cum emendatione accedat reconciliatio patri, non priuatur: Coſta, l. Gallus. 3. p. §. & quid ſi tãtum. nu. 192. Valdes. id tamen non videtur neceſſarium, ſed ſatis eſt emendatam eſſe, Menchac. de ſucceſ. creat. §. 10. num. 611 §. 30. nu. 132. vid. Couar. cap. 8. §. 11. & tenet in c. Rainut. num. 18. [a] Bernard. Diaz. reg. 457. [b] Sic limitat Couar. cap. 3. §. 8. Molin. lib. 2 cap. 16. num. 8. quando nubẽs indigno habet aliàs vnde ſuſtentetur. quod tamen generaliter ait Menchaca. §. 10. num. 628. Benedict. c. Rainut. verb. dotem num. 33. Ripa. l. 1. num. 56. ff. ſoluto matrimon. [c] Matien. d. l. 2. tit. 1. li. 5. recop. gl. 4. Xuar. lib. 1. obſeruat. c. 6. Carrer. lib. 4. de ſponſal. cap. 11. Petrus Georg. Syntagm. iur. 2. part. libro nouo, cap. 3. Specul. 3. par. artic. 18. Valdes. [d] Dueñas regul. 350. ampl. 6. cum communi Rip. Barto. Socin. Aſſlict. Curt. Tiraquel. Anton. Gabrie. tom. 1. libro 11. verb. matrimon. contra Socin. iun. & alios apud Dueñas. ſup. fall. 8. & reg. 318. limitat. 2. [e] Recent. conſulti. colligitur ex D. Thom. quæſtio. 47 6. Bellarmin. cap. 19. propo. 3. [f] D. Thomas. quæſtio. 47. ſexto ad primum, & ſecunda ſecundæ, quæſtio. 104. 5. Ledeſm. quæſtio. 49. Soto. diſt. 28. quæſt. 1. 1. diſt. 29. quæſtio prima artic. quarto. Specul. 3. p. art. 20. Nauar. cap. 14. num. 15. Pedraz. in quarto præcepto. §. 2. Couar. cap. tertio, §. octauo, & colligitur ex cap. gemma, de ſponſal. capit. fin. de ſecundis nuptijs. Petrus Soto. lect. tertia. Victo. §. 267. Cordub. caſ. 171. Mieres de maiorat. prima parte, quæſtio. 50.

At

At communiter filius tenetur in hoc ſub veniali. Molina lib. 2. de primog c. 13. [g] Tridem. ſeſſ. 24. c. 9. vbi loquitur tantum de domino temporali, & de magiſtratu cogente: qui in foro exteriori habet iuriſdictionem in ſubditos, quare non includit parentes: imo nec parochum (contra Alborn. lib. 4. fol. 153.) qui noluit omittere denunciationes præſciens matrimonium malitioſè impeditum. Nauar. Iun. & Valdes. quia hi non fuerunt expreſſi: argu. l. quod vero. ff. de legib. c. pœna. de pœniten. diſtinct. 1. Nec incurrit, qui retrahit à matrimonio cum iſto aut illo, Cordub. caſu 171. Includit etiam epiſcopum, ſi cogat, vt aiunt Theolog. & Iuriſperiti cõſulti, non tamen Regem aut Imperatorem, quia oportet illum exprimi: vt exprimit Bulla cœnæ, & Triden. ſeſſ. 25. ref. c. 11. [h] Cordub. ſupra M. noch. conſi. 69. num. 41. volu. 2. Petr. Grego. ſyntagm iur. lib. 9 par. 2. c. 3. fin. per cap. requiſiuit, de ſponſal. l. 2. ff. mandati. l. 10 titu. 1. par 4. At qui impedit à religione excommunicatur in Trid. ſeſſ. 25. ref. c. 18. [i] Quid ſit malitioſè impedire Corraſ. l. qui liberis ff de raptu. cum Menoch. Alborn. lib. 4. titu. 8. folio 156. [k] Menochius ſupra Cordub. caſu 171. Cephalus conſil. 421. Mieres. prima par. de maiorat u. quæſtio. 50. Burgos de Paz conſ. 20. num. 7. [l] Soto diſtin. 19. quæſt. 1. artic. 4. & diſtinct. 27. quæſt. 1. artic. 3. prope fi. lib. 4. iuſtit. quæſt. 7. artic. 1. D. Tho. q 46. 2. ad quartũ. Adrian. dicit communem. Syluc. matrimon 4. §. 8. Anton. ſecunda parte titu. 5. cap. 6. §. 2. Nauar. cap. 16. nu. 18. vid. cap. 22. nu. 76. Specul. tertia par. artic. 12. fin. artic. 19. Cordub. lib. 1. quæſt. 13. Recentior. Couar. ſecunda par. cap. 2. nu. 4. probant illum deceptorem & uiolatorem virginis obligari in utroque foro. [m] Diuus Thom. Nauar. cap. 22. num. 76. 78. cap. 16. num. 18. Petrus Soto lectio. 3. Armil. matrimon. § 65. Recentiores. qui tamen ſub ficta promiſſione acceſſit ad corruptam, debet ſatisfacere, ſed non tenetur eam ducere: ſignificat Soto. D. Thom. Cordub. & tenet Specul. tertia par. artic. 19. conclu 6 facit Ledeſm. quæſt. 47. artic. quarto. [n] De quo more Soto, diſtinct. 29. quæſt. 1. artic. 3. [o] cap. licet. de voto. ſic compelluntur apoſtatæ redire. cap. fin. de regul. cap. 1. & ſequentib. de apoſtat. [p] Coſta in l. cum tale. §. receptum. ff. de condit. & demonſtrat. contra Mieres & Menchac. controuer. freq. capit. 5. num. 14. [q] Syluest. verb. conſilium. [r] Citati. §. 4. F. [ſ] Couar. 3. variar. cap. 14. num. 4. [t] Supra cap. 1. §. 2. fin. Soto. diſtin. 27. quæſt. 1. 2. Ledeſm. quæſt. 47. 1. Victor. relect. de matrimon. Couar. prima par. cap. 4. princip. num. 4 & oppoſitum eſt temerarium. [u] Soto, diſtinct. 29. quæſtio. 1. 4. & diſtinct. 26. quæſt. 1. 2. Diuus Thom. ſecunda ſecundæ, q. 152 2. ad primũ. & 3. [x] Diuus Tho. ſecunda ſecundæ, q. 152. 2. ad 1. & 3. addit. quæſt. 41. art. 2. ad primum. Scot. diſtinctio. 26. quæſt. vnic. Richar. Durand. quæſt. 2. Palud. q. 3. Soto. q. 1. art. 2. Palac. q. 1. Ledeſm. quæſt. 43. Recent. [y] D. Tho. d. q. 152. [z] D. Tho. & Recent. 2. 2. q. 185. artic. 2. & addit. q. 47. 6. ad quartum. [a] Infra cap. 8. §. 9. lit. l. & ſequen. Trident. ſeſſio. 25. reg. cap. 18. in caſibus iure expreſſis. vt cap. ex publico. de conuer. coniug. Maiol. lib. primo, de irregul. cap. 29. Cordub. caſu 171. 180. vt ſi ſeruus inſcio domino, aut vir inſcia uxore profitetur: & reſciens dominus aut uxor conſentiat: compellitur manere in religione Maiol. lib. primo, capit. quarto, nume. quinto, & cap. ex parte, de conuer. coniug. Syluest. matrimon. 8. §. duodecimo, verſic. quinto, Tiraquel. de præſcript. gloſ. decem annos. nume. 22. item ſi quis ficte profeſſus eſt aut prętendit ſe per vim & ante ætatem emiſiſſe profeſſionẽ, nec reclamauit intra quinquennium, compellitur manere Trident. cap. decimonono, ſed ceſſante ſcandalo liceret fugere in ignotam regionem. Nauar. capit. ſtatuimus. de reg. nume. 77. 78. item qui habet canonicatum regularem, aut Abbatiam, niſi uelit dimittere, compellitur profiteri. Tridentin. capit. uigeſimoprimo.

...cationem.[g] Quam tamen non incurrit, ſi à matrimonio etiã abſque cauſa retrahat.[h] ſola uoluntas contrahendi inſciis parentibus, & nihil malitioſè facturis, non eſt idonea cauſa, ut ordinarius diſpenſet ne fiant denunciationes.[k] Ex cauſa poſſet iure & pręcepto compelli uir aut fœmina ad matrimoniũ per competentem iudicem. Primo, ſi quis uirginem uiolauit ſub ſpe, aut promiſſione matrimonii.[l] ſi tamen magna inter eos diſparitas inducat periculum mali exitus, ſatis eſſet aucta dote iniuriam compenſare.[m] 2. qui ut liberetur à furca, & remittatur ei actio illatę mortis & grauis iniuriæ, ſponte acceptat conditionem matrimonii, cum hac fœmina. ſic mos eſt apud aliquas prouincias, liberari eum qui ducit publicã meretricem.[n] Tertio, ſi voto publico promiſit ducere iſtam fęminam ob cauſam piam, quia eſt pauper; vel ut à periculo incontinentiæ liberetur, vel ob ſimiles alias cauſas: compellet Epiſcopus.[o] Quod ſi timeatur malitia parentum impediri poſſe matrimonium, poteſt Ordinarius, vt ait Trident. (& interdum vrgente periculo parochus) ante cõtractum remittere unam aut omnes denunciationes, vt dictum eſt, cap. 5. §. 5.

6 Si cui fiat legatum ſub ea conditione, vt nubat cum conſenſu patris, vel alterius deſignati, debetur legatum reiecta ea conditione libertatis impeditiua: firma tamen eſſet conditio ſi dicat, vt cum conſilio patris aut certæ perſonæ nubat.[p] quod intelligitur, vt non niſi audito prius conſilio fiat.[q] quod tamen conſilium ſequi non tenetur. Interdum filiam nuptiarum cupidam obligare poteſt pater ſub mortali[r] vt nubat coæquali & nobili uiro, aut per illum deſignato, quando ita expedit ad ſopiendas inimicitias familiarum, vel cogere ne nubat indigno contra honorem proſapiæ, ex quo diſcordię, odia, & ſcãdala naſci ſolent. ſic ualet legatum ſub ea conditione, ſi nubat certo generi perſonarum nobili: quia præmio inuitat & ad meliora compellit. item ne præmaturè contrahat ante uigeſimumquintum annum, ſupra §. tertio. Ob id enim iura & Conc. Trident. iubent fieri denunciationes, ne impedimenta occultentur, neq; inſciis parentibus & cognatis contrahatur indigne. habet enim pater in filios magnum ius: cum ei liceat ex graui cauſa & neceſſitate tradere eos in ſeruitutem, aut uendere.[ſ]

7 Papa licet non poſſit alios abſque ipſorum expreſſo & libero conſenſu copulare:[t] poteſt ex graui cauſa principem lege caritatis obligatũ compellere ſecundum legalem iuſtitiam, ut cum tali fœmina contrahat,[u] pro communi pace regni. idem poſſet Rex cum ſubditis,[x] cum princeps ſit cuſtos boni communis, & executor eorum præceptorum, quæ non tam ſingulis quã communitati imponuntur: ut ſi defectu coniugatorum peritura eſſet ſpecies hominum, aut ſi ob peſtem, uel bellum tot perirent, ut ingens regnum periclitetur extingui. Sic poteſt compellere ad militiam & bellum, pro neceſſaria defenſione reipublicæ,[y] & ad agriculturam. Et Papa in caſu pro bono eccleſiæ, poteſt aliquos compellere, ut onera epiſcopatus ſuſcipiant:[z] & iudex eccleſiaſticus in caſibus iure expreſſis compellit ad ſtatum religionis.[a]

CAP. VII.

Explicatur decret. Trident. de clandeſt. de quo ſupra cap. 3.

DVbitandum non eſt clandeſtina olim libero contrahentium conſenſu facta, fuiſſe uera matrimonia: nec eccleſia ante hoc decretum Concil. Trident. ea fecit irrita.[a] Secundo inhęrendo decreto Concil. Lateran. in cap. cum inhibitio. de clandeſt.[b] præcepit ut ter à proprio contrahẽtium parocho tribus continuis diebus feſtiuis,[c] in eccleſia inter miſſarum ſolennia publicè fiant denunciationes: nempe in utriuſque contrahentis parochus.[d] Tertio ſi nullũ ſit impedimentum,

CAP. VII.

a b TRident. [a] ſeſſ. 24. cap. 1. [b] Ludou. Bolugniu. conſil. 49. num. 5. Thom. Gramma. conſil. 168. [c] Nauar. cap. 22. num. 83 repertor. Inquiſit. cum addit. verb. continuo, per not. in l. ſub. ff. de legat. 1. quare peccat de ſe mortal. parochus, niſi continuis diebus faciat. ſed ſi interpollate fient, nec fraus præſumatur, non arguit eſſe clandeſt. [d] Concil. Tolet. anno 1581. act. 3. cap. 48. Alaua, de concil. 2. par. §. 34. & id eſt res grauis, quæ obligat ſub mortal. vt in gene-

generali Nauar.c.25.num.51.Caiet.tom.1.opuſc.tract.21. [e] Nauar.c.22.num.69.Turrian.de autorit. Papæ contra Centur.lib.3.p.1003 Couar.2.p.c.6.num.10.cum Sylu.matrim.2.fin. [f] Quia eo ordine explicat Trident.& vir dignior eſt.gloſſ. & Bald.l.2.ff. de adoptio. qui dicit id non eſſe de ſubſtantia. Boer.conſ.4.num. 7. Imo qui poſterior profert verba, pertinet ad formam, qua finita, datur gratia. ſupe. cap ſecundo,§.4.Y. [g] Trident. catechiſ. Pij V.Nauar.capit. 22.num.80. Hoſt. & Io. Andr. c.ex litter. de ſponſ. cont. Pan.c.dilectus.cod. nec ſatis eſt vnius conſenſus, Soto.d. 27.q.1.ar.2. Ledeſ. q.47.1. D.Tho.q. 45.1.Specul. 1.p. ar.1.8. & cap.fin.de ſponſ. duor. Conc. Florent. conſenſus vtriuſque eſſe cauſam efficientem matrimonij. [h] Quæ verba non ſunt forma.Soto diſtin.26. q 2.articu.3.col.9. Specu.append.dub. 4.declarat congreg. Card. anno 82. ad Epiſcopum Salmant. quare mutari poſſent hęc verba, aut fieri ſine verbis parochi.ſup. cap.2.§.1. [i] Sup capit.ſecundo,§ 2.Soto.diſt.27.q.1.art. 3.col.5.Nauar.cap. 22.num.80 Specu. 1.par. articu.3.fin. Couar. 2.p c.4.nu. 7.cont Abb. c.dilectus. de ſponſ. [k] 1 Sup.capit.6.§ 4.H. [m] Nauar. capit.25. num.74. [n] Sup ca. 5.§.5.Nauar.capit. 22.num 85. [o] c.3. §.5.P. [p] capit.5.q [q] Sup.c.5.Nauar.ca. 22.num.68. [r] Nauar. capit.22.num. 71. colligitur ex Abb. Deci. & alijs in c. nam concupiſcentiam de conſtitut. [ſ] In conſtit. ſynod Salmant.Soto d.28.q 1.art.4.col. 6.Specul.1.p.artic. 12. Nauar. cap.22. nume. 83. verſ.35. Sebaſt. Medices in ſum.peccat.capital. 2.p.q.38. ad fin.vnde intra duos primos menſes non tenetur ſponſa reddere debitum:quia poteſt deliberare de ſtatu religionis. c. ex publico. de conuerſ. coniug. vbi Abbas,& commun. Victor.§. 277. Soto.diſt.32.quæſt.1. art.3. Nauar. c.16.num.26. & communiter ante benedictionem poteſt negare debitum,ſi tamen reddat,non peccat. Nauar.capit. 22.num.71.Caiet.ver.nuptiæ.Specul.1.p.ar.22.Sylu.debitum.§. 1.Soto ſup. addit melius eſt ita reddere, quam vt permittantur pati periculum pollutionis ex tactibus.Couar.ſecunda,par.capit. 8.§.11.num 2. Bernard. Diaz. pract. cap.68. [t] Commu. quia benedictio nõ eſt eſſentialis, ſed pertinet ad ritum. [u] Trident. capitu. 1. [x] Trident.cap.1. Nauar. cap.22. nu. 69.Specul.append. dub.12.de quo l.1. §. qui eſt vbi Bart. ff de offic. præfecti vrbis Hippol. Riminal. conſ. 188. num.17.par. ſecunda. [y] Mandoſ. cancel.reg.28.quæſtio. 10. At liber non facit certam fidem in iudicio quia non adeſt notarius, nec teſtes ſunt omni exceptione maiores. hæc pręcepta ex genere obligant ſub mort. quia ordinantur in finem neceſſarium vitandi lites.& Trident. cap. 1.ad fin.& ca.5.vocat ſalutaria præcepta. [z] Nauar. c.22. num.69. [a] Vt quod ſponſorum dextras ſtola copulatas teneat parochus. Triden.c.1.can.11. Bellar. ca.33. Nicol.c. noſtrates. 30. q. 5. Iſid.lib.2.de offic.c. 19.vid.ſup.ca.1.lit. L.de alijs ritibus & inf.capit.13. [b] Vid. glo. cap.1.verſ.poſt tempus de conceſ. prębendarum in 6. & auth. vt factæ nouæ.ſup.c.3. B Soto lib.1.iuſt.q.1.ar.4. Fr.Medin.12.q.90. art.4.atq; ita decretum irritans annullat factũ etiã circa ignorantes.Nau.ca. 22.nu.50. Ant.Gabr.to.2.tit.de clauſ. Mandoſ. in canc.regul.7.q.4 nu.2.reg. 11.q.7.nu.2.reg.27. q.14.nu.2.reg.32.q. 9.num.2.

parochus à iure & ex officio habet abſq; alia epiſcopi licentia: vt procedat ad celebrationem matrimonij in facie eccleſiæ. [e] vbi prius interrogato viro quia dignior eſt, [f] & deinde muliere, intelligat veros vtriuſque conſenſus, [g] eoſq; eſſe reciprocos (quia hic contractus eſt reciproca permutatio corporum, do ſi, vel quia das) deinde pro conſuetudine prouinciæ dicat hæc aut ſimilia verba. Ego vos coniungo [h] (ideſt, coniunctos eſſe declaro, tanquam iudex) dicuntur vero conſenſus vtriuſque ſimul concurrere moraliter, quamuis ſecundus ex interuallo conſentiat: [i] vt ſi per procuratorem celebratur inter abſentes, vel per epiſtolam. ſup. capit.ſecundo, §.2.

2 Si probabilis ſuſpicio ſit impediendi malitioſe [k] matrimoniũ, diſpenſat eps vel ordinarius, vt poſtponãtur denũciationes, vel prorſus remittantur (quod eius libertati & prudentiæ relinquitur [l]) ſed cã cognita & probata. [m] Olim tñ eps contra can. Conc. generalis Later. non diſpenſabat vt denunciationes omitterentur, niſi vbi erat cõſuetudo. [n] 2. qui aliter quã præſente parocho etiam ſacris non initiato, vel alio ſacerdote etiam regulari de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia (nempe expreſſa & ſpeciali [o]) & ſaltẽ duobus teſtibus, contrahere matrimoniũ attentabunt: fiunt decreto irritante inhabiles ad ſic contrahendum (non tamen ſimpliciter inhabiles, vt cum eadem, vel cum alia contrahant in facie eccleſiæ, & huiuſmodi contractus eſt irritus & nullus ipſo iure, abſque alia declaratione & ſententia. [p]

3 Si clandeſtinum inualide contrahatur contra prædictam formã grauiter arbitrio ordinarij puniri. [q] præcipit parochum, vel alium ſacerdotem, qui, ſine teſtibus, adeſt: vel teſtes, qui ſine parocho, aut eius vicario adſunt, & ipſos contrahentes, in quo non ponebatur vlla pœna antiquo iure. 2. hortatur ne ante benedictionem nuptialem cohabitẽt in eadem domo: ſed non præcipit. [r] alicubi tamẽ vt in dįceſi Salmant. ex conſtitutione ſynodali excommunicãtur ipſo facto cohabitantes ſub eodem tecto, [ſ] & lecto iugiter: quaſi pręſumat contemptum iſtius benedictionis. 3. benedictio à proprio parocho fieri debet, vel de parochi aut ordinarij licentia, quod ſi quis contendat ex priuilegio vel conſuetudine etiam immemorabili benedicere ſponſos alterius parochiæ, aut matrimonio coniungere: benedictio quidem valet, nec eſt repetenda, [t] matrimonium vero per alienum ſacerdotem non valet: & hic eſt ipſo iure ſuſpenſus, quamdiu ordinario propriæ parochiæ videbitur. [u]

4 Præcipitur parocho vt habeat librum, [x] diligenterque cuſtodiat: in quo coniugum & teſtium nomina cum loco & tempore cõtractus deſcribat. quæ res quia ad ſolennitatem ſacramenti pertinet propter finem neceſſarium vitandi lites, obligat ſub mortali, vt iubetur parochus habere librũ baptizatorum, [y] per quem etiam comprobetur ętas. 2. hortatur vt antequam ſuſcipiant matrimonium, quod eſt vere ſacramentum, confiteantur & communicent: [z] vel certe triduo ante conſummationem matrimonij: & ſeruentur laudabiles conſuetudines & ritus regionis. [a] Tandem vt id decretum publicetur aliquoties ad excitandam memoriam. & quamuis ſtatim irritare poſſet matrimonia clandeſtina etiam ignorãtium: concedit ne decretum robur habere incipiat, niſi decurſis 30. diebus à die primæ publicationis, [b] in eadem parochia factæ.

CAP. VIII.

De effectibus matrimonij. de definitione. vinculum rati ſolui profeſſione.

§.1. *Hoc ſacramentum confert gratiam in proprium finem. ſecundo vinculum naturaliter indiſſolubile. tertio gratiam ſacramentalem. & quomodo liceat exigere dotem?*

2.& 3. *Matrimon. ſumitur pro vinculo, & explicatur definitio illius. Cur ſit indiſſolubile?*

4.& 5. *An interdum ſoluatur vinculum matrimon. conſummati? & §. 8. quando dicatur conſummatum?*

6.& 7. *Ratum ſolui profeſſione: ſed votis ſimplicibus Societatis Ieſu, non ſoluitur.*

9.& 10. *Quando poſt conſummat. liceat aut compellatur quis ingredi religionem?*

11. *An PP. diſpenſare poſſit in rato?*

12.& 13. *Non ſolui per quaſdam alias cauſas: niſi quo ad thorum, & cohabitationem.*

MAtrimonium uerbis aut ſignis initum inter baptizatas perſonas, cum ſit unum ex ſeptem ſacramentis Chriſti. ſup. cap. ſecundo. confert effectum gratiæ [a] & caritatis mutuæ ex opere operato. Quod quidam catholici olim

CAP. VIII.

[a] SI Paganus ex diſpenſatione cõtrahat, aut maneat cũ fideli, non eſt ſacramẽtũ inf.lit. ſeq. c.13.O. cont.Sotũ. Eſt vero ſi vterq; ſit baptizatus ꝑ Doct. citatos ſup.c.2.§.1. Roff. Eſtius enchyr. D.Th.add.q.42.ar. 3.ante Conc. Florent

b falſo negarunt. [b] Ea enim coniunctio animorum contractu maritali facta, ſignificat ex Chriſti inſtitutione, & ſignificando cauſat ſpirituale
c vnionem mutuæ caritatis,[c] qua vir diligat uxorem, vt partem ſui,& foueat ut carnem ſuam: ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam ſponſam. & ut ex ordine caritatis relinquat patrem & matrem in communi neceſſitate & conuictu, vt adhæreat uxori: & eam in extrema neceſſitate præferat filiis, aliiſque cognatis.
d [d] Rurſus uxor in officiis domeſticis obediat uiro, & illum diligat ut caput & animam ſuam. Nec inconuenit ut actus humanus qui ſecundum ſubſtantiam eſt naturalis aſſumatur à Deo tamquam inſtrumen
e tum gratiæ, [e] & uinculi indiſſolubilis: vt aſſumitur naturalis ablutio baptiſmi. Et olim ante aduentum Chriſti fuiſſet ſacramẽtum (vt quidam citati cap. 2. §. 1. vocant, quid eſſet ſignum futuræ per Chriſtum gratiæ) in eo tamen nõ dabatur gra
f tia ex opere operato. [f] Effectus alter eſt uinculũ indiſſolubile, quod aliquo modo diſponit ad gratiam,
g & eſt res & ſacramentum ſimul, [g] de quo inf. §. 2. & hinc dicuntur habitualiter coniugati. Effectus 3. eſt
h gratia ſacramẽtalis, [h] ſeu aſſiſtentia diuini auxilii cum gratia, vt digne & facile ſe foueant mutuis officiis. Mirum eſt quomodo uir uxorem etiam deformem & infirmam diligat? & illius uſu mitigatur fomes in remedium concupiſcentiæ. dum infideles prius coniugati baptiſmo recepto, renouant conſenſus inter ſe ſaltem per copulam cum affectu maritali, reſultat ratio ſacramenti inter eos, vt hinc recipiant gratiam ex operato: & uinculum ex ratione ſacramenti fit indiſſolubilius, vt cap. 2. §. 1. fi. dictum eſt. 4. quaſi effectus, licet uiro pro oneribus matrimonii, vt contractus eſt, exigere
i pretium in ratione dotis: [i] cum tamen pro labore intrinſeco qui eſt coniunctus aliis ſacramẽtis aut miſſæ, ſi quis uendens, pretium exigat,
k ſit ſimoniacus: [k] quia alia ſacramenta non ſunt contractus ciuilis.

2 In uinculo perpetuo mutuæ obligationis reddendi debitum, conſiſtit quædam eſſentia matrimonii:
l [l] quam Apoſtol. 1. Corint. 7. explicat, mulier ſubiecta eſt legi, &c. ſic definitur, matrimonium eſt uiri & fœminæ unius coniunctio maritalis, inter legitimas perſonas, indiuiduam uitæ conſuetudinẽ retinens. Dicitur coniunctio maritalis: per quod differt à ſocietate militũ ſub uno duce, aut mercatorum in una pecunia & negotio: vir uero & uxor fiunt magis unum quam dicta ſocietas, & dicũtur una caro. Ge. 2. & Matt. 19. quia in ordine ad unũ numero finem coniunguntur, vt
m vnum principium prolis: [m] & in vna domo menſa & lecto, cũ communi uita, amicitia, familia, & bonorum communicatione. Dicitur indiuiduam uitam retinere, id eſt, perſeuerantem in perpetuum, cum obligatione indiſſolubili ex lege naturæ: cui Chriſtus addita ratione ſacramenti, adiecit firmitatem: magis indiſſolubilem. Cum tamen alii contractus mutuo conſenſu quo fiunt, diſſolui poſſint. Quidam hoc uinculum unionis putant eſſe rem
n abſolutam, [n] (cum ſit res & ſacra-

erat erroneũ id negare, vt definit. Conc. Pariſ. & Colon. Trid. inf.
b B. [b] Mag. di. 2. vt refert D. Thom. q. 42. 1. ad 4. ſignificat conferre tantum auxilium gratiæ (quam ſententiam D. Thom. 2. 2. q. 100. 2. ad 2. non refutat, niſi ut probabilem.) Alexand. ſecunda par. q. 187. m. 4. art. 1. glo. cap. cum in eccle. de ſimon. Duran. diſtinct. 26. q. 1. num. 5. ait eſſe abſque periculo. & nu. 6. refert Canon. Goffred. Hoſti. Bernar. Item Couar. ſecunda par. cap. 1. §. vnic. num. 3. & c. 6. princ. refert quaſdam gloſ. Item Bonauen. Scot. Maior. Palud. D. Thom. Petr. Soto. lect. 2. reputarunt probabilem: certum vero eſſe dari gratiam, id eſt, donum gratuiti auxilii. & ſingul. Magiſt. diſtin. 2. Contaren. lib. 4. de ſacramen. cap. 2. pag. 787. poſt Concil. autem Florent. Victor. & Ledeſm. q. 41. 3. non putant eſſe hæreticum ſed erroneũ. quaſi Trident. ſeſſ. 7. can. 6. 7. 8. indefinite dicat, ſacramẽta conferre gratiã. vt Florent. indefinite negat uetera contuliſſe. idem Soto diſt. 26. q. 2. artic. 3. At iam hæreticum eſt de matrimonio negare, quia Triden. ſeſſ. 24. cap. vnic. canon. 1. definit eſſe vere ſacramẽtum, & conferre gratiã, & differre à ueteribus, quod etiam definit ſeſſ. 7. can. 2. & cano. 6. generaliter omnia dare gratiã ex operato, virtute operis externi. De veteri matrimon. vide ſupra
c cap. 2. V. Bellarm. de matrimonio, capit. primo. [c] Concil. Florent. Trident. ſeſſ. 24. capit. vnic. vt ad tria bona matrimonij conſeruanda, fidem, prolem, & ſacramentum, id eſt, perpetuam unionem: vt exponit Magiſt. & communis diſtin. 26. Auguſt. de bono coniug. cap. 18. & ut euchariſtia ſignificat etiam Chriſtum, ut auctorem gratiæ, & ſimul ut ſecundum rem contentam eſt finis: ita matrimonium. Ephe. 5. ſignificat Chriſtum eccleſiæ unitum per caritatem, & per humanitatem, vt caput cum membris. tertia par. q. 60. artic. 3. atque ita ſignificat triplicem cauſam iuſtitiæ: formalem, efficientem & finalem. Datur autem gratia in inſtanti quo verba aut nutus poſterioris exprimunt perfectum conſenſum in quo manet aliquid, puta ſonus, ratione cuius eſt inſtrumentum
d phyſicum gratiæ. ſupra lib. de ſacrament. cap. 49. [d] Diuus Thom.
e 2. 2. q. 26. artic. 11. [e] Supra de ſacrament. cap. 16. D. Thom. tertia par. quæſt. 62. 1. ſecus de ſolis actibus pœnitentis, nec enim concurrunt ut inſtrumentum, niſi ut coniuncti abſolutioni. tertia par.
f quæſt. 84. 1. ad primum. quæſt. 86. [f] Communis præſertim eorum Doctor. ſupra cap. 2. § 1. qui negant tunc fuiſſe ſacramentum. & probat Bellarm. cap. 2. & 5. Taper. art. 18. & reliqui contra paucos Recent. nempe Caſtrum verb. nupt. hære. 3. Henric. VIII. Regem & Roffen. aſſert. 7. de ſacra. Catharin. 5. contra Caiet. tit. de matrimon. Pigh. controuer. 17. At Petrus Soto. lect. 2. ait tunc contu-
g liſſe gratiam auxilij ſpecialis pro eo ſtatu. [g] Infra citati. L. Diuus
h Thom. q. 44. 1. ad 2. Soto. diſtinct. 27. q. 1. 1. Ledeſ. q. 46. [h] Supra de ſacramen. cap. 12. §. 5. D. Thom. addit. q. 42. 3. & 3. par. q. 62. cum Auguſt. Soto. diſtinct. 26. quæſt. 1. 3. Bonauen. Couar. ſecun-

i da par. cap. 1. num. 3. cum alijs Maior. Caſtro. verbo nuptiæ. [i] [k] D.
k Thom. 2. 2. q. 100. 2. cap. ad 6. Bellar. c. 8. Summiſtæ, verbo ſimo-
l nia. Ang. ſimon. 3. §. 16. Soto lib. 9. iuſt. q. 6. num. 1. [l] Communis. quarta diſtinct. 26. Scot. quæſt. vnic. & diſtinct. 27. quæſt. vnic. Richar. diſtinct. 26. art. 4. q. 1. Palud. q. 1. artic. 2. Capr. quæſt. vnic. ad tertium, ſupplem. q. 1. not. 1. Palud. q. 1. col. 4. Viguer. c. 16. §. 7. verſ. 4. Anton. tertia par. tit. 14. c. 9. §. 1. Ferrar. 4. contra gent. cap. 78. D. Tho. q. 44. 1. cap. ad 2. Adrian. initio de matrimo. Soto. diſtinc. 27. q. 1. 1. Victor. §. 224. in 1 ou. 246. & relect. num. 3. Sylue. matrimon. §. 1. Ledeſ. q. 46. 1. Pius V. & omnes fere Recen. ſic enim ex omni lege, voto, aut cõtractu, naſcitur in facto obligatio. ex 1. Corint. 7. mulier ſubiecta eſt legi. & infra, mulier ſui corporis poteſtatẽ nõ habet, ſed vir. Roman. 7. mulier alligata eſt legi. ſed quia cõſenſus ſunt cauſa effectiua uinculi, poſſet Deus id efficere abſque ſacramento, & conſenſu illorum. At ſi Deus abſque verbis conſecraret euchar. maneret ſacramentũ abſque verborum forma extrinſeca. conuenit tamen, quod ut euchar. connotat eſſentialiter Corpus Chriſti, quod eſt effectus verborũ, & res ſacramẽtumque ſimul: ita matrimonium intrinſece in facto eſſe connotat id uinculum, quod eſt res & ſacramentum ſimul. Bellarm. c. 6. Petrus Sot.
m lect. 3. & 4. ſup. c. 2 §. 4. A. [m] Ita exponit Chryſoſt. in imperfect. Matth. 19. Euthym. Eraſm. & Græci legunt Gen. 2. & Matth. 19. duo in carnem vnam. ſic Tertull. 3. contra Marcio. Cypria. lib. 2. epiſt. 8. At idem ſenſus eſt in vulgata, vt legunt omnes Latini, in carne una. Hierony. D. Thom. Lyran. Auguſt. 19. contra Fauſt. c. 26. & in Gen 2. Ambroſ. Rupert. Hugo. gloſ. Lipom. Gregor. 30. Moral. c. 24. Mich. Medin. lib. 1. de contin. c. 75. in uerbis autem quibus contrahunt, includitur implicite conſenſus in copulam: quia qui vult cauſam, vult effectum in ea contentum. D. Thom. q. 48. 1. Doctor. diſtinct. 28. cum Magiſt. cap. ult. Palud. quæſt. 1. Richard. artic. 2. q. 4. Soto. diſtinct. 30. quæſt. 2. Caiet. to. 1. de matrimon q. 3. Couar. ſecunda par. cap. 3. princip. ſi uero addita conditione excludatur conſenſus in poteſtatem copulæ (vt ſi non poſſit petere, aut ſi ſimul votum emittamus de continentia) non fit matrimonium. D. Thom. art. 1. ad tertium. Syluest. matrimon. 4. §. 6. Hæc implicita incluſio non derogat propoſito perpetuæ uirginitatis, quale habuit B. Virgo. Soto. D. Thom. tertia par. q. 28. 4. & 4. diſtinct. 30. q. 2. (quod omittitur in addit.) Durand. diſtinct. 30. q. 2. Richard. artic. 2. Ledeſ. q. 53. Vvalden. de ſacramen. c. 130. quia B. Virgo. certificata eſt per reuelationem quod Ioſeph numquam eſſet debitum exacturus. Cariſi. 1. c. 11. Bonauen. Richar. 2. diſtin. 30. Maior. quæſt. 4. Syluest matrimon. 7. §. 5. de diffinitione
n matrimon. ſupra cap. 1 §. 1. [n] Maior. diſtinct. 26. q. 1. in princip. & videtur D. Thom. addit. q. 41. 3. ad ſecundum, quod probabile dicit Capreo. diſtinct. 16. fin. & tenet Palud. q. 1. num. 7. q. 4. artic. 2. ad quin-

mentum ſimul, [o] & effectus ſacramẽti, vt eſt character in baptiſmo) nempe quia vir & uxor fiunt una caro: & hinc conſequi relationem unionis: vt ex eo quod Deus & homo per actionem unitiuam ſunt unus Chriſtus, conſequitur relatio vnionis. [p] Alij vinculum putant eſſe ſolam relationem rationis. [q] At reuera eſt relatio, [r] eaque realis: [ſ] ut relatio humanitatis ad verbum ſibi unitum, & ſerui ad Dominum eſt realis. Non oportet ut id vinculum (quod dicitur res & ſacramentum ſimul) ſit ſecundum ſuam entitatem, effectus ſacramenti: nam in infidelibus coniugatis ſi conuerſi baptizentur, & renouent conſenſus, prius vinculum fit res & ſacramentum ſimul. ſic prior attritio, vt per ſequentem abſolutionem eleuatur fit res & ſacramentum in pœnitentia. [t] In hoc & alijs contractibus obligationi unius reſpondet relatiuè in altero extremo moralis poteſtas [u] licita, & ius compellendi & exigendi copulam tamquam debitam, quæ poteſtas interdum impeditur ab uſu per profeſſionem, uotum continentiæ, aut diuortium: ut pupillus lege impeditur ab uſu rerum, quarum eſt dominus. Ex obligatione & iure in alijs contractibus, naſcitur actio, qua in utroque foro actor ad actum & executionem compellit ſic obligatum. Sola poteſtas moralis licitè petẽdi debitum, & utendi corpore fœminæ, non eſſet ſufficiens ad matrimonium, ſi Deus tamquam corporũ dominus ſua diſpenſatione concederet, ad tempus uti corpore fœminæ. [x] Vt brutis concedit ſine matrimon. in quorum quibuſdam cernitur quædam ratio coniugij, ut in ciconijs, turturibus, & elephantibus, quibus natura conſortem dedit, [y] nec certũ concubitus tempus præſcripſit: alijs conſorte carentibus deſignat certũ tempus, extra quod nullus eſt appetitus copulæ. Ad matrimonium viri requiritur, vt in fœmina reſpondeat obligatio conſequens, eaque perpetua quo ad uterque vixerit. ſi conſummato matrimonio uterque mutua conuerſione profiteatur religionem quo ad ambo uiuunt, vinculum antiquum matrimonij manet, & poteſtas remota exigendi: [z] quæ tamen impeditur ab uſu & actione. nam ſi exigat vir profeſſus, excuſatur uxor iure exceptionis, nec licet reddere: quia uir uoto renunciauit iuri ſuo irreuocabiliter. Ob exceptionem vero probati adulterij innocẽs reo petenti non tenetur reddere: [a] ſed nec qui petit peccat, [b] nec quæ reddit.

3 Explicat ea definitio proprium finem effectumq; matrimonij. cauſa efficiens vinculi [c] ſeruato naturali ordine, eſt mutuus conſenſus per liberam uoluntatem, per quam homo ad imaginem Dei factus retinet rerum, & proprij corporis dominium, [d] & illud liberè transfert in alterum: quare liber conſenſus eſt ipſa traditio actiua ſui corporis in alterum. Multa concurrunt in matrimonio. Primo conſenſus mutuus interior & exterior. 2. coniunctio animorum, & uinculum perpetuum mutuæ obligationis. [e] 3. copula, quę eſt corporum coniunctio ordinata ad prolem. primũ eſt neceſſaria cauſa ſecundi. & ratione naturali conſtat ſine contractu & uinculo indiſſolubili non licere copulam, ex qua per ſe ſequitur proles. [f] ſecundum eſt cauſa tertij: & in illa media coniunctione conſiſtit eſſentia matrimonij. Hinc fornicatio ſimplex inter ſolutos probatur certa ratione eſſe intrinſece mala [g] contra ius naturæ, quod utriuſque teſtamenti pagina prohibendo declarat, [h] (in decalogo tamen ſolum adulterium exprimitur prohiberi.) Quamuis enim fingatur caſus rarus, in quo parentes ſoli ſe obligent prouidere commo-

ad quintum. Ferrar. 4. contra gent. c. 78. Viguer. c. 16. §. 9. verſ. 4. & generaliter in alijs ſacramentis quæ non imprimunt characterem, aiunt id quod eſt res & ſacramentum ſimul, eſſe ornatum habitualem & qualitatem. de quo ſupra lib. de ſacramen. cap. 12. §. 3. C. [o] Supra cap. 2. §. 1. [p] 3. par. q. 2. artic. 8. q. 16. artic. 1. ad quartum, artic. 6. ad ſecundum, quod myſterium incarnationis ſignificat matrimon. D. Tho. add. q. 45. 1. ad ſecundum, & ad huiuſmodi relationẽ vinculi, ſicut & ad connexionem uirtutũ, poteſt eſſe motus ex intentione libera Caietan. 1. 2. q. 55. art. ſecundo, ſic ex contractu emptionis eſt uera relatio domini ad ſeruũ: & creatura ut ſerua refertur ad Deum. [q] Ex iſto libero hominũ actu reſultare relationẽ rationis: ait Soto de uinculo hoc, di. 27. q. 1. 1. ad ſecundum Palud diſtin. 26. q. 1. 2 ſin. q 4. art. 3. ad quintum. Scot. quæſt. unica, vt negatur de poteſtate iuriſdictionis, gradu magiſterij, & titulo honorifico Marchionis aut beneficij. [r] Scot. Supple. & Viguer. citati ſup. lit. L Syluest. matrimon. 1. §. 1. D. Thom. add. q. 41. 1. ad ſecundum, & tertium. Richar. diſt. 26 art. 4. quæſt. 1. & alij iuſ. [ſ] Hæc relatio ſeu unio cõſequitur uirum & fœminam, vt ſunt una caro, ſic dum partes continui uniuntur, reſultat ſola relatio quę fundatur in unitate [ſ] Capreo di. 26. quæſt. vnica, ad primum, controu. 3. con. Ferrar infra D. Thom. diſt. 26. quæſt. 2. 3. ad ſecundum, (vt iuriſdictio ordinaria epiſcopi, quæ datur cum ordine, eſt relatio realis. ſupra lib 3 de pœniten. c. 4 §. 5. Maior. quarta diſtinct. 26. q. 1. in princip. & Ferrar. 4. contra gent. cap. 78 [t] Sup. lib. 1. de pœnitent. cap. 17. ad fin lib. de ſacrament. cap. 25. §. 2 cap. 12 §. 3. [u] Palac. lib. 1. de contract. cap. 5. 1. Corin. 7. mulier ſui corporis poteſtatem non habet, &c. [x] Soto diſtinct. 27. quæſt. 1. 1. colum. 3. & quidam Recent. ſacri Couar ſecunda par. cap. 1. princip. num 6. contra Ledeſ. quæſt 43. ſup cap 1. §. 3. 1. [y] Vt referunt qui ſcribunt de natura animalium. [z] D. Thom. addit. q. 61. art. 1. Doctor. diſtinct. 27. Soto. q. 1. Palud. q. 3. Duran. q. 2. & maxime de conſummato intelligitur, erunt duo in carne una. & quod Deus coniunxit. vt exponit Alexan. Papa, cap. ex publico, de conuer. coniug. Rom. 7. & 1. Cor. 7. mulier alligata eſt legi. & nolite fraudare inuicem, niſi ex conſenſu. Nec poteſt coniux ingredi religionem ſine alterius innocentis conſenſu, cap ſi quis, cap. ſi uir, de conuer. coniug. & de ſolo rato, ſolui profeſſione definit Trident. ſeſſ. 24. can. 6 & d. c ex publico. [a] Nauar. cap. 22. num. 23. Soto. diſtinct. 36. artic. 1. Syluest. matrimon. 8. §. 10. verſ. 5. Caiet. tom. 1. tract. 20. ſeu opuſc. 27. qq. 4. Ledeſm. ſecunda par. q. 64. artic. 2. col. 5. [b] Nauar. & alij ſup. quia licet adulter non exigat (id eſt, iure & obligatione non compellat) non tamen tenetur reuelare crimen uxori, quo priuatus eſt iure exigendi: & ratione finis ob prolem & remedium concupiſcentiæ retinet ius petendi, niſi per exceptionẽ elidatur ab innocente crimen ſciente. In ſimili Nauar. cap. 12. nu. 60. contra Supplem. citatum à Syluest. [c] Concil. Floren. D. Thom. quæſt. 45. 2. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de clandeſt. Specul prima par. art. 2. Doctor. diſt. 27 Soto. quæſt. 1. Duran. quæſt. 1. ad primum. Richard. art. 1. q. 2. Ledeſ. q. 47. artic. 2. Taper. art. 18. Victor. releſt. de matrimon. [d] Damaſ. lib. 3. c. 1. & Patres in Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem, aiunt, ex libertate arbitrij habere dominium. [e] Eſſe indiſſolubile uinculum iure naturæ: & tamen ex ratione ſacramenti fit magis inſolubile: & ex conſummatione ſupra capit. 2 § 1. N. D. Thum. q. 67. 1. quare Doctor. ſup. cap. 5. A Matrimonij infidel. negant eſſe ratum, id eſt, omnino inſolubile: quia non eſt ſacramentum, cap. ſi quis iudaice. 28. q. 1. & ſic interpretandus eſt Magiſt. di. 39 c. 6. tum Aug. [f] Ob rationem datam infra lib. ſeq. c. 2. § 2. [g] Quare in extrema neceſſitate licet accipere rẽ alienam, & occidere inuaſorem: nec id eſt, contra quintum aut ſeptimum præceptum, quia eſt medium per ſe ordinatũ in finem conſeruationis, & defenſionis propriæ non tamen licet fornicari aut mentiri: quia non eſt medium per ſe. Syluest. furtum. §. 5. verſ. 4. Angel Medin. C. de reſtit. q. 19. col. vlt. Director. lib. 3. glo. & Panorm Ioan. Andr. cap ſi quis propter, de fur. quia extrema neceſſitas facit res venales eſſe quo ad uſum communes: ſed neceſſitas uxorem non facit communem: & uti non ſua (licet in foro exteriori probetur eſſe ſua) non licet, dum nouit non eſſe ſuam: quia eſt contra finem & bonum prolis. & tamen licet occidere innocentem notum, quando probatur eſſe nocens. D. Thom. 2. 2. q. 67. 2. ſed de fornicatione bene negat licere vnquam etiam in neceſſitate. D. Thom. 2. 2. q. 64. 5. ad quartum. Couar. reg. peccatum. ſecunda par. c. 1. princ num. 6. Ang. Syluest. Med. ſup. contra Cucalun & add. ad Deci. l. quæ propter neceſſitatem. ff. de reg. iur. num. 4. [h] Deuter. 23. non ſit meretrix. Matt. 5. qui vid. mul. cap. 15. de corde exeunt. Apocaly. 2. Act 15. abſtineatis à fornicatione. Ephe. 5. Gal. 5. & 1. Corint 6. & 7. Grat. c. prædicandum. & ſeq. 32. q. 1. aſſerit Patres. cap. meretrices. 32. q 4. ibi glo. 1. cap. qui uiderit. 32. quæſt. 5. Clem. ad noſtrum, de hæret. ibi in ſignis. gloſ. verb. non eſt. D. Thom. 2. 2. q. 154. 2. Caſtro verb.

coitus.

coitus. vbi Medices hær. 1. & in ſum. peccat. Capital. par. 2. tit. 8. q. 2 Director. Inquiſit. ſecunda par. q. 14. hær. 16. inf. lib. ſeq. c. 6. §. 2 O. Errant vero qui negant fornic. prohiberi iure naturæ, vt Martin. q. de temperant. Durand. quarta diſtinct. 33. Bartol. l. in concubinatu. num. 2. ff. de concubin. Beroi. Alexan. de Imo. l. ex facto. ff. ad Trebellia. [i] [k]

h §. 16. verſ. 5. cum Rayn. Panor. [h] Palud. Angel. matrim. 3. imped. 16. §. 3. & 11. D. Thom. art. 1. cap. ex literis de frigid. Panor. c. quod ſedem.

minatione matrimonium non fit
i conſummatum. [i] nec ſpadonis coi-
tus ſine ſeminatione. ſeruit in re-
medium concupiſcentiæ propriæ,
quia qui nihil ſeminat, ea copula
magis irritatur ad libidinem, quam
fatigatione ſatietur. quidam tamen
ſpadones qui cũ ſpatha adulti ſunt
priuati utroque teſticulo, emittunt
humorem ſimilem ſemini, ſed non
prolificum, quos multi Doctores
k olim[k] putabant aptos matrimonio:
ſed noua conſtitutione Sixti Pap.
V. edita anno 1587. declaratur eos
eſſe, ſemperq́ue fuiſſe inhabiles ma
trimonio: etſi fœmina defectũ re-
ſciens ſponte in matrimoniũ cum
illo conſentiret: vt poſtea dicetur,
qui tamen ſalua integritate inſtru-
menti ſed debilis, habet impoten-
tiam coeundi, & tamen ſeminare
poteſt intra vas fœminæ, eſt aptus
l matrimonio: [l] quia ſeruit in reme
dium concupiſcentiæ propriæ, &
fœmina dum ab illo patitur, frica-
turq́ue, ſatiatur, ſuſcepto ſemine:
debet tamen agnito eo uiri defectu
ſponte conſentire renuncians iuri
ſuo (vt de conditione ſeruili, dictũ
m eſt [m]) nam alioquin non videtur va
n lere iuxta Doctores: [n] quia fœmina
vult habere integrum maritum, vt
fiat mater familias.

CAP. XI.

De conſenſu ficto deceptoris, aut dubio.

§. 1. *& 2. Conſenſus fictus quando obliget?*

3 *Deceptor quando non ſit abſoluendus?*

4 *Fœmina decepta quando poſſit nubere alteri?*

5 *Quid ſi quis dubitet de proprio conſenſu: aut ſi hæreticus errat circa matrimonium!*

6 *Quæ verba futuri habeant ſenſum de præſenti, & è contrario?*

SI quis per uerba de præſenti con
traxit doloſè ſine vero conſen-
a ſu, non ualet matrimonium. [a] Vt
enim in alijs ſacramẽtis non poteſt
eccleſia ſupplere defectum conſen
b ſus & intentionis [b] in miniſtro, vel
in adulto ſuſcipiente: ita nec in ma
trimonio, vbi contrahens eſt mini-
c ſter [c] ſimul & ſuſcipiens adultus.
qui promiſit ficte ſponſalia, tunc te
netur contrahere de præſenti, quan
d do ſub ea ſpe uirginem uitiauit: [d] ſi
modo habilis ſit, vt pote non liga-
tus alio matrimonio, nec ſacris ini
tiatus, aut profeſſus, nec habet
aliud iuris impedimentum.

2 Si uirum eſſe multo nobilioris
ſortis genere & diuitiis agnouit fœ
mina, facile aduertere potuit ſe de-
e cipi falſo promiſſo: [e] & tunc ut ui-
tetur ſcandalum & periculum ma-
li exitus, ſatis eſt ſupplere pecunia
f damnum iniuſta fraude illatum, [f]
ut meliori dote habeat æqualem ui
rum: uidetur enim implicitè fieri
contractus, ut ſi pro uiolato pudo-
re ob quẽ minus nobilis facta eſt,
non reddideris perſonam ſuã, com
penſetur pecunia & dote, quæ ſuc
g cedat uice perſonæ. [g] ſimiliter ſi ſtu
prator vult & petit ſibi dari in ſpon
ſam, ſed parentes uirginem uitiatã
tradere nolunt, ſatis eſt damnũ ali-
quanta pecunia oblata compenſare
h (& ita fieri expedit [h]) quàm ſi acce
ptare nolunt, ad nihil amplius te-
netur. Minuſque debet ei, quę ſine
uiri fraude & ui iniuſta, ſponte cõ
ſenſit in copulam, ſola ſpe matrimo
nii: nec per uirũ ſtat quod conditio
matrimonii non impleatur, ſed per
illam quæ ſponte receſſit à contra-
i ctu. [i] Secundo ſi fraudulento homi
ni fœmina ſe uirginem finxit, dece
k ptio deceptione eliditur, [k] nec tene
tur cum illa contrahere: aut cũ fœ
mina quam nunc reſcit fuiſſe mere
l tricem, [l] ſed talem ut multũ timeat
m de illius leuitate: [m] quamuis præceſ
n ſerint uera ſponſalia. [n]

3 Si per uerba de præſenti ſeruata
exteriori ſolennitate Concil. Trid.
decepit fœminam ſibi ferè æqualẽ,
peccat grauiter etiã contra ſacramẽ
o ti reuerentiã: [o] nec aliter deceptio
illa tollitur quã reualidatione cum
uero cõſenſu matrimonii, ad quẽ te-
p net utroq; foro: [p] acquiſitur enim
fœmina ius iuſtitiæ coram eccleſia

ſedem. de frigid. Soto articu. 2. ad ſecundum, & ait oppoſitum eſt opinio intolerabilis. dicitur lib. & ſequen. de impedimen. cap. 8. &
i nunc Sixtus V. decernit [i] Supra cap. 8. § 7. lit. C. [k] Glo. cap. ſi quis.
k 32. q. 7. Supplem. diſtinct. 34. artic. 1. ſin ſentit Maio. q. 1. Palud. diſtinct. 30. q. 1. art. 2. Palac. diſt. 34. q. 1. concl. 3. ad fin. Lyr lib. 3. Reg. cap. 2. quia in toto titu. de frigid. & c. requiſiſti. 33. q. 1. ſolum fit mentio copulæ, non autem ſeminationis, idem quidam Recen. Cano uterque Gallo. Sotomaior. Angel. ſup. § 1. Medin. lib. 5. capit. 74. col. 8. Aſten. lib. 8. tit. 28. colum. 2. Armil. matrim. §. 51. cum Tabien. impedimen. 12 §. 6. & dicit videri D. Tho. q. 58. 1. ad quartũ. & illam glo. ſequitur Cępol. l. Pomponius. §. Spadonẽ. ff. de ædil. edict. Conan. lib. 2. cap. 15. Alciat. l. Spadonẽ. ff. de verb. ſignific. gl. 10 l. ſed eſt quæſitũ. ſed Sixtus V. hanc ſententiã reprobat, vt dicitur
l in textu. [l] Vt de ſenibus. Nauar. cap. 22. nu. 59. fin. cum glo. & conſil. 39 tit. 1. lib. 4. nu. 15. Valle. quæſt. 103. Anton. Gabr. to. 1. communium Specol. 3. par. artic. 38. princip. & conclu 6. Viguer. cap. 16. § 7. verſ. 9. Sarmiento. 1. ſelect. cap 6. no. 5. Soto, Couar. ſecunda par. cap. 8. §. 2. num. 10. 11. com plurimis. Richard. diſtinct. 34. artic. 2. q. 1. ad ſecundum. Palud. q. 2. artic. 1. Ledeſ. q. 60. artic. 1. Syluest. §. 16. verſ. 3. Silua nuptial. lib. 1. fol. 59. & Ledeſ. dicit colligi ex D. Thom. diſtinct 34. ad quartum, ſeu q. 58. 1. corp. ad tertium. Quamuis oppoſitum de decrepitis ſenibus tenet Guid. conſ. 29. nu. 1. vol. 2. Neguzan. de locro dotis gloſ. 3. nu. 7 glo. 2. nu 65. Anton. Gomez. l. 9. Taur. num. 57. quod probabile dicetur lib. ſeq. c. 7 § 3. & pro nobis eſt Scot. diſtinc. 34. dicens. id ſeruare totam eccleſiam, vt bene Mich.
m Medin lib. 5. de ſacror. hom. continen. c. 74 [m] Dictum eſt § 4. [n]
n Vt aiunt Doctor. cit. lit. G. at ſi ſeminare non poteſt, quamuis alter ſciat defectum & conſentiat, non fit matrimonium, ſed poteſt recedere. Nauar. nu. 60. Hoſt. c. conſultationi. de frig. Richar. art. 2.
o q. 2. Soto art. 2. Ledeſ. art. 1. Syluest. matrim. 8. §. 16. ſub fin. [o] Vt dicitur cap. 1. de frigid.

C A P. XI.

a DIuus [a] Tho. q. 45. 4. colligitur ex Concil. Florent. & Trident. ſeſſ. 7. can. 11. requirit uerum conſenſum & intentionem miniſtri, c. tua fraternitas, c. tua nos, de ſponſal. Doct. diſt. 29. Richar. art. 1 q. 3. Soto. q. 1. artic. 4. Ledeſ. q. 47. 4. Supplem. q. 1. Specul. 1.
b par. art. 3. Abulen. Geneſ. 29. q. 11. [b] Sup. c. 4. §. 1. & 8. [c] Sup. c. 2. §.
c 7. lit. V. [d] D. Tho. di. 46. 2. ad 4. Scot. di. 3. q. 1. Palud. di. 35. q. 2. ar.
d 5. di. 27. q. 2. Adria. de matrim. q. 2. ad 2. Sot. Ledeſ. Maior. q. 1. col. 3. Nauar. c. 21. nu. 76. fin. Anton. 3. par. tit. 1. c. 19. Sylu. luxuria. §. 5. Specul. 3. par. artic. 12. fin. art. 19. Cordu. li. 1. q. 13. Sylu. matrim. 4. §. 8. Nauar. c. 16. num. 18. Sot. di. 27. q. 1. 3. ad fi. & li. 4. iuſt. q. 7. 1. Couar. 2. par. c. 2. num. 4. Victor. Gal
e lo, & Recent. [e] D. Tho. Sot. & Recen. Nauar. c. 22. nu. 76. 78. & melius. c. 16. nu. 18. Petr. Soto, lect. 3. Armil. matrim. §. 65. ſponſal.
f § 14. [f] Sot. Couar. ſup. & reg. peccatũ. p. 2. §. 3. nu. 7. Med. C. de reſtit. q. 3. cauſa 11. idem Sot. di. 21. q. 2. art 4. & Re
g cent. Pet. Soto. [g] Id tantum eſt probabile, à quo in praxi poſſet vir doctus recedere, nã non conſtat de cõtractu implicito: ſatiſque videtur ut uir offerat perſonam ſuã quæ iſta in ſe eſt. Nauar. ſentit. c. 16. nu. 16. & ſeq. & clarius. cõſil. 1. tit. 2. de ſponſ.
h lib. 4. nu. 4. [h] Sylu. luxur. §. 5. ad fi. matrim. 2. § 8. Armil. reſtit. § 22. Nauar. c. 16. num. 18. Ang. ſtuprum § 1. Victo. Cordub. caſ. 5. & li.
i 1. q. 13. dob. 2. [i] Minus certũ eſt hoc,
k ſed pbabile. [k] Cordub. Cano. & quidã Recent. ſic ſi vir ſub ſpe matrimonij viduã obtinuit, non videtur cogẽdus vt eam dotat: ſatis eſt aliquid dare pro iniuria & ficta promiſſione. Nauar. c. 16. nu. 18. ſed clare Spec. 3. par. art. 19. concl. 6. Cordu. lib. 5. q. 13. Ledeſ. q. 48. 2. & q. 47. 4. videtur Victor. §. 230. & quidam Recent. colligitur. ex Supplem. diſt. 28. q. 1. 2. concl. 5. Anton. 3. par. tit. 1. c. 19. ad princ. Tabien. matrimon. 2. §. 7. quia ſub diſiunctione dicitur, quod tenetur eam ducere, aut dotare. In pœnam tamen damnabitur à iudice, vt
l ducat ratione promiſſionis. [l] [m] [n] Colligitur ex prædictis aliàs ti-
m meri poteſt malus exitus ex matrimonio qui vero ſolo verbo de-
n cepit nec accreſſit, non eſt ſic coarctandus, Ledeſm. q. 47. 4. Victor. Specul ſignificat D. Thom. quæſt. 44. 7. ad primum, ſed ſi nocuit famæ, reſarciendum eſt ad arbitrium boni uiri pro qualitate per-
o ſonæ, dicetur infra cap. 13. [o] At in alio caſu qui contrahit irritum,
p non peccat ſupra cap. 6. §. 4. G. [p] Soto diſtinct. 27. quæſt. 1. 3. Petrus Soto Palud. quæſt. 2. 5. conclu. 2. 4. & diſtinct. 28. quæſt. 1. 2. conclu. 5. Scot. diſtinct. 30. quæſt. 1. poſt med. Adrian. quæſt. 2. ad ſecundum. Hic & Soto aiunt eſſe omnium Doctor. Maior. diſt. 27. quæſt. 1. Anton. ſecunda par. tit. 5. cap. 6. §. 1. Syluest. luxur. §. 5. Nauar.

& teſtibus, ad cuius executionem coget apud iudicem, & non tantum in pœnam fraudis: nec deceptor iuſto bello ſe defendit a fœmina, cui in foro exteriori iam non licet alteri nubere. q iſte deceptor non eſſet abſoluendus, r donec ſi habilis adhuc eſt, re ipſa matrimonium vero conſenſu ratificet: niſi legitimè excuſetur ab obligatione matrimonij propter aliquam ex ſupradictis cauſis. tunc vero, admonita fœmina, recedat in longinquum, vbi ſine ſcandalo & periculo liceat cum alia contrahere: ſ proli vero ſi nata eſt ex præſumpto matrimonio nullum intulit damnum, quia ob alterius coniugis bonam fidem cenſetur legitima. t facilius indulgeri poteſt deceptori, ſi verba dedit de futuro quam ſi de præſenti: cum ſic facilius vitentur ſcandala, damna, & pericula. Qui tamē ficto animo profeſſus eſt, non tenetur, ſecluſo ſcandalo, ratificare conſenſum, u & inuitus manere in rigido ſtatu, qui ſibi multo videbitur parum vtilis ad perfectionem & ſalutem animæ.

4 Olim contracto ſemel clam & ficte matrimonio licuit credere viro cum iuramento affirmanti ſe verum conſenſum non præſtitiſſe: x atque ita in raro caſu monita vxore potuit ſecluſo ſcandalo, tranſire ad alterum matrimonium, aut profeſſionem religionis. ſed vix licet poſt promulgatum decretum Concilii Trident. dum coram parocho & teſtibus contraxit: nec vxor deceptori credere debet in ſecundo dicto, ſed poteſt eſſe moraliter certa de primo, quod vere contraxerit, ſicut & eccleſia pro tali matrimonio præſumit: niſi forte vir prius fecerit proteſtationem coram viris fide dignis: y vel aliis coniecturis probet defuiſſe cōſenſum. Si tamē fœmina matrimonium probare non poteſt, vt olim de clandeſtino (quia parochus teſteſq; obierunt, & liber parochiæ non cōparet habetque graues rationes credendi ſe deceptam a viro) poſſet tuta conſcientia ſe liberā a matrimonio reputare: & in longinquo loco nubere alteri. z

5 Quæ dubitans de proprio conſenſu an fuerit legitimus (vt quia tunc dubitabat de morte prioris mariti) præſtitit tamen conſenſum ſimpliciter quantum ex ſe eſt, ſi poſtea ſciat virum eo tempore fuiſſe mortuum, valet matrimonium: a quia illud dubium non ſuſtulit cōſenſum contractui ſufficientem. At ſi æquali dubio neſcit, an dedit verum conſenſum (vt olim poſt ſponſalia an acceſſerit affectu coniugali b) liberum ſe exiſtimare poteſt in conſcientia ab onere matrimonij, c ſicut & ab onere dubij voti à quare ſi contraxit cum alia, ſtandum eſt ſecundo matrimonio. d ſimiliter valet dum abſolute contrahit hæreticus, e qui falſo putat matrimonium non eſſe ſacramentum, nec indiſſolubilem contractum: f quamuis enim errore priuato ignoret eſſentiā matrimonij, præſtat tamē neceſſaria cōtractui. g Quamdiu durat æquale dubiū de matrimonij validitate, nō licet reddere debitum coniugi exigenti, h niſi cauſa ſubſit, ut id dubium practice deponat, i & probabilius reputet matrimonium valere, ut dicetur cap. 15. §. 13.

6 Oportet verba eſſe talia, ut explicent conſenſum abſolutum de præſenti: k quæ non ſunt accipienda ſecundum cadentiam grammaticalem temporum: ſatis enim eſt ſi verbo de futuro addatur particula quæ deſignet conſenſum verum de præſenti, vt ex nunc habebo te in vxorem: l vel volo ab hoc tempore te eſſe aut tenere in cōiugem. Quod ſi dubius ſit verborum ſenſus, vt volo te mihi eſſe vxorem, conſulenda eſt intentio proferentis: m quæ adhuc ſi incerta appareat, vir prudens aut iudex arbitrabitur, n ita tamen vt potius declinet in fauorem matrimonij aut puellæ: o niſi forte periculum maleſitius timeat. Si dicat promitto etiam cum iuramento quod habebo te in meam, quamuis verbum ſit de præſenti, obligaturque ratione ſponſalium & iuramenti, non tamen his verbis perficitur matrimonium. p

Nauar. cap. 22. num. 76. contra Ledeſm. quæſtio. 47. quarto, & quoſdam recent. q Hæc eſt ratio Scoti. r Nauar. cap. 22. numero 76. quidam Recent. ſ Vt quando uir erat multo altioris dignitatis, & dedit ſuæ deceptionis indicia, ita excipit D. Thom. quæſt. 46. ſecundo, ad quartum. Soto. Nauar. num. 76. Syluest. luxur. § quinto, ad fin. t u Dicetur capit. 10. u Nauar. capit. ſtatui mus. numero 71. & ſequent. x D. Tho. quæſtio. quadrageſimaquinta. artic. quarto ad tertium. Soto diſtinctio. 27. quæſtio. prima, artic. tertio; ponit tres regulas cognoſcendi, an conſenſus fuerit uerus: ſed plenas ſcrupulo. Maior. diſtinct. 28. quæſtione prima, contr. ſecundam concl. quando uir eſt nobilior facilius præſumitur illudere, quam ſi fœmina ſit nobilior. ſed mitius & bene loquitur Syluest. matrimon. quarto, §. nono. Angel. matrimon. ſecundo, §. 16. Adrian. de matrim. quæſtio ſecunda, ad ſecundum. Nauar. cap. 22. numero 77. quod ſumpſit à Syluestr. Cordub. libro primo, quæſtio. 11. ad fin. y Couar. ſecunda parte cap. ſecundo, numero tertio, cap. tertio, §. quinto, numero tertio, & duodecimo. Simanc. de cathol. inſtitu. tit. 55. de poteſtat. cum Geri & Caſtro. 1 de hæret. puni. c. 11. Syl. matrimon. 4. num. 11. quando metu contraxit. At ſecluſo metu & aliis coniecturis ea proteſtatio facta contraria non admittitur. Simanc. num. 6. & 12. cum aliis Nauar. c. 21. num. 78. Anto. Gabriel. tom. 1. lib. 14. verb. proteſtat. z Sic olim conſulebant Doct. quati. ſi uero fœmina ante Trident. nupſerat uni clandeſtine, & poſtea nubit alteri in facie eccleſiæ, nec poteſt miſera fugere: curet intrare religionem, & ita ſoluetur matrimonium ratum: & moneat uirum de ueritate. D. Thom. artic. quarto, ad tertiū. Richard. diſt. 28. Alber. fin. ſi uero id contingit uiro, & compellitur ſtare cum ſecunda aiunt, quòd cohabitet ſine periculo, & ſubueniat fœminæ, & ita obediat in his quibus poteſt. De fœmina quæ fugere & contranitī non poteſt. Soto diſtinct. 28. quæſt. 1. 2. ad tertium. refert Magiſt. & alios dicentes, non peccare dum patitur oppreſſa, ut de Beatæ Luciæ uerbis colligit. D. Thomas. ſecunda ſecundæ, quæſt. 64. 5. ad 3. uide Cordub. lib. 11. ad fin. ſed difficile eſt remedium. a Couar. b Per quod olim fiebat matrim. Diuus Thomas quæſtio. quadrageſimaſexta, 2. ſupra capitulo ſecundo. c Syluestr. matrimon. ſecundo, §. decimoquinto, fauet D. Thomas quodlib. 15. Nauar. conſil. 25. libro quarto, tit. primo, de ſponſa. idque ante concil. Trident. d Couar. prima part. capit. quarto, § primo, numero nono. e Certum eſt matrimonium Chriſtiani cum hæretica ualere. commun. Theolog. d. 39. vbi D. Thom. 2. Soto. art. 2. Richard. in fin. ad fin. Cathuſ. quæſt. vnic. Bonauent. artic. primo, quæſtio prima, Tarant. Paludan. quæſtio. vnic. artic. primo, fin. Guilel. in Specu. tit. de diuor. Viguer. cap. 16. Syluestr. matrimonio. 8. § 10. verſic. primo, dicit commun. D. Thom. quæſtio. 59. primo, ad quintū. Armi. §. 136. Card. Præpoſ. & alij. cap. fin. de condit. appoſit. Ledeſm. quæſt. decimaſexta, ſecundo, fin. Couar. ſecunda parte, capit. ſexto, §. undecimo, num. quarto. Spec. prima parte, artic. 32. Bellar. de matrim. capit. 23. Ant. in tertia parte, tit. primo, capit. ſexto. Caieta. verb. matrimon § ſexto. Angel. matrimon. tertio. imped. 10. §. 8. dicit communem Theolog. Tabie. imped. octauo, §. primo, & quinto. Nauar. cap. 22 numero 49. & conſ. 18. tit. ſeptimo, de hæretic. lib. quinto, contra Simanc. de cathol. inſtitut. capit. 40. nu. 17. citantem concilia. (quę tamē ſolum prohibent & nō irritant) vt Agathen. c. 27. cap. non oportet. 28. q. 1. Balſam. ſuper 6. Synod. can. 72. vt Couarr. bene explicat. f D. Tho. q. 51. 2. ad 2. g Soto diſt. 30. q. 1. 8 Cuius rationem aſſignat Soto. d. 31. q. vni. ar. 2. col. 6. quia uinculū obligationis non uidetur de eſſentia matrimonij, ſed eſt paſſio & effectus naturaliter conſequens: vt obligatio ſequitur uotum & legem. At idem Soto fatetur, quod ſi Deus ad tempus cōcederet licitum uſum ſęminę, non eſſet matrimonium, ut dictum eſt ca. octauo, §. ſecundo P. Quare ratio eſt, quia error priuatę perſonę non tollit generalem intentionē, qua validare aut recipere ſacramentum. ſup. lib. de ſacramentis. c. 29. h i lib. de bapti. c. 24. 29. h i D. Th. q 45. 4. ad 2. Sot. d. 27. q. 1. 3. Couar. 2. p. c. 7. § 2. nu. 7. Naua. c. 22. nu. 54. k dicetur lib. ſeq. de impedim. c. 6. §. 7. l D. Tho quæſtio 45. art. 3. uid q. 47. 5. Soto. diſt. 27. q. 1. Cou 2. p c. 4 §. 1. l D. Thom. quæſt. 45 Cou. Soto. m n o Recentior. p D. Thom. quæſt. 46. 1. Soto. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 3. Ledeſm. quæſt 48. 1. Couar. 1. part. cap 4 princ. num. 3. Spec. 4. p. a 16. dub. 8. Doct. d. 28. Syl. metus. §. 8. Nau. c. 22. nu. 51.

CAP.

C A P. XII.

Conſenſus de præſenti requiritur abſolutus, ſine conditione ſuſpendente.

§. 1. & 2. De quatuor modificationibus, & quatuor conditionibus.
3 Contractus cur impleta conditione cenſentur perfecti & puri? non ita matrimonium.
4 De conditione neceſſaria, cur non ſuſpendat contractum?
5 Impoſſibilis cur habetur pro nõ adiecta? & §. 8.
6 Idem de conditione turpi pro foro exteriori. Quid conditio de præterito aut præſenti faciat?

IN contractibus humanis apponi ſolet quadruplex modificatio, [a] ſeu notamen. Primo demonſtratio qualitatis, vt duco te, quæ es libera, virgo, aut domina talis rei. Secundus modus qui explicatur per particulam, vt vel quando, duco te nobilem vt honoratior fiam, vel vt talem rem facias. Tertio cauſa, duco te quia es diues, vel quia feciſti talem rem. Hæc non ſuſpendunt contractum vel matrimonium, niſi ex intentione tranſeant in vim conditionis. Quarto conditio in propoſito non ſumitur pro ſtatu & qualitate perſonæ, ſed proprie pro modificatione addita contractui, [b] & eſt ſuſpenſio alicuius diſpoſitionis quouſque aliquid contingens fiat in futuro: [c] denotatur per coniunctionem ſi, niſi, aut æquiualentem. conditio autem de præſenti aut præterito cum iam ſit impleta, non ſuſpendit contractum.

2 Conditio eſt quadruplex, [d] [e] prima contingens, ſecunda neceſſaria vel generalis, quæ ex natura rei ineſt contractui: & quam impertinens eſt exprimere aut ſilere, vt ſi Deus voluerit, ſi vixerimus, ſi es habilis. tertia impoſſibilis, aut quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonij. quarta turpis de futuro. Porro ad matrimonium ratum non ſatis eſt exprimere conſenſum per verba de pręſenti, ſi addatur cõditio de futuro, [e] quę conſenſum ſuſpendit: ſed nec ſufficiunt ad ſpõſalia ſimpliciter quę inducunt impedimentum honeſtatis, [f] antequã iurer habiles conditio re ipſa compleatur.

3 Quidam contractus humani ſub conditione initi, vt emptio & venditio perficiuntur, purificanturque impleta conditione, [g] ſupplente Republica per legem ad dominiorum tranſlationem (ſicut ſupplere poteſt id quod deeſt abſoluto conſenſui: in matrimonio tamen dum perficitur, oportet adeſſe conſenſum omnino de pręſenti, ſine vlla conditione: [h] nec olim & multo minus nunc poſt Concil. Trident. perficitur matrimonium in ratione contractus, niſi impleta conditione conſenſum verbo aut ſigno [i] renouet qui conditionem appoſuit: [k] (vt olim præcedentibus verbis ſub conditione, explicabatur conſenſus legitimus per copulam affectu coniugali vtriuſque. [l]) Conſenſus enim primus, vt ante impletam conditionẽ non erat ſufficiens (cum reuocari poſſet ſi cum alia cõtraheret) ita nec illa impleta: [m] cum prior conſenſus maneat ſecundum ſubſtantiam immutatus, nec in pręſenti ſufficienti ſigno exprimatur. & multo minus ſatis eſt ad ſacramentum, [n] quod oportet vt in pręſenti ſit ſenſibile ſignum gratię quã inſtrumentaliter confert. [o] Requiriturque per Concil. Trident. adeſſe parochum cum teſtibus dum vterque per ſe aut per ſpecialem procuratorem pręſtat abſolutum conſenſum, vt ſupra [p] explicatum eſt. Dum vir mittit procuratorem nulla additur conditio ſuſpenſiua, ſed ex nunc conſentit & acceptat, [q] ſi modo adſit conditio generalis quę neceſſario ineſt, nempe ſi fœmina ſimul conſentiat.

4 Conditio neceſſaria, vt duco te ſi cras ſol orietur, habetur pro non adiecta, [r] & ſtatim tenet matrimonium: quia effectus iam ita neceſſario continetur in virtute cauſę determinatę, vt naturaliter impoſsibile ſit propoſitionem non eſſe determinate ueram: & ita apud eccleſiã pręſumitur conſenſus abſolutus. [s] In foro tamen conſcientię ſi expreſſa intentione uoluit ſuſpendi actũ vſque ad ſolis ortum (pręſertim ſi ex ignorantia neceſſariam conditionem putauit eſſe contingentem) nõ fit ſtatim matrimonium: [t] intelligitur enim ſi & quando ſol orietur cras: atque ita ſi de facto interim cõtrahat cum alia, valet in conſcientia ſecundum: quamuis in foro exteriori pręſumatur in fauorem primi, quia verba pręſe ferunt conſenſum abſolutum. Quando conditio eſt neceſſaria per accidẽs (ut ſi Deus nouit pluuiam cras futuram, ſi Antichriſtus certo naſcetur) nõ ſit matrimonium, ſed ſponſalia: [u] effectus enim futurus non continetur determinate in cauſa proxima tamquam uirtualiter pręſens, neq; propoſitio de futuro contingenti quę continetur aut infertur ex illa Deus ſciuit, &c. eſt in ſeipſa determinate uera. [x]

5 Conditionem impoſſibilem, de qua B. Thom. & Bonauen. nullam mentionem faciunt, [y] quod noluerint opponere ſe torrenti Doct. explicantium ad literam ut ſonat, ideo Pontifex declarat haberi pro non adiecta, quia nocere non debet matrimon. cuius cauſa eſt fauorabilis, & ex ſola ratione conditionis non magis pręſumitur

CAP. XII.

a Doctor. [a] cum Magiſt. d. 29. D. Th. q. 47. 5. Palud. q. 2. 5. Soto. q. 2. ar. 1. Ledeſ. q. 59. 5. Adrian de matr. q. 3. Mai. d. 27. q. 4. Dur. d. 28. q. 2. Victor. §. 237. & relec. de matrim. Spe. 1. p. ar. 19. Syl. matrim. 3. Couar. 2. p. ca. 3. princ. & §. 1. 2. & 3. Nau. c. 22. nu. 62. ſi. In decretal. tit. de condi. appoſ. b [b] Syl. ver. condit. vbi ſum c miſt. [c] De his quæ proprie exercent officium conditionis futuræ, Greg 9. c. ſi. de conditio. appoſ. vt bene aiunt Sot. Palud. concl. 1. Syl. matrimo. 3. §. 1. fin. d Cou. §. 1. n. 9. [d] D. Thom. Soto. & alij e ſup. [e] D. Tho. art. 1. Soto & dicetur po f ſtea. [f] Doctor. ſup. g A. [g] De ſola venditione. Victor. ſupra. Pine. 2. p. rub. C. de reſcinden. vend c. 1. h nu. 15. 20. [h] Soto q. 2. 1. Ledeſ. q. 45. 1. Vict. 1. p. relect. nu. 9. Maio. Adria. Syl. §. 9. tandem Cou. c. 3. princip. nu. 1. & 8. fin. Recent. omnes Theolog. fauet Nau c. 22. nu. 67. ad i fin. [i] Ar Rich. ar. 2. q. 1. Maior. d. 26. q. 1. ad 3. Ledeſ q. 47. 1. Archid. Rainer. Anto. 3. p. tit. 1. c. 7. Syl. matri. 8. §. 11. verſ. 4. Nau. nu. 11. & citatus ſup. c. 10. §. 6. C. ſignificant, ſi q. ficte aut coacte protulit cõſenſum præſumptum in facie eccleſiæ, ſatis eſſe ſi poſtea ſequat conſenſus interior. ſed explicandi ſunt vt repetatur cũ aliquo exteriori ſigno. nec oportet iterũ adeſſe parochũ & teſtes ſi prius aſ k fuerant. [k] Satis eſt vt hic repetat D. Th. q. 47. 4. ad 2. q a non præceſſit impedimentũ, vt conſenſus alterius eſſet ir l ritus. [l] D. Th. q. 46. 2. ſup. cap. 3. §. 7. lit. m Y. [m] Doc. cit. lit H. contra multos Canoniſt. vt Panorm. Innoc. Henric. c. ſuper eo. de condi. appoſ. Naua. c. 22. nu. 61. ſi. & conſil. 1. lib. 4. tit. 5. de condit. nu. 5. & in fin. ait q ſi Cou. eius diſcip. hæc vidiſſet, retractaſſet. Et facit Couaru. c. 3. ſi. nu. 2. ſi. & nu. 3. (quamuis poſtea retractat) & ex Theolog. ſignificat D. Thom. ar. 5. arg. ſed contra. Palud. q. 2. fin. concl. 8. n ad 4. [n] o [o] Vt probatum eſt de ſacram. c. 2. D. Tho. 3. p. q. 60. art 4. quod aduertere debuiſſent Canoniſtę, & Theo p lo. citati. l. [p] q [q] Sup. c. 2. §. 2. r [r] ſ [s] D. Th. Bonauent. Durand. Palud. q. 2. ar. 5. Soto. q. 2. ar. 1. Syluest. §. 2. & ita eſſe in foro exteriori fatentur Naua. num. 66. t Couar §. 2. n. 10. [t] Nauar. Couar. nu. 51. cum glo ca. per tuas quam ſequuntur Ioan. Andreas. Anton Rainer. Bernard. Gofred Ang. Supplem. idque eſſe iuſtius dicit Roſel. citans Monal. & Rodor. Henri. dict. c. ſin. de cond. Adr. q. 16. Victor. ver. §. 237. quamuis dict. gl. c. per tuas, iuſſit olim deleri, & in editione Greg. decimi tertii. additur in margi. eam gl cõmuniter reprobari vt aduertũt Syl. Soto, Cou. Non tamẽ reprobatur in hoc, quod ſequuntur hi u autores. [u] x [x] Sic vocant quidam Theolog. & Nominal. vt propoſitio de futuro contingenti (præſertim quæ pendet à creatura libera) non dicitur determinate vera, cum Ariſtot. primo periherm. capit. nono. quia vt res non habet eſſe determinatum in cauſa proxima, ita nec propoſitio habet determinatam veritatem: Et ab eo quod res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa. & tamen reſpectu diuinæ prouidentiæ omne bonum futurum eſt ab æterno prædeterminatum in prima cauſa: malum vero eſt præſci y tum. [y] Gregor. nonus. cap ſin. de conditio. appoſ. qui rexit

irritum matrimonium, quam ex dicto teſtis infamis, & repulſam paſsi, quod non probat nec improbat contractum. [z] Quod ſi aliunde conſtet eos habuiſſe veros conſenſus, ioco autem & ocioſe addidiſſe conditionem, vel ſi iudex in foro exteriori ſit dubius, nec ſatis conſtet intentio de vero conſenſu, præſumat etiã in dubiis in fauorem matrimonii: [a] vt in eodem foro exteriori communiter debet præſumere pro matrimonio, quando additur conditio impoſſibilis nota: [b] quæ reiicietur perinde ac ſi nõ eſſet adiecta: idq́ue multo magis cõtra dolum apponentis eam conditionem. Item ſi quis eam conditionem reputauit poſſibilem, eamque adiecit implendam ab altero contrahente, iudicatur pro matrimonio: [c] neque eſt conditionis euẽtus expectandus: quia nemo obligatur, vt impleat id quod ſibi eſt impoſsibile phyſice vel moraliter: vt ſi ignoret patrem obiiſſe. & contrahat ſi pater conſenſerit, valet: [d] quia intelligitur niſi ſtet per patris diſſenſum. At non valet nec præſumetur ſi aliunde conſtet defuiſſe intentionem abſolutam: vt quia eo animo appoſuit ſerio eam conditionem impoſſibilem aut turpem de futuro, vel etiam de præterito [e] aut præſenti, vt re ipſa declaret non conſentire in matrim. [f] De conditione ſi Papa diſpenſauerit: inf. lib. ſeq. cap. 10. §. 4.

6 Conditio turpis æquatur impoſſibili, id enim poſſe dicimus, quod iure & licite poſſumus. Quare turpis conditio de futuro quæ non eſt contra ſubſtantiam aut bona matrimonii, & quæ additur tãquam implenda ab altero contrahẽte, habenda eſt pro nõ adiecta, quãdo aliunde conſtat affuiſſe legitimos conſenſus de præſenti: [g] & iudex in dubio pro matrimonio præſumet [h] conditionem fuiſſe additam ioco & ocioſe. aut ſecundo præſumet eos putaſſe honeſtam: [i] & quia nemo obligatur ad turpe, vt nec ad impoſſibile, intelligitur ſi & quantum ex parte tua licuerit, impleueris hanc conditionem; atque ita nil nocet fauorabili cauſæ matrimonii in foro exteriori. Communiter tamen in foro conſcientiæ ſuſpendit contractum quouſq; impleatur. [k] ſi additur legato aut clauſulæ maioratus hæc conditio, (donationem facio tibi ſi non nubas niſi ex conſenſu patris aut alterius deſignati [l]) cenſetur turpis, quia impedit libertatem matrimonii: [m] ſi dicat, niſi audito conſilio. [n] quod ſi conditio habeat dubium ſenſum, interpretanda eſt in ſenſu potius honeſto, quando conſulta intentio adhuc apparet dubia: vt contraho ſi permiſeris coitum, [o] nempe affectu maritali poſt legitimum matrimonium: ſi te uirginẽ inueniam, [p] nempe per matronas quæ honeſte explorent: ſi addat, ſi ſtatim te inuenero virginem, intelligitur, ſi non differas per duos mẽſes, [q] vt iure differre licet conſummationem. ſi vero iudex deprehendat intentionem dictæ conditionis fuiſſe turpem, præſumet in foro exteriori pro matrimonio, reiecta cõditione. [r] De his qui ſub mutua conditione continentiæ contrahũt, dicetur lib. 2. cap. 2 §. 10.

7 Si dicat non ducam aliam præter te, [s] hæc propoſitio exponitur eo ſenſu, vt fiant ſponſalia. ſi dicat non aliam niſi te, quidam aiunt præſumi ſponſalia in foro exteriori, [t] aliis dubius videtur ſenſus: [u] ſed ante planus eſt ſenſus negatiuus, nẽpe ſi quã ſim ducturus, non erit alia quã tu. [x] Secũdo ſi cõditio etiam ab vno tantum addita & in mente retenta, [y] ſi contra ſubſtantiam aut bona matrimonii, irritat illud in foro conſcientiæ: [z] ſi id exprimatur ab uno, vitiatur cõtractus etiam in foro exteriori: [a] videtur tamen retinere vim ſponſalium. [b] Tertio conditio de præterito aut præſenti non cenſetur tur-

xit eccleſiam poſt Innocent. & Honorium tertium, anno 1226. & ex contextu patet non condere ius nouum, ſed declarare. mirum eſt quod Ledeſm. dicat quod D. Thom. & Bonauent. ideo mentionem non fecerunt de hac conditione impoſſibili, quia forte fuerunt ante dict. Gregor. nonum, cum tamen Diuus Thomas obierit ann. 1274. [z] Hic eſt legitimus ſenſus d. c. fin. vt bene Soto d. 29. q. 2. art. 2. d. 41. artic. 2. Victor. §. 237 Ledeſm. q. 45. t. & tandem Couar. c. 3. §. 2. nu. 5. cum Adria. dub. 6. & 7. Stepha. in ſacramentali q. 49. addit Adrian. dub. 7. nõ loqui Põtif. quando conditio agnoſcitur eſſe impoſſibilis, vt valeat matrimonium pro foro conſcientiæ, ſed vt præſumatur in foro exteriori. [a] [b] Quidam vt Palud. q. 2. art. 5. Duran. q. 2. putant per d. c. final. induci præceptum, vt quãdo iudex reiecta prædicta cõditione impoſſibili, per ſententiam præcipit contrahere, teneantur obedire. at ſane plus eſt quã præceptũ: cum ſit deciſio Põtif. quæ compellit iudicem præſumere fuiſſe matrimonium. Adrian. dub. 7. Soto tandẽ diſt. 41. art. 2. Couar. §. 2. num. 9. vide nu. 1. Innocent. Ioan. Andr. Præpoſi. ca. 1. de condit. appoſ. Richard. d. 29 ar. 2. q. 2. Ledeſm. q. 41. 1. ad 6. dub. Syluef. matrim. 3. § 4 verſ. 2. cum Ioan. Andr. & §. 8. Nauar. num. 64. cum Roſel. matrimon. 5. § 8. Specul. prima parte, ar. 19 cum quibus trãſit Durand. quæſt. 2. quamuis in 3. d. 39. q. 4. reliquerat hoc diſcutiendum peritioribus. [c] [d] In hunc ſenſum interpretandi ſunt Canoniſtæ cit. lit. M nam Gregor. IX. dict. c. fin. recte intelligitur de vera (quam poſſibilem putat) conditione, quæ ſuſpendit intentionem contrahentis vſque ad futurum euentum, nec enim cõdit ius nouum, nec addit iudici nouum præceptum, vt præſumat in foro exteriori: ſed facit deciſionem declaratoriam contractus, iuxta naturam illius: vt aiunt Adrian Stephan. Soto vtroque loco. Victor. §. 261. Ledeſm. Couar §. 2. nu. 5. Quare inferunt, dicens ſi pater conſenſerit: qui nouerat patrem obiiſſe (ac ſubinde impoſſibile, vt præſtet nouum conſenſum) in neutro foro iudicabitur pro matrimonio, quia non intendit contrahere. Quidam tamen in vtroque caſu aiunt contrarium, vt Nauar. nu. 64. Syluest. matrim. 3. §. 8. Roſel. ſup. Paludan. Specul. & facit Couar. §. 2. num. 3. ſi nouerat patrem obiiſſe, aiunt ualere: quia habetur pro non adiecta. ſi autẽ id ignorat, aiunt ſtatim non valere, quia conditio impleri non poteſt, & æquiualet huic de præterito aut præſenti, ſi pater viuit & cõſentit: vt ſi dicat, ſi tu es uirgo. At reuera ea intẽtio eſt inigurante, ex nunc contraho abſolute, niſi ſteterit per patris diſplicentiam. [e] Vt illa, ſi pater conſenſerit, in caſu prædicto: æquiuale-t uni de præterito, ut explicatum eſt. [f] Ita temperandi ſunt Nauar. Syluestr. Roſel. Specul. Paludan. Couar. quando aliunde conſtat defuiſſe conſenſum. quod etiam fatetur Soto. Ledeſm. Couar. & alij. [g] [h] Soto. Ledeſ. vt iudex in dubio ita præſumere teneatur. At Coua. [i] § 2. nu. 4. & 6. cum Palud. Adria. dub. 7. Medin. de reſtit. ſeu contract. q. 23. negãt ita præſumẽdum eſſe in foro exteriori. [k] Quia hic priuatus cõtractus, ſicut lex priuata voti quam homo ſibi imponit, pendet in foro cõſcientiæ ex intentione contrahentis: quæ conſulenda eſt. [l] [m] Dictum eſt c. 6. § 6. lit. R. cum Molina. lib. ſecundo, de primogen. capit. 13. num. 37. Mieres de Maiorat. prima parte, quæſtio. 50. Menoch. conſil. 69. volum. primo, vid. Rimmal. conſil. 68. [n] Iidem Doctor. vt citatum eſt ſup. [o] Nauar. numero 65. cum Syluest. matrimon. tertio, §. 7. & §. ſecundo, num. 13. tum Vincen. Soto. quæſtio. ſecunda, articulo tertio. Specu. articulo. 19. [p] Aretin. conſil. 68. [p] Nauar. Couar. nu. duodecimo. Aretio. [q] Specul. prima parte, art. 19. [r] At in conſcientia ſtandum eſt intentioni. Paluda. quæſtio. ſecunda, artic. quinto, concl. quarta. Adrian. dub. 6. Soto. quæſtio. ſecunda, artic. tertio. verſ. dub. Specul. Nauar. Couarru. numero duodecimo, cum Anton. Cardin. Præpoſit. Quare ſi habita copula reperit virginem, fiunt ſtatim ſponſalia pura: quia per copulam receſſit à conditione: & ante concil. Trident. præſumebatur matrimon. de præſenti. [s] Soto diſtinct. vigeſimaoctaua, quæſtio. ſecunda, articulo primo, vt patet per exponentes. [t] Sylueſtr. matrimon. ſecundo, §. decimo, & communis Canoniſt. pro foro exteriori. [u] Soto. [x] Paludan. diſtinctio. 27. quæſtio. prima, 1. numero vigeſimoſeptimo, fin. Adrian. dub. duodecimo. Couarru. capit. tertio, § primo, numero ſexto, ſio. Specul. prima parte, articulo 17 fin. Angel. ſponſal. § 40. Nau. conſil. 48. titul. primo libro quarto, nec vllo foro ſunt ſponſalia. [y] Aretio. Adr. quodlib. nono. Couar. §. primo, numero vndecimo. [z] Gregor. IX. dict. capitul. ſio. de conditio. D. Thom. quæſtio. quadrageſimaſeptima, quinto. Soto quæſtio. ſecunda, tertio. Ledeſm. Couar. capitulo tertio, § primo, numero primo. Nauar. numero 62. Sylueſtr. matrimon. quarto, §. ſexto, Adrian. dub. nono. Richard. d. 28. artic. 2. quæſtio. 2. cuius exempla paſſim ponuntur à Doct. [a] [b] Cou. §. 1, num. 16. ſed ait (lubrice tamen) contra Adr.

d fieri ſponſalia. [c d] Doct. ſup. [e] Ita tantum intendit D. Thom. q. 47. 5. quia æquiualet propoſitioni de futuro: nempe ſi poſt bienium ſoluatur matrimonium. [f g] Sup §. 5.

C A P. XIII.

[a] QVare Aſten lib. 8. tit. 1. & Couarru. cœpit ſcribere prius de ſponſ. Diuus Tho. quæſt. 43. ar. 1. ad vltim. ſponſalia ſunt quid ſacramentale. Sic in Gallia cōmuniter fiunt ante matrimoniū. [b] Vt catechiſmus p̄mittitur ante baptiſmum, & attritio communiter præcedit in actibus pœnitentiæ ante contritionem. [c] Couar. capit. 1. num. 1. [d e] Couar. cap. 1. num. 4. & dictum eſt ſup. cap. primo. [f g] Couar cap. primo numero primo. cum Iſidor. etymol. D. Thom. quæſt. 43. 1. ad 6. Soto. diſt. 27. quæſt. 1. ar. 1. [h] D. Thom. quæſtio. 43. 1. Soto. Doct cum Magiſt. diſt. 27 Palac. Couar. capit. 1. num. primo. Specu. prima part. art. 16. Angles flor. Theolog. d. 27. Ledeſm. quæſt. 45. 1. Bartol. Ledeſm. diffic. 8. Theſaurus ſacerdotalis. 1. p. fol 118. Petrus Gregor. ſyntagm. lib. 8. cap. 2. quæ definitio colligitur ex cap. noſtrates. 30. quæſt. 5. gl. ſum. 27. quæſt. 2. & in capit. 1. de ſponſal. in 6. vbi Docto. & l. 1. ff. de ſponſal. leg. prima, titu. 1. p. quarta. [i] Dictum eſt ſup. c. 5 § 8. T. [k] Sup. capit. 8. §. 2. [l] Explicatur triplex ſenſus illius, ducam te. [m] Quamuis nuda promiſſio pertinet ad fidem, id eſt, fidelitatem: ſponſalia tamen quæ includunt mutuū cōtractum omni iure cōprobatum, pertinet ad iuſtitiam. [n] Caie. cum D. Tho. 2. 2. q. 81. 4. [o] At p̄miſſio facta Deo, id eſt, votū in re graui obligat ſub mortal. quia eſt ſolutio pro beneficijs. D. Th. 2. 2. q. 88. art. 3. vbi Caiet. Soto. lib. 7. iuſtit. q. 1. art. 3. [p] Caie. ſup. & q. 113. ar. 1. dub. 4. & verb. perfidia. vbi Armil. [q] Habetur 27. q. 2. per mul ta c. D. Tho. q. 43. 1. ad 2. Soto. ar. 1. Ledeſ. Anton. 3. p. tit. 1. c. 18. §. fin. Sylueſt. ſponſal. §. 4. Couar. 1. p. c. 4. nu. 2. cum alijs Victor. & omnes Recent. Quamuis dubitat Panor & negat Grat. ca. at hoc §. ſed aliud. vbi gloſ. 27. q. 2. Cinus cum glo. per l. 1. C. de ſponſal.

pis aut contra ſubſtātiam matrimonij, [c] quia non obligat aut inuitat in futurum ad aliquid illicitum cōtra fidem aut prolem: ac ſubinde ſi vera eſt conditio, valet ſtatim matrimonium, ſi falſa, non valet, [d] qui addit ſi modo per biennium contrahimus, [e] videtur quidem conditio de præſenti, ſed vitiat quia reuera includit ſenſum de futuro.

8 Ex dictis ſaluatur intentio Pontificis in cap. fin. de conditio. appoſ. pro foro etiam exteriori, vt in dubiis iudex ferat ſententiam pro matrimonio, [f] reiecta conditione impoſſibili aut turpi: niſi ex modo proferendi conditionem, aut aliunde conſtet contractui defuiſſe verum conſenſum abſolutum, [g] ſine quo matrimonium perfici non poteſt.

C A P. XIII.

De ſponſalium nomine, & re, &c.

§. 1. *Nomen & definitio ſponſalium.*
2 *Cur obligant ſub mortal. & §. 4. quā do eccleſia compellat.*
3 *Prima ſponſalia preferri alis etiā iuratis.*
5 *De varia forma ſponſalium.*
6 *Pro impubere quomodo contrahat pater? De confirmatione & effectu ſponſalium.*
7 *De impedimentis ſponſal.*
8 *De varus ritibus ſponſalium & nuptiarum.*
9. & 10. *De ætate pro ſponſalibus, & matrimonio. & §. 13.*
11. & 12. *Quando malitia ſuppleat ætatem?*

ORdine temporis ſponſalia communiter præcedunt matrimonium, [a] tanquam quædam illius diſpoſitio: [b] ordine tamen doctrinæ illud ſequuntur, cum ordinentur in matrimonium. vox hæc conuenit etiam muneribus ſponſalitiis [c] ſeu arrhis: interdum matrimonium de præſenti dicitur ſponſalia, [d] vt ſponſa dicitur ante copulam & nuptialem benedictionem, vxor vero dicitur poſt copulam aut conceptam prolem: [e] ſed propriè ſponſalia dicuntur à ſponſione, [f] quia olim per ſtipulationem vir & fœmina ſpondebant ſibi futuras nuptias. [g] Definiuntur [h] ſponſalia, eſſe futurarum nuptiarum promiſſio. vbi explicatur materia, quæ

ſunt perſonæ habiles nuptiis & matrimonio: quamuis pauciora ſint impedimenta pro ſponſalibus quæ facile ſolui poſſunt: vt minor ætas, & alienus parentum conſenſus ſatis eſt, nec metus grauis aut clam fieri irritat ſponſalia. [i] Dicitur promiſſio pro forma: quia ſponſalia non dicuntur ipſum vinculum & obligatio conſequens (vt dicitur in matrimonio [k]) ſed contractus ſi modo explicetur promiſſoriis uerbis, literis, vel aliis ſignis: vt ducam te, [l] non quidem vt ſignificat prænunciationem futuri euentus, aut propoſitum voluntatis, ſed promiſsionem quæ cum ſit actus intellectus, elicitur à virtute iuſtitiæ, [m] vt votum & oratio ſit intellectu, ſed elicitur à virtute religionis. [n]

2 In aliis rebus ſimplex & nuda promiſſio facta homini [o] abſque teſtibus & ſcriptura obligat leuiter [p] ex virtute veracitatis & fidelitatis: ſponſalia vero quamuis abſque teſtibus fiant, obligant ſub mortali [q] ſicut & iuſtitia in re graui: eſt enim promiſſio mutua [r] in re graui, quæ ideo in iure interdum dicitur repromiſſio. [ſ] Interdum ſine formali promiſſione fiūt per conſenſum verbaque de præſenti, dum vterque vel alter eſt impubes, quia fauorabili interpretatione iuris [t] æquiualent promiſſioni de futuro. qui promiſſionem ſponſæ acceptat, cenſetur virtualiter repromittere: [u] intendit enim vt vtrinq; fiat æqua obligatio. ſicut fit in matrimonio, quod claudicare non poteſt. ſi tamen acceptet & expreſſe excludat repromiſſionem, non ſunt ſponſalia, [x] ſed tunc nec ſub mortal. obligaret, ſecluſo ſcandalo, aut alio obligatione concurrēte. Promiſſio ficta abſque intentione ſe obligandi, [y] tunc ſub mortali obligat, quando aliàs ſequetur ſcandalum vel damnum, & iniuria tertii: quia nec lex [z] aut votum obligat quando qui illius factor eſt declarat nolle obligare.

3 Si quis poſt prima ſponſalia deſponſet ſibi alteram etiam cum iuramento, tenetur priori, [a] ſicut præfertur creditor cui generali hypotheca facta eſt prior obligatio realis. [b] ſi cum ſecunda habuit copulam, olim præferebatur ſecunda, [c] quia ius præſumit acceſſum fuiſſe affectu maritali. [d] nunc autem

nam iuſtitia in re graui obligat ſub mortal. D. Thom. 2. 2. q. 59. 4. [r ſ] Couar. c. 1. num. 1. add. & ſic apud omnes intelligitur definitio ſponſal. Soto. Ledeſ. Nauar. c. 22. nu. 25. [t] c. 1. de deſponſa. impub. 6. Ledeſ. Vict. §. 235. aiunt quod propter hoc Palud. d. 27. q. 1. nu. 4. videtur reijcere communem definitionem ſponſal. At reuera non reiicit: quia etiam inter impub. ſaluatur promiſſio interpretatiua. nec Paluda. dicit ſufficere propoſitū, vt prædicti ei imponunt: ſed non requirit ſtipulationē, qua rem aliquam (vt olim aquā & ignē) pro fideiuſſore & teſte adhibear. [u] Richard. d. 29. q. 1. ar. 3. [x] Ac ſubinde hæc promiſſio non inducit impedimentum honeſtatis. [y] Sup. ca. 11. §. 2. D. Tho. quæſt. 45. 4. vbi Recent. [z] Nau. ca. 13. nu. 49. 62. cum Caiet. & D. Th. 2. 2. q. 186. 9. ad 2. Caſtro. 1. leg. pœnal. c. 5. documen. 4. ita de ſpōſal. & promiſ. Sylu. pactum. nu. 4. Ang. § 4. per l. obligatio nem. C. de act. quia homo pōt ſe obligare ad ſolā pœnā, vt quædam. ll. conuentionales. idem de voto quod ſine intentione ſe obligandi non obligat, D. Thom. 4. d. 38. q. 1. 1. ad med. Syl. metus num. 8. verſ. 8. cum gloſ in ca. 3. de voto. & multi Recent. contra Caiet. 2. 2. q. 88. 1. & Sot. lib. 7. iuſtit. q. 1. art. 5. falſo autē addit Syl. iuram. 4. nu. 7. & 19. cum Panor. & Io. Andr. & quibuſdam Theol. 3. d. 39. quod iuramētum abſque intentione ſe obligandi non obligat. cuius oppoſitum. Caie. & Recen. 2. 2. q. 89. 7. Soto. lib. 8. quæſt. 1. artic. ſeptimo, quia ex intentione iurandi naſcitur obligatio in reuerentiam diuini nominis. [a] Couar. prima part. capitulo quarto numero 3. D. Thom. add. quæſtio. 46. 2. Soto. diſt. 27. quæſtio. ſecunda, art. 4. Ledeſm. q. 48. 2. & communis contra Imo. qui ſenſum Innocent. detorquet. [b] Nauar. c. 17. nu. 51. [c] Couar. §. 1. nu. 10. 17. Maior. d. 27. quæſtio. quinta, plane Syluestr. matrimon. ſecundo, §. vndecimo, ſponſal. §. decimo, verſic. tertio. Ioan. Andr. Præpoſ. Anton. tertia parte, titulo primo, capit. decimooctauo. [d] Potius enim præſumit ius, hunc violaſſe fidem primæ ſponſæ,

quod

poſt Concil. Tridẽ. ceſſat præſumptio; quare vtroque foro præferenda eſt prior ſponſa. [e] niſi forte iudex propter iniuriam ſecundæ virgini deceptæ illatam damnaret, ut ſecundam cõſtupratam à ſe potius ducat. [f] Si poſt ſponſalia iurata contraxit cum altera matrimoniũ etiam contra interdictum iudicis valet: [g] & videtur prior obligatio extincta, ut mortua uxore non teneatur illam ducere: [h] iuramentum enim hoc tantum additum eſt in confirmationem prioris obligationis, [i] atque ita ceſſat extincta obligatione ſponſalium. poſt ſponſalia iurata, niſi virginem violaſſet [k] (ſicut & poſt matrimonium ratum quod eſt maius uinculum) licitum eſt tranſire ſtatim ad religionem: [l] impletio enim iuramenti illius quod licuit in melius commutare, [m] huic videtur ocioſa, & fœminæ damnoſa (niſi concurrat vrgens cauſa, puta vt per tale matrimonium ceſſet dedecus uirginis, aut proles ab illo ſuſcepta legitimetur) & videtur impletio ſibi periculoſa, quia habens votum religionis exponeret ſe periculo in matrimonio permanendi, aut illud conſummandi: ſic qui poſt ſponſalia iurata fit paralyticus, non tenetur implere iuramentum. [n] ſi quis tamen iurauit intra certum tempus implere ſponſalia ob piam cauſam, ſed differat prætexens ſe abſque uoto velle fieri religioſum, compellendus eſt inſtante termino implere iuramentum: [o] ſicut qui ſpe adipiſcendi epiſcopatum differt implere votum religionis quam promiſit ingredi intra certum tempus, compellitur prius ingredi, [p] ut impleat plures obligationes ad quas Epiſcopus ex profeſſo factus tenebitur.

4 Non eſt contra matrimonii libertatẽ quod eccleſia homines iure compellat poſt ſponſalia præſertim iurata, aut ſi interceſſit iniuria fœminæ quę ob illam compenſandã habet quoddam ius in virum iſtũ, aut ſponſum. ſed prius eccleſia ſuauiter monet. [q] deinde niſi vir probet iuſtã excuſationis cauſam, paulatim præcepto & pœnis excommunicationis & carceris compellit: [r] interdicitque ne cum alia contrahat, monens parochum ipſius ne illum coniungat. [ſ] in quo tamẽ expendere debet iudex omnia ex rerum & perſonarum qualitate, ne ſit periculum mali euentus, [t] ſi cogat virum nobilem ducere vilem fœminam, [u] cui verba dedit iniurius eſt qui deſponſatam alteri cognouit, & accuſari poteſt à ſponſo ad punitionem. [x] quod ſi illa ẽt per vim violata tentet ſponſum, per iudicem compellere, habet ſponſus iuſtam exceptionem qua iure illam repellat: [y] ea tamen circunſtantia nõ facit adulterium formaliter, nec mutat ſpeciem moris, [z] nec ſponſa fidem non ſeruans punitur: quia nondum tenebatur ſeruire ſponſo, aut eidem reddere debitũ, nec alijs præceptis ſtatus coniugalis. nec appellatione mariti uenit ſponſus pręſertim in odioſis, ut puniat ſpõſam. ſic nomine ſponſi intelligitur ſponſus de futuro, niſi ex contextu & intentione aliud colligatur, uel ſingularis ratio & æquitas id ſuadeat: ut in l. ſi uxor, [a] §. diuus. ff. ad l. Iul. de adulter. unde ſi deſponſatam uni pater alteri tradat in uxorem,

3 *Quando dicatur conſummatũ matrimonium?*
4. & 5. *De bono fidei: & quando teneatur reddere debitum?*
6. & 7. *Interdum poteſt, ſed non tenetur reddere, & 9. 10. an amentis?*
8. & 9. *De coniuge habente votum continentiæ, aut non petendi debitum.*
11. & 12. *Excuſat ſuperueniens cognatio: aut quod maritus maneat infidelis.*
13. & 14. *Et dubium de viribus matrimonij: aut de ſ... maritus.*

a STatus matrimonij à Deo inſtitutus honeſtatur bonis tribus[a] quæ inſunt matrimonio: præcipuũ inter Chriſtianos eſt bonum ſacra-
b menti, de quo poſtea.[b] Secundum bonum fidei ſeu fidelitatis, quod pertinet ad primarium & poſitiuũ actum, vt exigenti reddat ex iuſtitia debitũ: & hinc ſequitur maior obligatio priuatiua, ne reddat alteri: quod adulterium magis eſt con-
c tra fidem coniugi debitam.[c] 3. bonum prolis, quæ naturali & licita via habetur per actum cõiugalem,
d [d] qui tantum pertinet ad acciden-
e talem perfectionem matrimonij.[e] In obiectu enim conſenſus matrimonialis includitur implicitè ordo
f ad copulam,[f] ad quam obligatur ſi exigatur. Hic tamen ordo in Beatiſſima Virgine (quæ ex reuelatione Dei cum Ioſeph ſimiliter Vir-
g gine[g] contraxit uerum matrimo-
h nium de præſenti,[h]) nihil derogauit propoſito votoq́ue conditiona-
i li[i] perpetuæ uirginitatis, quod ipſa
k emiſerat.[k]

2 Hæc bona dicuntur excuſare non ab extrinſeco ex parte operan-
l ti,[l] quaſi ſtatus aut actus matrimonij de ſe malus eſſet, aut ſolitariè
m ſumptus malum ſonet:[m] ſed quia ex parte obiecti difficultas, & oneta matrimonij magis honeſtantur
n his bonis,[n] actus vero propter detrimentum quo communiter obſcuratur rationis uſus in uehemen-
o ti delectatione[o] excuſatur nõ qui-
p dem bono ſacramenti,[p] ſed fidei & prolis: quia id damnum talibus bonis compenſatur, cum ſit medium à natura per ſe inſtitutũ in tale bo-
q num ſpeciei conſeruandæ.[q]

3 Matrimonium non dicitur cõſummatum, niſi uir intra naturale
r vas fœminæ immutat ſemen,[r] quãuis nec fœmina ſimul ſeminet: licebitq́ue accedere ad uxorem frigidam etiã ſi illa omnino nequeat ſeminare: nec eſt mortale ſi uir tactibus irruet uenerem præſciens ſe ob hoc præmature intra uas fœminæ ſeminaturum longo tempore
ſ antequam fœmina ſeminet:[ſ] concurſus enim ſeminum, vel etiam ſemen fœminæ ſecundum peritos medicos non requiritur ad prolis
t generationem,[t] cũ ſufficiant men-

a BOna[a] declarata ſont ab Auguſt. 9. 10 Gene. cap. 7. Ambro. 1. Cor. 7. Hiero. cõtra Iouin. numerat bona & tribulationes. Aug. numerat tria, quem ſequitur Concil. Floren. catechiſ. Pij V. Doct. cum Mag. diſt. 31. cap. 1. D. Thom. q. 49. artic. 2. Soto. q. 2. articu. ſecundo, Caſt. nupt. hære. 1. Ledeſ. q. 51. Celſus lib. 28. cap. 19. Gregor. l. 3. titu. 2. p. 4. Perez. l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. p. 21. vt labor oitutis honeſtatur bono intrinſeco: ſic triplex iactura matrimonij honeſtatur triplici
b bono.[b] Infra §. 3 e
c Adulterium eſt graue crimen. vid. D. Thom. 2. 2. q. 154.
d artic. 8.[d] Sed B. Virgo facta eſt mater cum prole quã concepit de Spiritu ſancto, prima iactura eſt perpetua ſeruitus (1. Corin. 7. alligatus es uxori) quæ reparatur bono ſacramenti. 2. abſorbetur rationis uſus Auguſt. 14. ciuit. c. 26. ſed compenſatur honeſta prole. 3. ſolicitudo placendi coniugi, & alendæ familiæ. Ambr. 1. Corint. 7. tribulationem carnis habebunt: & diuiſa
c eſt. ſed excuſatur ſine mutua.[e] Supra
f cap. 8 § 8.[f] Diuus Thom. quæſt. 48. 1. Doct. diſt. 28. com Mag. cap. olt. Palud. q. 1. Richard. artic. 2. quæſt. 4. Soto diſtinct. 30. q. 2. Caiet. opuſc. de ma-
g trimon. q. 3. Couar. ſecunda par. cap. 3.[g] Hierony. lib. de virginit. B. Mariæ contra Eluid. Augu. c. B. Virgo. 27. q. 2 D. Thom. & communis cum Magiſt. 2. diſtinct. 30. Gerſon. Alphab. 59. Cathar. lib. 5. contra Caiet. Abulen. 10 Matt. 1. q. 50. At quidam Patres videntur aſſerere Ioſeph. ex priori uxore habuiſſe filios qui Matth. 12. & Mar. 6. dicuntur fratres Chriſti (vt Niceph. lib. 2. hiſtor. cap. 3. cum Hypol. Euſeb. lib. 2. hiſtor. cap. 1. Hilar. can. 1. in Matt. Epiph. tom. 2. hære. cap. 51. & 78. Ambro. de inſtit. Virg. c. 6) At horum ſententiam, rectè reprubat Hierony. ſup. & in Matt. 13. cum Ege-
h ſip. Cano lib. 11. de loc. cap. 5. ad ſecundum.[h] Bellarmi. de matrim. cap. 5. Ioan. Arbor. lib. 11. Theoſoph. c. 11. Taper. artic. 18. p. 415. Sixt. lib. 6. biblio. cap. 3. Abulen Matt. 1. q. 32. Eſpencæ. lib. 6. c. 4. Richar. artic. 2. Scot diſtinct. 31. quæſt. unica, Doct. diſtin. 30. vbi D. Thom. q. 2. quod omiſit m addit. Duran. q. 2. Soto. q. 2. Ledeſ. q. 53. 1. (vid. Richar. diſt. 26. art. 4. q. 2.) D. Thom. 3. par. q. 28. art. 2. Vvalden. tom. 2. de ſacramen. c. 130. Augu. 1. de nupt. & concup. c. 11. lib. 2. de conſen. euang. c. 1. Ambro. de inſtit. virg. c. 5. Hug. lib. 2. p. 11. c. 5. & tandem Caniſ. lib. 1. Marial. c. 11. vbi tamen putat, multos ex Patribus negaſſe fuiſſe matrimonium ſed ſponſalia, vt de Abdia in vit. Bartholom. Apoſt. Epiph. hære. 78. Cyril. catech. 12. Hieronym. in Matt. 1. accepit puerum & matrem eius. vbi Theoph. & Euthy. & propter hos præmiſit Caniſi. c. 5. An inter Mariam & Ioſeph fuerit matrimon. eſt ex tertio genere quæſtionum arbitrario. de quo nihil certum ſtatuit eccleſia. ſed c. 11. melius explicat cor loqui more vulgi, dum matrimo. uocant ſponſalia: nec reputari à vulgo perfectum ante copulam. Tandem ratum eſſe ſacramen. fatentur Michael. Med. lib. 5. continen. cap. 66. Cathar. lib. 5. cõtra Caiet. de matrimon. cap. 2. Couar. ſecunda par ſponſal. cap. primo, in princip. num. 3. & 4. Matienzo. lib. 5. recop. glo. 1. num. 17. 18. per l. 4 & 5. tit. 1. par. 4. ſupra cap. 2. § 1. Q. Dum vero quidam Patres negant B. Virgin. fuiſſe coniugem aut uxorem. loquuntur ſtrictè, pro matrimonio conſummato. Diuus Thom. 4. diſtin 29.
i Abul & Sixt. ſup.[i] Petr. de Tarant. & Sot. quæſt. 2. artic. 1. fin. & latius artic. 2. ad primum, dicit illud B. Virg. ante matrimo. non tam erat uotum quam propoſitum & deſiderium nouendi ex parte ſua: quæ dubia de uoluntate Dei commiſit Deo futuram ſiri con ſilij determinationem. Bed. lib. 10. in Luc. cap. 9. propoſuit corde ſeruare virginitatem. ſic loquitur Aug. 4 contra Fauſt. cap 8. de nup. & concup cap. 11 de ſanct. virgin. capit 4 At certum eſt conſiſſe uotum: vt ex illo Luc. 1. quoniam uirum nõ cognoſco, colligit plane Aug. ſupra & Beda & apud Abdiam lib. 8. hiſtor. Barthol Apoſtolus & multi Patres, quos citat Caniſ. li. ſecundo, Marial. c. 11. colum. 1. cap. 16 & ex profeſſo. capit. 14. Bernard. hom. 3. & 4. in miſſus eſt. D. Thom. 3. par quæſt 28. artic. quarto, Doctor. di. 30. & multi putant etiam ante matrimonium uotũ fuiſſe abſolutũ, vt Sco. & ita loquuntur quidam Patres apud Caniſi & cap. ſufficiat. 27. quæſt. 2. Franciſ. à Chriſto, lib. 6. de Incarnat. quæſt. 2. ſed re uera fuit conditionatum. Auguſt. infra Magiſt. diſt. 30. cap. 2. Richar. artic. 2. q. 2. Albert. propendent Duran. Bonauent. Carthuſ. q. 2. fin. Hug. tom. 3. libel. de virginit. Mariæ.
k fol. 50. B Brigitta lib. 1. reuelat. cap. 10 D Thom. 3. par q. 28. 4.[k] Nec derogauit matrimonium uoto B Virgin. quia ipſa numquam habuit actum petendi debitum, nec actuale propoſitum reddendi ociosus enim eſſet actus, cum certificaretur ex relatione ipſius Ioſeph ſimul uirginis, vt dicit Bonauen. aut potius ex inſtinctu Spiritus ſancti, quod numquam eſſet debitum exacturus D. Thom.
l Soto. Retent. Caniſi. lib 1. Marial. cap. 11.[l][m] Quod tamen innuit
m catechiſ. Pij V. coniunctio corporum, quæ extra matrimonium eſſet damnanda, eſt in matrimonio coniuncta cum honeſtate. ſic homicidium ſolitario ſonat malum. D. Thom. quodlib. 9. articu. 15. Caiet. 1. 2. q. 39. 1. ita copula, qua abſorbetur rationis uſus. idem
n Duran. diſtinct. 31. q 1.[n] Doct. à princ. cit. D. Thom. quæſt. 49. 1.
o [o] D. Thom q. 49. 4. Auguſt. 14. ciuit. c. 16[p] D. Thom. artic. 5. c. ad
p primum, eſſet enim uenialc accedere ob bonum ſacramenti tan-
q tum.[q] Sic ſomnus licet, quia eſt medium ordinatum in conſeruationem indiuidui: & tamen ebrietas eſt illicita. D. Thom. 2. 2. q.
e 150. 2 quia inordinatè priuat rationis uſu.[r] Vſque ad C. dictum
f eſt cap. 8 §. 7.[ſ] Conſulti Doct. Compluten. & fauet Nauar. cap.
c 22. num. 41.[t] Sic B. Virgo eſt uera mater, quæ tamen non niſi paſſiue miniſtrauit materiam. D. Thom. 3. par. q. 32. quarto, & dicetur lib. de decal. in 3. præcep & eam ſententiam Medicorum probat Ariſtot. 1. de generat. c. 2. lib. 2. c. 4. colligitur cap. iuuenis. 2. de ſponſal. Soto. diſtinct. 41. artic. 2. Specul. prima par. articu 47 ſed

requi-

ſtrua ſanguinis miniſtrare materiã, nec ad conſummatum requiritur ut uir aperiat clauſtra pudoris, [u] ſi modo fœmina ab illo recepit ſemẽ, attrahente matrice ut ſolet naturaliter attrahere: experimento enim comprobatum eſt fœminam ſeruata integritate concepiſſe. [x] Sed abſque uiri prędicta ſemiuatione intra uas ſuſcepta, non ſit conſummatum, [y] quamuis eunucbus rigente virga uirgiuem corrumpat. [a] ſed potens ſeminare qui uerum cõtraxit matrimonium, ſi uirginem corrumpat abſque ſeminatione, non poteſt religiunem intrare, in pręiudicium uiolatę uxoris: per banc enim ſpou tam eam corruptionẽ amittitur uirginitas irreparabiliter. [a] Quod ſi hic uiduam duxit, & abſque ſeminatione copulam habuit, cenſetur utroque foro bigamus: [b] nec enim ad eam pœnam aut irregularitatẽ aliter probatur conſummatio matrimonii, quam per ueram copulam, qui tamen immedicabiliter ſeminare non poteſt, quamuis membris integer ſit, ut matrimonium non contrabit, [c] ita nec per eam copulam conſummat, quamuis uirginem defloret, nec coutrahitur affinitas per illam. [d] copula uero quę matrimonium ratum pręcedit etiã poſt ſponſalia, non facit couſummatum, [e] niſi eo caſu quo pręſumptum matrimonium perficitur per eam copulam affectu maritali. [f] Per matrimouium ratum non liberatur filius à patria poteſtate, etiam iure regni, niſi ſecuta coniugali cohabitatione poſt nuptiarum ſolennitatem, [g] quãuis non conſummẽt. Bonum ſacramenti non ſolum intelligitur uera ratio ſacramẽti, quę in Chriſtianis cauſat effectum gratię: ſed dicitur generalius etiam in coutractu ante legem Chriſti, quatenus uinculum indiſſolubile [h] ſignificat ſacrã unionẽ verbi diuini cũ eccleſia, aut cum carne quã aſſumpſit: & quia nunc matrimoniũ iuter infideles eſt initiatiuè ſacramentum in potentia, quod reſultabit ſi conuertãtur & poſt baptiſmũ renouent conſenſus iuter ſeſe. [l]

4 Ex contractu indiſſolubili bonum fidei non ſolum facit licitum uſum uxoris, & actum petendi debitum à coniuge: ſed etiam obligat vt exigenti reddatur debitum (in quo uir & uxor ad paria iudicantur [k]) niſi ſubſit cauſa idonea quæ excuſet: & ſtrictius obligat ne cũ altero adulteretur. Hic actus & affirmatiua obligatio requirit debitas circunſtantias finis, loci, & temporis: numquam uero licet re ipſa curare de induſtria vt impediatur præcipuus matrimonii finis, qui eſt prolis generatio, [l] puta effuudendo ſemen extra uas, vel ſpõte recedendo ab actus perfectione ante ſeminationem. Item peccat mortal. ſi ex ipſo modo congreſſus ſequitur aborſus [m] aut periculum illius: qua ratione amenti, vel furioſo uiro debet uxor negare, vbi eſſet tale periculũ. ſecus quando id periculum non prouenit ex modo inordinato, ſed quia fœmina eſt delicatæ complexionis & infirmæ. [n] Licitus eſt actus primo ob finem proximum reddendi debitum. [o] Secundo licet petere gratia uitandi periculum fornicationis in altero couiuge. [p] Tertio ob uitandum tamen id periculum in ſeipſo in remedium propriæ concupiſcentiæ interuenit communiter ſecundum Patrum ſententiam [q] uenialis inordinatio, cũ ieiunia, oratio, & flagellatio ſui ſint remedia per ſe ordinata ad carnis macerationẽ cõtra cõcupiſcẽtiã. ſi quis tamẽ finẽ prolis nõ excludat, & ob hũc finẽ tẽperate accedat, excuſari uideẽ ab omni culpa: [r] cũ hic actus poſito naturæ lapſu & fragilitate inſtituius ſit ab auctore naturæ ſimul in concupiſcentię remedium, ſi aliud non ſubeſt commode. At fornicari [ſ] aut manibus ſe polluere, etiam propter grauem morbum uitandum, vel mortis periculum, vel pro obtinendo pane in extrema neceſſitate, non licet, [t] quia ſemper fit iniuria proli: nec uxor in neceſſitate fit communis, cum tamen bona tunc neceſſaria fiant communia quo ad uſum, & ea rapere liceat domino inuito. [u]

5 Si quis ad coniugem accedat propter ſalutem corporis, alleuiationem naturę, aut morbi alicuius expulſionem, quãdo deficientibus aliis remediis id iuxta medicos eſſet valde opportunum, excuſari poteſt, à peccato etiam veniali: [x] ſicut

requirit ſemen fœminæ, & concurrere actiuè, probat doctor de San Iuan. lib. examen, de ingenios, c. 15. fol. 307. cum Galen. lib. 2. de ſemine, cap. 6. Archid cap. extra ordinaria, 35. q. 3. [u] D. Thom. quodlib 6. artic. 18. Anton. Sot. diſtinct. 27. q. 1. artic. 4. Palud. q. 4. & matricem attrahere cum Augu. quod etiam dicit Anton. 3. par. tit. 1. c. 11. Cordu. caſu 8 [x] D. Thom. ſupra quodlib. ſexto, artic. 18. [y] [z] Supra Q contra Michael. Medin. lib. 5. de continent cap. 76. 79. & citat pro ſe Panuim. Armil. matrimoniũ. §. 51. Tabie. impedimen. 12. § 6. & putat eſſe D. Thom. addit. q. 58. 1. ad quartũ. colligitur ex c. uerum de conuer. coniug. quia illa videtur copula carnalis licet imperfecta, Recen. Cano, Soto maior, contra quoſdam Recent. & Sotum. diſtinct. 27. q. 1. 4. Syluest. matrimon. 8. §. 15. verſ. 2. ipſa etiam quę vim paſſa eſt, prohibetur intrare religionem, ſupra cap. 8 §. 7. [a] Recent. & videtur communis contra Caietan. 2. 2. q. 152. 1. [b] Ang. ver. bigam. Tabien. §. 3. Armil. § 2. Palud. diſtinct. 27. quæſt. 4. [c] Infra lib. de impedimen. capit. 8. & ſupra cap. 10 §. 7. [d] Fatetur Armil. matrimon. § 26. Soto. 41. quęſt. unica, artic. 2. colum. 3. Palud. [e] Couar. prima par. c. 4. §. 1. num. 15. 16. cum Socyn. Ioan. de Nauiza, Paulus. Ioan. de Bochoco contra Hipol. d. eſt, c. 8. §. 7. [f] d. eſt, cap. 5. [g] Couar. ſecunda par. c. 7. §. 1. fin. [h] Doct. à princip. cit. Auguſt. de nupt. & concup. c. 11. etiam in matrimonio B. Virg. quod fuit ante legem Chriſti dicit ineſſe ſacramentũ & catechiſ Pij V. [i] Supra cap. 1. § 1. fi. [k] D. Thom. quæſt. 62. 4. quæſt. 64. 3. Soto diſtinctio. 32. quæſt unica, artic. a princip. [l] Omnes Theolog. [m] Angel. debitum. §. 33. cum Palud. Armil. matrimon. §. 68. Frat. Medin. lib. primo, inſtruct. cap. 16. §. 13. Et Sixt. V. anno 88. edidit proprium motum de aborſu. [n] Nauar. cap. 22. num. 60 fin. cum Caiet. 22. quæſt. 154. artic. primo, ad quartum, colum. 5. caſu 2. fauet Soto diſtinct. 31. artic. 4. ad fin. quandiu eſt ſpes ſeminandi, licet præter intentionem extra fundat. vid. Sotum, diſtin. 34. quæſt. 1. 2. ſic dum eſt dubium de impotentia, iubet eccleſia inculpate probare triennio. nec peccat qui conatur petere, aut reddere debitum, cap. laudabilem, cap. ex literis, de frig. authen. de nuptijs. §. diſtrahuntur. collat. 4. [o] D. Thom. addit. quæſt. 49. 5. [p] D. Thom. artic. 5. ad ſecundum. Sot. artic. 4. Ledeſm. & Theolog. Auguſt de bon. coniug. capit. 7. & 10. Bed. in 1. Corint. 7. Auguſt. epiſt. 199. ad Ediciam. [q] Auguſt. & Bed. ſupra D. Thom. art. quinto, ad ſecundum, citat D. Gregor. Magiſt. diſtinct. 31. Bonauent. articu. ſecundo, quæſt. ſecunda, Richar. Albert. art. 21. c. uir cum propria. 33. quæſtio. 4. ſed Soto falſo citat Maior. & Syluest. At Palud. diſtinct. 31. quæſt. 2. art. 2. & Capreo. quæſt. vnica, Duran. q. vlt. & quidam Recent. excuſant à peccato, quando non habet facile aliud medium efficax quo uitet periculum ſornicationis in ſeipſo. [r] Fatetur tamẽ Soto diſtinc. 31. artic. quarto, Palud. & Capreo. Duran. q. 4. Scot. diſtinct. 26. fin. Sylue. debitum. § 6. qui falſo pro ſe citat Diuum Tho. Caiet. verb. matrimonij uſus, & opuſcul. de uſu matrimonij & in 2. 2. q. 88. 2. dub. 5. ad fin. Nauar. cap. 16. nu. 32. Altiſ. lib. quarto, tract. de matrimon. capit. quarto, quæſt. ſecunda, Hugo in id eccleſiaſtes. 3. tempus amplexandi. Maior. & Supplemen. diſtin. 31. Almain. diſtinctio. 26. Martinus de Magiſtris in materia de temperantia, videtur Alex. tertia par. quæſt. 9. Victor. §. 253. Ledeſm. quæſtio. 51. artic quinto, Vvalden. tom. ſecundo, de ſacramen. capit. 130. Ekius tom. 4. de ſacramen. hom. 70. Michael Medi. lib. quinto, de continentia. capit. 77. & lib. tertio, capit. 13. Spec. tertia par. artic. 16. concl. prima, quia velle uitare fornicationem eſt bonus finis, & velle actum coniugalem eſt bonum honeſtum. nec eſt præuerſio ordinare unum in alterum: vt qui Deum diligit propter retributionem etiam temporalem, nec tamen excludit finem principalem, diligendi illum propter ſeipſum. [ſ] [t] Supra capit. 8. §. 3. Diuus Thomas, quæſtio. 64. 7. ad quartum. Couarru. regul. peccatum. ſecunda par. § 1. fin. Palac. rubr. de donatio. §. 78. num. 9. Padilla. l. tranſigere. num. 73. C. de tranſactio. Medin. C. de reſtitut. quæſt. 19. colum. ult. Syluest. furtum. §. 5. verſic. 4. [u] Datur bona ratio Doctor. ſup. [x] Syluest. Albert. Maior. & multi Recent. Cano. Gallo, quia ea præuerſio ordinis compenſatur bono fine, quando morbus eſſet grauis, nec

aliter

Conſtantinus [y] Imperator & alij quidam baptiſmum non excluſo proprio fine, ſuſceperũt ſimul propter lepræ & morbi ſanitatem: ſed communiter ſine neceſſitate petere ob hunc tantum finem eſt veniale. [z] Secundo, petere propter ſolam delectationem eſt illicitum venialiter: [a] quia à natura hic actus non ordinatur ob delectationem: ſed delectatio vt condimentum cibi ordinatur propter operationem honeſtam: ſicut & veniale eſt matrimonium contrahere ob voluptatem, pulchritudinem, opes & nobilitatem fœminæ. [b] ſi accedat ad ſuam non tanquam ad vxorem, ſed quia fœmina eſt, dicitur ardentior vxoris amator, [c] quaſi paratus eſſet accedere, quamuis aliena eſſet: quæ tamen intentio præſumenda non eſt niſi, ex conſuetudine, vel priori conſenſu colligatur.

6 Manens in peccato, vel excommunicatione non prohibet ab actu coniugali, quippe qui ſacratus non eſt, adulter licite petit, [d] quia quamuis vxor ex ignorantia reddat, negatura per exceptionem adulterij, ſi noſſet: re ipſa tamen habet vir ius ad copulam ob finem prolis, & in remedium concupiſcentiæ, niſi per exceptionem elidat innocens: nec vir reus tenetur occultum crimen prodere vt ab vxore vel iudice in pœnam culpæ priuetur iure exigendi, nec debet eſſe ſuæ pœnæ executor.

7 Excuſat a debiti redditione primo periculum grauis morbi: [e] nec enim obligatur pro bono ſpeciei conſeruandæ, niſi ſalua conſiſtentia ſanitateque propriæ perſonæ. [f] quia tamen ſi viro habenti lepram aut morbum Gallicum coniungatur leui coitu, non ſequitur communiter periculum propriæ infectionis, [g] ſed per cohabitationem: non tenetur cohabitare leproſo, tenetur tamen ei exigenti reddere: [h] & infirmior vir tenetur vxori leproſæ, niſi arbitrio medicorum [i] pro ratione circumſtantiarum incurrat periculum lepræ aut magnæ debilitatis. Secundo, tempore menſtrui ordinarij nõ tenetur cõmuniter reddere vxor, niſi ſciret viro ineſſe graue periculũ incontinentiæ: quia hinc ſequi ſolet prolis infectę detrimentum: [k] ſi tamen fluxus ſanguinis eſſet perpetuus aut diutinus, non peccat petens, & tenebitur reddere. [l] Durante temporali & ordinario menſtruo: ſi petat cum periculo inficiendę prolis, non videtur mortale [m] ſed veniale, [n] quia habet ius in remedium concupiſcentię, & ob bonum prolis. proli enim quę alias nõ naſceretur hęc numero, niſi hic & nunc cõciperetur, melius eſt ſic eſſe infectam ob menſtrua aut lepram, quam omnino non eſſe. Tertio, tempore puerperij fœmina per quadraginta dies non excuſatur à pręcepto miſſę: [o] dum mundatur à ſanguine partus abſtinere deberet à congreſſu, [p] ſed non tenetur: [q] Ad pręgnantem accedere ſine periculo fœtus, non eſt illicitum. [r] 4. Poſtquam cõtraxit ratum, excuſatur à redditione intra bimeſtre: [ſ] quod tempus ius indulget vt deliberare poſſit de ſtatu religionis, in quem liberum ſibi eſt trãſire. Quinto, ſi vir eſſet nimius in petendo, licebit ex rationabili cauſa negare, [t] & precibus diuertere: nec enim poteſt ſemper, aut non intendit petens obligare.

8 Si poſt matrimonium vterque mutuo conſenſu emittat votũ continẽtię: primo neuter reddere tenetur, [u] nec licite poteſt: [x] nec id votum vxoris vir poteſt irritare, [y] quia vterq; in fauorẽ diuini cultus ęque ceſſit iuri ſuo: nec ob alterius fornicationem, uel periculum licet frangere prędictum uotum, in quo ſolus Papa diſpenſat, [z] cum ſit continentię ſimpliciter. Nec epiſcopus diſpenſat, niſi ex timore votum ſit factum, [a] uel ſi urgente incontinentię periculo, non eſſet facilis recurſus ad Papam. [b] Si tamen ſine uoto pactum fecerũt etiam in perpetuum, nõ prohiben-

aliter facile curari poſſet. Idem Almain. diſtinct. 26. Martin. de temperantia. Ekios ſup. Led. fin. artic. 5. fin. Celaya diſtinct. 31. Victor. quod Soto dicit probabile. nam & generatio ordinatur vt homo ſeipſum perpetuet. qua ratione non tenetur reddere, niſi ſalua conſiſtentia perſonæ. [y] Nicephor. lib. 7. cap. 35. lib. 8. capitu. 54. Damaſ. in Pontific. dicit Conſtantinum Romæ à Sylueſtr. baptizatum. Couarr. pract. cap. 33. quod ſanatus eſt à lepra & D Thomas, 3. par. quæſtio. 69. octauo, ad quartum, & in conci. General. 7. Act. 2. & ſyno. Rom. ſub Sylueſtr. cap. primo, quam hiſtoriã non reprobant extrauagans. vnigenitus. de pœniten. & remiſſ. & Nicola. cap. fundamenta. de electione in ſexto, Gelaſ. capitu. ſancta Rom. decimoquinta, d. Alij improbant hiſtoriam de lepra Conſtantini, vt Caietan. d. art. octauo, ad quartum. Ludouicus Viues lib. 2. de corruptis diſciplinis, & Cano. lib. 11. de loc. cap. quinto, ad. 14. ait id contigiſſe Conſtantino Copronymo, quem alij falſo reputarũt Conſtantinum magnum. contra quos ſup. lib. de baptiſ. capit. quarto, §. quarto. [z] D. Thomas, add. quæſt. 49. quinto, ad quartum Bonauent. artic. 2. quæſtio 3. Richard. Paludan. Soto vt probabilius. Specul. 3. par. artic. 16. concl. 2. & quidam recẽt. & colligitur à fortiori ex Auguſ. Gregor. & Bed. 1. Corinth. 7. [a] D. Thom. quæſt. 49. 6. Palud. diſt. 31. quęſt. 2. Maior. quæſt. vnic. Richard. Supplem. q. 1. artic. 2. Alexand. 3. par. quæſt. nona. mem. 3. art. 2. Soto quæſt. 1. arti. 3. Ledeſm. Specul. 3. par. art. 16 Vuald. capit. 130. Ekius hom. 70. Auguſt. de bono coniug. cap. ſexto, & lib. 1. de nuptijs & concup. cap. 4. lib. 2. de peccato orig. contra Pelag. cap. 38. lib. 2. contra Iulian. & lib. quinto, cap. ſeptimo, Enchir. cap. 78. Bed. ſup. Greg. c. vir cum propria 33 q 4. Hier. 1. liberorum. 32. q. 4. in apolog. contra Iou. Tert. de exhortatio. caſtitatis. [b] Dict. eſt ſup. c. 3. [c] D. Tho. q. 49 6. id damnat peccati mort. cum Hier. c. Origo. 32. q. 4. vbi glo. Palud. d. 31. q. 3. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 1. Nau. c. 16. nu. 33. fin. Specul. 3. p. ar. 16. conc. 3. Perez. l. 1. tit. 1. lib. 5. md. pag. 22. [d] Sup. c. 8. §. 2. fi. Nau. c. 22. nu. 23. [e] [f] D. Th. q. 64. 1. Doct. d. 32. Soto ar. 1. Led. q. 66. 8 [g] [h] D. Tho. ar. 1. ad 4. Soto. Led. Caie. ver. matrimonij vſus. Alb. Bon. Palu. Rich. ar. 4. q. 2. contra Card. probant quod nõ tenetur cohabitare. [i] Caie. ſup. [k] Doct. inf. M. & commu. [l] Quia aliàs per accidens obligaretur ad perpetuam continentiam: & maior videtur iniuria præſentis cui negaret debitum, quam prolis futuræ. [m] Sed Scotus. d. 32. q. vnic. c. fin. dicit mort. tunc etiam reddere. Bonau. Adria. quodlib. 2 artic. 3. Petrus Soto. 2. p. titu. de diſtinct. peccatorum. lec. 10. Cordo. lib. 3. quæſt. 8. p. 187. nec inconueniens vt per accidens teneatur ad continentiã: ſicut ſi vxor eſſet paralytica aut captiua. Quod tamen falſum eſt. Alij aiunt petere eſſe mortale ſed nõ reddere. Argent. d. 32. videtur Sylueſt. debitum. §. 6. hic & Nauarr. ac quidam recent. putant eſſe D. Thom. diſt. 32. quęſt. 1. 2. 2 de quo non egit in addit. Caiet. ver. matrim. vſus. At D. Thom. ſolum ait petere eſſe peccatum (vt bene aduertit Sot.) nempe veniale. [n] Sentit D. Thom. tenet Soto diſt. 32. quæſt. 1. 2. ad 2. Palud. quæſt. 1. nume. 13. Almain. & Supplem. q. 1. Alexand. 2. par. quæſtio. 166. mem. 2. Nauar. cap. 16. num. 32. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. quinto, Caſtro. 1. leg. pœn. cap. vltim. Specul. 3 par. artic. decimoſeptimo, cõcl. 4. Turrecrem. 6. d. Vid. Caietan. ſecunda ſecũdæ, quęſtio. 154. 2. vbi Victor. Cano, Peña, & alij Recent. Nec Hieronym. in Ezech. 18. ad menſtruatam non acceſſerit: & Aug. 3. de bapt. paruul. c. 12. aiunt, niſi eſſe præceptum morale: nempe ob indecentiam naturalem. pęna vero mortis quæ ob hoc imponitur Leuit. 28. pertinet ad iudicialem cœremoniaoi: quæ iam ceſſauit. Sot. ar. 2. fi. [o] Naua. c. 21. nu. 3. [p] Greg. epiſto. vnic. ad Aug. Anglorũ epiſcopũ, ca. ad eius. 5. d. vid. Inn. ca. vnic. de purific. poſt partum. cõcil. Mogunt. & Elibert. Burchar. lib. 19. capit. 140. 141. 155. [q] Communis. Soto. ar. 2. fi. Rich. [r] Communis Maior diſt. 31. Paludan. quæſt. 3. Specul. 3. par. artic. 17. concl. 3. [ſ] Cap. ex publico. de conuerſ. coniug. Sot. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 4. [t] D. Tho. quæſt. 64. 2. ad 4. Soto & communis. [u x] Nauar. cap. 12. num. 59. §. 22. c. 16. num. 32. cap. 22. num. 73. Soto. diſt. 32. q. vnic. ar. 3. D. Tho. facit q. 64. art. 4. Sylueſt. matrim. 7. §. 5. verſ. 6. Anton. §. 4. [y] Soto. lib. 7. iuſt. c. 3. art. 1. ſignificat Sylu. Anto. & Ioan. de Neapol. [z] Communis. Nauar. cap. 12. num. 59. per ca. veniens. qui cler. vel vouent. Ant. Sylueſt. ſup. ſed limitant ſtatim. [a] Nauar. ſup. cum Sylueſt. & ſic limitat quod Mai. diſtinct. 32. quæſt. 2. dicit abſolute epiſcopum diſpenſare. At nihil tale reperitur apud Mai. idem Nauar. num. 76. [b] Nauar. capit. 12. num. 76. cum Sylueſt. diſpenſat. §. 9. vm. 4. §. 4. vbi citat alios. Ang. vot. 4. §. 9. Armil. diſpenſ. §. 9. 17. Pedraza in 6. præcept. not. 9. Speculator tit. de legib. Ioann. Andr. Pan. Anton. de Buts. in ca. veniens.

qui

qui cler. Palac. ſup. Caietan. verb. matrim. fauet Trident. ſeſſio. 24. reform. cap. 6. in omni caſu occulto & tempore Cypr. lib. 1. epiſt. 11. & Epiph hær. 61. diſpenſabat epiſcopus. [c] Nauar. cap. 12. num. 59. §. 32. ad fin & colligis Hugo Card. in id. 1. Corinth 7. niſi forte ex conſenſu ad tempus. [d] Soto. diſtinct. 38. quæſt. 2. artic. 1. eſt certum & commune Theolog. Ledeſm. quæſt. 66. artic. 4. Nauar. ca. 12. num. 59. in princip. dicis ſecundum omnes. & num. 61. capi. 22. num. 19 fin. Quidam tamen putāt licitum petere, ſed non exigere: de quibus libr. de imped. capit. 2. §. 9. lit. R. [e f] Quia vir petit ius ſuum cui non renunciauit, Soto lib. 7. quæſt. 3. ar. 2. diſtinct. 38. quæſ. 2. 1. Specul. append. p. 121. Couar. 2. p. cap 3. §. 1. num. ſexto, & ex antiq. Alexand. 2. par. quæſt. 147. mem. 3. ad 3. Bonauent. diſtinct. 32. in expoſ. lit. Maior diſt. 31. § contra. 2. conclu. Suplem. diſt. 32. quæſ. 1. concl 9. & 11. Adria. de matrimonio. Petrus Soto titu. de matrim. lect. 16. Cord. caſ. 45. opin. 2. punct. 3. communis recent. [g] Nauar. capit. 22. num. 59. & 87. cap. 16. num. 31. & citat D. Thom. diſtinct. 27. quæſt. 1. 3. 3. ad 3. & add. quæſt. 61. 3. ad 3. Syluest. votum. 5. §. 2. diuort. §. 12. Ant. 1. par. tit. 2. cap. 22. § 3. Ioan. de Neap. quodlib. octauo, & tamē addunt Anc. & Neapol. quod non licet reddere huic petenti qui vouit ſine licencia vxoris, ſi poſtea vxor ratificauit votum. addit Abulen. Num. capit. 30. quæſt. 82. ſi vir inſtanter petat, poteſt vxor reddere ob matrimonij pacem idem cum his Ledeſm. quæſt. 66. art. 4. Fr. Alexand. in ſum. lib. 2. tit. 2. [h] Cap. ex parte. ca. conſuluit. de conuerſ. coniug. vxor dando licentiam & ſciens iura, vouit implicite, & renunciauit iuri ſuo. de quo tandem Naua.

tur petere aut reddere debitum. [c] Secundo ſi alter tātum votum emiſit ante matrimonium, vel poſt matrimonium, non licet ei petere: [d] ſed huic illicite petēti tenetur vxor reddere, [e] quamuis de eius conſenſu vir votum emiſiſſet: [f] nec peccat reddendo, quia iuſte cooperatur. In quo decepti videntur quidam auctores. [g] nam iura tunc negant reddendum debitum, quando vir de vxoris licentia legitima continentiam vouit ſolenniter per ſuſceptionem ordinis ſacri, aut per profeſſionem religionis. [h] quia ſciens iura dando licentiam & ſecuro effectu voti ſolennis ita ſuo iuri renunciauit, vt cenſeatur ipſa implicite vouiſſe continentiam. [i] ſi tamen facta iam viri profeſſione cerneret epiſcopus periculum incontinentię in fœmina iuniori quæ nondum expreſſe vouerat in manibus epiſcopi, nec in religione, poſſet epiſcopus diſpenſando virum ſic profeſſum reducere ad vxoris vſum. [k] Tertio non licet viro poſt matrimonium ſine licentia vxoris facere votum nunquam petendi: [l] quia inferret graue onus vxori: quæ raro ob natiuum pudorem petere ſolet: quod votum pōt vxor quamuis caput nō ſit, ſuo diſſenſu irritare, [m] & epiſcopus in illo diſpenſare. [n] Vxor non tam prohibetur emittere votū nūquam petendi, [o] quod parū aut nullū onus inducat viro. licet tñ ēt viro votum perpetuæ continentię emittere, [p] quo perſona in cultum Dei conſecratur, quamuis per accidens impediatur à licita petitione debiti: ſimiliterque votum religionis poteſt emittere, & vtrumque ſeruare integre tenebitur mortua vxore, vel vxor mortuo viro.

9 Dum coniux uirtualiter debitum petit (vt dum oſtendit ſignis, aut conditione natiua periculum incontinentiæ, [q]) licet coniugi habenti uotum, uel aliud exigendi impedimentum, inuitare periclitantem coniugem: [r] quia id potius eſt reddere, quam contra uotum petere. Idem licet coniugi leproſo, licet ex copula ſequatur periculum infectionis. [ſ] Si ordo ſacer illicite ſuperueniat matrimonio inſcia, vel inuita vxore, uel ſi licite ut quando uir uxorem probabiliter putabat defunctam, non licet uiro petere: [t] quia implicite uouit continentiam. Si tamen qui profeſſionem fecit inſcia, uel inuita uxore, reuocatus eſt per epiſcopū ad uxorem, hic ut poteſt reddere, ita licite petit [u] (ſicut & adulter quamuis exigere non poteſt non peccat petendo [x]) quia id ſolenne uotum religionis fuit ipſo iure irritum, & mortua uxore non eſt inhabilis alteri matrimonio. [y] Si tamen de licentia uxoris iunioris in ſæculo ſine uoto manentis cum periculo incontinentię profeſſus eſt, eaque reclamante ex diſpenſatione epiſcopi reuocatur maritus: [z] non licet ei petere: & mortua, aut ſimiliter conuerſa coniuge tenetur ad religionem tanquam ex parte ſua profeſſus, & omnino inhabilis matrimonio: [a] quia ſeruato iuris ordine, profitens potuit ſibi præiudicare. ſi uir ſponte initiatus eſt ſacris, manet mortua etiā uxore inhabilis matrimonio, [b] & ſic ordinatus non ſeruato iuris ordine manet ſuſpenſus ab officio ordinis, [c] niſi intret religionem, aut diſpenſetur.

10 Si coniux in amentiam, uel furiam incidat, & exigat debitum quidam conſulūt uxori reddere: [d] quando nullum eſſet periculū proprię perſonæ, uel prolis. manet etiā finis de prolis generatione quæ pertinet ad naturam ſenſitiuam brutis communem, & de remedio concupiſcentiæ in utroque ne amens incidat in alias corruptelas: [e] nec amentia uidetur cauſa ſufficiens diuortij, [f] ſed debet coniux ſeruire & cohabitare ei: nō enim amiſit ius alimentorum & primogenii per furiam. At excuſatur communiter ab executione reddendi, [g] quia ſine libera importunitate petit, ut dormiens, uel ebrius maritus. Deinde excuſatur ſi amens tempore & loco indebitis petat. [h] ut canis inuerecundus etiam publice. & dum timere poteſt periculum in modo congreſſus, ut effundat extra uas. 2. quia licet amens generaret, non poteſt rite inſtituere prolem & educare. [i] Si autem uterque fiat amēs non licet permittere ut inter ſe congrediantur [k] quia more ferarum congredientur publice, nec poſſunt gubernare familiam, educare, uel inſtituere rite prolem humanā: cū tamen bruta inſtinctu naturali educent rite proles ſuas. grauius eſt ſi quis amentes ſolutos incitet in copulam, [l] quamuis illi ob defectum libertatis excuſentur à culpa.

11 Si matrimonio ſuperueniat cognatio ſpiritualis ex baptiſmo, uel confirmatione, impedit petere debitum: [m] niſi per ignorantiam

quæſt. 1. a. 2. [r] Richard. diſt. 32 art. 2. q. 1. Palud. quæſt. 2. Caiet. opuſcu. 16. qq. quæſt. 14. ad 4. Soto diſt. 38. quæſt. 1. art. 2. concl. 3. Bergom. § 433 Angles. [q r] Nauar. cap. 16. num. 30. §. 5. D. Thom. quæſt. 53. 4. ad 4. quæſt. 64. 2. Soto. diſt. 32. art. 2. [ſ] D. Tho. quæſt. 64. art. 1. ad 4. Soto art. 1. Caiet. ver. matrimonij vſus recent. & d. eſt §. 6. [t] Nauar. ca. 12. num. 60. Syluest. diuort. §. 17. [u] Specul. 1. p. art. 15. dub. 2. concl 3. & 3. par. art. 27. fin. & in Appen. pag. 121. Nauar. c. 22. num. 52. cap. 12. num. 60. D. Thom. q. 53. art. 4. Mant. Syluest. vot. 4. § 2. verſ. 3. Soto. diſt. 33. art. 2. fin. d. 38. quæſt. 2. art. 1. Ledeſm. quæſt. 66. 4. Mai. d. 32. quæſt. 2. ſignificat Roſell. matrimo. 3. imped. 5. Hoſtien. & Card. ca. rurſus. qui cler. [z] Vt dict. eſt c. 8. §. 2. & Nauarr. cap. 22. nume. 23. [y] Quia profeſſio contra ius facta eſt de aliena perſona. Durand. diſtinct. 32. quæſt. vlt. & communis. Diu[a] Thomas, quæſt. 53. 4. ad 1. [z a] Sup. ca. octauo, § nono. Nauar. ca duodecimo, nume. 60. [b c] Syla. diuort. §. 17. [d] Communia diſ. 32. Scot. Richard. art. 4. quæſtio. 2. Cord. libr. 3. q. 8. poſt corol. 4. Victor. §. 267 Ledeſ. quæſt. 60. art. 3. Specul. 1. par. ar 41. Syluest. debitum. §. 1. verſ. 2. Nauarr. cap. 16 numr. 26. [e] Victor. [f] Nauar. cap. 22. num. 21. Couar. 2. par. capitu. 7 §. 5. nume. 3. cum Alexand. Coman gloſ. Molin. lib. 1. de primogen. capitu. 13. nume. 21. 27. 30. [g] Supplem. diſtinct. 32 quæſt. 1. artic. 2. fin. Soto diſtin. 34. articu. 4 dub. 2. Ledeſm. q. 60 3 & quidam recent. quod Victor. dicit probabiliſſimum. [h] Quia præceptum affirmatiuum reddendi debitum, non obligat ſine debitis circunſtantijs. [i] Quia ſic non ſolum ceſſat finis, ſed cedit contra finem matrimonii. [k] In quo certior eſt hæc ſententia: quia ius matrimonii eſt impeditū, eo quod

[i k] cap. 22. num. 52 fin. Palud. D. Thom. d. 37. Duran. d. 32. Syluest. [l] in matrim. octauo, §. 12. verſ. 4. [k] Inf. cit. Y. verſ. 2. & 3. [l] inf. li. ſeq. [n o] cap 2. §. 8. lit. R. D. Thom. diſt. 32. quæſt. 2. 4. ad 3. [m n o] Palud. [p q] 2. Nauar. c. 12. num. 60. [p] D. Thom. diſt. 37. q. 1. 2. ad. 1. d. 38.

vergit contra finem illius. [l] Victor. [m] D. Thom. quæſt. 56. 1. Couar. 2. par. capit. ſexto, §. quarto, num 4. Durand. Paludan. communis. diſtinct. 37. & dicetur lib. de imped. capit. 11 Nauar. capit. 22. num. 40. Sot. diſtinct. 37. artic. 5. diſtinct. 40. quæſt. 1. 1. col. 3. Victor.

inculpatam baptizaſſet, [n] aut fuiſſet ſuſceptor in baptiſmo aut confirmatione: quod enim excuſat à propria ſpecie culpæ, non priuat in pœnam iure quæſito petendi, & qui baptizauit proprium infantem in extrema neceſſitate, ob impletionem præcepti priuandus nõ eſt iure quæſito: [o] ſi tamen ſuſceptor fuit etiam in neceſſitate, impeditur petere, [p] quia nullo præcepto cogitur ſuſcipere. Inceſtus formaliter & voluntarius cum propriæ viuentis vxoris conſanguinea in 1. vel ſecundo tantum gradu, [q] impedit petere, ſi modo copulam cum ſeminatione habuit intra vas naturale. [r] Diſpenſat tamẽ epiſcopus, [ſ] & ex priuilegio Papæ diſpenſant quidam regulares [t] vt huic liceat debitum petere.

12 Qui ab infidelitate conuerſus eſt, non tenetur vxori infideli nolenti conuerti reddere debitum, [u] liceret tamen reddere & cohabitare in caſu, quo ſperat eam conuertendam: [x] vt quia iam catechizatur: alioqnin non debet cohabitare cum infideli. [y] illud enim Apoſtoli, 1. Corinth. 7. ne dimittat cõiugem: fuit cõſilium eo tempore, quo erat magna ſpes conuertendi infidelem cõiugem: [z] ſed ſecluſo ſcandalo principis infidelis, nunquam fuit præceptum [a] humanum Apoſtolorum manendi cum coniuge non cõuerſo, quamuis quidam putent à principio eccleſię fuiſſe Apoſtolorum præceptum ad tempus. [b]

13 Si matrimonium illicite cæpit cum mala, aut ualde dubia fide vtriuſque, [c] neuter debet alteri reddere debitum, [d] quouſque per diligentiam poſſit dubium practice deponi. Si vero cœpit bona fide ſaltem vnius, non poteſt debitũ negare poſſeſſori, niſi certo cõſtet matrimonium eſſe nullum: [e] habet enim ille dubius cauſam deponẽdi practice ſcrupulum in fauorem matrimonij, & eius qui bona fide poſſidet. [f] Vnus teſtis fide dignus & iuratus qui ait ſubeſſe impedimentum, obligat ne contrahatur matrimonium: [g] & eo contracto ne ante aliquam diligentiam petat, qua repellatur dubium. [h] ſi leuis eſſet ratio dubitandi (quia nullum impedimentum apparuit, dum legitime fiebant tres denunciationes) uel ſi poſt factam diligentiam manet practice bona fides, [i] licebit contra ſcrupulos etiá petere: nam & iudex in foro exteriori ita pronunciaret per ſententiam. ſi maritus neget ſe interius cõſenſiſſe, aut dicat graui metu præſtitiſſe coactum cõſenſum, uel ſe habere impedimentum occultum (puta affinitatis ex copula illicita, uel quia eſt ſpurius dicit ſe occulta via eſſe cognatum uxoris) nec poſſe probare, poteſt uxor ei in ipſius præiudicium credere ne petenti reddat, quouſque conſenſum ratificet, vel impedimentum tollat: & tamen licebit vxori petere debitũ vel reddere, quia ob verba in facie eccleſiæ dicta poteſt eſſe moraliter certa, [k] ut primo dicto mariti potius credat, quam ſecundo eiuſdem negantis conſenſum. Interdum deberet ei neganti credere, vt ſi vir eſt multo altioris conditionis, uel ſi proteſtatus fuerat coram amicis ſe decepturum eam fœminam, uel uerſatur in religione, aut in ſecundo matrimonio laudabiliter. [l]

14 Si liber cum ancilla quam liberã putabat, cõtraxit: & detecta oc-

…ctor.pag.288 Caſtr.2.leg.pœn.capit.14.Specul.1.par.artic.26.& 57.concl.5. [n] D.Thom Nauar.& alij ſup. [o] D.Thom.artic.1.Anton.3.par.tit.1.capit.15.§.3. Nauar.cap.22.num.40.Couar.2.par.cap.6.§ 4.num 4.Specul.1.par.artic.26.quamuis ſine cauſa Soto.diſt.37.artic.1.diſt.42.q.1.1.dubitat, & conſulit vt petatur diſpenſatio epiſcopi. At qui ſic baptizauit in neceſſitate filiũ alterius fœminæ, non poteſt poſtea contrahere cum illa.Nauar.ſup.num.40.& 72.capit.16.num.4.fin.de quo Soto.diſt.42.ſine cauſa dubitat. & falſo an diſpenſare epiſcopum. [p] Communis Doctor. de quo ſimiliter Soto ſine cauſa dubitat. [q] Sic Trident.ſeſſ.24.cap.4.limitat ad ſe eundem gradum.& requiritur vt vir ſciuerit eam eſſe cognatã vxoris. At ſi ignorans excuſetur à circunſtantia inceſtus, non impeditur petere.infr.li.de impedi.cap.10. [r] Quia affinitas nõ contrahitur abſque ſeminatione viri intra vas.ſup.§.3. [ſ] Soto.diſt.37.artic.1.Syluest.matrimonium 8.§ 15.verſic.7. [t] Specul.1 par.artic.23.ad fin.conceſſit Pius V.Minoritis Mart.V.Benedictinis.& Iul.II.Claud.in Compẽ.priuil.verbo.diſpenſatio §.octauo, ſed oportet vt prouincialis id concedat confeſſario docto, & per epiſcopum approbato iuxta formam conc Triden. [u] Sup.cap.octauo, §.4.& lib.de imped.cap.13. [x] Significat D Tho.quæſt 59.3.cor.ad 2.& artic.4. quia manet ratio conſilij 1.Corinth.7. dati ab Apoſtolo.Soto, diſt.40.artic.3 Ledeſm.quæſt.61.Specul 2.p.artic.32.Nauar.capit 22.num.49 Palac.diſtinct.40.quæſt.1.col.vltima. Angles tit.de matrimon.quæſt.12. Couarru.2.par.capit.ſeptimo,§ 4.num.quinto,& cap 6.§.11.num.2 cum Ioan.Arbor.lib.6.Theoſoph cap.10.Auguſt.Chryſoſt.Syluest.diuort.§.10.Igneus. [y] Quia ceſſante hac ſpe proxima conuerſionis, prohibet eccleſia Chriſtianum cohabitare cum coniuge infideli.D.Thom.artic.3.Soto.Ledeſm.artic.3.Richard.artic.2 quæſt.2.Supplem.quæſt.2.art.2.concl.3 Palud.quæſt.2.artic.1.concl.1.fin.Palac.& Angles ſup.& communis recent.& in Hiſpania conc.Toleta.4.cap.62.ea.Iudæi.28.quæſt.1.Bellarm.de matrimonio.cap.14.licet non reperiatur vniuerſaliter prohibitum, ſed in conc. tantum prouinciali: conſuetudo tamen à tempore Mag.obligat generaliter ne maneat cum infideli. Addit Soto niſi vxori fideli immineat periculum ſi prodat ſe eſſe Chriſtianam & recedat à viro. [z] Doctor.citati quia 1. Corinth.7 ſi quis vxorem habet infidelem non dimittat illam.& ſubdit ego dico non dominus. cum tamen de præcepto ſubdat, cæteris non ego præcipio ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere. quod conſilium ſeruabatur olim, licet infidelis maneret cum contumelia creatoris blaſphemãs de Chriſto. Abul.1.Regum.8.quæſt.33. [a] D.Tho.art.3.ad 2.vbi diſtinguit tempora Richar.art.2.q.1.Soto artic.4.Supplem.q.1.artic.2.concl 5.Syluest.matrimonium.8 §.10 verſ.5. Arbor.lib.6.ca.10.

Angles d.q.12.art.2.putat eſſe de fide. Viguer.cap.16 §.7.verſ.9. Ang matrim.3.& imped.10.§.3.ex Ambr.epiſt.ad Hilar.capit.ſi infidelis.28 quæſt.1. [b] Igneus & Pan.c.quanto, de diuort. Iuo p.8.cap.147.Burchar.lib.9.ca.9.& 60.Armil matrim.§.38.videtur Nauar.num.49.Couar.2.p.c.7.§.4.num.5. quidam recent.fauet Auguſt.de adulter.coniug.cap.17.18.ſpecul.2.p.artic.32.Abulen.1.Regũ.8.q.30.& 33.quod Sot.ar.3.diſt.39 dicit probabile ſicut ſeruus Chriſtianus tenetur manere ſub obedientia domini infidelis, quando non eſt periculum peruerſionis At ſane vxor non eſt ſerua ſed ſocia & libera, & ei magis ineſt periculum ex viro infideli. & ideo iam prohibetur cohabitare cũ infideli. [c] [d] Sup.cap.11.§ 5.& lib.de imped.capit.6.§.5.Nauar.capit.22.num.54.& 81.Couar.2.p.cap 6.§.10.cap.7.§.2.Sot.diſt.27.q.1.3.diſt.37.artic 5.fin.rel.ſecret.memb.3.quæſ.2.verſ.& quanuis.Ledeſm 2 par.q.8.artic.4 quæſt.54 4.Perez l.7.col.3.tit.15.lib.8.ord. [e] Docto.per celebre cap.dominus.de ſecũd.nupt.cap inquiſitioni.de ſenten.excommun. [f] Couar.quia cum æquali dubio proprietatis vir habet poſſeſſionem bonæ fidei: & in noſtro foro licet ſpoliare poſſeſſorẽ bonæ fidei, niſi conuictum per ſententiam iudicis, (qua ſpolietur proprietate & poſſeſſione. quare licet aſſenſu opinatiuo credat vxor probabilius eſſe quod viuat prior vir, debet reddere, vt confeſſarius debet contra propriam opinionem conformare ſe opinioni pœnitentis habentis ius & poſſeſſionem bonæ fidei. [g] Sup.cap.decimoquarto,§.quinto,fin.Sot.diſtinct.41 artic quinto,col.pen.& rel.memb.2.quæſt.quarta, vbi annot.Cordub quæſt.ſexta,concl.2.Couar.d.§.decimo,num.20.Duc ſi.reg.299.num.6. Nauarr.capit.22.num.83. [h] Nauar.capit.22.num.54.Adria.quodlib.2.artic 3.cum Altiſiod.Bonauent.Richard.diſtinct.36 facit Nauar.capit.vigeſimoſexto,num.quarto,capit.vigeſimoſeptimo, numero 288.Caietan.ver.opinio.Couar.capit.ſeptimo,§.ſecundo, fin.& reg.poſſeſſor.2.par.§.ſexto,num.quarto, vid.Syluest.bellum.1.§ 9.Med C.de reſt.quæſt.10.17.19.20 quia agere non debet contra conſcientiam dubitantem de periculo peccati, niſi practice deponat.Ledeſm.quæſt.54.4 fol.473.col 1.dum probat conc 6.& ſic ſe explicat Adr.4.de matrim.quæſtio.ſecunda. [i] Ledeſm.ſup.vtroq; loc.Specul.prima par.artic.42.& tertia par.artic.decimotertio,fin.& melius artic decimooctauo, conc.quinta,& citat Victor. in quod propendent Peña, & Gallo. cont. Cord.lib.tertio, quæſtio.octaua,par.184. [k] Richard.diſtinct.29 artic primo, quæſtio.tertia, Specul 3.par.artic.decimotertio,conc 4 Ledeſ.quæſt.47.ſecunda,Syluest.matrimon.6.§ octauo. [l] Hug.lib.ſecundo,ſacramenti.par.vndecima,capit.ſexto,Syluestr.matrimon.4.§ 2.matrimon 6.§.nono. Richard.diſtinct.vigeſimoſeptimo,articulo primo, quæſtio.quarta, Specul articulo decimotertio, & artic.

culta ſeruitute illius tẽporis (quamuis iam liberta ſit) compellatur per iudicem reddere debitum et, non tenetur [m] ob præiudicium, ne inuitus affectu maritali accedens confirmet matrimoniũ præſumptum. [n] lite pendẽte de uiribus primi matrimonij, vel de impedimento oppoſito, non licet contrahere cum alia matrimonium, [o] alias ad tempus ſeparandi ſunt: [p] valet tamen ſi non obſtante dubia lite intenderunt contrahere quoad poſſunt, [q] quamuis alter falſo credat ſubeſſe impedimentum. [r] At lite pendente inter coniuges de uiribus matrimonii, ea intentione ut fiat ſeparatio quoad uinculum, uel de cauſa diuortii (ut ſeparentur quoad cohabitationem, ut propterea adulterium,) neuter tenetur reddere debitum, [ſ] ne ſuo iuri præiudicet: quamuis petere & reddere debitum liceat, [t] quia poſt litem conteſtatam ſingulare eſt præſumi pro matrimonio, [u] & filii licet aut appellatione pendente nan ſunt legitimi, [x] quamuis culpa fuerit contra iudicis interdictũ: cum & ipſa ſententia pro, aut cõtra matrimoniũ non tranſeat in rem iudicatam.[y]

CAP. XVI.

De uſu clandeſtini ualidi. de circunſtan. loci, temporis, & modi.

§. 1. *Excuſatur à redditione, dum matrim. nondum eſt publicatum. & §. 3. ante benedictiones.*

2 *De benedictione nuptiali: & quo tẽpore fiat?*

4. & 5. *An in loco ſacro, & diebus feſtis liceat? & §. 7. qui non debitè ſeminat.*

6 *Seruandus eſt modus naturalis in congreſſu.*

8 *An prægnans cum periculo prolis ſumet medicinã ſaluti neceſſariã?*

Dum matrimonium ualide contractum eſt omiſſis denunciationibus licitè, [a] vel illicitè, ante quam publicetur, non tenetur prima uice coniux debitum reddere. [b] Et quidam aiunt uſum clandeſtini eſſe peccatum mortal. etiam ex parte reddentis, [c] ob ſcandalũ quod cõmuniter ſequetur, ſi forte grauida appareat, antequã omnino conſtet eſſe coniugem. Quæ ſententia temperanda eſt. Conſummato autẽ ſemel matrimonio habet iã uir plenum ius & poſſeſſionẽ: nec uxori licet eum deſerere intrando religionem: quare debet huic exigenti reddere debitum etiam ante denunciationes, [d] niſi forte excuſetur ob periculũ ſcandali, quod ceſſat ſi breui volunt publicare matrimonium. [e] Magis peccat qui nondũ publicato matrimonio petit, [f] cum ſit maior cauſa prædicti ſcandali, & iura ut prohibent matrimonium clandeſtinũ, ita & uſum illius: [g] nec enim tutè educabũt prolem parẽtes, qui ſe occultãt ne prolem ſecum habeãt.

2 Benedictiones nuptiales à proprio parocho debent ex præcepto conc. Trid. ſub mort. ante cohabitationem publicam ſuſcipi in primis nuptiis, [h] non obſtante conſuetudine quarundã regionum in contrarium: [i] & qui contemnunt eas benedictiones peccat grauius. Sic Deus legitur benedixiſſe primis parentibus præ cęteris animãtibus, & hic mos in lege naturæ & ſcripta ſeruatus eſt. [k] Si primæ nuptiæ non fuerunt benedictæ, vt quia alter obiit, aut profeſſus eſt ante tempus cohabitationis, debent fieri benedictiones in ſecundis nuptiis. [l] ſi alter eorum qui contrahit ſecundas nuptias, receperat benedictiones, licet alter nunquã recepiſſet, prohibẽtur iure cõmuni benedici. [m] ſed ex conſuetudine licet utrumque benedicere, [n] quamuis cõſuetudo hæc pręceptũ non inducit: [o] nec cẽſetur ea benedictio iterari, quia per ſe datur ratione cõiugis nunquã benedicti. Sacerdos qui coniuges, ex utraque parte iã olim benedictos ob priores nuptias, rebenedicit in ſecundis nuptiis, eſt ſuſpendendus ab officio & beneficio, [p] & poſita ſuſpenſione mittebatur olim pro abſolutione ad Papam: [q] quã tamẽ reſeruationem abſtulit. Ioan. Pap. XXII. Prohibẽtur fieri benedictiones duplici anni tempore per conc. Trid. [r] Primo ab aduẽtu uſque ad primũ diẽ Epiphaniæ Regum Orientaliũ. Secundo à feria quarta Cinerum vſq; in diẽ octauã paſchæ incluſiuè: ſublatis aliis temporibus, in quibus olim iure prohibebãtur: ſed in prædicto tempore aduẽtus & quadrageſimæ nõ prohibẽtur fieri cõtractus matrimonii & ſpõſalia. [ſ] ſi appropinquet tempus, quo nuptiæ & benedictio-

decimoquarto, conclu. 3. Nauarr. capit. 22. nume. 77. 82. Adrian. de matrim q. 2. & 4. Couar. ſecunda par. c. 2. num. 4. 6. [m] Supra c. 10 §. 6. Couar. ſecunda par. c. 7. §. 2 fin. D. Thom. di. 35. in expoſ. lit. & Richard. Bonauen. Ioan. And. Abb. & commun. c. propoſuit. de coniug ſeruo. Medin. C. de reſtitu. quæſt. 17. 19. [n] Syluest. matrim. 8. § 3. Couar. ſecunda par. c. 3. §. 7. num. 1. & c. 4. nu. 3. l. e e. titu 2. p. 4. [o] [p] Couar. c. 6 princ. num 6. c. 8. §. 1. no. 8. Abb. & Præpoſ. c. cum Apoſtol. de ſponſ. facit Nauar. nu. 43. fin. cum Syluest. matrimo. . §. 13. verſ. 5. [q] [r] Couar. ſecunda par. c. 3. §. 7. num 4. [ſ] Nauar. c. 21. nu. 21. ad fi. & ſeq. dicetur infra c. 17. [t] [u] Couar. ſecunda par. c. 8 §. 1. num. 5 [x] Couar. d. § 1. num. 6. & 7. [y] Couar. cap. 8. §. 1. num 1. & ultimo, Specul. 3. par. artic. 8. col. 5.

CAP. XVI.

[a] Diſpenſante [a] epiſcopo licet contrahere abſque denunciationibus. Triden. ſeſſ. 24 c. 1. dict. eſt cap. 7. [b] Sic habens uotum religionis ſi prima uice reddat, peccat: quia licet uir petat ius ſuum, uxor tamen non debet reddere niſi debito tempore & loco: ut ſi petẽret in eccleſia. Victor. §. 258 & tamẽ ſemel conſummato matrimonio, tenetur deinceps reddere habenti iam plenam poſſeſſionem, quando ab eo ſtatu non licet recedere in religionem. [c] Richard. diſtinct. 28. artic. 2 quæſt. 3. ad tertium. Palud. q. 2. in princ. Anton. 3. par. tit. 1. c. 16. § 1. cap 21. nt. 2. §. 17. Ang. matrimon. 3. impedi. 2. Roſell. imped. 13. § 3 Tabie. matrim § 3 Panor. Vvalden. tom. 2. ſacram. c 113. Caiet. tom. 1. opuſcul. de matrim. q. 2. At re uera ſecluſo ſcandalo nõ eſt peccatum ſaltem mort. Ledeſ. q. 47. 5. & Specul. inf. H. Recent Cano. vid. Nauar. cap. 16. num. 38. c. 22. num. 68. [d] Doct ſup. [e] Ledeſ. Nauar. c. 22. num. 68. [f] Citati lit. C. & Richard. d. 27. artic. 1. q. 4. in publicato etiam matrimonio peccat mortal. qui petit, ut colligitur ex Euariſt. Pap. & prohibitione eccleſiæ. [g] Canoniſt. in cap. aliter. 30. quæſt. 5. imo Vvalden. damnat peccati mortal. reddere inf. Y. § Ex Euariſt. d. cap. aliter, & citati. C F. [h] [i] Triden. ſ. c. 1. & ſacri, c. 5. can. 12. damnat eum qui contemnit ha-

o tectione. [o] Tenetur ad compenſationē damnorum, quæ iniuſta fraude intulit: ſed eo modo quo moraliter poteſt, ſecluſo periculo vitæ (vt poſt mortem mariti) & famæ. teneturque reuelare ſi abſque infamia graui poteſt: ſi id ſufficeret reparare damna. citat N. Caieta. Syluest. Angl. Tabien. Arm. ver. adulterium. Anton. Couar. Perez. Frat. Medin. lib. 1. inſtru cap.14.§.18. 33. Sylua nuptial. lib.1 num.45. Syluest. reſtit.5.§.2 & in Rol.aur.quæſt.4. impertin. Anton. Gom. l. 80. Taur. num.75. Medin. C. de reſtit.quæſtio.3. cauſa 4.& quæſt.5. Duch.reg.344.fallen 4. Alcia.reg. 1. præſumpt.19. reg. 3.præſumpt 17.nu.
p 7. [p] Nauar cap.16. num. 47. cum Soto. 4.diſt.15. q 2.artic. 4.ad arg.penult. Gabri.q.2. poſt 2.con. Caſtr. lib. 2. leg. pœn. cap.14. Sylu. adul.§.2. Cord.caſ.
q 102.& lib.1.quæſt.31. Peña, & quidam Recent. [q] Sot.lib.4.iuſt. quæſt.7.2.ad 2.fauet Nauar. ſup.& cap.12.num.46.49. cum Ca-
r ietan. [r] Cit. ſup. F. [ſ] Monent Soto & Nauar. capit.16. num 48.&
ſ Recent.Caietan Ang.Armil.adult.§ 6.Peña.(vt conceptio tra... non obligat ceſſante ſpe) contr. Adrian.& Palud.diſt.15. [t] Gene-
t raliter bona pecuniaria, non tenetur reſtit.cum detrimento bonorum ſuperioris ordinis, vt vitæ & famæ. Nauar.cap.16.num. 44.cap.17.num.57.63.89.91. cum Caiet. & Recent.2.2.q 62.6. ad 2.Scot.Gabr. Anto. At quæ filio legitimo aufert honorificum ſtatum, deberet cum quodam honoris detrimento reſt. licet apud vnum ſpurium pudeſiat, quia non eſt grauis infamia apud vnum. Adr. Pal. vt qui infamauit innocentē detractor aut teſtis, dēt reuocare cum detrimento famæ. At ſtādalū hinc prouenies excuſat à denūciatione Sylu adul §.1.Ang.§ 4.cū Pā.d.c.officij. Caie. 2.2.q.
u 62.6.ad 2. [u] Cit.T.Nau.c.16 n.47.49.aut donet legitimis in vita, omnia

C A P. XXI.

De natis ex adulterio, inceſtu, &c. De filio naturali. De ſubiecto, & miniſtro matrimonij.

§. 1. *Filius ex coniugata adultera retinet bona matris. & §.4.*
2 *Quando ſe reputare poteſt legitimum, vt bona retineat.*
3 *Mater aut pater adulter quomodo ſatisfaciet damnis illatis ob prolem ſuppoſitam?*
4 *Quis ſit natus ex coitu punibili?*
5. & 6. *Naturalis filius quo modo ſuccedat in bona, aut nobilitatem parentis?*
7 *Quis ſit ſubiectum, & miniſter: & cum quali præparatione?*

Filijs ex adultera coniugata non conceduntur iure communi aut regni, vt ſuccedant in bona matris iure hæreditario ab inteſtato: [a] & generaliter ſpurius ex damnato coitu, [b] non ſuccedit iure communi matri ab inteſtato: nec poteſt in foro exteriori inſtitui hæres vniuerſalis à matre nec à cognatis vel agnatis ex parte matris. [c] ſed probabilius eſt in foro cōſcientiæ hunc qui ſe nouit certo eſſe ſpurium ex coniugata, licite retinere [d] totam hæreditatem matris ex donatione aut tacito fideicommiſſo, aut teſtamento illius, quamdiu non damnatur in foro exteriori: dummodo notabiliter non noceat alijs legitimis filijs eiuſdem matris. [e]

2 Si conceptus aut natus eſt ex cōiugata, eo tēpore quo mater cum marito coniugalem vitam agebat, reputare ſe deberet legitimum, [f] ex publica opinione & fauore legis (quamuis forte aliquot annis reputauerit ſe illegitimum) habet enim ius & poſſeſſionem ad bonum nomen ex publica fama quæ plurimū in hac re probat: [g] ac ſubinde ius ad bona etiam maioratus, quæ legitimo filio debentur: & ex ea bona fide poteſt tuto initiari ſacris, [h] abſque alia diſpenſatione: nec in ea re dicitur iniuſte fraudare alterum, quia vtitur iure ſuo. Si tamen tot vrgent coniecturæ, vt matri aſſerenti illum eſſe ſpurium, credat indubitanter, [i] non poteſt pro tuendo honore boni nominis ſuffurari aliena, fraudans legitimos filios hæreditate patris, [k] aut inſigni maioratu, ſine data compenſatione: neque accipere ea quæ pater putatiuus ſibi teſtamento reliquit. [l] ſi tamen ſpurius ex errore facti putans ſe legitimum poſſidet bona triginta annis, quamuis poſtea conſtet ſe illegitimum, poteſt retinere bona tuta conſcientia iure præſcriptionis: [m] habetque ius excipiendi contra hæredem qui bona peteret.

3 Mater quæ fraude hunc ſpurium marito ſuppoſuit quaſi legitimum, [n] debet conari quo ad poteſt, vt damna legitimis filijs, aut alijs hæredibus reſarciantur. [o] Primo ſuadeat ſpurio intrare religionem, in qua profeſſus non ſuccedat in bona: [p] ad quod tamen mater non tenetur ex iuſtitia, [q] quia forte ſpurius non habet vires, & aptas conditiones ad onera religionis, nec vocationem Dei: & nunc Sixt. Papa V. proprio motu, iubet quoſdam ex ſpurijs, non admitti in religione. Prope mortem mater deberet id aperire ſpurio aut alijs, præſertim vt alter legitimus ſuccedat in primogenium mariti. ſed quia ſpurius non tenetur matri reuelanti credere, [r] etiam in mortis articulo in ſuum præiudicium, perpendat confeſſarius ne vltra modum compellat matrem, quia quæ vix tenetur pro ea ſpe parum probabili ac inutili, [ſ] detegere crimen adulterij, cum magno ſui honoris ac filij ſpurij detrimento, [t] ſatis eſt ut de bonis proprijs filium legitimum melioret in tertio & quinto. ita enim in eodem genere bonorum [u] reſarcit damnum quoad poteſt. Adulter qui indubitanter credit hunc eſſe filium

ſuum,[x] tenetur primo ad alimenta præſtanda ſpurio ex iure naturę, quando nemo alius eſſet qui prouideret ei.[y] Secundo ſi fraudis particeps fuit conſulens coniugatæ, vt ſpuriũ ſupponat pro legitimo, quando ob coniecturas vehementes maritus illũ quaſi nõ ſuũ repudiabat: tenetur reſarcire dãnũ,[z] qñ fœmina nõ pót, aut nõ vult: ſi modo adulter valeat in eodẽ genere bonorũ, ſine periculo bonoris & famę:[a] qa conſilio doloſo fuit cã dãni. Tertio, qui nil conſuluit, ſolumq; intendit turpẽ voluptatẽ capere, contra virtutẽ continentiæ & tẽperantiæ peccat: nec vr̃ cã dãni efficax & per ſe, ſed remota & p accidens:[b] quia ex vno actu ſuo præter intentionẽ & raro ſequitur proles, cũ potius ſequatur ex marito ſępius aſſiſtente. Quarto ſi tñ ex conſeſſarij rigidiori conſilio adulter decedens legauit teſtamento bona quibus occulte p prudentẽ teſtamentariũ ſatisfieret dãno: perpendat teſtamẽtarius obligationẽ defuncti, & impleat qđ iuſtæ voluntati illius eſt cõſentaneũ. qđ ſi ſpurius ante aditam hęreditatem ẽt maioratus renunciauit ei intrans religionem, vel in ſæculo manens, aut obijt ſine eo qđ ipſe aut pater eius ſit moralis cã efficax dãni: nihil tenetur teſtamentarius reſarcire, p defuncto: quãuis per accidẽs ſequatur, vt ſecũdus filius eiuſdẽ adulteræ ex alio adultero, pcreatus ſuccedat in primogeniũ. porro ſi primus ſpurius nouit 2. fratrẽ eſſe ſimiliter ſpuriũ ex alio patre, caueat ne dicat ſe in illius fratris gratiã renunciare (ſic.n. eſſet dãnorum cauſa, excludens legitimũ hæredẽ ac ſucceſſorẽ primogenij) ſed explicet cãs pias ob quas a ſe abdicat poſſeſſionem aut ius maioratus, firmo inſtrumento publico: permittat vero ſuccedere ſine ipſius nominatione eũ qui iure ipſo vero, aut præſumpto ſuccedit ab inteſtato.[c]

4 Coitus iure punibilis non dr̃ ſimplex fornicatio:[d] quia iure ciuili permittitur, ſicut & lupanaria & pp vitandũ maius malũ non punitur, niſi publica eſſet, pp ſcandalũ: cõcubinã tñ ſolutã domi habere interdũ iure ciuili permiſſum eſt impune, ſed iure canonico prohibetur omnino: quod reſiſtit oĩ peccato cõtra ius naturæ: ſed interdũ vxor clã & abſq; ſolennitate ducta dr̃ cõcubina.[e] Spurius ex cõiugato & ſoluta ẽt virgine ſuccedit matri iure regni: qđ ſi à patre inſtituatur hæres ſub tacito fideicõmiſſo, tenetur amicus fideicommiſſarius iure naturæ ſeruare promiſſum, & reddere ſpurio hęreditatem patris coniugati,[f] qñ legitimã prolẽ non hẽt: nec interueniet fraus in conſcientia. quãuis dubium ſit de foro exteriori, in quo hoc peccatũ non dicitur adulterium, nec punitur vt tale.[g]

5 Naturalis filius iure antiquo nõ ſuccedebat patri nõ habenti filium legitimum aut legitimatũ, nec auo tãquam hęres vniuerſalis: ſed tantũ in duabus vncijs:[h] ſi vero haberet prolem legitimã, ſuccedebat in vna vncia.[i] poteſt tamen pater legitimis carens, quãuis habeat aſcendẽtes, inſtituere filium naturalẽ hęredem vniuerſalem omnium,[k] idq; in teſtamento etiã minus ſolenni.[l] & ſimiliter inſtituere nepotem ex filio naturali aut ſpurio genitum.[m] Secundo matri legitimum non habenti ſuccedit filius naturalis vt hęres neceſſarius[n] ab inteſtato & per teſtamentum, ac ſi eſſet legitimus. Tertio ſi mater habeat legitimos, olim naturalis ſuccedebat ſimul cũ illis matri etiam illuſtri, iure canonico & ciuili: non ſic autem ſuccedit in Hiſpania[o] & Gallia, ſed mater poteſt huic naturali legare tantũ quintum ex teſtamento: in Luſitania tunc admittitur ſimul cum legitimis, quando mater eſt ignobilis.

6 Filius naturalis iure antiquo & Partitarum non participat nobilitatem parentum.[p] ſed iure recentiori admittitur ad nobilitatem parentum,[q] non tamen ad alia priuilegia. Secundo ſi ſpurius etiam ex ſacrilegio vel inceſtu legitimetur à principe, contrahit nobilitatem patris,[r] niſi ſit ex dãnato & punibili coitu. ſpurius non ſuccedit patri ab inteſtato aut lineę paternę: matri vero quia certa eſt, quando illuſtris non eſt, ſuccedit ſpurius ab inteſtato in totum, quando illa caret prole legitima:[ſ] niſi mater ſit coniugata: quę propter adulterium eſt punibilis morte naturali. Matri ſolutę ſuccedit quamuis ſit ex patre coniugato.[t] De obligatione filiorum, erga parentes dicetur in explicatione quarti pręcepti decalogi.

7 Poſt enumeratas cauſas, effectus & bona matrimonij: nihil ſupereſt ſpeciale de ſubiecto dicere.[u] dẽt qui contrahit habere intentionẽ,[x] cũ ſit recipiens & miniſtrans id ſacrament. Diſpoſitio vt cũ fructu id recipiat, eſt contritio:[y] illis tamen qui bona fide contrahunt reputantes ſe contritos, cõfert primã gratiam.[z] Quidam aiũt teneri ſub veniali ad pręmittendam confeſſionem, antequam contrahant.[a] At nullo iure probatur.[b] ſi per obicẽ impediatur effectus gratię, reuiuiſcit per pœnitẽtiam.[c] ſunt in ſubiecto varia impedimẽta ad matrim. de quibus li. ſeq. dicetur. Parochus vero qui extra confeſſionem nouit impedimentũ, tenetur quoad põt impedire, ne ita contrahant.[d] Miniſter huius ſacramenti eſt contrahens laicus, pręſertim qui poſterius profert verba tanquam formã:[e] ſacerdos vero parochus aſſiſtit ad ſolẽnitatẽ miniſterij.[f] qui ſic miniſtrat, non tenetur ratione miniſterij eſſe in gratia.[g] Decet tamẽ ſanctũ hoc ſacramẽtum à pijs & iuſtis tractari.

omnia quæ poteſt occulte. Nauar. nu. 47. & cap. 17. num. 117. 172. fin. & illis in morte relinquat quintum bonorum. [x] Raro deberet adulter fidem adhibere adulteræ, quæ tunc ſimul verſabatur cum marito: nec feminas ſemper conſtat an ex hoc aut illo conceperit, an ex vtroque? [y] ſup. cap. 19. § ſecundo, & tertio. [z] Quo caſu vir eſt iniuſta cauſa damni per conſilium fraudulentũ. [a] Sup. T. [b] Hinc Soto. libr. quarto, iuſt. queſt. ſeptima, 2. ad ſecundum, & diſtin. 41. artic. quarto, Pe ſ[?]a & quidam Recent. excuſant hunc adulterum à reſtit. & in ſimili Nauar. capit. decimoquinto, num. decimoſeptimo, fin. Quod vero alij, vt Nauar. capitu. 16. num. 48. 49. §. ſeptimo, Caietan. ſecunda ſecundæ, queſt. 62. ſexto, ad ſecundum, Palud. diſtin. decimoquinto, Anton. Gabriel. Syueſt. Arm. Perez. Cord. ſup. obligant adulterũ. limitandi ſunt circa alimenta, niſi aliius prouideat proli. & quia communiter inducit vt per fraudem ſupponatur proles quaſi legitima. [c] Sic olim in grauiſſimo caſu aiunt conſulti Iuriſper. & Theolog. quæ ſunt nimis aduertenda. [d] Vid. ſup. cap. 20. § 3. lit. Z. quia coitus dicitur iure regni. l. 9. Taur. punibilis: ut adulterum ob quod fœmina incurrit pęnam mortis. [e] Li. ſequen. capit. ſexto, §. ſecundo, Couarr. ſecunda par. ſponſ. cap. octauo, §. quinto, num. 18. [f] Victor. Ledeſm. Soto, & Recent. Theolog. citati. ſup. capit. 20. §. quinto, F. I. [g] Sup. capit. 20. §. tertio. Y. [h] [i] l. 8. 9. tit. decimotertio par. 6. Anton. Gomez. leg. nona, Taur. Couar. cap. octauo, §. quarto, num. nono. [k] [l] Cit. cap. 20. §. quinto, C. [m] cap. 20. §. octauo, G. Couarr. §. quinto, num. decimotertio. [n] [o] cap. 20. §. quinto, C. [p] l. 3. tit. decimoquinto par. quarta, Soto Sylu. filius §. quarto, verſic. ſecundo, & communis. [q] l. vigeſimaſecũda, tit. 3. libr. primo ord. L prima, titu. primo, lib. quarto, ord. Imu & poſtea l. prima, titu. vndecimo par. ſeptima. At genitus ex damnato coitu non participat nobilitatem parentum. Carol. V. pragmati. anni 42. [r] Gregor. l prima titu. vndecimo par. ſeptima. [ſ] [t] capit. 20. §. quinto, C. [u] ſup. cap. ſecundo, §. quarto, fi. ſubiectum ſunt perſonæ contrahentes. & §. primo, eſt vnum ſacramentũ in duobus contrahentibus. & generaliter libr. de ſacrament. capit. 21. [x] Sup. capit quarto, & ſeq. & capitu. 11. libro de ſacram. cap. 22. [y] [z] Sup. §. ſecundo, ad fin. libro de ſacram. cap. vigeſimoſecundo, § ſexto, libr. de pœnitentia. cap. 26. & in propoſito Petr. Soto. titu. de matrimon lect. 2. Concil. Colonien. eod. titulo Specul. in Appendic. dub. 13. & communis. [a] quia Trident. ſeſſ. 24. capit. 1. de clandeſt. ita hortatur. & ſentit Catech. Pij V. Aug. matrimon. 2. §. 26. cum Paluda. 4. diſtinct. 17. queſt. 2. 5. Marſil 4. quæſ. 11 artic. primo, enchyr. Concil. Colonien. [b] Sup. lib. 1. de pœnit. capit. 3. §. quarto, l. 1. O. & in propoſito Petr. Sot. lect. 2. [c] Sup. libro de ſacrament. cap. 25. §. ſeptimo, & agit phyſica actione. [d] De ſacramen. cap. vlt §. 6. [e] ſup. c. 2. ad fin & cap. 4. §. 4 & libr. de ſacram. capit. 26. §. ſexto. [f] ſup. capit. 2. fin. capit. 3 §. 2. & de ſacrament. capitu 26. §. octauo. [g] Sup. capit. ſecundo finem. & de ſacramento. capitulo vigeſimoſecundo §. 4.

SVMMAE THEOLOGIAE MORALIS

Tomi Primi,

Doctore HENRICO HENRIQVEZ è Societate IESV Authore, in Academia Salmanticenſi Sacræ Theologiæ profeſſore,

LIBER DVODECIMVS.

De impedimentis Matrimonij, ſeu de Matrimonio, Lib. II.

CAP. PRIMVM.

a Auctores [a] de impedimentis citantur inf.cap.4. A.& lib. præced.in princ.vt fœmina eſt ordinis incapax: & quidam reſpectu quorundam ſacramentorum ſup.lib. de
b ſacram. cap.21. [b] [c] Vt irregularis viri reſpectu ordinis
c aut celebrationis
d miſſæ. [d] d.eſt lib. 1. de matrim.c.2. Tri. ſeſſ. 24.can.4.& patet ex definitione matri. quia eſſe debet inter perſonas habiles: ideoque eccleſia irritat præambula ne veniatur ad contractum validũ Sot. d.27. quæſtio. 1. 4. ſicut & irritat quorundam profeſſionem, vt ante ætatem, aut annũ probationis Trid. ſeſſ. 25.reg.cap. 15. Soto.lib.ſeptimo, iuſt.
e quæſt.4. 2. [e] Vt de frigido & eunucho
f inf.cap.8. [f] [g] [h] Po-
g teſt eccleſia vel ſo-
h lum contractum irritare, vel ſimul in habilitate perſonas, d.eſt li. primo, de matrimo. cap. 5.
i § 4. [i] Supr. de matrim.cap 4.D.Tho.
k quæſtio.58.art.5. [k] Ledeſm. quæſt.53. 3.q.56.ſupponit ar. 1.& tenet art.4 Palud. d 40.quæſt.1. Victo.relect. de matrim.2.p. & in 4. §. 276. Angl p.455.idem Palac. d.40. q. vnic. Cano. Recent. Naua.conſ.7.lib.4. tit. 1. de ſponſal. Viruel.de matrimo. & propendet Syluest. ver. Papa.§.17.cum Anto.nam & Marti.V.diſpenſauit Soto. libro ſecundo, iuſt.quæſt.3.ar.primo, & 8.d.41.artic.2. & 3. Specul. 1.p.art.43. cõcluſ.2.& ar.47.49.50.& 2.p.ar.27.quare iure ciuili nulla agnoſcitur affinitas ſine nuptijs.per l.non facile, ff.de grad.affin. §.affines §.ſciendum Nauar. Nec obſtat 1. Cor.5.de illo qui habebat vxorem patris. Nam loquitur uiuente patre ut ibi exponit Anſel. & D.Tho. Bellarm.ca.27. col 13. argu. 2. uid.inf.cap. 9.§ 5.P.quam ſententiã fatentur probabilem Palu. Anton.qui tamẽ putãt irritum eſſe iure naturę, de quibus inf. cap.9.§.4.P.At plane contra D. Tho. quęſt.54.art.3 Bonau d.40.q.2.Rich. art.1.q.2. ſolum ait prohiberi iure diuino, explicato Leui. 18. nempe olim iure poſitiuo. Sot.d. 40.art 4. ad 3. uid. Cou. 2.p.c.6.§.10. numero texto, & tertio. Nauar capit. 22.n.84 Mich. Medi.li.4. de continen. cap.10.& Doct.qui putant inter fratres licere diſpenſatio nem.de quib.inf.ca.
l 9 §.3.T. [l] [m] Naua.
m ſup. & colligitur ex alijs cit. Palu.d.40. quęſt. 1. Sot. d. 41. q.1.2. Ledeſm.2 p. q.53 3 Victoria.§. 276. Viruel.Specu. 1.p.artic.47.49.58. Cano. & Recent., quod fatentur Syl. & Anton. poſt factum, cum Martin. V. diſpenſauerit: quamuis oppoſitum putant probabilius Syluestr. uer.Papa §.17.cum Archidiac.Pet.Sot. tit.11.Ang.& citãt id ſentire Richard. Ber-

CAP. I.

Impedimẽta matrimonij quo iure & poteſtate ſint inducta?

§.1. *In matrimon.quia eſt contractus, eccleſia induxit impedim.irritãtia.*
2 *Quædam eſſe imped:m.de iure naturæ.quid de gradibus Leui.c.18. & §.3.quot ſint?*
4 *Qui inducit impedim. An princeps ſæcularis, vt apud ĩfideles? & §.3.*
6 *Irritatur hic contractus: & quibus verbis.*
7 *Sublato imped.m. quõ reualidetur matrim.ſtricte obligat lex irritãt.*

IN alijs ſacramentis prę
ter ea impedimẽta quę
a Chriſtus iure diuino [a]
explicuit, ob quæ irrita
fit ſacramẽti ſuſceptio,
poteſt eccleſia adijcere noua impe-
b dimenta: quæ prohibeant. [b] ſed nõ
c quæ irritent factum. [c] in matrimo
nio poteſt & adicit decreto irritã-
re impedimenta præambula, ne va
lide veniatur ad contractum matri
d monii: [d] præter illa quæ iure natu
ræ irritum faciunt huiuſmodi con
e tractum: [e] eſt enim matrimoniũ
ſolum inter ſacramenta cõtractus
quidam naturalis, non niſi inter le
gitimas pſonas: qui enim à nuptia-
rũ coniunctione ſic excluduntur
f lege irritante, [f] diuina aut humana,
ſi attentent non ſit ratum, & verũ
g matrimoniũ. [g] quędã perſonæ ſunt
inhabiles omni matrimonio: aliæ
reſpectiuè, nõ poſſunt hæ cum alijs
contrahere, cum ſit impedimentũ
aut ex parte vtriuſque, aut certe ex
alterius parte claudicet cõtractus,
quando cõſenſus nõ eſt legitimus,
nec ſufficiens vt cum effectu vnus
transferat dominiũ ſui corporis, in
alterũ vel vt alter qui lege impedi-
tus eſt acquirat ſua acceptatione
h dominium alieni corporis. [h]
2 Iure naturæ inhabilis eſt. Pri-
mo qui caret vſu rationis, vt puer
i aut furioſus. [i] Secundo profeſſus
in religione approbata. Tertio qui
habet omnimodam impotentiã na
turalẽ ad coitum & ſeminationẽ,
& quando hic ad illam habet potẽ
tiam ex maleficio perpetuo, aut ex
alia improportione naturali. Quar
to qui conſeruat ſtatũ matrimonii
cũ vna, nõ poteſt ea viuente ſimul
habere ſecũdã vxorẽ: quãuis olim
in hoc ſecundario iure naturæ di-
ſpenſauit Deus. 5. irritũ eſt inter cõ
ſanguineos in primo gradu etiã col
laterali, & inter aſcendentes ius na
turę fortaſſe irritat etiã ſecundo &
tertio gradu: quãuis poteſtate diui-
nitus cõmiſſa poſſe: ex graui cauſa
diſpenſare Papa, vt auus cum nepte
coniungatur: & multo certius di-
ſpenſat in reliquis gradibus: olim
iure diuino gradus qui habentur
Leuit.c.18. faciebant matrimonium
irritum: & nũc ẽt iure naturæ pro-
hibẽtur quidã ibi expreſſi, vt quod
conſobrinus cõtrahat cũ matertera:
quod tamen eodẽ iure naturæ irri
tũ non eſt: ſic prohibetur iure natu
rę priuignus cõiungi nouercę, ſeu
vxori patris, nec tamẽ videtur iure
k naturę irritũ, [k] & nulla affinitas ex
fornicatione agnoſcitur iure ciuili
l aut naturali: [l] quare qui ante baptiſ.
fornicatus eſt cũ vna, põt cũ eius
m filia contrahere poſt baptiſ. [m] & q

n Bernar. Couar. [n] [o] Lib.præced.cap.2.lit.T.Z. [p] D.Th.1.2.q.105.
o 4.Cat.2.2.q.154.9. Sot.d.40.ar 4.ad 3.tandem Victor. rel.de ma-
p trim.2.p.Ledeſ.q 56.4.Coua.2.p.cap.6.§.10.nu.2.princ.num.3.fi.
Roff.n de matrim.regis Angl. Vi neſ ſimili tract. Caſtr.lib.1.leg.
pœn.c.vlt.putat id definitum eſſe ab Innoc.3.Argent.d.40.D.Th.

ſunt. Nec tamen leges computant eo modo, quo ius canonicum, quaſi 7.gradus ſit 6. (eo quod fratres reponunt in 2 gradu, vt putant Tiraq.1.retract.Loriotus in tit.ff.de gradibus) ſed pro 2.gradu canonico numerant 3.& 4.ciuilem. pro 3.canonico numerant. 5.& 6.ciuilem.pro 4.canonico reſpondet 7. & 8.ciuil. vt bene Bellarm.de matrimon.

vnus ſucceſſiue vnam, & deinde
ſoluto matrimonio alteram primæ
vxoris ſororem ducat, in quibus Pa
pa ex cauſa diſpẽſat, inf.c.10. Item-
que cum profeſſo, & in matrimo-
nio rato diſpẽſaſſe Papa, legitur.inf.
c.5.& ſup.cap.8.nõ quidem vt ma-
nente primo ſtatu contrahat, quod
repugnat iuri naturæ: ſed diſſoluto
per diſpenſationem ſtatu profeſſi,
aut prioris matrimonij: ſic enim fit
capax vt nouum matrimoniũ ineat.
cõſummatum vero matrimonium
inter fideles nec profeſſione quo
n ad vinculum, [n] nec vlla autoritate
o in terris ſolui poteſt. [o] quidam gra-
dus Leuitici.cap.18.non includunt
p vllam prohibitionẽ iuris naturæ, [p]
ſed ex ſolo eccleſiaſtico iure quo
q confirmantur, [q] matrimonium
nunc irritant: quia præcepta iudi-
cialia ex vi legis veteris, ſicut & cæ
remonialia omnia expirarunt om-
nino cum morte & reſurrectione
r Chriſti, [r] nec ex vi illius legis obli
gant Chriſtianos in legis Euangeli-
ſ cæ ſtatu. [ſ]

3 Impedimenta quæ iure diuino
vel humano dirimunt cõtractum,
(id eſt, decreto irritante prohibent,
t ne attẽtatum ſit ratũ & validum [t])
u continentur his verſ. [u] Error, con-
ditio, votũ, cognatio, crimen: Cul-
tus diſparitas, vis, ordo, ligamen, ho
neſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire
nequibis. de quorũ numero poſtea
dicetur. quædam alia impedimenta
prohibent iure naturæ vel humano
x contrahere: [x] ſi tamen illicite con-
trahatur ſeruata ſolẽnitate, quæ pro
y forma inſtituitur, factũ tenet. [y] Pro
temporum exigentia addita aut mu
z tata ſunt quædam impedimenta. [z]
à principio orbis dũ erat hominum
a raritas, rara erant impedimenta, [a]
ſicut & raræ excommunicationes à
b primis Pontific. [b] & diſpenſauit

Deus inter filios Adæ vt frater cum
c germana ſorore contraheret: [c] &
expreſſe inter poſteros Abrahæ,
vt vnus haberet ſimul plures vxo-
d res. [d] Paulo poſt principia Chri-
ſtianæ eccleſiæ irritatum fuit ma-
trimonium inter cognatos vſque
e ad ſeptimum gradum, [e] vt dilata-
rentur fœdera amicitiæ, & pacis
inter plures: poſtea reſtrinxit ad
f quartum gradum [f] nuper Concil.
Trident.ſeſſ.24.iuſtis de cauſis quæ
g dam impedimenta contraxit, [g] vt
cap. 2. quæ à cognatione ſpirituali,
vel à iuſtitia publicæ honeſtatis, ca.
3. vel ex affinitate illicitæ copulæ
oriuntur cap.4. adiecit vero impedi
mentum matrimonij clandeſtini.c.
1. niſi præſente parocho, aut alio de
eius licentia ſacerdote & duobus
ſaltem teſtibus contrahatur: & cap.
6. irritum eſſe voluit inter rapto-
rem & raptam, quamdiu illa manet
in poteſtate raptoris.

4 Poteſt enim inter Chriſtianos
addere impedimenta irritãtia Papa,
h vel Concil. generale [h] idem poſſet
i princeps ſæcularis, [i] niſi eccleſia
inter Chriſtianos eã facultatem ſuo
k iudicio reſeruaſſet, [k] ob reueren-
tiam ſacramenti. ſed inter Gentiles
olim leges ciuiles Romanorũ, quæ
orbem obligabant (niſi forte a prin-
cipio, dum illorum monarchia erat
l tyrannis [l]) multa conſtituerunt im-
pedimenta, quæ matrimonium, vt
eſt humanus contractus irritabant:
vt referunt ij, qui geſta Romanorũ
m ſcribunt. [m] idem ſtatuerunt &
n Græci Imperatores, [n] atque alij,
dum monarchiam tenebant. irrita-
bant enim in linea conſanguinita-
tis tranſuerſa vſque ad ſeptimum
o gradum ſuum: [o] patrem & filium
ſolos conſtituunt in primo, fratres
vero in ſecundo pro ſucceſſione hę
p reditatis. [p] His legibus olim quaſi

Bonau. Rich. Scot. Dur.d.40.Rubio.d.41.q.2. dum inter quoſdam gradus Leuit. aiunt olim iure tãtum poſitiuo prohibitum. Nau. cap. 22.nu.84.Sylu.ver. PP. §.17. Spec 1.p. ar.43.49. & 2.p.ar. 27.Pigh.controuer. 5. Dried. 1. libert. Chriſtia. cap.11. & alij plures, qui ſcripſerunt pro matrim. Henric.7.regis Angliæ cum Cathari-
q na. [q] Quod ius eccleſiæ ob imitationem diuini iuris antiqui, vocatur interdum ius diuinum. Victo. rel.1. de poteſt.eccl. q.4. nu.7. ſicut præceptum de decimis à quibuſdã vocatur iuris diuini. D.Tho.2.2.q.87.1. Couar.1.var ca.17. nu.1. Tiraq.retract. lignag.præfat. nu.8. Molina lib.2. de pri
r mogen.c.5.n 63. [r] [ſ]
ſ Hebr.7.tranſlato ſacerdotio. quod cita. Trident.ſeſ.23.cap. primo. D. Thom. 2.2. quæſt. 103. 3. quæſtio.99.quarta, quæſtio. 105.4 ad 2. Sot.d 40.4.d.20. q.1.3.lib. 2. iuſtic.q. 5.4 Caſtr.verb.lex. Cou.c 6.§.10.nu.1. Naoa. cap.22.num.
t 84 [t] Ita exponit D. Tho.add. q.50.art.
u vnic. ad 7. [u] D.Th. quæſt.50.Sot.d.34. quæſtio. vnic. artic. 2.Ledeſm. quæſtio. 52. Nauar. numero 29. & ſic explicãtur hæc 12.impedimenta. 1.error perſonæ. 2.conditio ſeruitutis: at conditio contra ſubſtantiam reducitur ad defectum conſenſus. 3.votum ſolemne profeſſionis. 4.cognatio triplex, naturalis per conſang. ſpiritualis ex bapteiſmo aut confirmatione. legalis ex adoptione. 5.crimen duplex, homicidium coniugis alterius, cauſa contrahendi. Adulteriũ data fide contrahendi poſt alterius mortẽ 6 cultus diſparitas, i. baptizatus cũ nõ baptizata. 7. vis ſeu metus de ſe grauis. 8 ordo ſacer ſeu maior. 9.ligamen, i.ligatũ eſſe altero vero matrim. 10.honeſtas publica ex ſponſalibus veris de futuro, in 1.tantũ gradu. 11. affinitas triplex ex matrim.rato, vel ex conſummato: aut ex copula fornicaria ad 2.gradum. 12.impotentia coeundi ex frigiditate viri, vel ex arctitudine virginis, aut ex maleficio perpetuo. Trident.
x y addit. clandeſtinum ſine parocho vel teſtibus & raptum. [x] [y] De
z a quibus dicetur capit.2. [z] [a] Vt ſtatim declarabitur. [b] Nauar. cap.
b 27.num.49. Turria.lib.primo, pro can. Apoſtolorum cap. quinto,
c & 29.& patet ex D. Thom.add.quæſt. 24.ar.primo. [c] Inf.cap.9. [d]
d Inf.cap.6 & lib.præced.cap.2 M. [e] Multo ante, Alexand.II.in con
e cil.Later.cap.ad ſedem.34.quæſt.5.meminit, Greg. I. lib.12.epiſt.
31 ad Felic.& prius Iul PP.I.cap.nullum.35.quæſt.2. iſtorum.7.
graduum ſecundum ius canonicum. Coua.2.p. c.6.§.10.num.5.in
2.ad quibus legibus ciuil. vtuntur canones. cap.coniunctiones.35.
quæſt.2.cap.2.de deſponſ impub.cap.3. qui matrim.accuſare poſ-

f capit. 26. [f] Inſ. cap. 9.§.2.Innoc. III. ca. non debet. de conſang quod editum eſt in celeberrimo
g Concil Later. 8 Vt aduertit Pius V. in
h catech. [h] Trident. ſeſſ. 24. can. tertio. & quarto. Ledeſm. quæſtio.56.quarto. Caie.tom.ſecundo, opuſc.in explicatione articulorũ. Vualden.tom. ſecundo, ſacram.cap.132.Taper. artic.17. & 20. Couar.ſecunda parte, cap ſexto, in principio & §.10.nu. 10. 17.Soto.d.34 artic. primo, d.40.ar.3.& 5. Tiletan. præfat. defenſio. pro Concil.Trid.Pet.Sot.de matrim.lect.4.Ant. 3.p.tit.1.c.19 §.fin. D. Tho. quæſt. 50. ar.vn. quæſt 54 art. 4 Paluda d.26.q 4. 3 Rich ar.2.quæſt. 3. Adria. de matrimon.ſol.3.Bellarm de matrimon.capit.
i 28. [i] Anto. capit.6. Palud. d.26.quæſt. 2.2. Ledeſ.q.52 q. 56.3. Sot.d.40 art. 5.d.39 artic.primo, dub. vltim. Victor. relect. matrim. prima parte, num. 12. Specul. prima parte, artic 27.concluſ. 8.& tertia parte, ar. 20. Syluestr.matrimon. octauo, §.10. verſ.ſecundo. Abul. primo.Reg octauo, à quæſt. 166. vſque 183 D.Thom quæſtio.50.ar. vni.ad 4. quæſt.59. ſecundo, ad tertiũ, libro quarto, contra gent.cap.78. quodlib.quinto, artic. 15.Petr. Sot.lect.quarta.Taper.art 20. & ſtatim dicetur. Nec id negat Couar.ſecunda parte, cap.ſexto, §. 10.num.16.& cap.6.principio num.ſexto, ſed loquitur poſtquam PP.reſeruauit.Turrecrem. in princ.35.quæſt.8.Deci.conſ.231.num.primo, gloſ.l.Paulus, ff. de ſtatu hominum.facit Couar.lib.tertio. cap.primo. Bellarm.cap.
k 21.col.penult.cap.32 ad fin. [k] cap.tuam.de ordine cognit. Triden. ſeſſ.24.can.12.Coua.2.p.cap.8.§.12.num primo, per cap accedentibus.de exceſ.prælat.lator.cap.cauſam.qui filij ſint legitim.Sot.d. 29.q.1.ar.4.verſ.duo.vbi exponit d c.tuam.cap.cauſam.Simanc.de catho.inſtit.c.40.Turrian.lib.3.pro can.Apoſt.Bapt. Lupus.tract. de vſur.ad fin.nu.66.Bella.de matrim.c.32. & ſubeſt cauſa vt reſeruetur eccleſiæ, quando eſt quæſtio iuris, & non facti. quia hic contractus eſt ſacramentum inter Chriſtianos.de qua ratione Palud. d.26.q 4 ar.3 Sot.d.26.q.2.1. Coua.c.6 princ.num.6. & § 10.nu. 16.pract.c.31.nu 2.V.ctor.rele.de matrim. At in q.facti incidenter cognoſcit laicus iudex Coua.c.8.§.11.nu 4.& c.7.§ 6.num.8. Bapt.Lup.ſup.cenſetur autem eccleſia reuocare leges de matrimonio, vt dum declarat matr filiorum abſque conſenſu parentũ, aut
l ſeruorũ abſque conſenſu domini, valere. [l] F Med.1.2.q.90.2.Sot.
m n li.1.iuſt. q.1.ar.2. [m] [n] De quo Briſon. duplici. lib. de ritu nupt.
o p Tiraq.1.retractus. [o] Vt explicatum eſt lit.F. [p] Ideo vero legitima

ita diſtinguunt, vt eo ordine præferantur cognati in ſucceſſione hæreditatis. Tiraq. ſup Loriotus in tit. ff. de gradibus. [q] Bellarm. cap. 26. Iul. primo, cap. nullum. 32. quæſt. 5. Couar. cap. 6. §. 10. num. 5. add. [r] Coua. cap. 6. § 6. num. 3. Naua. num. 48. ſi. & add. Hiſpan. D. Thom. add. quæſt. 59. 2. ad 3. [ſ] cap. de infidelibus. de conſang. cap.

[h] impedim. matrimon. num. 416. Specul. prima parte, art. 28. [h] Caieta. Soto. d. 28. Nauar. cap. 16. num. 36. [i] D. Thom. quæſtio. 55. artic. 10. & 11. Soto. diſt. 41. artic. quinto. Allen. libro octauo, tit. 33. 34. 35. Syluest. matrim. 8. Couar. ſecunda parte, capit. ſexto, §. 10. num. 20. vt accuſatur matrimonium ob adulterium. D. Thom.

à ſe comprobatis vſi ſunt pontifices, vt Iul. I. [q] quas tamẽ Inno. III. cap. non debet. de conſang. reduxit ad quartum gradum: & partim confirmans vtitur lege olim diuina, quam Moſes Leuit. capit. 18. ſuo populo propoſuit.

5 Nunc apud infideles Iudæos qui lege Moyſi adhuc volunt impie gubernari, irritum eſt tale matrimonium prohibitum Leuit. capit. 18. [r] quod ſi vterque ad fidem conuertatur, permittit eccleſia vt, quamuis contraxerint in gradu ſic prohibito, permanere poſſint ex diſpẽſatione in eo matrimonio. [ſ] Princeps infidelium inter ſuos etiam nunc poteſt ſimile impedimentum ſtatuere: [t] eo quod vt alij contractus irritantur quibuſdam legibus, [u] niſi fiant ſub certa forma & ſolemnitate, ita hic contractus de mutua & perpetua corporis traditione ſubiacere poteſt legibus ciuilibus: differt tamen in eo, quod poſtquam ſemel valuit matrimonium etiam inter fideles, nulla humana autoritate reſcindi poteſt: [x] nec per impedimentum de nouo additum, aut ſuperueniens [y] irritatur, quod prius erat legitime contractum, licet iudex teneat ſoluere: ſententia enim in cauſa matrimonij lata non tranſit in rem iudicatam, [z] ſi forte falſa præſumptione nitatur. Olim conſuetudo potuit inter quoſdam inducere impedimentum: [a] quod iam ceſſat.

6 Interdum eccleſia impedit irritando tantũ ipſius contractus ſubſtantiam, [b] vt irritauit contractum minorum, dum alienant bona: interdum inhabilitat perſonas quæ ſunt materia remota contractus. In clandeſtino vtrumque coniungere voluit Concil. Trident. quia etiam contractus irritantur, & perſonæ ſimul ad ſic contrahendum inhabilitantur. [c] verba quædam præ ſe ferunt irritationem vt olim apud Euariſt. Papam de clandeſt. [d] ſed non te ritauit iuxta ſenſum quem vſus & ſapientes interpretantur. [e] cuius vera ratio eſt, quando eccleſia prohibet ipſam ſubſtantiam contractus, facta contra legem non valẽt, [f] quia fiunt contra ſubſtantiam actus & conſenſus: At quando prohibet aliquid circa ſolemnitatem & modum accidentalem & punit, non cẽſetur irritare: [g] ſic olim prohibebat clandeſtinum, quod tamen licebat in caſu quo ceſſarent inconuenientia. [h] Si qui contraxerint etiam bona fide cum impedimento irritante, etiam occulto, accuſatur matrimonium [i] per deſtinatas perſonas, vt quamuis fuerit præſumptum, ſoluatur, ſeu potius irritum declaretur autoritate eccleſiæ.

7 Si impedimentũ quod præceſſit matrimonium, tollatur per ſuperuenientem legem, aut aliam rationem, [k] aut diſpenſationem, non conſolidatur prius matrimonium, [l] niſi iterum confirmetur legitimo & expreſſo vtriuſque conſenſu [m] (poſtquam enim tollitur inhabilitas reſpectiua, non eſt maior ratio cur requiratur nouus conſenſus vnius etiam nocentis, quam alterius) quia diſpenſatio extrinſeca nõ poteſt ſupplere neceſſarios vtriuſque conſenſus, ſed perſonas reddit habiles futuro contractui. ſi nõ interfuit inhabilitas perſonarum, ſed contractus fuit irritus & claudicans (vt quia defuit conſenſus, aut certe legitimus conſenſus ex parte vnius [n]) ſatis eſt iſtius conſenſum opportune ſuppleri. Lex humana rato obligat cum periculo mortis, [o] niſi inſtet cauſa boni communis, aut religionis Chriſtianæ: Ea tamen lex quæ inhabilem facit ita obligat, vt propter mortis periculum, non liceat contrahere ſimulque conſummare matrimonium cum perſona inhabili: [p] aliàs ſi conſanguineus, affinis, vel profeſſus & ſacris initiatus ſcienter contrahat de præſenti, imponitur excommunicatio, [q] tam iſtis quàm alteri cum iſtis contrahere non verenti: quam clericus qui ſciens & ſponte tali matrimonio aſſiſtit: [r] niſi diſpenſati ſint, aut ignorantia vel graui metu à cenſura excuſentur.

gaudemus. de diuorit inſ. cap. tertio, §. 5. [t] Vt d eſt, & dicetur capit. 13. § 1. D. Tho. ſup. & lib. 3. de regim. princ. c. 14. Victor. releſt. de matrim. 2. p no. 12. releſt. de poteſt. ciuil. nu. 5. Sot. d. 39. art 1. ad fin. [u] Vt de alienatione bonorũ pupilli, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non pôt tutor abſq; iudicis autoritate vendere: vt immobilia aut ſciphos argẽteos. ff. de rerum diuiſion. ff. de acquirẽdo rerum dominio vel poſſeſſione. Couar. capit. quamuis pact. 2. part. § 4. nu. 6. Conan commen. iuris ciuil. à cap primo. [x] Couar. 2 p. c. 8. §. 12. num. 11. [y] Infr. cap. 7. D. Tho. quæſt. 54. 4. ad 6. q. 55. ar 6 Sylo. matrimo. 8 §. 15. verſ. 7. [z] Couar. ſup [a] Coua. ca. 6. § 10. num. 18. negat conſuetudinẽ per ſe inhabilitare. & D. Tho. quæſtio. 53. 2. Sot d. 38. q. 2. 2. col. 2. vt conſuetudo inhabilem (puta eum defectu ætatis) non poteſt habilitare Couarru. cum Dried. Syl. matrim. 2. §. 3. Ang. matrim. 3. imped. 17. Tabie. verb. imped. at olim conſuetudo arguebat tacitum conſenſum eccleſiæ quando ex contractu ſequebatur ſcandalũ in fieri & facto eſſe: vt inter duos filios compatrum. Naua. capit. 22 num. 73. Syluest. Dried. de lib. Chriſtian. cap. ſecundo, mem. 2. p. 3. fol. 124. Magiſ. d. 38. Panor. & gloſſ. recepta. capit. ſuper his. de cognat. ſpiritu. Ib. ſic olim votum quod vxor relicta in ſæculo emittebat in manu epiſcopi, videtur irritaſſe. cap. inſinuante. qui cleri. vel vouent. e. rurſus. vbi gloſ. & Hugut. quod tamen reuocat Bonif. VIII. capit. vnic. de voto in 6 & tempore D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. [b] [c] Lib. præceden. cap. 5. §. 4. Z. L. [d] De decret. Euariſt. cap. primo, cap. noſtrates. 30. quæſt. 5. d. eſt ſup. ca. 5. §. 3. [e] Quia ſenſus eccleſiæ pendet ex vſu & interpretatione ſapientum, iuxta duplicem regulam ex glo. fin. cap. tua nos. de ſponſ. duorum gloſ. fi. in cap. 1. de cognat. legal. in Cle. prima, ver. inhibentes. de iure patron. & quæ affert Couar. cap. ſexto, princ. num. ſeptimo. Xuar l. 1. fori tit. de las ganancias. numero 7. [f] Prima regu. de qua l. pacta quæ contra. C. de pact. cap. ſi diligenti. de foro compet. [g] Secunda regu. de qua. Couar. cap. octauo, §. ſecundo, num. 8. Taper. art. 20. Card. Aracœli de

quæſt. 62. 4 [k] Tollitur inhabilitas ſi puer impleuit ætatem, aut quia cõiux prior obijt, & factus eſt liber, vel ablata eſt ſcientia aut coactio. ſic per Tri. ablata ſunt quędam impedimenta pro futuris, aut iam contractis matrimonij. declarat Pius V. proprio motu, anno 66. refert Nauar. capit. 22. num. 42. ad marginal. Concil. vltim. Bracharen. act. quinto, cap. 12. Specu. in append. p. 79. archiepiſcopi Guerrero & Blanco, qui affuerunt Concilio. D. Vera. D. Thom. q. 54. 4 ad 6 & quæſt. 55. 9. Soto. diſt. 27. quæſt. prima 3. ſupponit Caiet. tom. 1. tract. 11. quæſtio. 2. Naua. cap. 22. num. 47. fin. 80. 86. Couar. prima parte, capitulo quarto, princip. ſecunda parte, capitulo ſexto. §. 10. numero 15. Specul. prima parte, articulo 34. concluſ. 8. art. 63. concluſ. ſexta, articulo 44. concl. tertia, & ſecunda parte, articulo 13. concluſ tertia, & in append. dub. decimo, concluſ. quarta DD. diſtinct. 38. Scot. quæſtio. prima, verſ. & tunc ad ſecundo, ſupplem. quæſtio. prima, articulo ſecundo, concluſ. 22. Richard. ibi & diſtinct 40. quæſt. ſexta, Gerſ. ſecunda parte. compend. Theol. concluſ. ſeptima. Adrian. de matrimon. Abulen. primo. Reg. 8. quæſtio. 38. fin. [m] Caiet. Adrian Sot. Victoria recent. requiritur vtriuſque conſenſus. [n] D. Thom. add. quæſtio. 47 quarto, ad ſecundũ. Recent. [o] D. Thom. prima ſecundæ quæſt. 96. quarto, vbi Frat. Medin. [p] Frat. Medin. ſup. Sot. libro primo, tit. quæſtio. ſexta, quarto, capit. fin. [q] Per Clem primo, de conſangui. Nauar. capitulo vigeſimoſecundo, numero 52. capitulo 27. num. 141. Couar. ſecunda parte, capitulo ſexto, §. octauo, num quarto, Bern. pract. cap. 78. Specul. prima parte, art. 37. Caiet. excommun. capit. 47. [r] Per conſtitut. ſynod. 1. Nauar. capit 27. numero 142. fin. Caiet. quando ſacerdos ex officio autorizat ſolemniter matrimonium: ſecus ſi verba dicantur à ſæcularibus, vt ait Armil. verb. excommun. 45. At iure communi ſacerdos non incurrit excommun.

CAP.

C A P. II.

a Palud. [a] diſtinct.34.quæſt.1.artic.2. conclu.3. Pala. quæſt.2. Specul.prima par.artic.23.dub.1.conclu.1. Anton. tertia par. titu.1.cap.16.§.4.fin. Syluest.matrimon.7.§.6.verſic.2.Armil.inceſtus.§.3.cum Vincent. quamuis quidam dicant eſſe ueniale, vt Caiet. ver. matrimonij peccata, cap.ſecundo, Soto.diſtinct.37.artic. ſecundo, de quibus impedimentis non irritantibus. Diuus Thom.q.50 Doct. diſtinct.34. Nauar. cap.22. à num.68. 73.74. Bellarm. de matrimon cap.18. & 31. Syluest. matrimon.4.Petr.Sot. lect.9.Couar.ſecunda par.cap.6.
b [b] Nauar. nu 68. Couar. cap.6 princip num. 6. & quãdo lite pendente interdicit, c. 3. §.7.num.4. Palud. Syluest. matrimon.7.§.1.
c [c] Nauar.conſil.24.num. 3.lib.4. titu primo, de ſponſal. vt dubitatum eſt de caſu cuiuſdam magnatis ad inſtantiam Regis Hiſpan.
d [d] dict. eſt lib.præceden. c. 5.Doct.diſtinct.28. D.Tho. quæſt.45. 5.Nauar. num.68.
e [e] Tridenti.capit.10. Nauar. cap.22. nu. 71. Specul. prima par.artic. 14.qui falſo addit ex doctrina Soti diſtinct.32. quæſt.1.3. epiſcopum ex cauſa diſpenſare, vt eo tempore ſint benedictiones. oppoſitum tenet Cardin.capit. capellanus. de feriis. quæſt.1. Henric. Botæus tract. de ſynodo, poſt tertiam par articu.1.nu.163.& Recent. Iuriſper.
f [f] Nauar.cap.27. num.178. ſed quia benedictiones pertinent ad officium diuinum; fieri poſſent cum moderatione, cap. alma mater, ſi quis habet bullam qua poteſt intereſſe diuinis. At matrimon.ratum fieri non prohibetur etiam inter perſonas interdictas, quæ non poſſunt intereſſe officijs publicis: quia matrimo. eſt quidam contractus cui accidentaliter per Chriſtum
g adiecta eſt ratio ſacramenti.[g] D.Thom.quæſt.53.Nauar.cap.22. num.73. cum Richard. Roſel. Anton.Syluest. Specul. prima par. articu.15. Bellarm. cap.21. tenetur uero mortuo coniuge ingredi religionem. Addit Nauar.num.73.cum Hoſtien. peccare ſi quis incaute reſpondeat roganti, matrimonium cum uoto continentiæ valere,facit num.83.§.34.Vt cum fragili offertur occaſio abutendi uera doctrina,Orig.cap.in mandatis,43.d.Anton.tertia par.tit. 2.cap.16.§.1.Abulen.Num.cap.30.quæſt.63.Specu.append.pag. 107.ad primum, ſecus ſi id dixit homini parato non ſeruare uotum,aut bona fide dixit in generali,Nauar.cum Syluest.matrimo.
h i 7 §.5.verſic.9.Specul.ſupra & prima par.artic.15.[h i] De his uotis
k l ſupra lib.de indulgent. cap.30.§.6.[k l] Libro præceden. capit.14.
m [m] Nauar.cap.22.num.72.ad fin.& obiter num 36.40. cap.per catechiſm. de cognat ſpir. in ſexto. Iuſtinian.nouel.24. Balſam.ſup. ſext.ſynod.can.53.l.2.tit.7.p.4.communis & Durand.diſtinct.42. Sot.Diuus Thom. addit.quæſt.56.2.ad ſecundum. Ledeſ. quæſt. 58.Syluest.matrimon.7.§.4. Couar.ſecunda par. cap.6.§.4. num. 12.cum Hieronym. Paul. At quidam negant per catechiſm.contrahi impedimentum. Alber.diſtinct.42.artic.5.ad quintum, propendet Soto quæſt.1.artic.2.iam non eſſe in uſu, & probabile dicit olim Specul.prima par.artic.55.At falſo ſolus Palud.diſtinct.
n 42.ait contrahi etiam per ſolum exorciſmum. [n] Specul.addit prima par.artic.22.ad fin. quidam Recent. Nauar capit.22.num.85. conſil.6. lib.4. titu. 14. de conſang. argum. cap.de gradibus. 35. quæſtio.8. & l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nupt. & de ſolennem pœnitentiam agente qui prohibetur à matrimon.ſupra lib.1. de pœnitentia, cap 29.§.3.
o [o] Nauar. nume.74. D.Tho. quæſt. 50. Syluest.matrimon. 4.Soto.diſtinct.37. quæſt.1.artic.1. Palud. diſtinct.34. q 1.Petr.Soto.lect.9. Specu prima parte, articu.27. Caietan. ver.matrimon. Couar. ſecunda par. c.
p 6.princip. [p] cap.1. & 2.de eo qui cogn. Nauar. num.75. §. 3.Soto.diſtinct.37. articu.1. colum.3. Specul. prima par. art.23. conclu.2.ſignificat Armil.matrimon. §.57. Angel.inceſtus.§.3.Panorm.d.cap primo, quia hæc odia ſunt reſtringenda ad caſus expreſſos iure. Nec oppoſitum habetur cap. tranſmiſſæ.eod.titu. de quo Syluest. luxur. §.4. verſic.1. puniri debet à iudice: quia conſtabat cognouiſſe filiam primæ uxoris defunctæ, nempe etiam uiuente uxore cum Panor. Ang. ſupra § 4. vbi addit.1.Sarmien.li.
q 7. Select. cap.10. [q]
r Couar.ſecunda par. cap.6.§ 8.num.primo, [r] Nauar. num.75. fin. & 85. Caietan. Soto Paludan.Palac. Specul. prima par. artic. 23. 27 fin.addunt conſuetudinem ualere pro diſpenſatione: quia epi-
ſ ſcopus ſcit, quotidie inceſtuoſos contrahere, & tacet. [ſ] Nauar. num 74. communis Theolog. diſtinct.34. & Canoniſt. in cap.ſecundo, de pœnitent.& remiſſio. per cap.admonere, 32.quæſt.ſecunda, idem Nauar. conſil.28.lib.quarto, titu.primo, de ſponſ.& probari per opt.text.capit.quicunque,33.quæſt.3 citatum à g'o. capit.admonere eod. At Syluest. negat probari iure, idem eſſe de mariticidio cum tamen ſit eadem ratio, vt ait Nauar. cum Palud. contra Syluest. matrimon.6. §.ſeptimo, ſecus ſi uir licitè occidat
t u adulteram ſibi traditam à iudice. [t] [u] Infra capit. decimoquarto,
x §.ſecundo,& de raptu ibid.ſupra. [x] [y] Nunc per Trident.capit.
y ſexto, Bellarm. capit.uigeſimo,fin. Nauar.num.74. & 47. fin. di-
z cetur, capit.decimoquarto, §.quarto, [z] Nauar. capit.uigeſimoſecundo, nume.40. 74. Abulen. Matth.5. quæſt.100. Syluest. matrimon.8.§.ſeptimo, verſic. ſecundo, Hoſtien. Panorm. Adrian. Richard. Paludan.Anton. Caſtro. ſecundo leg.pœn. capit.quinto, decimoquarto, Viguer. Ledeſm. quæſtio. 58. ſecundo, fin. capit. de eo. 30. quæſtio. prima, licet Pater in neceſſitate teneret infantem, contrahit: quia non erat de neceſſitate tunc fieri ſuſceptorem,communis contra Soto.diſtinctio.42. quæſt prima,1.colum. 3.vid. diſtinctio. 37. articu. primo, & Duran. diſtinctio.42. negat aliquid de hoc eſſe iure expreſſum. Et falſo quidam apud Syluest. aiunt fieri compenſationem, ſi uterque parens conſentiat in crimine.

C A P. II.

De his quæ impediunt matrimon. ratum,& non dirimunt.

§.1. *Reduci ad ſeptem impedim. in genere,vel ad 13.in ſpecie.*

2 *Quibus modis tollitur impedim. & diſpenſat epiſcopus.*

3 *Qui ſic contraxit, non impeditur cõmuniter petere debitum.*

4 *De inceſtu cum conſang. vel affine, & §.5.an petens diſpenſatione pro conſang.vel affinis.debeat de inceſtu facere mentionem:& §.6.7.cur ex ſtylo ſit mentio.*

8 *Votum continentiæ impedit.& §.10. ſi mutuo voto contrahant.*

9 *De voto ſimplici religionis. De profitente ſine licentia uxoris.*

IMpedimenta eccleſiaſtici vel naturalis iuris quæ prohibent ſub
a mort. contrahere,[a] & tamen contractum non dirimunt, ſunt in genere.7.vel in ſpecie.13. Primum ſi contra interdictum iudicis: (vt ſi lite pendente prohibuit) perſonæ
b de ſe habiles contrahant. [b] At numquam legitur Pontif.nec deberet ſolo interdicto (abſque lege communi) facere duos, vt ſint inhabiles ad
c contrahendum inter ſe. [c] Secundo contra interdictum iuris,vt ſi ſalua matrimonii forma contrahant clan-
d deſtine,[d] aut benedictiones & nuptiæ fiant tempore per iura interdi-
e cto,[e] aut loco interdicto. [f] Tertio
f poſt uotum continẽtiæ perpetuæ,[g]
g aut numquã nubendi.Quarto poſt
h uotum religionis,[h] aut ſuſcipiendi
i ordinem ſacrum. [i] Quinto ſi matrimonium de præſenti cõtrahat cum una, qui contraxerat legitima ſpon-
k ſalia cum altera, [k] nec eſt cauſa notoria, vt ab illis libere poſſit recede-
l re. [l] Sexto olim ob cognationem quãdam patrini ortam ex eo quod quis teneret fœminam ad catechiſ-
m mum tantum, [m] quando ſuppletus eſt poſt baptiſmum in neceſſitate datum. quod per Concil. Trident.
n videtur ſublatum. [n] Deinde ſepti-
o mo ob unum ex ſeptem delictis. [o] Primo ob inceſtum hominis coniugati cum cognata uxoris adhuc ui-
p uentis, [p] (vbi ſimul cum inceſtu adiungatur adulterium) hic prohibetur mortua uxore contrahere: dicitur vero inceſtus quaſi non caſtus, caſtus uero ſignificat cingulũ quo Venus utebatur ad honeſtas
q nuptias. [q] & in hoc impedimento inceſtus, epiſcopus iure concedente
r te diſpenſare poteſt. [r] Secundo uxo-
ſ ricidiũ illicitum, [ſ] ſed abſque adulterio aut promiſſione ut adulteram ducat: hoc enim faceret impedimẽ-
t tum irritans. [t] ſi uero uir uxorem adulteram auctoritate publica ſibi traditam occidat, non prohibetur contrahere. & quamuis communiter pœna & prohibitio non extendatur ultra caſum iuris expreſſum, ſub uxoricidio tamen videtur in-
u cludi mariticidium: [u] quia militat eadem aut maior ratio, vt pœna extendatur ad correlatiua. Tertio ra-
x ptus alienæ ſponſæ:[x] ſed per concil. Trid. qui rapit fœminam ſiue deſponſata ſit alteri, ſiue non, fit inha-
y bilis ut cum rapta cõtrahat, [y] quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit. Quarto ſuſcipere proprium fi-
z lium de fonte baptiſmi:[z] vel de confirmatione, eo animo ut per eam ſuperuenientem cognationem im-

pediatur petere debitum. Quinto presbytericidium: [a] præſertim ſi de illo conuictus eſt in iudicio. [b] Sexto ſi peccatum habuit ob quod facta eſt ab illo ſolennis pœnitentia. [c] Septimo ſi de facto contraxit ſcienter cum moniali. [d]

2 Tolluntur prædicta impedimenta diſpenſatione legitima: cuius vicem interdum ſupplet conſuetudo [e] contrahendi abſq; diſpenſatione. diſpenſat in inceſtu primo apud quaſdam regiones conſuetudo, in quibus epiſcopus videt quotidie inceſtuoſos contrahere, & tacet: ac ſubinde in alijs impedimentis quæ proueniunt ex delicto præſertim occulto. Secundo, epiſcopus diſpenſat in omnibus his impedimentis, præter id quod prouenit ex voto continentię, vel religionis, aut ex primis ſpũalibus: quia quãuis iura ſolam diſpenſationem inceſtus exprimant cócedi epiſcopo, conſuetudo tamé interpretatur ex ſimilitudine rationis extendi ad alios caſus. [f] Tertio inceſtus tunc impedit petere debitũ ratione fornicariæ affinitatis in primo aut ſecundo gradu: [g] (nec enim ad vlteriorem gradũ extenditur poſt conc. Trid. quamuis cum inceſtu coniũgatur adulterium, ſtuprum, & ſacrilega copula [h]) quando ſcienter cum ea affine, id eſt, cum cognata vxoris cómittitur. At ſi ignorabat eſſe ſibi affinem, vt excuſatur à propria ſpecie inceſtus, ſic & à pœna non exigendi debitum, [i] ſimiliter enim quæ inculpata per vim cognita eſt ab affine iniquo, non impeditur petere debitum: & generaliter qui excuſatur ab inobedientia ſeu ſpecie delicti ob quam imponitur excommunicatio aut irregularitatis pœna, hic ex conſequenti excuſatur in conſcientia à prædicta pœna. [k]

3 Hæc quæ non dirimunt, non impediunt (excepto voto continentia) quin conſummato ſemel matrimonio liceat petere debitum, [l] vt ſi inceſtuoſus contraxit cum alia, non impeditur ab ea petere debitum: [m] quia cum illa nullam habet affinitatem. Similiter in eo qui tépore aut loco interdicto contraxit, aut fecit aliquod ex prædictis delictis. prohibitio enim cótractus non extenditur ad vſum illius: ſic & ſtrictius prohibetur contractus cum propria conſanguinea, nempe ſub excommunicatione, [n] quam vſus illius. qui habet votum religionis tenetur poſt matrimonium ratum adhuc implere votum, [o] vt poteſt ante conſummationem (vt patet, ſi votum religionis emiſiſſet poſt matrimoniũ ratum) cóſummato tamen ſemel matrimonio, poteſt petere & reddere. [p] Solo voto caſtitatis impeditur petere, [q] quia huic magis repugnat vſus, quam contractus qui aliquando licet. [r]

4 Qui inceſtum fecit ante vel poſt matrimoniũ cum propria conſanguinea, non impeditur contrahere cum alia fœmina: [s] At ſi cum eadem optat contrahere & petit diſpenſari, deberet (pro foro exteriori ex ſtylo curiæ Romanæ) facere méntionem de conſanguinitate ſimul & inceſtu: [t] quia difficilius datur & cum lóge maiori compoſitione pecuniarum. quãuis enim inceſtus cum conſanguinea de ſe non ſit impedimentum vt contrahat cum alijs, reputatur tamen in foro exteriori ob quaſdam præſumptiones [u] impedimentum vt cum eadem cótrahat. [x] ſed quando inceſtus quidam factus eſt cum affine, cum

lamer. Felin. Mandoſ. Nauar. conſil. tertio, numero quinto, titulo
de homic. libro quinto. Anton. Gabr. Sarmien. vid. Couar. ſecun-
c da parte, capitulo ſexto, §. ſeptimo, num. 1. & 4. [c] Nauar. cap. 22.
num. 86. cum. Doct. ſup. Secus ſi fuit motiuum ſecundarium vt fa
cilius concederet. Couar. primo. variar. cap. 10. num. 1. ad fin. cum

tur, dicitur obreptio, & vtroque foro inualidam facit diſpenſationẽ [d] (vt ſi intentione alliciendi Papam, mendaciıet dicant interueniſſe copulam virginis: aut prolem eſſe ex illa ſuſceptam [e]) niſi noua gratia impetretur cum perinde valere, [f] quæ vitium purget. quod ſi à Pœnitentiario maiori petatur ea gratia reformatoria pro foro occulto conſcientiæ, tenetur gratis agere, nihil exigendo per viam compoſitionis. [g] gratia hæc aut ſimilis ſtatim vt verbo Fiat conceditur à Papa, valet vtroque foro: [h] poſt diſpẽſationem tamẽ oportet pro foro exteriori expediri literas, [i] alioquin in eo foro cenſebitur diſpenſatio inualida. ſic ex ſtylo curię pro foro exteriori diſpenſatio conſanguinitatis cẽſetur ſubreptitia, niſi exprimatur inceſta copula, quã cum ea habuit ante impetratã diſpenſationem, ut cap. 2. §. 4. dictum eſt. Curialis ſolicitator aut ſcriptor qui ut facilius diſpenſationem impetret, mutat ſubſtantiam narrationis, aut commiſſionis, manet excommunicatus. [k]

8 Qui habet duplex impedimentum dirimens [l] nec ſubordinatũ [m] debet in impetratione diſpenſationis, facere utriuſque mentionem. At ſi ex ignorantia unum tacuit, & in altero diſpenſatus eſt, ſatis eſt alterius irritantis obtinere diſpenſationem: [n] nam qui tacet aliquid quod iure exprimere iubetur, excuſatur per ignorantiam etiam culpabilem, dum modo craſſa non ſit: [o] In foro exteriori forte non amittetur ea diſpenſatio. Secundo per conc. Trident. ſeſſ. 24. c. 5. ſi quis intra gradus prohibitos [p] matrimonium publice ſeruata forma & ſolemnitate concilij, contrahere ſcienter præſumpſerit careat ſpe diſpẽſationis: & multo magis ſi tale matrimonium ſeruata forma concilii contractum, conſummare affectu maritali auſus eſt. [q] quamuis olim ea copula in fauorem uiolatæ uirginis inclinabat Papam ut facilius diſpẽſaret. [r] Deinde ſi ignorans impedimentum contraxit clãdeſtine ſine denũtiationibus (quæ pertinent ad ſolemnitatem de præcepto) licet non conſummauerit, ſimiliter non diſpenſabitur. [ſ] Tertio qui admittit delictum punibile, putà copulã, cum cognata, ea intentione ut moueat principem ad facilius diſpenſandũ, ne uirgo maneat ſine remedio: quidam aiunt exprimendam eſſe doloſam intẽtionem iſtius finis: [t] ſaltem pro foro exteriori: quaſi uideatur uirtualiter falſum exprimere. [u] At in foro conſcientię ualet: ſi cum illa non præceſſit obligatio ulla matrimonii aut ſponſalium. [x]

9 Pro diſpenſatione in quarto gradu conſanguinei uel affinis, curia Rom. iuſtam cauſam [y] reputat. Primum defectũ eius dotis, ut intra proprium oppidum (ubi contingere ſolet ut maior & melior pars ſit ſibi cõiuncta cognatione carnali uel ſpirituali.) habeat coæqualem maritum. [z] quem habere commode nõ poteſt niſi cognatum. Secunda cauſa pro gradu etiã propinquo (ut in ſecundo cum Principibus, uel cũ præcipuis & nobilibus, quo etiam nomine intelligũtur uiri opulenti [a]) extinctio magnæ litis, [b] quando ſine eo matrimonio nõ facile ſperatur concilianda pax & concordia: ſic cum principe aut Magnate communiter habet locũ cauſa pacis & boni cõmunis: [c] ſic Gregor. xiij. & alii diſpẽſarunt gratia illuſtris familiæ cõſeruandæ in eodem ſanguine, [d] aut certe ſucceſſionis in regnum. Tertia ſi cognatus pauperem fęminam dotare uult, dos enim pertinet ad cauſam piam: uel ſi quis diues & nobilis uir poſcat uirginem, quia implicite auget dotẽ illius: quãuis enim illa iuxta inferiorem qualitatẽ & gradum ſuum habere poſſet coæqua-

Felin. capit. ſuper literis. Lapus, Barbat. per quod limitandum eſt quod dicit Couar. 2. par. ſponſ. c. 6. §. 10. nu. 14. nam in re leuiori mendacium non vitiat. Nau. conſ. 11. tit. de priuil. 33. lib. 5. [d] Nau. & omnes ſup. citati. [e] Cord. caſ. 45. facit cap. quia circa. de conſang. vt exponit Couar. ca. 6. §. 10. num. 13. citatus ſup. §. 1. lit. I. [f] De qua gratia Rebuſ. in praxi. [g] Nauar. conſil. 50. tit. 1. de ſponſal. lib. 4. [h] [i] Habetur in reg. 50. cancell. Grego xiij. Cou. §. 10. & Spec. append. & Molin. cit. §. 6. lit. S. (ſic epiſcopus gaudet fructib. à puncto, quo Põtifex verbo fiat, confirmat) quod Pius V. intelligit vbi eſſet conſuetudo faciendi mentionem de propinquitate: impetrandam eſſe declarationẽ propter vitandum ſcandalum. At Mandoſ. prax. iii. diſpẽſatio, putat eſſe neceſſariũ impetrari antequã cõtrahant, propter. cap. quod dilectio. de conſang. At loquitur ſi eſt conſuetudo in eo loco. [k] Pius. V. proprio motu. & olim gloſſ. & Cardin. Clement. prima, de conſang. Gigas. de penſio. quæſtio. ſexta, numero vndecimo, Nauar. ca. 27. nu. 141. [l] Sup. capit. 2. §. 6. At ſi Alterum præſertim non dirimens) tacuit, non eſt Irrita in conſcientia diſpẽſatio impedimenti dirimentis. Quidã recent. & ſignificat Mandoſ. cancel. regu. 14. quæſt. 2. nu. 4. reg. 23. q. 4. num. 4. tenet Nauar. conſil. 1. & 4 & 5. lib. 4. tit. 14. de conſang. vt valet abſolutio ab vna ex multis ex comm. aut irreg. & inſ. N quod autem Couarru 2. par. ca. 6. §. 4 num. 11. cum Dominic. ait, reputari ſubreptitiã, niſi vtrumque explicet. Intelligitur pro foro exteriori. [m] At impedimenta ſubordinata confunduntur in vnum, infra capit. decimo §. quarto G. vt qui cum eadem habet impedimentum honeſtatis & affinitatis, quia contraxit cum illa ſponſalia & matrimonium. ſic qui habet votum ſimplex & ſolemne continentiæ & religionis, confunduntur in vnum. [n] Mandoſ. reg. 34. quæſt. 53. nu. 12. imo etiam ſcienter tacens vnum, valet alterius diſpenſatio. Nauar. conſil. 12. tit. 33. de priuileg. libro quinto, & citati. l. [o] Vt colligitur ex Couar. cap. alma. §. 10. num. 11. & tamen ob grauitatem cauſæ non excuſat ignorantia craſſa: cum in alijs excuſet, Couar. numero ſeptimo, & DD. Clem. ſecunda, de conſang. Iaſ. L. iii actio. ff de in litem iurand. [p] Videtur loqui de cognatione carnali aut ſpirituali: quæ ſola habet gradus. ſecus de impedimento ex delicto adulterij, de quo inf. capit. 14. cui non addit hic nouum impedim. [q] Idem habetur in regul. cancel. Couarr. ſecunda parte, ſponſ. capitulo ſexto, §. prin.o, numero decimotertio, & iuxta Trident. cap. quinto, matrimonium debet eſſe præſumptum: putà poſt Trident. contractum coram parocho & teſtibus. & quod copula inter cognatos poſt tale matrimon. habita ſit, affectu maritali deprauato. Nauar. cap. 27. num. 141 §. 5. & conſil. 5. nu. 5. lib. 4. tit. 14. quia Trid. ſolum diſtinguit inter matrim. cum ſolemnitate denuntiationũ, vel ſine illis. quare vt valeat diſpenſatio, oportet fieri mẽtionem de copula & affectu. [r] Olim tempore Nuncij Pogij deſloratio conſanguineæ inclinabat ad diſpenſandum: nũc retrahit, Nauar. d. c. 27. nu. 141. & cap. 22. nu. 86. cum Rota. [ſ] Triden. & Nauar. ſup. ne facile diſpenſetur. bene tamen facilius ait Triden. ſi factus denuntiationibus contraxit, & poſtea ſciuit occultum impedimen. in quo & epiſcopus interdum diſpenſat. ſup. §. 2. Et ſatis eſt quod alter coniugum bona fide contraxit per ignorantiã facti aut iuris probabilem. [t] Nauar. c. 22. nu. 86. & in ſimili. cap. 12. nu. 72. fin. Mandoſ. prax. ſignaturæ titulo diſpenſatio. Albornoz. lib 4. de arte cõtract. fol. 152. Cordu. caſ 45. Mandoſ. reg. cancel. 34. quæſt. 53. ſignificat Sarmiento. 1. ſelect. cap. 9. Couar. cap. 6. §. 10. num. 14. At ſi mita pro eo tempore tantum qua Pius V. declarauit ita eſſe ſuam intentionem. at Nauar. inf. conſil. 5. [u] Nauar. num. 86. ad fin. quia de æquipollentibus idem eſt iudicium, l. fin. ff. mandati. [x] At eam intẽtionem exprimere non iubent iura, ideo in foro conſcientiæ non eſt neceſſarium: recent. Theolo. & Nauar. conſil. quinto, num. quinto, lib. quarto, tit. 14. de conſang. & cit. ſup. L. 7 Nauar. c. 22. num. 87. ad fin. & conſil. 6. lib. 4. tit. 14 de conſang. facit Triden. ſeſſ. 25. refor. cap. 18. & cap. diſpenſationes cap. tali. 1. q. 7. diſpenſatio debetur cum ſubeſt grauis cauſa Soto lib. 1. iuſt. q. 7. art. 3. Cou. 2. p. cap. 6. §. 9. nu. 7. [z] Naua. d. num. 87. fin. & conſ. 6. aſſignat tres cauſas imo. 7. in praxi receptas. quæ declaratæ ſunt à congr. Card. Mandoſ. in prax. ſignaturæ. tit. diſpẽſatio. facit. c. quia circa. de conſang. de quo Coua. ca. 6. §. 10. num. 13. [a] Sic praxis Pont. diſpenſat cum diuitibus in 2. gradu, iuxta Trident. cap. quinto, & colligitur ex ijs, quæ affert Molina libro primo, de primog. cap. 2. num. 24. diuites dici principes. ſup. §. 6. V. [b] Nau. & alij ſup. [c] Sup. §. 6. V. Nau. conſ. 6. lib. 4. tit. 14. de cõſang. Et conſ. 32. lib. 3. tit. 24. de voto. num. 3. eſſe praxim in pœnitentiaria. [d] Vt anno. 75. diſpenſauit Greg. xiij. cum D. Luiſa comitiſſa S. Gadeæ ſeu Agathę, vt nuberet patruo, cui prior nupſerat ſoror eius & inſuper habebat votum continentiæ in manibus epiſcopi factum. eodem tempore viri ſapientes ſuadebant vt Cardin. Henricus archiepiſcopus ſenex & rex, duceret vxorem

lem ſibi uirum, ſed longe inferiorem debitè poſcentem. [e] Quarto minor cauſa iuſtificat diſpenſationem, quando matrimonium in facie eccleſiæ contractum præſumitur ualidum, [f] ſi ex ſeparatione timetur ſcandalum: præſertim ſi habent prolem bona ſaltem unius cóiugis fide ſuſceptam. [g] multũ enim indulgẽdum eſt in fauorem prolis & matrimonii præſumpti. tandem ad calcem cauſarum, reducenda eſt Pontifici in memoriam ſolita benignitas & paternalis, quam omnes experiuntur, [h] dum preſsi difficultate recurrunt ad eam ſedem Apoſtolicam.

10 Si Pontif. aut Delegatus ipſius per Breue commiſit Epiſcopo facultatem diſpenſandi in impedimento cum nominatis perſonis N. N. (dummodo ſi ita eſt, prius uerificari faciat narratiuam ſupplicationis: aut vt illi prius reſtituãt tale quid, & confiteantur) quidam [i] putant ſi re integra moriatur concedens, expiraſſe gratiam ſeu commiſsionem epiſcopo factam. Alii limitant expirare: niſi Papa mandauerit epiſcopo ut diſpenſet, [k] ita ut iniurius eſſet epiſcopus, ſi abſque cauſa nollet diſpenſare. ſic enim literæ expectatiuæ, quæ continent mandatum gratię de futuro, non expirant morte concedentis. [l] At reuera etiam abſque mandato non expirat: [m] quia conceſsio facultatis ad diſpenſandum cum nominato N. eſt gratia facta epiſcopo, & illo uiuente (aut ſede eius manente, vt ſede vacante manet in Capitulo Canonicorum) non expirat gratia. Et quia illa clauſ. ſi preces ueritati nitantur: non habet uim conditionis (quaſi ſit mandatum aut commiſſio ſub conditione) ſed monitionis cum inſtructione, [n] & præcepto quodam.

CAP. IIII.

Ordo impedimentorum quæ immediatè inhabilitant perſonas ſimpliciter, aut reſpectiuè. De alijs impedimentis quæ immediatè irritant contractum, dictum eſt libro præceden.

NVmerus impedimentorum in ſpeciali ſic ſumitur, dum iure Eccleſiaſtico aut naturali annullãt matrimonium. quædam enim immediatè irritant contractum, [a] alia immediatè inhabilitant perſonas [b] durante eo ſtatu & conditione, quamuis contractus fiat cum plena libertate & ſolennitate. Primo contractum irritat conſenſus, ſi uerus non ſit ſed fictus, aut tantum interior ſine ulla expreſsione exteriori: aut ſine pleno rationis uſu. Secundo ſi non ſit abſolutus conſenſus, ſed cum conditione honeſta & contingenti, quæ pendet in futurum: hic enim non eſt conſenſus de præſenti. Tertio ſi contrahatur per metum cadentem in conſtantem uirum. Quarto ſi interſit error perſonæ, qui iure naturæ impedit, ſicut & ingens deceptio in ſubſtantia contractus contra totam intentionem contrahentis. Quinto à perſona libera ignorante conditionem ſeruitutis in altera: [c] quamuis hæc ratio pertinet ad quandam inhabilitatem perſonæ, ſicut & inter filium adoptiuum cum filia naturali adoptantis, [d] & inter raptorem & raptam, quamdiu illa manet in poteſtate raptoris.

2 Impedimenta quatuor immediatè inhabilitant perſonas. Primo quædam ſimpliciter inhabilitãt reſpectu omnium, & in perpetuum. Secundo quæ ad tempus reſpectu omnium, vt defectus ætatis in impubere, & ligatum eſſe altero matrimonio. Tertio quæ non inhabilitant reſpectu omnium, ſed reſpectiuè, & in perpetuum, vt cognatio: vel ad tempus, vt ſeruus quamdiu non fit libertus: aut cooptatum eſſe in religione Societatis Ieſu per vota ſimplicia, quamdiu non dimittitur à religione ſolutus uotis. Quarto per clandeſtinum fit inhabilis ad ſic contrahendum: cum tamen habilis ſit ut ſeruata forma Concilii, poſsit legitimè contrahere cum eadem fœmina, aut cum alia. Hæc omnia ex conſequenti irritant contractum impediuntq́; cóſenſum ne ſit legitimus, & tranſlationem acceptationemq́; dominii in corpora contrahentium.

3 Numerantur duodecim impedimenta [e] tantum, quibus aut contractus irritatur, aut perſonæ inhabilitantur. Concilium Tridentinum. ſeſſ. vigeſimaquarta adiecit impedimentum clandeſtini, & inter raptorem & raptam: ſed in ſpeciali plura impediméta ſub his contenta numerari poſſunt. Primum gradum obtinet quod omni iure impedit omne matrimonium, vt impotentia omnimoda copulæ, quę in uiro dicitur frigiditas: aut ſi omnino Eunuchus eſt & exectus. In fœmina vero ſi omnino ſit arcta, nec ſine magno uitæ periculo aptari valet ut à viro cognoſci poſsit. Sed ut nos qui ſub profeſsione regulari vitam ducimus, à magis ſpiritualibus incipiamus, primo loco dicemus de inhabilitate in iis Eunuchis, qui Math. 19. ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum cum uoto ſolenni continẽtiæ: & qui ſpirituali matrimonio coniuncti ſunt cœleſti ſponſo. Secundo de ligamine alterius matrimonii, ſeu polygamia. Tertio de triplici impotentia, quædam eſt ad tempus ut ex defectu ætatis ac potentiæ. ſic ſeruus

rem ex diſpenſatione Papæ, vt haberet prolem quæ ſuccederet in regnum Luſitaniæ. de quo Nauar. conſ. 10. lib. 4. tit. de ſponſ. [e] Ita habet alicubi praxis, ne pater ſponſæ etiam diues det genero niſi ueſtes pro ſponſa: datur uero dos poſt mortẽ ſoceri. atque ita uirgo cẽſetur pauper. Nauar. c. 22. nu. 87. & d. conſ. 6. arg. l. 1. ff. ſolu. matri. [f] [g] Sup. §. 2. Triden. ſeſſ. 24. cap. 5. Nauar. conſi. 5. 6. lib. 4. tit. 14. de conſangui. Couar. dict. §. 10. num. 13. per cap. quia circa Supplem. diſt. 41. quæſt. unica, art. 3. dubio 3. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 14. §. ultimo, ad med. [h] Nauar. d. conſil. 6. fin. per cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. cap. propoſuit, de conceſ. præb. [i] Nauar. edit. anni 84. c. 27. num. 253. conſ. 38. fin. titu. 11. de tempor. ordi. lib. 1. Pute. deciſ. 250. in prima par. Mandoſ. in cancel. reg. 10. q. 2. num. 4. & nonnihil fauet quod ait Pariſ. conſil. 58. nu. 48. 53. volum. 4. [k] Hieronym. Paul. in pract. cancell. verſ. præſtantiſſime Doctor, habetur apud Rebuſ. poſt prax. p. 569. quem Hieron. citat Rebuſ. in concordat. tit. de mandat. Apoſt. §. 1. ver. ſui pontificatus, ſic communiter pontifex mandat. Ordinario aut Officiali eius ut ſi ita eſt, diſpenſet. [l] cap. ſi. cum annot. de conc. præben. lib. 9. niſi literę reuocentur à ſucceſſore. [m] Supra lib. 1. de indulgent. c. 21. §. 7. N. cum Maiol. Syluest. Tabie. Armil. & Anto. Gabr. qui omnes citãt Federic. conſil. 78. pro quo mendoſe. citant 68. idem Syluest. diſpenſatio. §. 7. Thom. Ferra. cautel. 44. & retractãs Nauar. conſil. 1. tit. 33. de priuileg. lib. quinto, quia dum nomine nominato fit hæc commiſſio, eſt gratia facta Epiſcopo, & ei datur facultas quæ in duratione eſt ample interpretãda, atque ita nõ expirat mortuo concedente, & prob. ex intentione Pontiſ. aliãs gratię, quæ Romæ impetrãtur pro uiris remotiſſimis Indiæ, ad quos uix perueniet poſt biennium, eſſent ſuſpectæ, & inutiles, ſi interim decedat Pontif. concedens. [n] Io. Andr. & alij in c. dudum, de præſumpt. Lap. allegat. 60. ſic quando ius confert ordinario poteſtate abſoluendi, ſed ſatisfacta parte: non eſt cõditio ſed monitio. Nauar. c. 27. nu. 37. ſup. lib. de indul. c. 13. §. 1. H. & quamuis ea eſſet cõditio, ſi preces ueritati nitantur: ſed quia eſt de preterito non ſuſpendit conſenſum, aut gratiam conceſſam. & videtur gratia fieri ijs in quorum fauorem impetratur, quantum eſt ex parte Papæ: ſtatim enim diſpenſaret ipſe plene, ſi ei ueritas narratiuæ conſtaret: ſic recipitur in praxi Salmantic. per Docto. conſultos. Moya, Buſtos, & alios.

CAP. IIII.

AD [a] [b] hęc duo capita reducunt impedimenta, D. Thom. addit. q. 50. Docto. cum Magiſt. diſt. 34. & ſeq. vbi Soto in princ. Caiet. verb. matrimonium. Sylu. matrimonium. 6. Ang. matrimoniũ. 3. Aſten. lib. 8. tit. 13. & ſeq. Cuchus inſtitu. Mai. lib. 12. Nauar. c. 22. à num. 29. Ledeſ. 2. par. q. 52. Victor. §. 284. Taper. art. 20. Vualden. to. 2. de ſacram. c. 134. Bellar. de matrimonio. c. 18. Turrian. in Clement. lib. 7. conſtit. Apoſto. cap. 3. [c] De irritantibus contractum, ſup. c. 1. §. 6 & lib. pręce. c. 5. §. 4. [d] Inf. c. 12. §. 3. [e] Hæc 2. impedimenta habentur ſup. c. 1. §. 3.

non habet expeditam potētiam corporis vt illud integrè transferat in liberam ignorantem. quæ impotentia eſt tantum reſpectiua reſpectu liberæ, nam ſeruus cum ancilla poteſt legitimè contrahere, quamuis vterque aut alter ignoret conditionem alterius. Secunda impotentia eſt inter hunc & hanc fœminam reſpectiua, ſi ratione improportionis aut maleficii perpetui nec apti ſunt, nec aptari poſſunt inuicem. Tertia impotentia ſimpliciter in uiro frigido, & Eunucho reſpectu omnium: aut in fœmina omnino arcta.

4 Cognatio videtur reſpectiua impotentia quando deeſt proportio inter uirum & fœminam: vt inter parentem & prolem: quia nō ſunt duo ſed ualde coniuncti. Secundo ſunt quidem duo ſed nimis diſtāt, vt Chriſtianus ab alus infidelibus propter diſparitatem cultus. Tertia improportio reſpectiua ob indebitam coniunctionē propter crimen illatum in iniuriam coniugis, & cō tra fidem eius.

5 Ex prima improportione ſumū tur ſex impedimenta, primo conſanguinitatis, vbi eſt maior unitas ſeu unio ex trunco conſanguineo. ſecūdo affinitas uſque ad quartum gradum ut conſanguinitas. tertio publicæ honeſtatis in primo gradu, qui enim fuit ſponſus non poteſt contrahere cum matre, vel ſorore ſponſæ. quarto ex fornicaria affinitate in primo vel ſecundo gradu. Quinto cognatio ſpiritualis ex baptiſmo vel confirmatione impedit inter patrem ſpiritualem qui baptizauit vel tenuit, & filiam ſpiritualem: & compaternitas inter parentes carnales & parentes ſpirituales illius. Sublata vero eſt fraternitas, & impedimentum ex catechiſmo. Sexto cognatio legalis. Rurſus tertia improportio procedit ex triplici crimine. Primo ſi adulteri machinati ſunt uxoricidium intentione contrahendi interſe: qui enim corpori cōiugis abſtulit uitam, dignus eſt ne corpus transferre poſſit in participem criminis. Secundo eadem fere ratio militat ob crimen adulterii ſimul cum fide data matrimonii. Tertio ob crimen inter raptorem & raptam, dum quaſi captiua tenetur in poteſtate raptoris, de quibus in ſpeciali dicetur eodem ordine.

C A P. V.

De profeſſione, & ſtatu religioſo in Societate Ieſu. De ordine ſacro.

§. 1. *In ſtatu naturæ & legis veter. fuit ſtatus religioſus. Beata Virgo virginitatem prima Deo conſecrauit.*

2 *Chriſtus Religionem cum tribus votis, & profeſſionem inſtituit qua Ioan. Apoſtol. ſolutus eſt à vinculo matrimon. & §. 4. quæ ſint neceſſaria pro ſtatu relig.*

3. & 5. *Profeſſio iure diuino irritat matrimo. & eccleſia auctoritate Chriſti, inſtituit religioſos quoſdā cum votis ſimplicibus. & §. 6. votum ſolenne eſt de iure diuino.*

7 *An Papa diſpenſet cum profeſſo ad matrim.*

8 *Sponſam duodennem per 4. annos debet ſponſus expectare donec profiteatur.*

9 *Ordo ſacer facit inhabilem matrimon. ſed conſecratio epiſcopi non ſoluit ratum.*

10 *Dum maritus licet profiteri, licet & ſacris initiari.*

IN omni naturæ lapſæ ſtatu, in quo fuerunt neceſſaria ſacramēta, legimus quoſdam fideles perfectionis amatores, traduxiſſe religioſam quandam & cœlibem uitam.
a Abel [a] fuit uirgo: Enoch qui cœpit inuocare nomen Domini translatus eſt virgo in paradiſum, rediturus tempore Antichriſti: & qui ſacerdotem Melchiſedech negāt fuiſſe Sem primogenitum ipſius Noe, ipſum virginem prędicant. frequentior mentio fit apud Hebræos, Ioſue; Elias (à quo fertur Eſſæorum
b religio ortum habuiſſe [b] in monte Carmelo. 3. Reg. 17.) Eliſæus, Ieremias, Daniel cum tribus pueris ſociis uirginitatem perpetuam conſeruarunt. vidualem continentiam coluit Iudith & Anna propheteſ. Luc. 2. Apud Gentiles erat Veſta-
c lium virginum inuiolata religio. [c] Hi iure quodam gentium, & timore pęnarum arcebantur à matrimonio: ſi tamen de facto contraherēt, nullo iure probatur fuiſſe irritus contractus: nec illi uoto continētię aut paupertatis & obedientiæ ſtatū illum confirmabant. (prima enim omnium B. Virgo dicitur à Patribus uoto conſecraſſe Deo perpetuā
d virginitatem [d]) quamuis votorum

C A P. V.

a Bellar. [a] controuer. 5. lib. 2. de monachis. c. 5. & 6. citat auctores etiam Hebræos, vt Rabi Salom. in Gene. 9. Rabi Chimhi in Eſa. 9. Item Ignat. epi. ad Philadelphen. inter uirgines numerat Melchiſedech, Ioſue, Eliam, Ieremiam, Ioan. Bapt. Timot. Titum. Hierony. 1. contra Iouin cœlibes fuerſit Ioſue, Elias Eliſæus, Daniel. & in epiſt. 22. ad Euſtoch. Elias Eliſæus, Paulus Apoſtolus. Damaſ. lib. 4. c. 25. Elias, Eliſæus, Daniel. & tres pueri ſocii eius. De Enoch. Gen. 4. cœpit inuocare nomen Domini nēpe ſpeciali cultu religionis prę cęteris. dicit Vualden. lib. 3. doctrinal. fid. articu. primo, capit. primo, Bellarm. c. 5. & 10. Pererius in
b Gene. [b] De Elia quod fuit uirgo etiam Epipha in Ancoratu. & hær. 58. ab Elia in Carmelo (vnde fratres Carmelitæ aiunt ſe habere originem) inſtitutam eſſe religionem. 3. Reg. 17. probat Morigia, libro primo, de origine Religionū per totum. Bellarm. libro ſecundo, de Monach. c. 5. cum Matthæo Galeno. libro de Origine monaſtices. Caniſi. libro primo, de corrupt. verb. Dei, cap ſecundo, Metaphraſt. in uita Chryſoſt. Hierony. epiſt. 4. ad Ruſticum. epiſt. 13. ad Paulin. fuerunt uero tres ordines Eſſæorum. 1. dicti Eſſæni ex Samaritanis de quibus Epiphan. hær. 10. 2. ex Iudæis, quos Epiphan. hær. 19 vocat Oſſænos. 3. Religioſi Chriſtiani ex Iudæis conuerſi, quos Epipha. hær. 29. vocat Eſſæos, vel Ieſſæos, & putat ſic dictos à Ieſu, quaſi Ieſuitas. & Turria. lib. primo, pro epiſto. Pont. cap. 3. vel ſic dictos à Ieſſe patre Dauid, de cuius radice natus eſt Ieſus. de Eſſæis mentionem faciunt Ioſephus. Inf. Porphyr. libro quarto, de abſtinen. à carn. Egeſip. Philaſter. Solinus. in Polyſtor. capit. 48. Plin. libro quinto, Hieronym. ſupra Euſeb. 8. præparat. capit. quarto, & ex recent. Bellarm. Caniſi. ſupra & libro ſecundo, Marial. cap. duodecimo, Soto lib. ſecundo, inſtit. fin. Abulen. in Leuit. 30. quæſt. 22. Prateol. verb. Eſſæi. Sixtus, lib. ſecundo, Bibliot. verb. traditiones. Celtus lib. quinto, antiq. cap. nono, ſed falſo Ioſephus. 2. belli. cap. ſeptimo, & lib. quarto, antiquit. cap. ſecundo, Eſſæos legis veter. confundit cum illis Eſſæis, qui ſuo tempore erant Religioſi ex Hebræis ad Chriſtum conuerſis. addit libro ſecundo, belli, capit. duodecimo, Eſſęos fuiſſe affines noſtris Religioſis, libro decimo, antiq. cap. 13. ait affines Pythagoræis. Genebrar. libro ſecundo, Chroni. pagina 99. Eſſæi dicuntur quaſi Sancti, & 1. Machabæor. 7. nocātur Haſſidæi, qui erant ante Machabæos, & ante Phariſæorum religionem ortam ſub Ioatam. de quo Ioſeph decimotertio antiquitat. capit. nono, & 18. & lib. 18. c. 2. Sixtus libro ſecundo, verbo. Phariſæi. præter hos erant Nazaræi, qui Num. ſexto, votis ſe Deo conſecrabant, & tondebantur ut nunc monachi. Iſidor. ſecundo, offic. capit. quarto, Origen. homil. undecima, in Leuitic. Item nepotes Rechab. apud Ierem. 35. fuiſſe figuram monachorum, ait Hierony. epiſt. decimatertia, ad Pau-
c lin. [c] Apud Gentiles Pythagoras pro myſteriis ſuæ Religionis indicebat quinquenne ſilentium. Eraſm. Prouerb. Pithagoræ ſilentium, cum Suida. & Zenodoto. Filia Pythagoræ Virgo præfuit choro Virginum. ex Hieronymo refert Diuus Thomas, opuſculo uigeſimo, de regimine princip. libro quarto, c. 21. de Veſtalibus uirginibus, Ouid. lib. ſexto, Faſtor. Tertullian. libro de cultu mulierū, quod pro religione affert concil. Turonen. ſecundum, capit. 21. ſed his poſt trigeſimū annū licebat de monaſterio exire, & nubere: Viues in Auguſtin. quarto, ciui.
d cap 21. [d] Quia ex fœminis beata Virgo fuit prima quæ uirginitatem ſuam Deo conſecrauit, probat ex Patribus. Caniſi. li. 2 Marial. c. 12. Hiero. 1 contra Iouin Orig. in Matt. 13. Epiphan. hær. 78. Damaſ. in epiphan. Auguſt. tract. 10. in Ioan. Caniſ. c. 14. citat Bed. in Luc. 2. & ſer. 4. Aſſumpt.

e vſus ſit antiquiſſimus.[e] quare pius
illorum antiquorum ſtatus non tã
erat religio, quam quædam reli-
f gionis vmbra aut inchoatio.[f]
2 Chriſtus iure ſuo poſitiuo tum
religionis Chriſtianæ autor fuit: iũ
iuxta Patres inſtitutor eius religio
g nis,[g] quæ cum tribus votis conti-
nentiæ, paupertatis & obedientiæ
eſt ſchola, & commodiſſima via ac
quirẽdi perfectionẽ: vt lib. de bapt.
ca. 32. ſi. dict. eſt. cui ſtatui conceſſit
conſentaneas proprietates. Primo,
vt ſecũdum gradum perfectiorem
quo fit irreuocabilis traditio ſeu
pfeſſio, ſolueret ex priuilegio Chri
ſti matrimonium ratum. Atque ita
ſoluit in Ioan. Apoſtolo, quẽ è nu-
ptijs Canæ virginem euocauit ad
diſcipulatum profeſsionis. (vt li. 1.
de matrim. c. 8. §. 5. lit. M. dictũ eſt.)
Secundo votũ continentię etiã ſim
plex iure naturæ prohibet contra-
h here: ſed non irritat:[h] Patres enim
poſt quædam vota nempe ſimpli-
cia contrahentes monachos aut
virgines, non iubent ſeparari à ma
trimonio. ſed profeſsio ex eodem
iure diuino & inſtitutione Chri-
i ſti irritat à principio eccleſiæ:[i]
quam Chriſti traditionem Patres
agnoſcunt. Nec enim ignorabant
differentiam inter votum ſolenne
& ſimplex: cum poſt ſolenne com
pulerint recedere ab inceſtis nu-
ptijs: poſt ſimplex votum non ita
cogebant.
3 Decenter Profeſsio iure diui-
k no irritat:[k] quia cum ſit ſolennis
& perfecta traditio acceptata, & ſpi
rituale matrimonium animæ cum
Chriſto, impedit ne violata priori
& nobiliori traditione, poſſit ſe ſi-
mul tradere vxori. Secundo quia, p
feſſus abdicat non tantum uſum
corporis ſed poteſtatem & capaci-
l tatem[l] (dum conſecrat votis perſo
nã tradit Deo ac Prę lato) & nume-
ratur Matt. 19. inter eos eunuchos
qui ſe caſtrauerint propter regnum
cęlorum. Cui tamẽ non obſtat, pri-
mo quin Pont. auctoritate Chriſti
ex cauſa diſpẽſet cum Profeſſo, aut
m in matrimonio rato,[m] ut ſoluto
vinculo prioris ſtatus fiat capax
noui matrimonii. Secundo per gra
dum hunc profeſsi quem Chriſtus
vſu expreſsit, non excludit, quin
minori quodam obligationis gra-
n du[n] poſsit eccleſia auctorit. Chri-
ſti cum votis ſimplicibus abſq; pro
feſsione, quoſdam facere vere reli-
gioſos, vt ſtatim declarabitur. Com
o muniter tamen,[o] vt in alijs fere re
ligionibus præter Societatem Ieſu,
nemo ante profeſsionẽ fit ſimplici-
ter religioſus: quia ante illã Noui-
p tius[p] nulla votorum obligatione ſe

Aſſump. ſer. Annunciat. Iſid. 1. offi. eccl. c. 17. Bern. ſerm. de Apoc. 12. ſignum magnum. & hom. 3. de B. Virg. & illam vocat virginitatis primiceriam. Idiota in contempl. Virg. vocat primipilam virginitatis. à Giſſelbert. & eccleſia vocatur Virgo virginum. Ruper. lib. 3. in Cant. Maria virginitatis egregium votum prima vouit Deo, idem Honor. ſerm. de Natiuit. Mar. Epiph. Bed. Bern. ſerm. ſignum. Barthol. Apoſt. apud Abdiam lib. octauo, Hiſtor. Ambr. de inſtit. virgin. cap. 5. Bellarm. 2. de monach. capit. 23. Abul. in Num. 30. quæſ. 12. 30. 33. 34. ſed clarius q 32. Vuald. tom. 2. de ſacram. cap. 130. vid. Sotum. diſt. 30. q. 2. art. 2. Viguer. capit. 20. §. 9. Baſ. in Pſal. 44. [e] Geneſ. 29. Iacob votum vouit. Nume. 6. Nazarei votis ſe Deo conſecrabant. Pſal. 71. vouete & reddite. Eſa. 19. vota vouebunt domino [f] Bellarm. 2. de monach. g cap quinto, & in 8 Cat. lib. 1. de bapt. capit. 32. fin. Orig. Matth. 10. 13. & lib. 7. cõt. Celſum. Hieron. 1. cont. Iouin. Dam. ſup. Nazian. exhorta. ad virgines. Chryſoſt. hom. 87. ad pop. dicit philoſophiam monaſticæ vitæ à Chriſto introductã. Nazian. orat. in laud. Baſil. Chriſtus virginitatem lege præſcripſit, Matth. 19. ſunt eunuchi. Athan. de humanit. Verb. Amb. lib. 1. de virginib. Aponius. lib. 4. in Cant. Caniſi. lib. 1. Marial. capitu. 12. & 14 Bellarm. 2. de monach. cap. 5. Cano. lib. 3 de loc. capit. quarto, §. prima via. ad fin. [h] Poſt votum nempe ſimplex permittebatur manere in matrimonio. Auguſt. de bono viduit. ad Iulian. cap. 10. cap. quidam 27. dict. capit. nuptiarum. 27. q. 1. Eſpencæ. libro 5. de continen. capitu. 2. Bern. lib. de diſpenſ. & præcept. citans Auguſt. & diſpenſationem à B. Greg. factam. & hunc Bern. citant Eſpenc. & Mich. Med. lib. 5. de continen capit. 42. idem Auguſt. lib. de S. virginit. cap. 34. & plane d. lib. de bon. vid. cap. 9. 10. & epiſt. 72. ad Bonif. comitem, agnoſcit votum ſimplex quod non irritat matrim. capitu. nos. 27. quæſtio. ſecunda, vbi gloſſ. Bellarm. 2. de monach. capit. 34. quare falſo gloſſ. in cap. nuptiarum, verſ. cum enim 27. q. 1. dicit quod Auguſt. quoque dormitauit. & Eſpenc. ſup. deſperat de bona expoſitione Auguſt. ſignificat Hieronym. epiſto. priori ad Demetriad. (quæ eſt octaua, & conſtat eſſe illius) & epiſto. ad eandem. epiſto. 22. ad Euſtoch. & epiſt. 47. Gelaſ ſeu Pelag capit. de viduis. 27. quæſt. 1. Grat. capit. vt lex. & ſe refert ad capitu. ſi vir. Mich. Medin. capitu. 32. Athanaſ. epiſtol. ad Dracontium. Innocent. I. epiſto. ſecunda, ad Victricium. Gregor. epiſtol. ad Bonif. capit. hi vero. capit. viduas. vbi Cardin. 27. quæſt. 1. concil. Chalcedon. can. 16. capit. ſi qua virgo. capit. ſi quis ſacro. cap. virginem. 27. quæſtio. 1. quod conc. referunt concil. Colonien. & Triburien. capit. 25. Aurelianen cap. 23. Toleta. 1. can. 16. Toleta. 6. capit. ſexto, & de eodem voto ſimplici videtur loqui Concil. Ancyr. capit. 18. vbi Balſamon. cap. quot quot. 27. quæſt. prima cuius expoſitionem ſine cauſa reijcit Medin. capit. 21. & de ſimplicibus loquitur Leo. epiſto. 92. cap. 12. Cyprian. lib. 1. epiſto. vndecima, ad Pomponianum, capit. nec aliqua. hi patres non iubent regulares & virgines qui poſt vota (nempe ſimplicia) contraxerant, ſeparari.[i] Bellarm. lib. primo, de matrimonio. capit. 21. cum Cyprian. libro primo, epiſto. vndecima, ad Pompon. Baſil. lib. de virginit. ad med. Ambroſ. lib. ad virgin. lapſam. cap. 5. Euſeb. Pap. cap. deſponſatam. 27. q. 2. id refert vt rem antiquam. Auguſt. in Pſal. 83. & 75. Sanctimonialis ſi nupſerit, reputabitur adultera Chriſti. Leo epiſt. 92.

cap. decimotertio, cap. Puellæ. 20. quæſtio. prima, Innocent. I. ſup. Chryſoſt. epiſt. ſexta, ad Theodor. Ambroſ. lib. de virgin. Baſil. lib. de virgin. & in conſtit. capit. 21. Theophyl. Matth. 8. Nicephor. 2. hiſtor. cap. 15. lib. ſexto, cap. 30. de quo recent. Viroeſius. Philipp. 18. Penonius lib. 2. Topicæ Theolog. Caietan. 2. 2. quæſt. 88. art. 11. Soto. 7. iuſtit. quæſt. 2. art. 5. diſt. 28. quæſt. 2. artic. 2. cum D. Thom. Simanc. de Cathol. inſtitu. capit. 40. num. 11. Nauar. capit. 12. num. 35. communis cum Magiſt. diſtin. 27. concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 9. Bellarm. li. 4. de Rom. k Pontif. capit. 10. [k] Vid. lib. 1. de matr. capit. 8 §. 5. lit. S. D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. 7. & 11. diſt. 27. quæſt. 2. ad ſo. diſt. 38. quæſt. 1. 2. ad 3. Palud. d. 27. quæſt. 2. Soto. libr. 7. iuſti. quæſt. 2. art. 5. diſt. 38. quæſt. 2. articu. 5. communis 4. diſt. 38. Albert. Bonau. artic. 1. quæſt. 1. Richard. artic. 7. quæſ. 1. Durand. quæſt. 1. & 2. Palac. Eſpenc. 5. capit. 4. Conat. 2. p. ſponſ. capit. 7. §. 4. nu. 7. cum Fortun. cap. 1. de pact. num. 15. Cathar. lib. ſexto, cont. Caieta. ca. 3. Petr. Sot. inſtit. de voto. lect. 5. Ledeſ. quæſt. 55. artic 1. & 2. recentior. Victor. Manuus, Peña, Fr. Medin. Bañes, & ſignificant Patres ſup. quare Trident. can. 9. diſtinguit ex voto, ſcilicet, profeſſionis, contra impedimen. ex ſtatuto, quale eſt in ordine ſacro, & illa eſt bona congruentia, quia profeſſus eſt iam traditus nobiliori vinculo & matrimonio ſpirituali: vt traditus priori vxori non poteſt ſe tradere alteri ſimul. l quod eſſe valde probabile fatetur Bellarm. cit. infr. §. 7. N. [l] Infr. m H. [m] Sup. lib. 1. de matrim. cap. 8. §. 4. lit. X. ſed certius poteſt diſpenſare ſi votum habet vt ſit ſolenne, & irritet ex ſtatuto eccleſiæ. inf. §. ſeptimo, & ſatis in praxi tuta eſt ſententia, quòd Papa nõ poteſt diſpenſare, vt manente ſtatu religioſi contrahat. capit. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. contra quoſd. inf. §. ſeptimo. V. ſed dum diſpenſat, tollit omnino ſtatum monachi etiam mortua prima vxore. communis Canoniſ. dict. ca. cum ad monaſt. cit inf. §. 7. N. Henr. quodlib. 5. q. 28. Dur. d. 38. q. 1. Caie. q. 88. art. 7. Mandoſ. add. ad Lapum alleg. 131. Gambara de offic. legati. lib. 2. tit. 1. nu. 254. lib. 8. tit. 1. nu. 85. Mich. Med. dicit ſic eſſe interpretandũ n D. Thom. & alios. [n] Conſtat enim ſtatum religionis eſſe ex inſtitutione Chriſti. ſup. G. & ex definitione ſeria Greg XIII. & Sixt. V. quod cum votis ſimplic. Societatis Ieſu ſit vere & proprie religioſus. Ex his duob. infertur concl. Theologica, quod hic ſtatus religionis in Societ. Ieſu eſt de iure diuino. ſic Chriſtus vno actu dedit Apoſtolis perfectum gradum ſacramenti ordinis: & tamen non excluſit quin eccleſia auctoritate Chriſti poſſit in diuerſos miniſtros diſtinguere inferiores gradus, ita vt diaconatus vel inferior gradus ſit ſacramentum ordinis, licet non attingat perfe- o ctionem ordinis ſacerdotalis. [o] Xiſt. Pap. V. anno 1590. ſic ſua ſententia compulit retractare & moderari id quod vir doctus vniuerſaliter ſine exceptione dixerat. quia & Gregor. XIII. an- p no 84. ita definierat. [p] At Nouitius late dicitur religioſus. cle. 1. de priuileg. gloſſ. capit. religioſo. §. fin. de ſenten. excommu. ſexta, gloſſ. capit. beneficium. de regul. in 6. Panormit. ca. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. num. 3. de conſtitut. vbi Felin. num. 1. Angel. Syluest. Armil. relig in princip. Nau. cap. 27. num. 79. 101. Cordub. lib. 1. q. 30. Horat. Mandoſius tract. de priuileg ad inſtar. glo. 11 nu. 21. Anchar. conſ. 69. Tiraq. retract §. 1. gloſſ. 8. num. 21. Palac. rub. de donat. §. 38. num. 6. Sarmien. 1. ſelect. capit. 5. num. 7. Pater Claud. in

tradit prælato: ſine qua obligatione perpetua non habet ſtatum Religionis

4 Ad eſſentiã religioſi ſtatus tria ſufficiunt. Primo, vt vſus continentiæ perpetuæ, [q] & paupertatis & obedientiæ ſit tribus votis ſubſtantialibus cōfirmatus. Secundo quædam traditio, qua perſona mancipatur in Dei cultum (promiſſio vero non eſt ſatis [r]) & illius per prælatum vice Dei acceptatio ſaltem implicita. [ſ] Tertio iſta fieri ſecundum regulam quam eccleſia pro religione approbauit. ac ſubinde vbi prælatus ab eccleſia habet ius compellendi ſubditos tendere in propriæ regulæ perfectionem. Quæ tria cum votis ſimplicibus repetiũtur in religione clericorum tempore B. Aug. [t] & quando oblatus anno probationis, renuncians quantum eſt ex parte ſua ſe tradebat monaſterio, [u] aſtrictus religioni in cõmuni: ob quod vacabant beneficia eius, [x] & ſecundum quoſdam erat inhabilis matrimonio. [y]

5 Sic per vota ſimplicia (præter profeſſos) definiunt Pontif. [z] fieri verè & proprie religioſos in ſocietate Ieſu ſecundum duplicem gradum. Primo dum fit coadiutor formatus cum voto ſimplici obedientiæ in manibus prælati, per quod non poteſt profiteri in alia religione, [a] excepta Carth. votũ vero paupertatis illum facit ita bonorum incapacem, [b] vt profeſſio. voto ſimplici continentiæ quantum ad perpetuum vſum, [c] adiecit Gregor. XIII. ſtatutum quo irritat matrimonium: [d] quamdiu prælatus illos in religione religatos votis retinet. [e] Secundo gradu quidam in hac perfectionis ſchola tanquam ſcholares approbati cooptantur, quorum vota prælatus non accepiat niſi implicite. [f] differt à coadiutore formato in paupertate: quia ſcholaris cũ licentia prælati poteſt ad tempus retinere dominium bonorum, [g] ſed ſine vſu & adminiſtratione. Vt ecõtrario monachus epiſcopus proprie non habet bonorum dominium [h] ſed adminiſtrationem.

6 Poſt hanc Pont. definitionem, nemo ſine temeritatis nota, [i] poteſt negare ſocietatem Ieſu habere veram rationẽ religioſi ſtatus, etiã quoad illos quos admittit cum votis ſimplicibus. quia Pontiſ. à Chriſto habet claues & infallibilem poteſtatem approbandi nouam religionem, [k] ſalua religionis ſubſtantia. Atque ita inſtitutio religionis in communi, & ſecundum ſubſtantiam, & votum ſolenne eſt de iure diuino: [l] ſolennitas vero ſine qua votum nõ facit profeſſum, aut ritus, quo in minori gradu per vota ſimplicia ſupradicta quidam fiunt regulares in ſociet. Ieſu, eſt de iure poſitiuo. [m] vt ſolennitas ſine qua nunc matrimonium non valet, eſt

---

compend. priuil. Societ. verb. abſolutio, communicatio, diſpenſatio, indulgentia. quia ex ſpeciali conceſſione Papæ Nouitius fruitur priuilegijs religionis, Mandoſ. num. 36. & verſatur communi vita & habitu in exercitijs religionis. [q] Plurimi Iuriſper. Commendatarios Ordinis Militaris vocant religioſos ſimpliciter: quia ſat putant habere vota & continentiã coniugalem. At oppoſitum ſentit D. Thom. 2. 2. q. 88. 11. q. 186. 4. ad 3. Soto lib 7. iuſt. q. 5. artic. 3. ad 3. Victor. & recent. Theolog. Eſpencæ. lib. 5. de continent. capitu. 8. Sarmien. 1. par. defenſio. de redit. fol. 35. Angel. verb. religioſus. §. 1. Syluеſ. relig. 1. §. 1. verſic. 3. quia vſus continẽtiæ pertinet vt ſit ſanctus corpore & ſpiritu, cogitãs quæ Domini ſunt: nec ſit diuiſus quo modo placeat vxori, pendens ab illius exigentijs voluntate, & ſolicitus de conſeruanda ſpecie & familia. [r] Vt ſi rem voto promittat, nõ ſit ſacra, nec trãſit in dominium eccleſiæ: ita per vota quæ tantum ſunt promiſſio non ſit perſona ſacra & religioſa: nec ſit matrimonium carnis aut ſpirituale ſine traditione perſonæ. [ſ] Vt datur profeſſio implicita etiã poſt concilium Tridentinum, ſic inſ. M. votum ſcholarium ſociet. Ieſu oportet acceptari implicite per Prouincialem, qui ad illa admittit poſt ſcrutinium probationis biennij. [t] Auguſt. citat. ſup. H. vid. Torren. lib. quarto, confeſſ. cap. ſexto, & octauo. Sed cum vigente ratione addunt quidam, quod non poteſt inſtitui religio cum ſolis votis ſimplic. ſed oportet hominem fieri partem eius religionis quæ habet profeſſos & facultatem accepiandi ad profeſſionem. de quo aliás. [u] Syluеſt. relig. 5. §. octauo, & refert ſe ad ſuam Roſam Auream quæſtion. impertinent. quæſtio. ſexageſimaquarta Lapus alleg. 189 vbi addit Mandoſ. Sylueſt. verb. oblatus. verbo eccleſia. 1. §. quinto, verſic. ſexto, per cap. ſecundum, de regul. in 6. vbi Gemin. num. quarto. Calder. conſil. 7. de iudic. conſil. 6. 30. 31. de regul. Nauar. capit. non dicatis. num. 77. Couarru. capit. alma mater. 2. parte. §. ſecundo, num. octauo, & per cap. 1. de vaſallo milit. [x] Glo. ca. beneficium. de regu. in 6. per c. ex tranſmiſſa. de renunt. ſed ſaluo iure ſuo, niſi rediret ad ſeculum [y] Tenent Innocen & Hoſtien. in c. conſulti: de regul. Gemin. c. conſtitutionem. §. in alijs, eod. in 6. & expreſſe habetur l. 8. titu. 7. par. 1. & forte de hoc fuit ſtatutum eccleſiæ irritans. At probabilius eſt numquam irritaſſe, quia non erat profeſſio etiam implicita, (& expreſſe hæc oblatio ſui diſtinguitur contra profeſſionem d. c. conſulti. & cap. 1. de reg in 6. cle. eos. de regul.) ſed votum ſimplex. Sylueſt. relig. 5. §. 8. & q. 64. impertin. & relig. 3 § 19. fin. Card. & Panor. d. c. ſtatuimus. de regu. Ang. profeſſio. §. 2. fin. Nauar. c. ſtatuimus. de paupert. num. 23. c. non dicatis. nu. 35. c. nullam. num. 44. Gregor. d. l. 8. & ſe refert ad l. 7. gloſ. 3. vbi late & conſtat poſt Boniſ. c. vnico, de vot. in 6. non irritari matrim. per votum niſi ſolenne in profeſſione aut ordine ſacro. [z] Pius V. in bulla ſociet. Ieſu. & Sixt. V. ſua ſententia, ſed ex propoſito in duabus conſtit. Gregor. XIII. anno 1584. [a b] Gregor. XIII. confirmat denuo conſtit. ſociet. de hac re. [c] Sup. Q. [d] Gregor. XIII. ſic decernit, omnes religioſos ſocietatis Ieſu, etiam eos qui votis ſimplicibus ſcholarium ſunt cooptati, fieri ad contrahẽdum matrimonium inhabiles: ac contractus huiuſmodi nullos, &

irritos eſſe declarat (prout irritos ſuo decreto fecit, & annullat) quamdiu prælatus eos in ſocietate retinet abſque votorum ſolutione, & dimiſſione à religione. [e] Sic in iure reperiuntur ſimilia impedimenta ad tempus, de clandeſtino, aut contracto per metum, aut cum raptore & filia adoptiua: cum defectu ætatis: cum ignorante conditionem ſerui, qui tamen manumittitur. [f] Sup. S. [g] Gregor. XIII. ſup. confirmat conſtitut. & praxim ſociet. nec mirum quia quidam vt Soto putant etiam profeſſos epiſcopos vel alios retinere dominium de licẽtia Papæ. & Chriſtus cũ eſſet Dominus iure & poteſtate, renunciauit vſui 2. Cor. 8. cum diues eſſet, pro nobis egenus factus eſt. Sic votum ſimplex continentiæ non tollit poteſtatem ſed vſum. At dum Innoc. ca. cum ad monaſterium. de regul. negat Papam diſpenſare cum monacho, vt habeat proprietatem: loquitur de profeſſo. ſic quando coniuges conſummato matrimonio profitentur religionem, manet vinculum & poteſtas penes coniugẽ, ſed quantum ad vſum & operas ſuas ſe transfert in religionem. vt ſi vir coniugatus ſe vẽdat in ſeruum, transfert operas vtiles in Dominum. [h] Contra Sotum tenet communes. D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 88. 11. ad vltim. quæſt. 185. artic. vltim. ad tertium. Palud. diſtinct. 38. quæſt. 4. artic. 4. Bonauent. artic. 2. quæſt. 3. Henric. quodlib. 5. q. 28. Abulen. Num. 30. quæſt. 109. Sarmient. 2. par. defenſio. de redit. Nauar. apol. de redit. mon. 11. & in cap. non dicatis. num. 49. [i] inſ. lit. K. [k] Concil. Conſtantien. damnat in errore vltim. Vuicleſ. D. Thom. opuſc. 19. cont. impug. relig. cap. 4. punct. 5. vid. quæ affert Cano lib. 5. de loc. cap. quinto, Bañes. ſecunda ſecundæ, quæſt. prima artic. decimo, dub. octauo, Concil. Lateranen. ſub Innocent. can. 13. cap. fin. de relig. dom. Bellarm. lib. ſecundo, de monarch. ca. 4. Peña & Recent. quia religionis inſtitutio & approbatio pertinet ad legem de moribus, in qua Pontiſ. non poteſt errare. [l] Ex cit. G. N. & lib. primo, capit. octauo, §. quinto. lit. S. ſic Chriſtus dedit Petro claues, vt liget legibus & cenſuris, & ſoluat per indulgentias, & vt inſtituat ſacramentalia: & tamen in particulari, hæc lex vel cenſura eſt de iure Pontificio: & Chriſtus commiſit Pontifici, vt inſtitueret formam ritumque & limitaret hos vel illos effectus in cenſuris, & quantam indulgentiam committat epiſcopis. & iuriſdictio epiſcoporum dicitur in communi de iure diuino annexa ſtatui paſtoris: quæ tamen limitatur à Papa. & ſacramenta in ſtatu leg. naturæ erant in communi ex inſtinctu Dei, ſed in particulari ex humana inſtitutione. ſic Chriſtus dedit Apoſtolis immediate iuriſdict. & eos admiſit ad ſtatum religionis: & tamen commiſit eccleſiæ, vt ſalua ſubſtantia inſtitueret modum iuriſdictionis aut religionis. [m] Itaque votum ſolenne ſeu profeſſio eſt de iure diuino, ſed ſolennitas ipſa voti (id eſt, conditio ſine qua non, eſſet ſolenne, nec irreuocabilis traditio) eſt de iure eccleſiaſtico. & ad tantum intendit Boniſac. VIII. capitulo vnico, de voto. in ſexto, & Gregor. XIII. noua conſtitut. ſociet. Ieſu anno 1584. trigeſimoſexto, ſecundo loquuntur indefinite, quia quædam ſolennitas (puta annexa ordini ſacro) de iure eccleſia. irritat matrimonium. Secus de ſolennitate voti profeſſ. quare

Tri-

de iure eccleſiaſtico: cum tamen contractus ipſe matrimonii & ſacramentum ſit de iure naturali & diuino.

7 Quidam iuriſper. & Theologi contendunt enim effectum voti ſolemnis, vt dirimat futurum matri-
n monium eſſe ex iure Pontificio. [n]
vt eſt in votis ſimplicibus ſocietatis Ieſu: quaſi ſolénitas nihil addat voto ſimplici (quo interdum fit
o traditio [o]) niſi differentiam iuris
p humani: [p] qualem ſolemnitas addit iuramento, nec mutat naturam
q iuramenti: [q] aiunt vero quod Chriſtus non ſolum conceſſit ſed præcepit eccleſiæ, vt in quibuſdam iure diuino prohibitis adderet decretum irritans (puta in quibuſdam
r gradib. Leuit. 18. vt inter fratres, [r]
aut amitæ cũ cõſobrino) atq; ita ex inſtinctu aut præcepto Dei à principio eccleſiæ irritauit matrimoniũ
ſ profeſſi. [ſ] Admiſſo autem caſu ne quid adderet eccleſia, fieret vt ſi profeſſus illicite contraheret verũ matrimonium, hic ſimul eſſet reli-
t gioſus & coniugatus, [t] (vt ſunt qui conſummato matrimonio profitentur) & vxori quæ ob ignorantiam bona fide contraxit, tenebitur
u reddere debitum. [u] hinc inferunt quod licet continentia ſit per ſe annexa ſtatui monachi, poteſt facile Papa ſoluto ſtatu, facere de monacho nõ monachum, & capacem matrimonii. Item effectus qui intrinſece, aut iure diuino cõſeniũt profeſſioni, Pontif. communicauit extrinſeco decreto, votis ſimplicibus Societ. Ieſu, (vt natiuam illorum infirmitatem iuuet & fulciat) ita quidam aiunt Papã poſſe edito in fauorem religionis ſtatuto & generali diſpenſatione, concedere vt per vota religionis ſimplicia ſolue-
x tetur matrimonium ratum: [x] vt ſoluitur profeſſione. De qua re nos in præſenti nihil in vtrãuis partem aſſerimus. Porro inſtitutio religioſi ſtatus in communi eſt de iure diuino: ex quo iure profeſſio ſeu ſolemnis traditio, vt habet ſoluere prius matrimonium (qui effectus eſt longe maior) ita iure diuino, irritat futurum. Atque ita ſtãdo in ſolo iure diuino ſatis prouiſum eſt inconuenientibus ſupradictis.

Trident. ſeſſio. vigeſimaquarta, can. nono, vnum diſtinguit contra alterum, ex ſtatuto eccleſiæ, vel voto. Couarru. ſecunda par. ſponſ. capit. ſeptimo, §. quarto, num. octauo, cum Paludan. diſtin. 38. quæſtio. ſecunda, verſic. ſeptimo, Soto & Recent. & valde probabile fatetur Bellarm. infr. & quod affert Couarru. capit. cum eſſes. nume. octauo, de teſtam. cum Alciat. primo parad. capit. 16. quod tantum intendit D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 185. art. 5. votum ſolemne ſubordinatur ordinationi eccleſiæ propter ſolemnitatem. & d. 38. quæſt. 1. Cordob. lib. 1. q. 25. iuncta, quæſtio. 24 Palud Specul. Victor. Palac. & id tantũ intẽdit Scot. vt patet d. 31. & Caiet. vt patet quæſt. 88 art. 11. Ledeſm. quæſtio 55. art. 1. &
n 2. [n] Vt innuit Boniſac. VIII. & Gregor. XIII. ſup. quidam aiunt eſſe communem Canoniſt. Panor. c. rurſos qui cler. vel vouent. vbi Præpoſitus nu. 2. & in ca. meminimus. eod. Archid. capit. ſicut. 27. quæſtio. prima, nu. 6. cũ Hugu. & Gotfred. idẽ Archid. cap. virgines. 27. d. dicit communem. & Panorm. cum Innocent. cum ad monaſterium. num. 21. de ſtatu monach. vbi Cardin. § abbas. quæſt. 5. & cap. porrectum de regul. in quæſt. prima, ad fin. Angel. matrimon. 5. impedim. 5. in princip. ait eſſe communem Canoniſt. & Theolog. ſumm. conf. titulo diſpenſatio voti. Roſel. imped. 4 §. 2. ex Theolog. citatur Caietan. ſecunda ſecundæ, quæſt. 88. art. 7. vbi fatetur etiam votu ſimplici fieri traditionem quandam: ſed ſolemnitatem profeſſionis eſſe de iure eccleſiaſtico. ſignificat Paludan. diſt. 38. quæſt. prima, art. 2. diuiſ. 7. ſed clarius quæſt. 4. concluſ. 11. (cuius verba ſumpſit Caietan.) Supplement. quæſt. prima, art. 4. concluſ. 3. & 4. lit. Q. Palac. quæſt. 2. & videtur Magiſt. diſt. 38. to quam ſententiam Soto. lib. 7. quæſt. 5. art. 3. citat Scot. diſt. 38. ſeu potius. diſt. 36. quæſt. ſecunda, & ex Minoritis Cordub. lib. primo, quæſt. 24. §. ſi euadendo. Michael. Medin. lib. quarto, de ſacro homin. contin. controu. 7. à cap. 23. & cap. 41 & 43. lib quinto, cap. 56. 58. 80. 87. & clare 88. Augles floribus Theolog. titu. de vot. art 6. difficult. 1. & 2. Specul. coniug. prima part. art. 31. Ledeſm. 2. par. quæſt. 69 artic. ſeptimo, ad fin. Aluar. pelag. de planctu eccle. libro primo, cap. 46. col. 5. Gerſon. 3 part. alpha 67 de ſtatu perfectio. T. & de regul. moral. tract. 25. capit. de matrimonio. D. Abulen. Numer capit. 30. quæſt. 46. 49. 59. 61 Victor prælect. 22. quæſtio. 88 ar. 11. dicit probabilius. D. Andr. Martinez tandem add. quæſt. 53. ar. primo, retractans dicit ſe certo tenere contra D. Thom. propendet Bellarm. lib. 2. de monach. cap. 34. lib. de matrimonio. cap. 21. Armil. verb. diſpenſat. §. 8. At reuera quidam ex his nihil aliud intendunt quam quod ſolemnitas ritus (quæ eſt conditio ſine qua de facto non fit profeſſio aut matrimonium) eſt de iure eccleſiaſtico, vt lit. M. explicatum eſt, poteſt enim eccleſia in his quatenus ſunt contractus, irritare factum ſi deſit dicta conditio. non autem dicunt votum ipſum ſolemne eſſe de iure eccleſiaſtico: cum Scot. Paludan. Caiet. art. 11. & alij fateantur ſoluere iure diuino matrimonium ratũ, quod eſt maius. nemque quod Papa cum profeſſo poteſt diſpenſare, (vt in matrimonio rato, quod tamẽ iure naturæ irritat aliud matrimon. cum ſecunda ſponſa) ſed autoritate Chriſti diſpenſat in eo iure diuino quod partim pendet ex voluntate humana, & ſine præiudicio tertij. quod & nos fatemur. & id tãtum dicit Na-
o uar. cap. 12. num. 75. ſi & in cap. literas de reſtit. ſpoliat. [o] De quodam ſimplici voto fatentur Caiet. 2. 2. quæſt. 88. 7. Mich. Medin. lib. 4. cap. 22. fauet Soto lib. 7. quæſt. 4. art. 3. ad 2. refert Bonau. d. 38. ar. 2. q. 1. innuit D. Thom. 2. 2. q. 88. 5. ad 2. & de votis ſimplic. ſocietatis Ieſu definit Greg. XIII. d. conſtitu. §. 36. At alij qui negant voto ſimplici fieri traditionẽ, loquuntur de illo quod fit in ſeculo, vbi nullos autoritate Chriſti & Papę acceptat. ſic D. Tho. 2. 2. quæſt. 88. 7. & clarius d 38. quæſt. 1. 2. 3. quodlib. 3. artic. 18. Capreo. 4. diſt. 33. quæſt. prima, ad argum. Scoti contr. 2. concluſ. Hiſpalen. ibidem Bonauent. ſup. Durand. diſtinct. 38. quæſtio 1. Petr. Sot. tit. de voto. lect. 5. Soto. lib. 7. quæſtio. 2. art. 5. quæſtio. 4. artic. 2. quæſtio. 5. art. 3. at etiam olim oblatus ante annum probationis faciebat traditionem ex parte
p ſui. ſup. V. [p] Quare quidam dicunt peccatum fornicationis contra votum ſimplex, vel ſolemne, eſſe eiuſdem ſpeciei in eſſe moris, licet grauius ſit contra ſolemne: plane Soto libro ſeptimo, quæſtio. 2. 5. ad 3. d. 38. quæſt 2. 4. col. 7. Fiat. Medin. libro primo, capit. 14. §. 18. Cordub. caſ. 3. (ſed falſo id tribuit Nauar. cap. ſexto, num. 11. fin. cap. 22. nu. 73.) ſententia Caiet. prima ſecundæ, quæſtio. 88. 7. in vtroque voto
q fit traditio. [q] Michael Medin. libro quinto, capitulo vigeſimoquarto. Couar. capit. quamuis pact. prima parte, § primo, nu. 2. facit. & Fortun. ca. 1. de pact. in 6. quia iuramentum ſolum dicitur ſolẽne quia publice, & cũ certo ritu fit. glo. c. archidia
r conus. 85. diſt. nec ſolum matrimonium. [r] Sic Caieta. & multi cit. inf. ca. 9. dicunt iure naturæ non eſſe irritum inter fratres, vel in alijs gradibus. Leuit. 18. in quibus Papa poteſt diſpenſare. nã omnes qui de matrimon. Henric. 8. regis Angliæ agunt: aiunt quod ſi contrahere cum duobus fratribus ſucceſſiue, eſſet irritum iure diuino, non potuiſſet Papa diſpenſare. quæ tamen ratio non eſt ef-
ſ ficax. [ſ] Hoc explicato aiunt defendi quod Patres aiunt ex traditione Apoſtolorum à principio fuiſſe irritatum matrimon. cum profeſſo (quod falſo negat Mich. Med.) ſatiſque Chriſtum hac ra-
t tione prouidiſſe inconuenientibus. [t] Sicut profeſſio irritat vota præterita, ſed non futura quæ profeſſus emittit: ita ſtat vt in iure diuino ſecundum iſtos, profeſſio ſoluat matrimonium præteritũ, ſed non irritet futurum. Sic dum coniugatus ſe vendit in ſeruum, manet vtrumque vinculum, & tradit ſe duobus, ſed diuerſa ratio-
u ne. [u] At ſane hic non maneret ſimpliciter religioſus, nec in ſchola perfectionis, ſi retinet vſum matrimonij licitum. ſup. §. quarto. Q. quod inconueniens probat profeſſionem, (quæ autoritate humana tolli non poteſt irritare iure diuino. Sed quidam dicunt ſimile eſſe, dum epiſcopus fit ex monacho, manet quidem religioſus ſed non retinet in praxi ſtatum religioſi aptum pro ſchola perfectionis, cum fiat dominus, diues & cum ſolicitudine: & obedientiam ex voto debet ſoli Papæ. & quando diſpenſat cum profeſſo ad matrimon. debet durante tantum neceſſitate & vita coniugis manere: & retinet votum continentiæ coniugalis: & obedientiam reſpectu Papæ: & retinere paupertatis votum ſine dominio dicit Nauar. apol. de redit. quæſtio. prima, mon. vndecimo, nu. tertio, & in cap. non dicatis. num. 49 ſic D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 88. art. ſeptimo, & vndecimo, negat diſpenſari cum profeſſo, ita vt tollatur conſecratio virginis aut profeſſio. ſic dum poſt votum religionis, vel continentiæ contrahit illicite non extinguitur votum, ſed impeditur executio, ad quam tenetur mortua uxore. Item qui cum licentia uxoris iunioris profeſſus eſt, & ad inſtantiam illius periclitantis reducitur ad uſum uxoris: hic mortua illa manet profeſſus, & incapax matrimon. ſup. libro
x primo, de matrimon. capit. decimoquinto, §. nono. A. [x] Eo enim admiſſo, ſequitur inconueniens, ut ſi unus poſt aliud atque aliud matrimonium ratum admittitur ſæpe ad uota ſimplicia Societ. & expellatur ſæpe: hic abſque alia diſpenſatione factus ſecularis haberet ſimul unas in ſeculo multas quę fuerunt ſponſę ipſius.

8 Si ſponſa duodennis poſt matrimonium ratum, intret ſpóſo in-
y uito religionem: quidam [y] aiunt compellendã etiam nũc poſt Concil. Tridentin. vt intra duos méſes profiteatur. quaſi generalis lex etiã poſterior Trident. ſeſſ. 25. de regul. capit. 15. ſit limitanda per ſpecialẽ
z antiquiorem. [z] in capit. ex publico de conuerſ. coniug. vbi ſecundum
a quoſdam Docto. [a] videtur ita ſtatuere ob peculiarem rationem: ne fiat prçiudicium tertio, ſeu ſponſo, ſi cogatur diu expectare, vt poſt annũ, aut quadriennium, vt ſpóſa impleat ætatem ſedecim annorum, &
b profiteatur. [b] quæ ratio & decretum Tridentin. non militat in alijs nouitijs: qui ſpõte profitentur: nõ autem de ijs qui iure compellũtur
c profiteri, [c] de quibus idem Trid.
d c. 18. [d] quare correctio iurium, niſi exprimatur, cum ſit res odioſa, non
e eſt admittenda, [e] cum iniuria tertii & præiudicio ſpõſi. At ex plano ſenſu decreti negatiui Tridentin. capit. 15. & ex generalis illius ratione conſtat, non valere profeſſionẽ puellæ, ante impletum annũ noui-
f tiatus, [f] ætatemque annorum ſedecim. Nec facit iniuriam ſponſo, qui iſto tempore cogitur expecta-
g re cœlebs, [g] quia ipſa vtitur fauore iuris indulto non ſolum in bonum nouitiorum, ſed ipſius etiam
h religionis: [h] vt mature integro nouitiatus anno & cõtinuo probetur conſtantia hominis. Senſus autem dict. capit. ex publico, eſt: non compelli fœminam intra duos primos menſes ſponſaliũ, ad conſum-
i mandum matrimonium, [i] quia poteſt tunc deliberare an ſibi expediat tranſire potius ad religionem. Et quia quod quis non optat dilatum, nec diligit, id facile contem-
k nit. [k] Si tamen de vno monaſterio aut religione, intra tempus nouitiatus trãſeat in aliud atque aliud:
l cõpelli debet [l] ob ſuſpicionẽ fraudis, ut intra annum aut profiteatur in uno, aut redeat ad ſponſum & matrimoniũ conſummet. Quare ubi lex prohibitiua Trident. capit. 15. non diſtinguit, nec nos diſtin-
m guere debemus. [m]

9 Qui ſacro ordine cum rationis uſu, ſine coactione grauis metus initiantur, hi per uotum continentiæ ſolemne quod implicite emit-
n tunt, inhabiles fiũt matrimonio: [n] non iure diuino (ut quidam putãt
o de ſacerdote) ſed eccleſiaſtico [o] à principio Apoſtolorũ, qui decẽter epiſcopos, ſacerdotes & diaconos ſtatuerunt eſſe cœlibes, & corpus tradere Chriſto ſpóſo, ut eunuchi qui ſe caſtrarũt propter regnũ cælorũ. Eccleſia inuitum nõ cõpellit
p ad cœlibatũ, [p] ſed decenter ſtatuit ne quis ad ſacri ordinis dignitatem admittatur, niſi ſpõte acceptet cœlibatum, & obligationes huic ſtatui
q annexas. [q] Si ſacris initiatur de facto cõtrahat per uerba de præſenti coram parocho & teſtibus, ſit ex-

y ſius. [y] Vid. Menoch. de arbitr. centur. 4. lib. 2. caſ. 333. in graui lite ita ſuo patrocinio defenderunt poſt Concil. Trid. Doct. Vera, Moya, Solis primarij Salmant. & probabile ſentit non audens ab hoc recedere, Nauar. conſ. 40. tit. 1. de ſponſ. lib. 4. Ant. Cucchus in minor. inſtit. cãnonic. lib. 2. ca. 1. p. 52. Cordu. caſ. 140. & Trid. ſeſ. 25. reg. cap. 21. admittit profeſſionẽ poſt 6. menſes. vid. Cor-
z dub. caſ. 38. [z] Citat
a iſ ms. E. [a] In d. c. ex publico. de conuer. coniug. olim ante Tri. ita explicat gl. & Abb. nu. 6. Bern. in apparatu in cap. ſtatuimus. de regu. quod Ioan. Andr. cum glo. cap. deſpõſatam. 27. quæſtio. 2. limitat, quando vir inuita ſponſa intrat religionem, cõpellendum eſſe per iudicem, vt intra bimeſtre profiteatur. quod aiunt citati Y. & Palud. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. Syl. matrim. 5. §. 3. vid. matrim. 8. §. 12. verſ. quarto. Roſel. & Adr. 4. de matrim. vid. Couar. 2. p. ſponſ. cap. 7. §. 4. num. 6. Quia ea profeſſio nõ eſt præciſa ſed cauſatiua, vt dicit Hoſt. in cap. 1. de conuerſ. coniug. quare non regulatur canone communis profeſſionis, & lex generalis Trid. non comprehendit caſus ſpecialiter expreſſos, iuxta l. ſoli clauſulæ. ff de verb.
b obligat. [b] At hoc non eſt incõueniẽs, quia Trid. ſeſſ. 25. reg. capit. 17 concedit puellam expletis 12. annis admitti ad habitum religionis. & addit, nec poſtea ipſa (nempe quæ duodennis intrauit) nec alia (puta quæ intrauit maior 16. annis completis) emittat profeſſionem, niſi, &c. & per cap. 15 hæc duodennis nõ profitetur ante 16. annum completum. atque ita ſponſus expectare debet quadriennio, ut non niſi poſt illius profeſſionem poſſit ducere aliam. Item conſuetudo extendit ad viros, ut ad habitum admittantur 12.
c annos. [c] Ioan. Andr. & glo. dict. cap. deſponſatam. 27. quæſtio. ſe-
d cunda. [d] De caſibus iure expreſſis, quibus Triden. cap. 18. admittit compelli poſſe ad profeſſionem. ſup. lib. præceden. cap. octauo.
e §. nono. [e] Vt probant Doct. cit. lib. 3. de pœnit. cap. 6. §. 4. N. & ca.
f 16. §. 7. M. fin. [f] Ita tandem in prædicta lite pronuntiatum eſt à Iudice, & in Cancellar. regia comprobatum eſt. ut plane ſentit Trident. cap. 15. & Theol. plurimi conſulti, ac plerique Iuriſper. ut Carrera, Acoſta anno 1571. Palac. 4. d. 27. quæſtio. 2. pag. 582. ad fin. Nauar. cap. non dicatis. num. 14. cap. nullam. num. 45. de regular. & in hoc inclinat d. conſil. 40. de ſponſ. & probat 7. rationibus ſic olim etiam non ualebat apud Mendic. profeſſio ante completum annũ. Nau. ſup. Syl. relig. 3. §. 3. relig. 5. §. 3. derogato c. ad
g Apoſtolicam, de regul. inſ. M. [g] Sup. B. ſic pubes, qui contraxit cũ impubere tenetur expectare, & claudicat contractus, in fauorem
h minoris. c. 1. de deſponſ. impub. in 6. Nau. conſ. 1. tit. 2. li. 4. [h] Cit.
i F. & Palud. d. 27. q. 3. art. 2. [i] Communis expoſitio Theol. 4. d. 27. Palud. Duran. Soto q. 1. ar. 4 col. 13. uerſ. at uero. & addit in iſto ẽt caſu expectandum eſſe annum ad profeſſionem. cum Hoſt. in ſum. Nauar. ſup. Syluest. diuortium. §. 3. Armil. §. 5. cum D. Thom uid.
k Ang. nouitius. §. 14. [k] Nicol. Papa. epiſt. ad epiſcopos in regno Lu-
l dou. cap. præſens. 20. quæſtio. 3. [l] Palud. ſup. d. 27. quæſt. 3. artic. 2.
m Richar. [m] Vt generaliter probat Dueñ. regu. 133. & quamuis dict. cap. ex publico, indulgeret fieri profeſſionem intra duos menſes nouitiatus: derogatur per decretum negatiuum uniuerſale Concil. Trident. cap. 15. præſertim quia cap. 22. derogat omni priuilegio etiam iuris, quod eſſet contra decreta totius ſeſſ. 25. de regul. & lex Concil. cenſetur includere clauſulam derogatoriam, ut
n probat Dueñas regul. 144. ampl. 4. [n] cap. primo de cler. coniug. cap. primo, cap. ſi quis. cap erubeſcant. 32. d. Trident. can. nono. D. Tho. quæſt. 53. 3. Ledeſ. quæſt. 55. Doct. cum Magi. d. 37. Sot. d. 38. quæſt. 1. 1. libro ſeptimo, iuſt quæſt 6. 2. Syl. matrim. 8. §. 12. Couar. ſecunda par. ca. 6. §. tertio, in add. Spec. prima par. art. 37. Caſtro. uerb. ſacerdos. Eraſmus ench. cap. 19. Viruеſ. Philippic. 19. Rober. Aeboricen. de ſacer. cœlibat. Ioan. Arbo. li. quinto, theſoph. ca. 7. Anto. Democar. libro quarto, de ſacrif. altar. ca. 2. Nauar. ca. 22. num. 52. ca. 27. nu. 241. 195. Victor. §. 293. aliàs
o 309. [o] Vt dictũ eſt §. 1. ca. Triden can. 9. quidam falſo putant tempore Apoſtolorum acolytum fuiſſe inhabilem matrimonio. quia Apoſtol. can. 27. & Nouell. Iuſtinia. 22. collat. 4. tit. de nuptijs, dicit ne clericus ultra lectorem & cantorem, cõtrahat nuptias. at exponit bene Iulia. anteceſſor ea. Nouel. 22. n. 27. clericos ultra lectorẽ dici ſubdiaconũ & diaconum. & ita Gregor. XIII. anno 1582. correxit qđ habetur apud Grat. 15. quæſtio. tertia, & quod Grat. diſtinct. 31. in princip. dicit nondum erat inſtitutum, ut continentiam ſeruarent ſacerdotes: explicat add. Gregor. XIII. nomine ſacerdotis intelligi omnes ſacris initiatos, ut ſubdiaconos. ut notatur in princip. trigeſimatertia, diſtinct. & gloſſ. capit. qui per pecuniam, prima, quæſtio. prima, conſtat autem olim ſubdiaconis licuiſſe matrimonium in quibuſdam prouincijs etiam Latinis, ut in Sicilia capit. nullum. 28. d. cap. ante triennium. 31. d. ſed à Greg. Papa. 1. aut aliquanto prius, cœpit dici ſacer ſubdiaconatus: quia perſona uoto ſolemni continentiç conſecrata eſt Soto d. 27. quæſt. 3. 3. Doct. cap. le-
p ctor. 34. d. Micha. Medin. lib. 2. de continen. cap. 14. [p] De quo late contra hæreticos Recen. Soto. d. 38. q. 1. 2. Caſtro. uer. ſacerdotium. hær. 4. Hoſi. inſtit. c. 58. & lib. 4. contra Brent. Couar. c. 6. §. 3. Medin. lib. 5. de contin. c. 110. Pighius & Turrian. ſup. Eſpenc lib. 1. de continent. Ioan. Arbor. lib. 5. Theoſ. c. 7. Ayala 3. p. de tradit. Duaren. lib. 4. de eccleſ. miniſterijs. cap. 7. & alij ſup. qui late tractant ex Patribus rationes, cur decuit miniſtros altaris eſſe cõtinentes. Trident. ſeſſ. 23. c. 13. 14. ſeſſ. 25. reſor. ca. 14 quare Boemis petentibus matrimonium pro ſacerdotibus, ſimulque uſum calicis pro laicis Trident. in ſeſſ. 22. fin. nullam uoluit de tali coniugio mentionem relinquere in ſcriptis. in quo reprobandus eſt
q Panorm. c. cum olim. de cler. coniug. [q] Sicut dum quis acceptat officium prætoris & Iudicis aut parochi, ex conſequenti tenetur legibus tali ſtatui annexis: ita qui ſponte initiatur ſacris tenetur implicito uoto continentiæ, & ad horas canonicas. ſi tamen metu graui initiatus ſit, non ita tenetur Nauar. c. 22. nu. 52. ad fin. & latius num. 51. Maiol. 1. de irreg. c. 30. num. 6. cum Abba. & gloſ. c. 1. de cler. per ſaltum promoto. Aſten. lib. 6. tit. 2. ar. 4. cum Rainer. Angles. titu. de ſuſcipientibus ordines cum Richard. d. 24. artic. 4. quæſt. ſecunda. Durand. quæſt. 2. Soto d. 25. quæſtio. prima, artic. 2. communis Recent. contra Syluest. citatum à Soto. At Soto ibi

& d.

& d. 29. q. 1. 3. cum Richar. Palud. q. 3. Sylueſt. ord. 4. §. 1. ait, ſi infans ſacris initietur, ratione ordinis fit adultus inhabilis matrimonio, & tenetur voto. & add. Sot. lib. 7. iuſt. q. 2. 5. ad 4. datur tamen ei adulto optio, vt ſi velit matrimonium, diſpenſetur cum eo facile, & ſuſpendatur ab executione ordinis. idem Palodan. d. 37. Maior. Ledeſm. q. 55. ar. 4. ſed alij negãt teneri, niſi adultus ſponte velit manere in ſtatu ordinis: quia votum ſolẽne ratione cuius eſt inhabilis, pẽdet à voluntate libere

f fin. Sylu. matrimo. 8. §. 12. verſ. 4. Couar. cap. ſexto, §. 3. nu. 3. f 8 e.
g placet. de conuerſ. coniug. Nauar. conſil. 3. & 4. tit. 34. de conuerſ.
h coniug. lib. 3. h Nau. conſ. 4. nu. ſecundo, ſup. cum Panor. cap. quidam intrauit. Syluest. diuort. §. 16. cum Paludan. Soto. diſtinct. 27.
i quæſt. 1. 4. col. penul. i Nauar. dict. conſil. quarto, numero 4. per

r communicatus. r ſi tamen poſt matrimonium ratum initietur aut cõſecretur epiſcopus, nõ ſoluitur ma
ſ trimonium, ſ (vt nec ſoluitur per
t ſimplicia religionis vota t) quia id ſoluendi priuilegium non conceſſit Christus, niſi profeſſioni,
u u ob eam congruentiam, quod in ſpiritualibus fit mors quædam ciui-
x lis, x dum tribus votis ſolemnibus renuntiat bonis temporalibus: quibus bonis ſubdiaconus, ſacerdos vel epiſcopus non renuntiat, cum poſſint habere redditus & bona, & apud Græcos quoſdam concedebatur diaconis vſus priſtini ma-
y trimonij. y

10 Qui poſt matrimonium ratum ſacris ordinatus eſt inſcia aut inuita vxore, hortandus eſt tran-
z ſire in religionem. z At ſi nolit, & vxor innoxia petat, reducendus eſt
a ad vxorem, a quæ propter ignorantiam eſt iure & rationabiliter inuita. & hic clericus ſine epiſcopi diſpenſatione debitum petere non
b poteſt: b & petenti poteſt vxor per exceptionem opponere ſtatum. In caſibus in quib. poſt matrimoniũ licet viro profiteri religionem, lice-
c bit communiter & ſacris initiari. c Primum ex communi vtriuſq; cõ-
d iugis conuerſione & conſenſu: d qui legitimus non eſt, niſi vxor religionem intret, vel ſenior continentiam voueat in manibus epiſco-
e pi aut implicite. e 2. ſi cõiux altero inſcio (quẽ forte ob diuinam abſentiam, & aliorum dicta putat defunctum) profiteatur, non poteſt à religione recedere, niſi viro repe-
f tente: f (ſibi enim præiudicare potuit) reductus nõ cogitur redire ad
g monaſterium: g & mortua vxore
h ſi aliam ducat, factum tenet. h Tertio ſi vir vxore conſentiente ſaltem tacite, (quę ſcit, nec contradicit vſque ad mortem) profeſſus eſt: fit inhabilis, vt ea mortua ducat
i aliam. i Quarto facto perpetuo diuortio ob adulterium vel aliud crimen, poteſt vir (licet culpabilem
k dediſſet cauſam diuortij k) Sacris
l initiari, l aut profiteri religionem: & ſic ſacris initiatus aut profeſſus nõ reuocabitur ad vxorem poſtea
m reclamantem, m quę ſibi imputare debet ſeram reconciliationem. Vt maritum ab infidelitate cõuerſum qui eſt ſacris initiatus, vel pro-

r acceptãte ſtatum. r Nauar. cap. 27. nu. 141. per Cle. 1. de
ſ conſang. ſ Dictum eſt lib. præced. cap. 8. §. 5. Ioan. 22. extrauag antiquæ. de vot. D. Tho. quæſt. 53. ar. 4. Soto d. 24.
t q. 1. 4. t Non ſoluitur ratum per vota ſimplicia, quibus in religione Societatis fit religioſus ſimpliciter. Bellar. cap. 21. & dictum eſt libro præceden. cap. 8. imo nec per ea vota ordinis Militaris B. Iacobi, quæ emittunt nobiles laici: quia ſunt ſimplicia cum ſolẽnitate per accidens, Soto. dict. 27. q. 1. art. 4. ad fi. lib. 7. iuſtit. quęſtio.
u 5. art. 3. u Trident. ſeſſ. 24. can. 6. cã. ex publ. de conuerſ. cõ-
x iug. x D. Tho. Bonau. Richar. Duran. Paluda. d. 38. quamois ſine cauſa hanc congruentiam reijciat Micha. Medin. lib. 5. de continentia. cap. 82. & falſo videtur cap. 66. negare matrimonium ratum eſſe ſacramẽ-
y tum. y Concil. Ancyr. cap. 10. cap. diaconi. 81. d. Brachar. 3. cap. 34. quod tamen paulo poſt reuocatũ eſt pro diaconis. ca. 1. 28. d. Iuſtinian. Nouel. 123. Concil. Toletan. 8. ſub Martin. 1. can. 7. Med. lib. 2. de contin. cap. 14. Balſam. ſuper can. Concil. Aucyr. Soto diſtin. 38 q. 2. art. 3. Cou. 2. p. capit. 6. §. 3. nu.
z add. z Dictum eſt c. 2. §. 9. & lib. præceden. c. 15. §. 9. D. Th. add. q. 53. 4. art.
a hortandum eſſe. a Syluest. diuort. §. 17. b Quia vt ſponte re-
b cepit votum ordinem, ita obligatur voto, quod eſt ordini ſacro annexum, ſecus de illo qui inſcia vxore fecit profeſſionem quæ
c eſt iure irrita, niſi illa reſciens conſentiat. c Lib. præced. capit. 8
d §. 4. H. d e Eodem cap. 8. §. 8. cap. primo, cap. ex parte de conuerſ.
e coniug. cap. Agathoſa. 27. quæſt. ſecunda, D. Thom. quæſt. 53. 4. ad 2. Sot. d. 27. quæſt. prima, art. 4. col. 13. Naua. cap. 22. num. 52.

feſſus, non poteſt vxor ſero cõuer-
n ſa repetere. n Quinto poſt ratum, poteſt vir profiteri inuita vxore, nõ tamen ſacris initiari, niſi vxore ſimiliter conuerſa. Ob adulterij cauſam, ſi vir pari delicto ſit adulter, non licet repudiare vxorem, aut diuortium petere. Et licet vir emẽdatus rogauerit illam ut pœnitens ad illum redeat, illaq; pertinaciter detrectet, nõ debet profiteri aut ſacris initiari ante ſententiam diuor-
o tij: o petita tamen & habita ſenten-
p tia, licebit profiteri. p

CAP. VI.

Ligamen ſeu polygamia, quomodo irritet?

§. 1. *Habere ſimul plures vxores, eſt contra ius natura, & §. 2. in quo olim Deus diſpenſauit. & §. 3. ſed non vt vna haberet plures viros.*

4 *Qua pœna habẽtis plures vxores?*

5 *Qui contraxit dubia aut mala fide, quid faciet vt reddat debitum? & §. 6. de dubio ſpeculatiuo aut practico.*

7 *Dubius quando poſſit reddere debitum? & §. 8. ſed non ſi conſtet priorem coniugem viuere. §. 9. & ſeq. de irregularit. bigam.*

POlygamia ſeu bigamia, ut unus uir habeat ſimul plures uxores,
a eſt contra ius naturæ, a non ſecundum primaria legis pręcepta quę decalogo expreſſe continentur, & in quibus Deus proprie diſpenſare tamquam iudex non dicitur, ſed
b contra ſecundarium ius naturę, b quod iubet à principio humani generis, vt ſint tantum duo in carne una: & quamuis id ex naturæ principiis non inferatur tam euidente conſequentia, probat tamen
c naturę ratio certa moraliter, c conſuetudo & hominum conſenſus oppoſitum eſſe cõtra pacem & mutuam communicationem familię in operibus: & contra mutuam fidem thori immaculati propter æ-
d qualem corporis traditionem, d nec ſatis unus uir prouideret pluribus fœminis de remedio concu-
e piſcentiæ: eſt item in lege Chriſti contra bonum ſacramenti, e quod ſignificat unionem unius Chriſti cum unica eccleſia, & unica hu-

cap. ex parte. capit. conſuluit. Panorm. cap. primo, num. 7. Calderin. & Ioan.
k Andr. k Citat. lit. K. Soto, Syluestr. Nauar. conſ. 38. tit. de irregular. libro
l tertio. l capit. Agathoſa 27. quæſtio. ſecunda. Paluda. Soto d. 27. Syluestr. diuort. §. 16. Nauar. conſ. primo, & ſequent. titul. 16. de adulter. libro quinto, conſ. primo, & 3.
m tit. 19. libro 4. m n
n Eodem cap. 8. §. 5. o
o Nauar. conſ. tertio, titu. 19. libro quarto, quia ſi illa emendetur, & repetat maritum probans fuiſſe ſimiliter adulterum, reſtituetur
p ei vir per iudicem. p Naua. ſup quia per ſententiã uxor perdit ius repetendi uirum, & ſic ſunt limitandi D. Thom. Bonauent. Soto. & gloſſ. Goſfred. Hoſtien. Turrecremat. apud Nauar.

CAP. VI.

a LIb. præceden. a cap. ſecundo, §. 3. ca. 8. §. 5. D. Tho. add. quæſtio. 65. Docto. diſtinct. 33. Soto quæſt. prima, Ledeſm. quæſtio. 67. Couar. ſecunda parte. cap. 7. §. 3. nu. 2. Taper. artic. 29. Eſpence. libro ſecũdo, de contin. à cap. 1. Perez l. 9. tit. 19. lib. tertio, ord. Bellarm. de matrimo. cap. 10. & ſeq. & obiter tangit cap. 21. agens de ligamine Nauar. cap. 22. nu. 53. Balſam. ſuper epiſt. Baſil. ad Amphiloch. canon. 79. fol. 52. Conc. Colo-
b nien. late. b D. Tho. & alij Doct. (aliàs ſi eſſet contra expreſſa in decalogo præcepta, non caderet in hoc propria ratio diſpenſationis D. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 100. ar. 8.) Trid. ſeſ. 24. ca. uni. colligit ex Gen. 1. erunt duo. ſic habent omnes cod. Græci & Latini. & ſic retulit Chriſtus Matth. 19. Paulus Epheſ. 5. & omnes Doctor. Græci, & Latini. licet contendat Eraſm. Matth. 19.
c ly duo non haberi in Hebręo. c Doct. c. 2. §. 3. I. & bene Sot. d. 33.
d q. 1. ar. 2. D. Tho. add. q. 65. 2. ad 2. Bellar. c. 11. Sixtus li. 6. Biblio.
e c. 82. d D. Tho. quæſt. 62. 4. e Epheſ. 5. uiri diligite uxores, ſicut

Chriſtus

manitate aſſumpta. Quare ſi quis in Paganiſmo duxit plures vxores, & cum illis conuertatur ad fidem, retinere cogitur primam tantum [f] ex illis: quaſi reliquæ non vere vxores ſed concubinæ fuerint contra ius naturæ: ideo vero vagabundi non ſunt facile copulandi matrimonio,[g] ne forte alibi ſint ſimul coniugati. Eſt item difficilis educatio prolis: quia prædilecta vxor impediret curam alendi filios aliarum, & hinc prodirent rixę & inuidiæ contra pacem familię. Hoc impedimentum dicitur ligamen,[h] quod alligatus primæ vxori, quamuis hæc conſentiret,[i] ſit iure naturæ incapax ad aliam.

2 Olim diſpenſauit Deus cum Abrahã, & eius poſteris expreſſa reuelatione[k] ſibi, primarijs vero patribus per inſpirationem internam facta, vt liceret præſertim patriarchis habere plures vxores: & illorum exemplo diſpenſatio deriuata eſt in reliquos poſteros etiam per Iſmael & Eſau deſcendentes:[l] ut fidelis populus tunc exiguus multiplicaretur, ſicut ſtellę cęli & arenę maris. Quo exemplo excuſati videntur olim vicini Gentiles, dum ex ignorantia vnus plures ducebat: quibus tamen per ſe nunquã licuit plures ducere,[m] nec enim illis hic fauor priuilegij datus eſt à Deo. Nunc vero poſt promulgationem euangelij, iure diuino[n] non magis licet vni Chriſtiano habere plures vxores, quã habere cõcubinas. cõcubinatus vero & fornicatio nunquã licuit, cum ſit contra ius naturæ:[o] quamuis olim iure ciuili impune permiſſum fuerit ſoluto habere domi vnicam concubinam ſolutam:[p] quod tamen quidam negant,[q] ſicut decenter permittuntur lupanaria, vt vitentur maiora damna.[r] Dum in lege veteri vnus habebat plures vxores, prima & pręcipua ſola dicebatur vxor,[ſ] quæ tradebatur cum ſolennitate nuptialis conuiuij per ſeptem dies celebrati:[t] & hæc prædilecta imperabat cęteris vxoribus, quę interdum dicuntur concubinæ,[u] ut quę ſine ſcripto, ſolennitate, & cæremonijs tradebantur,[x] & illarum filij excludebantur à patris hæreditate, & adoptabantur a prima vxore,[y] ut haberent dona quædam.

3 Vna vxor nunquam permiſſa eſt habere ſimul plures viros:[z] eſt enim contra primarium finem matrimonii, & prolis certitudinem, & vnius eſſent plura capita. Dato tamen olim ex cauſa libello repudii, videtur quibuſdã ita ſolutũ fuiſſe ius matrimonii, vt fœminæ repudiatæ

Chriſtus dilexit eccleſiam. 1. Corinth. 7. propter fornicationẽ au-
tem vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat, nempe vnicam probat D.
f Thom.q.65.1.Doct. ſup. Dried.lib.1. liber.Chriſtian.cap.6. [f] In-
g noc.III.c gaud.de diuort.lib.præced.c.8 §.5. [g] Trident. ſeſſ.24.c.
h 7. [h] Doct. numerant impedimenta in verſic.vocatur ligamen. Bel
larm.c.21. Syluestr.
matrim.8.§.13.l.7.
i titu. 13. p.4. [i] In
quo errat Caietan.
in Marc.10. cui con
ſenſit Cathar.lib.5.
contra Caietan. d.
eſt lib.præced.capi.
k 2.§.3.l. [k] D Tho.
quæſt.65.2.Couar.
capit.7.§.3. Eſpen-
ceus libro 2.cap.1.
Sot.diſt.33. quæſt.
1.2. (cui fauent Du
rand.diſt. 33 quæſt.
1. Abulen. Matth.
19 quæſt.30.& ſeq.
Marti.tract.de tem
perant.) & tenet
Specul.2.par. artic.
4.at artic.15.ad fin.
dicit Innocent. III.
capit.gaudemus. de
diuort. erraſſe dum
ait, non licuiſſe niſi
ex diuina reuelatio
ne conceſſum, quæ
mos & fas dicitur.
in quo errat Specu.
vt dictum eſt. ſup.
c.2.§.3. M. vide te-
ſtimonia apud Gra.
32.quæſtio.2. & 4.
per totam. Ledeſm.
quæſt.67.2. Palud.
quæſt.1.1. Maior.
q.1.quare vt forni-
catio non eſt diuino
tantum iure poſiti-
uo ſed naturali pro-
l hibita: ita quòd vnus habeat plures vxores. [l] Soto. art. 2. Recent.
contra Scot.q. vni.art.2.putantem non licuiſſe, niſi populo electo,
m qui deſcendebat per lineam Iſaac & Iacob. [m] Innoc.cap. gaude-
mus.Origen.hom.11 & clarius 12.in Geneſ.Concil.Colonien.D.
Thom.artic.2.ad 2.Soto art.2.conc.2.Ledeſm.Recent. & dictum
n eſt c.2.§.3.lit.l. [n] Sic Trident.capit.vnic.& can.2.ſolum explicuit
iure diuino prohiberi: nempe ratione ſacramenti.& tamen ſimul
o prohibetur iure naturæ. [o] Sup. lib.præceden.ca.8.§.3.D.Thom.
q.65.3.& 22.quęſ.154.2.Caſtro.ver.coitus.& li.2.de iuſta hęret.
pun.cap.18.Couar.1.par.ſponſ.c.4.num.8.Caniſi.in 6.præcept. &
tit.de matrim.§.1. Alhor.lib.quarto, de arte contract.in princ. Fr.
Medin.1.2.q.20.art.5.fin.Soto.d.33.art.2.col.4.lib.5.iuſt.q.3.ar-
tic.3.col.2.quod fatentur Ioan.Andr.ca.fine culpa.de reg.iur.in 6.
Bald.l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.& iur. Paul.l.ex hoc iure,nume.
7.ff.eod.Altiſiod.lib.3.tract.7.cap. de temperan.q.3. Alex.2.p.q.
164.m.2.Turrec.c.quod autem.cap.meretrices. dicit hæreticum
negare fornic.eſſe peccatum mort.Nau.ca.17.num.195. De pœ-
nitentia.d.5.in princip.num.119.cap.conſideret.num.91.Heruæ.
quodlib.7.q.23. Conrad.de contract.q.26.con.6.q.42.con.1. Pe-
rez l.2.tit.33.lib.2.ord.pag.714.Specul.2.p.ar.18.19.& 3.p.ar.10.
18. Medin.C.de reſt.q 19.de quo Trid.ſeſſ.24.ca.8.ſeſſ.25.reſor.
p c.3.fin.c.14.De concubina dicetur ſtatim. [p] l.1.cum ſeq.ff.de con-
cubinis.l.ſtuprum.ff.de ritu nupt.l.donationes.ff.de donatio.l.Ma
ſurius(quæ eſt 144.)ff.de ver.ſignif.c.non omnis.32.q.2. Paleot.
de nothis.ca.12.nu.15.Menoch.de arbitris.caſ.418.Angel.Sylu.
& alij uerb.concubin.Perez l.4.titu.7.lib.8.ord.quod agnouit D.
Tho.add.q.65.5.addit Couar.num.8.ſic eſſe interpretandos Bart.
Alexan.Anton. de Roſel.dum aiunt fornicationem licere.nempe
q impune per.ll. [q] Couar.1.p.c.4.num.9.explicat ll. de ea concubi-
na quæ habetur loco uxoris: ſed cum diminutione honeſtatis,&
ſine uxoria dignitate, nec dicebatur mater familias.ut patet ex d.
l.ſtuprum.Nam Iuſtinian auth.de lenonibus.§.ſancimus:damnat
concubinatum proprie dictum: & antiquo iure Romanorum: un-
de Prouerb. Numæ.pellex, Iunonis ædem non tangito.& auth.
quibus modis efficiantur legit.§.illo.auth.ſi amicæ mulieres. au-
th.ut non luxurientur homines.& l.1.C.de concubin.l.1. C.com-

munia de manumiſſio.idem Auend.lib.2.de exequen. mandat.ca.
26.in princip.Petr.Greg.lib.10.ſyntagm.c.1.num.9.ſed Paleotus
de nothis & ſpur.cap.12.num.15.has leges negat prohibere con-
cubinatum cum ſoluta, qui eſt lege permiſſus: ſed alias fornicatio-
r nes lege ciuili prohibitas. [r] Abulen.ſecunda par.defenſor.cap.61.
& lib.4. de optima
politia. ca.21 num.
102. Soto.libro 1.
iuſt.q.2.articu.2.q.
6.2.diſtin.12.. q.1.
6.d.31.q.1.2. Cou.
d.capit.4.num.9. &
lib.2.uariar.c.4.nu-
mero 11.Simãc. de
catho. inſt. cap.9.à
num.219.& libr.4.
de repub.ca.13. Pa
lac. rubr. de donat.
§.41. vbi addit.Mẽ
chac.1. controuerſ.
illuſt. cap.48.num.
primo, Caſtro 2. l.
pœn. capitulo 11.
Menoch. de arbi-
trar. caſ.189. Iul.
Clar. pract. §.for-
nicatio.Bern.Diaz.
pract. capitulo 72.
Nauarr.tandem fa-
tetur.apolog.de re-
dit.quęſt.3.mon.3.
nu.5. cum Aug.to.
1.lib.2.de ord.ca.4.
quem ſequitur D.
Thom.2.2. quæſt.
10. art.11.habetur
c.meretrices.32. q
2.gloſſ.recepta.cap.
omnes 3.diſt.Ioan.
Andr. in mereтr.re
gu.peccatum.quam
uis Nauar.c.17.nu.
595.& addit.Hiſpa.
late probat expedi-
re ne ſint lupana-
ria: & via licere,locare domum meretrici. At meretrix lupanaris
cogi non poteſt ad venditionem concubitus, Cou.3.var.ca.14.nu.
2.Perez l.2.tit.33.lib.2.ord.p.714.contra Deci. l.inuitus. ff.de re
iudic.Deus tamen Deut.23. vetuit in eccleſia recipi tributum ex
meretricibus.D.Tho.2.2.q.86.3.ad 1.q.87.2. ad 2. nec oblatio-
nes aut decimas de lucro meretricis. Caie.2.2.q.10.ar.11.Sarm.
de redit.4.p.c.5.num.9.ad fin.Maiol.de irreg.lib.3.c.25.num.12.
Nau.c.17.num.195.fin.cum Niceph.lib.16.hiſt.c.20. etiam Im-
ſ perator id vetuit, vt vectigal impurum. [ſ] [t] Gen.19.imple hebdo-
t madam dierum huius copulæ, ſcilicet, cum Lya. Iudic. 14. vxor
Sampſon.7.diebus conuiuij flebat.Doct.cum Mag.d.33.D.Tho.
u q.65.5.Perez l.4.tit.7.lib.8.ord. [u] lib.præced.c.11.§.4. D. Tho.
artic.3.ad 3.Docto.cum Mag.d.33.Sot.q.1.2.Lipom.in Gen.22.
Specul.2.p.ar.16.Perez ſup.Menoc.caſ.418.Bellarm.c.11.Alber
tin.lib.1.aduerſus pſeudo euangeliſtas.c.3.& colligitur Gen.20.&
35.Aug.16.ciuit.c.18.& 34.Apoſtol.can.17. Conc.Tolet.1.capit.
17.c.ſiquis poſt 33.d.Grat.c.omnib.34.d.Inno.III.c.gaudemus.
x de diuor. [x] Vt probat Coua.1.p.ca.4.num.9. ex c.aliter.30.q.5.
c.fin.28.q.1.Bellarm.c.11.Paleot.ca.11.num.12. Petr.Greg.lib.
10.ſyntagm.ca.1.num.15 Briſo.de iure connub.col.2. de qua ex-
ponunt l.Maſurius.144.ff.de verb.ſignific.Et Grat.d.cap.in omni-
bus. de hac concubina vxore exponit c.his qui.ca.Chriſtiano.34.
d.vbi Conc.Tolet.& Iſidor. non habenti aliam vxorem conceſſit
habere concubinam, id eſt, vxorem clandeſtine ductam abſq; ſo-
lennitate.Eſpence.lib.3.de continen.ca.3.& 4.Rebardus lib.4.va-
riarum.cap.16. & tamen propter inconuenientia Euariſt.c.aliter.
30.q.5.prohibuit clandeſtina: & vocat adulteria & ſtupra,propter
periculum vt expoſitum eſt lib.præced.c.5.quare coniugatus om-
ni iure prohibetur habere concubinam ſeu pellicem,quæ non po-
teſt eſſe vxor.c.denique verius.c.audite filij.34.d.c.præcipuè.11.
q.3.c.concubinæ.32.q.2.c diat.c.nemo.32.q.4.& per ll.Iuſtinian.
vt ex Cou.citatum eſt lit.P. De concubina quæ eſt ſecunda vxor.
uide Paleot.c.5.6.11.12.Bermond.de pub.concubinar.ſi.Corraſ.
y lib.1 Miſcel.c.3.Mart.lib.8.hypot.c.6. [y] Geneſ.16.ait Sara, ſi for-
te ſuſcipiam filios ex ea: nempe ex Agar, quæ erat ſecunda uxor.
z & ſic eſt corrigenda litera Aug.ca.tantum ualet.32.q.7. [z] Quare
Chri-

liceret alteri nubere.[a] ſed probabilius eſt nõ licuiſſe ſed permiſſum[b] ob duritiã cordis, vt vitarẽtur maiora mala. Papa diſpenſare non poteſt vt vnus habeat ſimul plures vxores:[c] eſt enim & contra ius naturę, & cõtra ius diuinum Chriſti ob rationẽ ſacramenti, à qua matrimonium habet efficaciorem rationem indiſſolubilitatis. ſic interpretandi ſunt pie quidam Doctores,[d] qui iure poſitiuo Chriſti aiunt prohiberi pluralitatẽ vxorum, eo quod Chriſtus iuri naturæ quale erat diſpenſatum apud veteres adiecit reformationem & indiſſolubilitatẽ quæ pertinet ad ſacramentum.[e] ſi tamẽ detur caſus in quo tota ſpecies humana periclitaretur, cenſeretur fortaſſe Deus auctor naturæ diſpenſare in illo iure naturali, vt vnus haberet plures,[f] propter cõſeruandam ſpeciem: vt inter fratres à principio diſpenſauit, & cũ patribus antiquis in pluralitate vxorũ.

4 Grauis pœna imponitur ei qui cum pluribus ſimul viuẽtibus contrahit matrimonium: & ſuſpectus eſt de fide[g] quaſi malè ſentiat de ſacramentis, aut quaſi duret diſpenſatio plurium vxorum, quæ fuit ante euangelii promulgationem: punitur item vt proditor & alcuoſus.[h] Si tamen ob probabiles coniecturas de morte prioris coniugis contrahat, excuſatur à pœnis fori exterioris: vt ſi vir profectus fuit in longinquum, & fama mortis increbruit,[i] aut ſi erat nimis ſenex, vel prælium ingreſſus nõ apparuit, vel aliter de morte illius accepit literas ab his qui dicunt morti eius interfuiſſe.[k] pro foro conſcientiæ excuſat bona fides per humanam fidem, & opinionem probabilem concepta:[l] angeli enim & beati in praxi non diriguntur dubiis rationibus & opinione fallibili, ſed apud homines propter vulnus ignorantiæ, cenſetur moraliter certum hoc, licet de ſe ſit fallibile. pro foro tamen exteriori oportet probare iuſtam cauſam ignorandi: vt quod miles nunciauit mortem mariti in bello, vel quod vir vagus vt copuletur matrimonio dixit ſe ſolutum eſſe alio matrimonio.[m] cui autem incumbat onus probandi mortem, pertinet ad iuriſperitos.[n]

5 Si matrimonium cœpit mala vtrinſque fide contrahi,[o] aut ita dubia practice, vt certius credant ſuperſtitem eſſe priorem cõiugem, impedit non tantum petere, ſed & reddere debitum:[p] niſi facta diligenti inquiſitione ſubſint coniecturæ ob quas liceat dubium practice deponere.[q] ſi tamen matrimonium cœpit bona fide ſaltem vnius:[r] qui dubitat, non poteſt petere:[ſ] ſed ea poſſeſſio tribuit ius reddendi debitum cum exigitur à bonæ fidei poſſeſſore.[t]

6 Vbi aduerte, ſpeculatiuum dici dubium quando res nuda concipitur ſine circunſtantiis:[u] vt an hic ſit maritus meus nec ne? practicus dicitur aſſenſus quando perpendit rem cum circunſtantiis concurrentibus,[x] vt quamuis eſſet ſpeculatiue dubium uel falſum, quod huic viro ſit reddendum debitum, perpenſis tamen circunſtantiis, poſſeſſione & periculo damnorum, dicitur verum practice quod huic viro exigenti ſit hic & nunc reddẽdum debitum: uel huic pauperi eleemoſynam poſcenti, quem falſo reputo extreme indigere, eſſe dandam eleemoſynam. illa enim dicitur actiuæ mentis ueritas practicè, quando iudicium ſecundum circũſtantias eſt prudentiale & conforme appetitui recto.[y] porro conſcientia de ſe dubia determinatur prudenter ad alteram partem.[z] Primo ex propria ſcientia uiri docti ac prudentis qui ſibi poteſt conſulere. Secundo per auctoritatem & opinionem inſigniũ ſcriptorũ, quos legit, uel per unius probati doctoris aut confeſſarij conſilium & ſentẽtiam. qui ſi aduertat fœminam interrogantem eſſe in bona fide, quia ignorat impedimentum occultum, debet ei generaliter dicere, mulieres tenentur maritis reddere debitum.[a] Tertio firmius determinatur per iudicis & eccleſiæ præceptum: quãuis in cauſa matrimonii ſententia non tranſeat in rem iudicatam.[b] ſic qui petit ius ſuum à coniuge dubitante determinat, ut reddere liceat:[c] quãuis interdũ habeat probabiles rationes ob quas excuſari poſſet à redditione, & dat opin in foro cõſciẽtiæ, ut utrius parti ſe cõformet.

7 Perplexus qui habet dubium ſpeculatiuum inter duo mala etiã culpæ,[d] ut conſulere alteri po-

Chriſtus id ut per ſe notum non explicuit Matth. 19. D. Thom. art. 1. ad 7 Soto diſt. 33. q. 1. artic. 3. Bellarm. cap. 10. 11. [a] Quod probabile dicit D. Thom. quæſtio. 67. 3. [b c] Probabilius dicit D. Thom. d. ar. 3. & communior Doctor. colligitur Matth. 19. ad duritiam cordis ueſtri permiſit Deus. dictum eſt lib. præced. ca. 2. § 3. [d e] Citatum eſt d. capit. 2. § 3. M [f] Præced. lib. ca. 1. § 4. [g] Simanc. de cathol. inſtit. capit. 40. Repertor. Inquiſ. cum addit. uer. contrahentes uer. hæreticus, in uerſ. ex quibus. Villadiego de hæret. quæſt. 9. Palac. cap. per ueſtras. § 18. num. 28. [h] Perez l. 3. tit. 1. libr. 5. ord. l. 4. titu 7. lib. 8. l. 5. tit. 15. lib. 8. Gregor. l. fin. titu. fin. p. 4. Anton. Gomez l. 80. Taur. nume. 31. Simanc. Couarru. 2. p. cap. 7. § 3. num. 6. ſignatur in fronte lit. Q cum ferro candente. [i] Anton. Gomez. Syluestr. matrim. octauo. § 13. uerſ. 4. Sot. diſt. 37. art. 5. col. penul. Nauar. ca. 22. num. 33. [k] Nauar. num. 53. [l] capit. fin. de eo qui duxit. At Soto & Nauarr. num. 47. non ſatis diſtinguunt quanta certitudo requiratur de morte mariti. de quo bene Specul. 1. par. articu. 36. poſt conc. 7. & relinquitur arbitrio iudicis. Nauarr conſil. 1. tit. 21. lib. 4 [m] Hoſtie. Anton. Nauar. cap. 22 nume 47. [n] De quo Barthol. auth. ſi quidem C. ſoluto matrimon. Felin. c. ſeries cap. cum cauſam. de teſt. Gratia. 34. quæſt. 1. & 2. ca. cum captiuitate. ca. ſi uirgo. Doctor. in cap. in præſentia. de ſponſ. & cit. lit. H. [o] [p] Lib. præced. capit. 25. § 13. Soto diſt. 37. art. 5. ad fin. Nauar. cum Panormit. Specul. 3. p. art. 18. in quo habet uerã ſententia Adria. de matrimon. q. 2. ad 2. & refert ſe ad quodlib. 2. fol. 36. At in 4. de præſcrip. § inſtabis fortaſſis. fol. 79. citans Altiſiod. 3. par. ait, licèt cęperit bona fide, non licere ſtante dubio reddere: aliàs errauit Pontif. ut doctor, niſi explicetur pro foro exteriori in quo iudex compellit reddere præſumens in dubio pro bona fide matrimonij. In quo Adrian. temere loquitur contra omnes Doctores: & Pontific. loquitur in foro conſcientiæ. [q] Pro quo requiritur magna diligentia. ſicut reuenditores qui noctu emunt dubia fide, compelluntur reſtituere, ſaltem in opera pia: niſi per diligentiam conſtituantur in bona fide. lib. præced. capit. decimoquinto.

[r] Soto diſt. 37. artic. 5. ad fin. uerſ. dum uero: requirit bonam fidem ex parte utriuſque ut poſſit reddere: quia contractus matrimonii non poteſt claudicare. & dicit communem ſententiã ita intelligere iura. cap. dominus. de ſecund. nupt. cap. inquiſitioni. de ſentent. excom. Reſpondetur, non claudicat ad ualidationem contractus, quando unus cępit bona fide (ut dicunt Victo. & quidam Recentiores.) ſed quo ad obligationem reddendi debitum claudicare poteſt: ut adulter tenetur uxori reddere, cum tamen uxor ei non teneatur. [ſ] Quando dubius declinat non ualuiſſe matrimonium, aut eſt in æquilibrio, habet cauſam ut uno reſpectu credat practice licitum reddere, ne ſe exponat periculo iniuſtitię contra poſſeſſorem. Alio reſpectu credit illicitum eſſe actũ, nempe ut petat: quia ideſt ſibi liberum, & non petens non incurrit ullum periculum. Nauar. cap. uigeſimoſecundo, num. 54. & ſe refert ad capit. ſi quis autem. nu. 81. 102. 112. [t] Communis præſertim quando bona utriuſque fide contractum eſt & ſuperuenit dubium. addit Victor. & Cano, ſi cępit bona fide fœminæ tantum, & uir petat illicite, tenetur fœmina reddere: ſicut debet reddere uiro contra uotum continentiæ petẽti. [u x] Nauar. Soto. & alij auctores. [y] Ariſtot. 5. Ethic. ait, eſt autem actiuæ mentis ueritas conſentanea appetitui recto. de quo Frat. Med. 1. 2. quæſt. 19 artic. 6. [u] Couar. capit. 7. § 2. num. ult. Specul. 3. par. artic. 18. & tandẽ Cord. lib. 3. qq. q. 8. corol. 1. ad fin. [a] Sot. d. 18. q. 2. artic. 4. uide Nauar. cap. 22. nume. 83. Med. C. de confeſſ. q. 26. fol. 74. Cord. lib. 1. q. 11. fin. ſed ſine cauſa Sotus negat licitum tunc dicere, redde ei debitum. Peña dicit licitum dici, peccas niſi reddas aut teneris reddere: quia propoſitio eſt practice uera. ſup. lib. 3 pœnitent. c. 27. § 5 [b] c. lator. c. tenor. de re iudic. Couar. 2. p. c. ult. § ult. nume. 12. & ult. [c] Nec requiritur ut deponat dubium conſcientiæ, cum alio iudicio particulari: ut paulo poſt dicetur contra Nauar. [d] De electione inter duo mala culpæ. Grego. 32. moral. cap. 18. & 19. c. nerui (ex Conc. Tolet. 8. c. 2.) c. duo mala. 13. d. ubi Grat. in princip. Bed. hom. 44. quæ eſt de Baptiſtæ decollatione.

teſt, ita ſibi [e] debet è duobus malis minus eligere. ſic quidam facta Patrum antiquorum quę apparent de ſe turpia, excuſant: [f] in quo tamen cautè ſunt legendi. [g] ſic perplexus an debeat potius mentiri iudici roganti, quam prodere occultũ reum, ſi eligat mendacium, quod minus videtur, excuſari interdum poteſt: [h] cum tamen mẽdacium ſi extra hũc caſum dicatur, ſit intrinſecè malum. [i] Et quando homini occurrunt duo pręcepta incompoſſibilia, non peccat omittens id quod tunc minus vrget. [k] Ita vxor non peccat, ſi debitum reddat huic viro pręſenti, quãuis dubio marito: ne alias neget ius iuſtitiæ per rapinã, & ne incurrat periculum ſcãdali, & durę tractationis: præſertim ſi ab epiſcopo cõpellitur ſub excom. cõuiuere & debitũ reddere, nec dicitur agere contra cõſcientiam dubiam, aut exponere ſe illicito periculo fornicandi [l] cum iſto: nam vbi concurrunt duo præcepta incompoſſibilia, conſcientia certa prudenter dictat in generali, quod ſeruãdo ſtrictius & grauius, excuſatur ab altero præcepto. ſic dum matrimonium eſt dubium ob alterius impotentiam, iuſto præcepto compellit eccleſia cohabitare, & conari ad copulã, [m] ut triennij probatione exploret vires matrimonij. Hæ enim cauſæ ſufficiunt vt coniux dubium ſpeculatiuum quantumuis mordeat conſcientia, deponat practice aſſenſu quodam opinatiuo certiori: quia in dubijs inter duo etiam mala culpæ melior eſt cõditio poſſidentis, quãdo poſſeſſio cœpit bona fide. [n] pręſertim quãdo ex oppoſito ſequitur maius malũ, vt in propoſito. quãuis ergo videtur malum abſolute, ut quis ſine cauſa ſe exponat periculo adulterij: huic tamen vrgentibus cauſis compulſo & habenti ius, bonũ eſt vti matrimonio dubio, quia certus eſt practicè licere, deponendo dubium: nec vlla fit iniuria proli, quæ vtroque foro ex tali matrimonio cenſetur legitima: [o] nec ſi aliquo modo fieret, tenetur homo cum magno detrimento ſuo prouidere bono prolis futuræ, niſi quantum ſatis eſt. quidam putant neceſſarium, vt dubium dicatur deponi, quod iudicet hic, & nunc in particulari non eſſe peccatum reddere. [p] & quod iudex dum inter opiniones æque probabiles eligit vnam pro amico, debet deponere alteram tanquam falſam. [q] At ſane bona electio non procedit ex formali depoſitione ſcrupuli, ſed ex hoc iudicio affirmatiuo, quod in dubijs pro poſſeſſore iudicandum eſt. [r] Sic ergo dum matrimonium cœpit bona fide vtriuſque [ſ] licet alteri ſuperueniat dubium æquale tenetur reddere, [t] imo quãuis dubium declinet, vt probabilius ſibi videatur ſubeſſe impedimentum, debet reddere, quamdiu certus non eſt per aſſenſum opinatiuum probabiliorem: [u] quia dubium ſuperueniens non tollit priorem bonam fidem ante litis conteſtationem. excipitur tamen ſi dubitat de ſeruili conditione coniugis, tunc enim etiam præcepto compulſus non tenetur reddere, [x] ne ſibi præiudicet. Si facta adhuc diligentia, vt repellat dubium quod poſt bonam vtriuſque fidẽ ſuperuenit, nihil certi conſtare poteſt, ignorãtia fit inuincibilis, & cum bona fide, deinceps licebit debitum exigere. [y] alioqnin qui bona fide contraxerunt, & poſtea inculpate dubitant, priuarentur iure & poſſeſſione bonæ fidei, ſine culpa ſua poſt factam diligentiam. [z] generaliter tamen ſtante dubio practice ligante conſcientiam, non licet reddere debitum. [a]

8 Si poſt diligentiam cõſtet priorem virum coniugem viuere, tenetur omnino quoad poteſt abſtinere ab vſu ſecundi matrimonij: [b] quia adulterium notum eſt intrinſece malum, quãuis ex matrimonio illo liberos habeat, & compellatur reddere debitum, per ſententiam excommunicationis, aut graues minas. nec enim contra ius naturæ præualet ea cauſa, aut ulla temporis, aut regionis longinquitas. Si-

ne. habetur ca. non ſolum. 22. quæſt. 4. & c. vnuſquiſque. ex Ambr. 3. offic. ca. 12. Scot. 4 diſt. 13. q. 2. d. 21. q. 2. 6. Gerſon in reg. moral. c. 1. & ca. de auaritia. Couar reg. peccatum. in princip. num. 6. Frat. Medin. 1. 2. q. 19 art. 6. [e] Vt fatetur Ariſt. 5. Ethic. ca. 3. & Auguſt. de mendac. ad Conſent. cap. 8. reſpectu maioris mali minus habet rationem boni. [f] Aug. lib. 1. de ſerm. in mont. cap. 29. de concubitu Abrahæ cum Agar, volente Sara: & de muliere Antiochena, quę vt virum à morte liberaret, permiſit concubitum diuiti: dubitatque Auguſt. an fuit adulterium, & liberum iudicium alijs relinquit. & li. 22. contra Fauſt. c. 37. laudat Loth, qui pro vitanda Sodomia, expoſuit filias. & Abrahã vxorem voluptati Barbaricæ permiſit timore mortis (licet c. 33. aliter excuſet id factum) Chryſ. epiſt. ad Olimpiam. & homil. 62. in Geneſ. excuſat Thamar à peccato cum Socero: quam excuſat Theodoret. q. 94. in Geneſ. & Ambroſ. lib. 3. in Luc. & de vxore Abrahæ Aymo, in Geneſ. 20. ca. apud miſericordem. 32. q. 1. At hæc exempla caute ſunt legenda. [g] Patres non loquuntur ex profeſſo in illis, vt exponit eos Sixt. lib. 5. bibl. c. 89. 214. 253. [h] vid. Prouer. mentiri in tempore. ex Plato. lib. 2. de legibus & lib. 3. de repub. & Orige. vt refert Hieron. lib. cõtra Ruf ſic Petr⁹ ſimulatione (quæ aliás videtur ſpecies mendacij) non peccauit, ſecundum Hieronym. in Galat. 2. vbi Chryſoſt. Theophil. Oecum. Athana. Theodore. idem Orig. Emiſſe. Didym. Apollinar. quos Hier. epiſ. ad Auguſt. citat pro ſe. vid. Sixtum lib. 6. cap. 274. [i] D. Thom. 2. 2. quæſt. 110. 3. Aug. lib. contra mendac. & 1. doctrin cap. 36. Matth apud Abdiam lib. 7. hiſtor. Apoſt. Petrus apud Clemen lib. 3. recognit. prope med. Sixtus lib. 5. ca. 80. 207. ca. ne quis. 22. quæſt. 2. [k] Scot. ſup. Couar. Gerſon. Turrecr. d. c. nerui. 13. d. quia electio eſt conformis huic recto & prudentiali iudicio, è duobus malis minus eligendum eſt. [l] Quia fornicatio tunc eſt, quando vtitur fœmina non ſua: in propoſito autem hæc fœmina in dubio reputatur prudenter eſſe ſua, & ita non vtitur re aliena. [m] c. laudabilem. de frigid. Nauar. cap. 22. num. 60. Soto. d. 34. q. vnic. art. 2. & d. 37. art. 5. [n] [o] Quæ regula eſt valde notanda. [p] Tenet Nauar capit. 22. num. 54 & 81. & cap. 27. num. 288. & late capit. ſi quis autem. à num. 114. 125. 132. quod confirmat exemplis num. 102. & addit. Hiſpa. cap. 27 num. 283. ſed hæc ſententia non eſt neceſſaria. [q] Idem Nauar. dicto, cap. ſi quis autem. num. 134. [r] Videtur certa & communis. D. Thom. quodlib. 3. artic. 14. Conrad. de contract. q. vltim. ad 1. Syluest. opin. §. 2. Cordu. lib. 2. qq. q. 3. & quæſt. 5. prop. 1. ratione 4. q. 8. corol. 3. & libro de caſ. 45. opinio. 2. punc. 3. Victor. §. 226. Soto & Ledeſm. inf. [ſ] Quod requirit ſolus Soto d. 37. art. 5. ad fin. ſatis tamen eſt bona fides vnius, Victor. & Recent. [t] Soto ſup. & diſtin. 27. q. 1. artic. 3. paulo ante fin. & lib. 4. iuſt. q. 5. artic. vlt. relect. ſecret. memb. 3. q. 2. verſ & quamuis, eſt communis omnium (contra Adr.) de quo plane loquitur. cap. inquiſitionis. de ſentent. excom. etiam pro foro conſcientiæ. Ledeſ. quæſtio. 47 2. §. ſed quæris. quæſt. 54. 4. fol. 472. fin. Cord. ſup. Victoria & alij ſtatim citandi. [u] Ledeſm. 2. par. quæſt. 8. artic. 4. dub. 6. ratione ſecunda. quęſ. 54. art. 4. & expreſſe D. Thom. q. 55. 9. ad 3. fin. Victo. nam & in foro exteriori iudex contra poſſeſſorem non fert ſententiam, niſi actor certò conuincat habere ius contra poſſeſſorem. [x] Dictum eſt lib. pręced. capit. 15. [y] Soto diſt. 37. art. 5. Victor. & Recent. quem ſequitur Specul. 3. p. art. 18. conc. 5. & art. 13. fin & 1. par. art. 42. Gallo contra Cord. lib. 3. q. 8. pag. 184. & in fin. [z] Soto & alij ſup. & tamen Cordub. non putat hanc illationem afferre inconueniens. [a] In quo cum Adr. conuenit Nau. ſup. D. Th. d. 38. fin. vbi Bona. in liter. ad fi. Palud. d. 36. q. 2. 2. poſt 4. con. & art. 3. poſt 5. conc. Supplem. q. 1. dub. 7. fin. Syluest. matrimon. 6. § 8. matrimon. 8. §. 3. verſ. 2. & §. 13. verſ. 2. ad fin. Med. C. de reſtit. quæſt. 18. Couarru. 2. par. capit. 7. §. 2. num. 8. Cordub. Cano & Recentiores falſo autem ſolus Victor. limitat, quando cœpit contrahere dubia fide, aut quando ſuperuenit opinio certa de impedimento. At vt practice deponat dubium, ſatis eſt quod dictum eſt liter. B. L. N. O. contra Nauar. [b] Nec licet reddere, Innoc. III. c. inquiſitionis. de ſentent. excommunicat. D. Thom. quæſt. 45. 4. arg. 3. quæſt. 55. 9. ad tertium. Soto diſtin. 28. artic. 2. (contra quendam Neoter. nempe Sepulvedam) & diſtin. 37. fin. Victor. §. 242. Frat. Medin. 1. 2. quæſt. 19. 6. ad quartum. Syluest. debitum. §. 13. furtum. §. 5. Cordub. libro primo, quæſt. 11. & 29. Caſtro. verb. coitus. Couarru. regul. peccatum. 2. par. §. 1. fin. Hi omnes reprobant Magiſt. diſtinct. 38. fin. & Martin. de temperan. quæſt. 2. & Hugo. lib. 2. par. 11. cap. 6. Adrian. quodlib. 1. art. 3. ad 3. refert hunc Hug. dicentem, illa fœmina ſciens impedimentum poteſt reddere debitum, ſi vir doctus ei conſulat. addit Adrian.

neſcio

fœmina omnino inuita, & ſine pe
riculo conſenſus vim patitur, ex-
c cuſatur. [c] Nec tenetur reſiſtere cor
pore, cum periculo vitæ. tutius li-
cet innocenti qui ſecundum alle-
gata damnatur ad mortem, non re
d ſiſtere, [d] propter bonum commu-
ne; quia mortem pati eſt tantum
pœna, quæ ob multos fines licet.
Si immineat graue ſcandalum ex
ſeparatione ſecundæ, & viuunt ſi-
mul ſine periculo congreſſus, tan-
e quam frater & ſoror, [e] vſque ad
mortem primæ: poſſent mortua
f prima, de nouo contrahere: [f] &
propter bonam fidem proles eſt le-
gitima. Si prius matrimonium tan
tum fuit ratum, poſſet à Papa im-
petrari diſpenſatio, vt ſoluto matri
g monio primo, [g] contrahat denuo
cum ſecunda.

9 Bigamus vir, qui ſaltem bis cō
traxit nuptias, excluditur tanquā
irregularis ab ordinum receptio-
h ne: [h] non quia culpa ſit, [i] ſed quia
i in ſtatu perfecto, qualem habet or
dinatus, non decet defectus in ali-
k quo ſacramento. [k] Non uocatur
trigamus, quia pro impetranda di-
ſpenſatione, ſatis eſt expreſſio bi-
gamiæ, etiam in eo, qui plures nu-
l ptias contraxit. [l] Ad duas ſpecies
bigamiæ veræ, & interpretatiuæ,
quidam addunt tertiam ſimilitudi
m nariam. [m] Prima & vera bigamia
habet gradus. Primo ſi quis ſuc-
ceſſiue legitime duxit duas uxo-
tes, & cum utraque conſumma-
n uit, [n] quamuis alteram aut utram
o que duxerit ante baptiſmū. [o] Qui
vero ad bigamiæ irregularitatem,
uidentur requirere ut utrumque
matrimon. uir poſt baptiſmū con
p traxerit: [p] egent pia expoſitione. [q]
q Nam Apoſtol. ad Tit. 1. Epiſcopo
& presbytero ſtatuit fore unius u-
xoris uirum, ideſt, monogamum,
r vt patres exponunt. [r] 2. ſi poſtquā
legitimè duxit priorem de iure, du
ſ cat alteram de facto, [ſ] cum inten
tione perficiendi matrimonium:
quia in poſteriori contractu eſt
præſumptum & intentatum ſacra
mentum, ex affectu & quodam
opere ſubſecuto. Idem eſt ſi ſi-
t mul habuit duas uxores uiuas, [t] &
ſaltem unam de iure: & cum il-
lis conſummauit. Tertio quidam
addunt, ſi de facto contraxit præ-
ſumptum cum duabus ſimul, aut
ſucceſſiue poſt mortem prioris:
& tamen cum utraque fuit irri-
u tum [u] ob occultum impedimen-
tum, aut defectum conſenſus. Sed
x hic non uidetur bigamus: [x] cum
iure non ſit expreſſum, nec uero
ſacramento defuit ſignificatio, aut
facta eſt iniuria. Vt nec eſt irre-
gul. qui de facto contraxit irritū,
aut deluſorie cum uidua aut cor-
y rupta. [y]

10 Species 2. bigamiæ dicitur in-
terpretatiua, ſi uir ualide contraxit
z cum una per alium corrupta, [z] &
cum ea conſummauit. quia ex ma
trimonio carnē diuidit in plures,

neſcio ubi hæc ſententia reprobetur ab eccleſia. & Sepulueda li-
bel. de bene uiuendi inſtituto. c. de mendacio. At illam ſent. Ma
giſt. reprobant D. Th. Richar. Duran. diſt. 38. Soto, diſt 37. ſi quē
c alij exponunt ſup. c. 3. §. 2. K. [c] Dict eſt lib. præced. c. 8. Nau. c. 16.
nu. 1. Sot. d. 28. ar. 2. lib. 5. iuſt. q. 1. ar. 5. ad 3. Caiet. 2. 2. q. 154. 4.
ad fin. Sylu. virginitas, nu. 6. D. Th. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. Perez tub. tt. 15. li.
d 8. ordin. pag. 280. [d] D. Tho. 2. 2. q. 64. 5. Soto, lib. 5. iuſt.
c Armil. Nieua. Petrus Soto. cit. Y. c Mandoſ. in cancell. reg. 22. quæſt. 2. num. 3. regul. 31. quæſt. 11. num. 8. d Sup §. 1. B. ſi debitor ſoluere poteſt, requiritur realis ſatisfactio. aliàs ait Nauarr. conſil. ſexto, & 18. tit. de ſentent. excommunicat. lib. quinto, petendum eſt ab ordinario abſolui ad reincidentiam. cap. qua fronte, de appell. cap. eos qui, de ſentent. excommunic. in 6. e f Si conſignetur ſeu deponatur pecunia ī Cimiliarchio ſeu ī bancho, aut in alia ſimili perſona per ſcripturam publicam. gloſſ. cum tex. l. in luib. C. de agricol. & cẽſib. lib. 11. Molinę. de vſur. n. 296. & ſeq. in conſuetu. 2. p. §. 62. nu. 289. conſil. 57. vol. 2. Alexand. conſil. 530. volu 4. Valle. conſil. 53. num. 26. 34. volu. 1. Anton. Gabriel. tom. 2. tit. de ſolutio. concl. 8. Syluestr. reſtitutio. 7. §. 4. ſolut. § 5. Aſten. lib. 5. tit. 29. artic. 1. & per hoc debitor liberatur à mora, ne ſoluat lucrum ceſſans aut cenſum, quamuis creditor monitus non acceptet, præſertim ſi nemo ſit qui nomine creditoris acceptet, & deponatur pecunia de mandato iudicis. l. 9. § fin. in fi. ff. de vſur. Briſo. de ſolutio. p. 281. vid. Anton. Gabriel. tom. 1. lib. 13. ex Soarez. verb. oblatio. tom. 3. ex Kirchouio. cõclu 61. & ex Balbo. conclu. 359. ſi oblatio ſit realis & corã teſtibus & in debito liquido, & contineat quinque, q̃ dicit Iaſ. conſil. 9. num. 15. volu. 1. cõtra Anto. Gomez. tom. 3. de delict. ca. 2. nu. 24. dum ait. 3. lectur. gloſſ. eſſe receptam. g Nauar. c. 26. nu. 2. & 7. Caiet. abſolut. c. 4 Syluest. confeſſio. 4. §. 7. abſolut. 3. Frat. Med. lib. 2. inſtruct. ca. 12. Anton. 3. p. tit. 24. c. 77. §. 1. ſumma confeſſ. lib. 3. tit. 34. q. 136. Fr. Alex. lib. 1. tit. 5. c. 3. & 5. Couar. c. alma. 1. p. § 11. nu. 7. 11. cũm Deci. c. quæſtioni nu. 5. de appell. & communem dicit Pan. Soto. diſt. 22. q. 2. 3. vid. diſt. 28. q. 1. 2. verſ. ex his. Cordub. lib. 5. q 43. Polanc. in Directi. Ledeſ. 2. p. quæſt. 26. artic. 1. fol. 353. vt primo in excommunicato notorio. Et incendiario. Nauar. & Bernar. Diaz. pract. cap. 99. Et qui publice fecit iniuriam perſonis eccleſiaſticis. Naua. nu. 2. Bernar. pract. c. 83. Frat. Alexan. cap. 5. Et de raptore rei eccleſiaſtice, vt decimarum, de quibus Trid. ſeſſ. 25. refor. cap. 12. & de raptore fœminæ. ſeſſ. 24. cap. 6. Bernar. cap. 99. Nauar. De publico vſurario. cap. quanquam, de vſur. in 6. Nauar. cap. 26. nu. 2 & c. 17. num. 279. h Syluest. abſolut. 3. nu. 3. Anto. ſup. Caieta. & Fr. Media. ſup. Armil. abſolu §. 50. D. Thom. add. quæſt. 24. 1. ad 1. Cou. §. 11. nu. 7. Nauar. de pœnit. d. 6. c. 1. num. 54. contra Hoſtienſ. dicentem, iuramentum hoc eſſe de ſubſtantia abſolutionis. i Sup. § primo. k l Nauar. d. capit. primo, de pœnitent. numero 54. quę m mandata imponet iudex, & vt ſoluat impenſas miniſtris iuſtitiæ. m n Nauar. arg. cap. ſacro. de ſentent. excommunic. & de excommunicat. iniuſta ſup. cap. 15. o Nauar. cap. 27. num. 25. fin. & 39. & de pœnitent. d. ſexta, cap. placuit. num 25. capitulo primo, §. labor et fin. Felin. & quidam Canoniſt. Tabien. abſolut. ſecundo, §. tertio. Armil. §. 37. Pedraza in ſumm. fol. 113. Caithal. d. 18. quæſt. quarta, fauet D. Thom. ibi. quæſtio. ſecunda, artic quinto, ſeu add. quæſt. 22. prima quæſt. 23. 3. ſed com. (cui id tribuunt Tabie. & Armil. & ſequũtur quidam recent. Thomiſt.) & probabile dicit Richard. d. 18. art. 9. q. 3. nam D. Tho. ait. qui poteſt abſoluere à fundamento (id eſt, à veniali pro quo incurritur minor) hic poteſt abſoluere à minori. p Commu. Theolog. d. 18. Richard. ſup. q. 3. c. ad 2. Bonau. q. 6. ad 5. Palu. q. 5. Gab. q. 3. dub. 3. Palac. q. 3. D. Tho. add. q. 24. 1. ad 1. & 5. Sot. d. 22. q. 2. 3. concl. 1. (& bene docet eſſe D. Tho. dictis, qui generaliter poteſt à fundamento, quod interdum eſt peccatũ m. hic poteſt abſo. à minor.) Vict. de claui. §. 17. de excommu. § vlt. Petr. Sot. de excõ. lect. 2. Ledeſ. q. 22. 1. ad fi. Fr. Med. li. 1. c. 11. § 6. Caiet. abſol. c. 5. excomm. min. ad fin. Syl. abſolu. 1. §. 2. num. 3. abſol. 3. nu. 5. (cum Archid. Hoſt. & excommu. 4. §. 2. excom 7. nu. 37. Ant. 3. p. tit. 25. cap. 2. §. 2. Turrecr. cap. qui merito. 11. q. 3. Couar. § 12. n. 6 Pan. ca. nuper. Cano, & recent. Caiet. in 1. opuſ. tract. 7. de miniſtro pœnitentiæ. q. vnic. ad 2. q Glo. Panor. Feli. Imol. Henric. Boær. de ſynod. 3. p. art. 5. & declinat Cou. §. 11. nu. 5. Ex Theol. Duran. d. 18. q. 4. nu. 7. cum Viterren. (refert per viros doctos declaratum cum Boni. 8. computabat. lib. 6. decretal.) Palu. q. 5. ar. 1. nõ poteſt parochus abſol. ab excom. iuris aut concil. Prouincial. poteſt tamen à ſynodali epiſcopi aut Archiepiſcopi. Caiet. abſol. c. 4. ad fi. Abulen. Matth. 16. q. 87. ad 2. Tabie. abſolu. 2. §. 2. r ca. paſtoralis. § præterea. De poteſt. iudic. ordin. c. ſacro. de ſen. excom. ſ Commu. Theol. d. 18. Bonau. q vlt. Mai. q. 2. dub. 3. D. Tho. q. 24. 1. Ledeſ. q. 26. 1. (& citat Caiet. abſol. c. 4 ait non poteſt parochus, niſi ex commiſſione Pont. nempe data tacite ex ratione generali. c. nuper.) Nau. c. 27. nu. 39. 257. ſummi. confeſ. lib. 3. tit. 33. q. 86. Angel. abſolu. 1. §. 2. & 8. Sylu. abſol. 1. num. 4. poſt med. & §. 5. nu. 7. dicit commun. Canoniſt. Arm. abſol. §. 35. fi. verb. caſus. §. 5. Fr. Med. lib. 1. c. 11. §. 6. Soto. q 2. ar. 3. concluſ. 3. At Sylu. excom. 8. à ca. 9. nu 1. ſolum ait poſſe ordinarium. t Soto, & Maior. ſup de quibus lib. 3. de pœnitentia. c. 5. §. 2. fi. & refutantur ibidem. §. 8. in princip. u Sup. cap. 18. Nauar. cap. 27. numero 2. x Innuit Nauar. cap. 27. num. 89. & 113. y Nauar. cap. 27. num. 44. & 74. & in capit. ita quorundam. not. 11. cum Imol. Feli. Ioan. Andr. Card. Panorm. cap. graue. nu. 54. Couar. §. 12. num. 2. 4. cum Bern. Diaz. pract. verb. clandeſtin.

Syl.

Syl.abſolu.1.nu.7. Armil.§.35.Alaua.1.p.de concil.c.2.nu.2.fa cit Cordub.lib.1.q.12. Molina.lib.1.de primogen.c.25.nu.13. ᶻ c.facto.de ſent.excom. D.Th.Durand.Palud.q.5.ar.2. Caiet.abſolu.c.vlt. Hoſt.ſumm.tit.de abſolu. ab excommu.ſummiſt.confeſ. ᵃ Sup.§.2 O.Nam ſic eſſe interpretandos patet ex Armil. Nanar.nu.40. Couar.nu.2. Pan.cap. at ſi cler. §. de adulter. nu.5. de iudic. qui autores ſup. ſe explicãt. ᵇ Nauar.ca.27.nu.40.vid.nu.6. cum Pan. & cõmu. per c. quærenti. de offic.delega. Fœlic. de excom.ca.40.ſic delegatus epiſcopi ſi poſt latam ſentẽtiam definitiuam, non abſoluat intra annum, non poteſt poſtea. ᶜ Caiet. excommu.c.20. Nau. c.27.nu.94.256.ca.27.nu.100.Soto q.2.ar.3.cõcl.2 quia. c.tua nos. de ſent. excommu.c.canonica.11. q.3. (quod eſt ex concil. Araoſic. Prouincial.) nõ excõmonicat ipſo iure:nec ligat extra illam Prouinciã. ᵈ Dict.c.tua nos. Caiet.Soto.Nauar. ᵉ ᶠ Sup.c.7.§.7.Naua.nu.40. Angel. Syl. abſolut.2.num.4 ᵍ Nauar nu.40. ſi. cũ Ioan.And.recepto. addũt Syl. & Ang. ſecus ſi Papa non confirmauit ſententiam inferioris, ex certa ſententia & cũ cognitione cauſæ. ʰ Nau. nu.44. Ang.abſo.2.in princip.Armi.§.42. At ſi huic delegat aliqua cognitio cauſę, non eſt merus ſed mixtus executor:& compellitur interdũ in tribunali Regio Hiſpan.reponere attentata iniuſtè.

ᵉ Nauar.nu.8. Palu.q.5.col.pen.cum Henric. & Ioan. D.Tho.q.24.ar.6. Soto.d.22.q.2.ar.6.Syl abſol.3.nu.11.Cou §.11.num.6. conc.2.& 6.vid.Nau.c.27.nu.38. At licet non exprimat cauſas,ſi vnus poteſt & intendit ab omnibus, ſatis eſt dicere, abſoluo te. Nau.& communis (licet incontrite & dimidiate fiat confeſſio,& ſit iteranda. lib.de indulg.ca 11. § 4.) Nec id negant D. Tho.& gl.niſi quãdo ille non poſſet ab omnibus, quia ſunt à diuerſis iudicibus. ᶠ Commun. vt in matrimonio eſt de aliquali præcepto fieri per verba eorũ qui loqui poſſunt:ſed valet p ſigna. ᵍ Nauar.cap.26.nu.14. Syl.abſolut.3. nu.9. confeſſor,4. §.6 Soto d.22.q.2.3.d.18.q.2.ar.6.ad 2. Palud. d.18.q.5.Bonau.q.6. Alex 4.p.q 81.mẽbr.7.Perez.l.1.tit.5.lib.8. ord.p.182. & qui aiunt poſſe abſentem abſolui à peccatis, de quibus lib.3.de pœnitẽtia.ca.2.§.7. ʰ ⁱ Lib.3. de pœnitentia.c.14. §.7.N. ᵏ De his limita Palud. Nau.c.26.n.14.& alios cit. libro tertio, de pœnis.capit. ſecundo, & 14. ˡ D.Th.q.24. a.Sot.q 2.3.ſi. Syl. abſol.3.nu.10.Corduc.cal.7.Fel.c.Apoſtolicæ. De except. Sarmient. 1 ſelect. 3.c.9.Palu.Bonau. Ale.Perez ſup. At indulgentia non cõceditur inuito. Nauar. li.de indulgen. not.20.n.7. ᵐ Quia excõicatio maxime pro occultis ex correctione fraterna, eſt pęna medicinalis in bonum illius, ſup.c.1.ad ſi ⁿ Sup. c 25.§.1 G. & præis. ſic indulgentiæ dantur defunctis, lib.de indulg.c.7.& Pont.ſibi immediate confert indulgẽtiam,quia eſt iuriſdictio fauorabilis. ſup.lib.3.de pœnis. c.4.§.3.li.de indul. ca.32.§.3. ᵒ ᵖ Syl. abſol.3.nu.7. Cou. c alma.1.p §.2.nu. 2. ᵠ Sup.c.26.§.2. T Couar. ſup.cum Abb. Feli.gl clem. vni.de ſent. excommun. At nõ poteſt

cialiter reſeruet. Qui aiunt excõmunic.hominis reſeruari autori, ᶻ aut ei qui eſt illius ſucceſſor, vel ſuperior aut delegatus:limitãdi ſunt, quando nominatim aut mota lite excõmunicat priuatã perſonam. ᵃ perturbaretur enim debitus ordo iuris, ſi quẽ notum epiſcopus vult tenere ligatum, ſolueret parochus etiam per bullam.

6 Excipiuntur caſus in quibus non abſoluit is qui excommunicauit. Primo ſi delegatus Papæ excõmunicauit, aut publicè denunciauit, hic elapſo certo termino nempe anno, abſoluere non poteſt. ᵇ Secundo, ſi index incendiarium (qui iure ipſo non eſt excommunicatus ᶜ) excommunicet, reſeruatur Papæ. ᵈ Tertio, ſi excommunicãs poſtea denuncietur, priuatur vſu iuriſdictionis. ᵉ ne iam abſoluere poſſit, niſi ſit toleratus. ᶠ Quarto, ſi excommunicationem ab inferiore pronunciatam confirmet Papa ex certa ſcientia. ᵍ Quinto, quando Papa committit alteri tamquam mero executori, vt abſque vlla cauſæ cognitione excommunicet alium. ʰ

CAP. XXIX.

Abſolutio fit etiam abſentis & inuiti, per verba aut per factum Papæ.

§.1. *In abſolutione decet exprimere cauſam. Abſens & inuitus aut defunctus poteſt abſolui.*

2 *Papa quando abſoluat ſolo facto? non datur excommunicatio ad tempus.*

3 *De abſolutione ad reincidentiam. epiſcopus ab excommunic. Papali abſoluit ob impedimentum.*

4 *Valet abſolutio excommunica. ſub conditione de futuro. Quæ preces dicantur ante abſolutionem?*

5 *De abſolutione ad cautelam.*

FOrma abſolutionis (ſicut & actus excommunicandi ᵃ) non requirit certa verba. ᵇ vtendum tamen eſt verbis conſuetis dicendo, abſoluo te aut vos (ſi ad multos referatur ᶜ) à vinculo excommunicationis. ᵈ Expedit in abſolutione cauſas excommunicationis exprimere: putà ab excommunic. quam incurriſti ob talẽ cauſam. ᵉ quod ſi epiſcopus aut confeſſarius (quia rogatus eſt generaliter abſoluere ab omnibus) ita intendat, valet abſolutio etiam ab illa excommunic. quam reus dolo aut pudore tacuit. quam tamen ſimul cum peccato inobedientiæ debet poſtea confiteri, vt directè abſoluatur. ſufficiens eſſet forma ſignò aut ſcripto expreſſa: ᶠ Abſens non abſoluitur à peccans: abſolutio tamen excommun. poteſt verbo dari abſenti: per nuntium vel per literas mitti ad excommun. ᵍ vt ſi epiſcopus nolet abſolutionem caſus reſeruati committere ſpeciali vicario deputato, poſſet cauſa cognita & pœnitentia deſignata, abſentem abſoluere ab excommun. etiam Papali, ſi occulta ſit. ʰ Deinde à culpa iam non reſeruata poſſet abſoluere parochus. ⁱ Et qui per inaduertentiam aut obliuionem non abſoluit pœnitentem ab excommunicationibus, poſſet in abſentia abſoluere ab illis. ᵏ Item conferri poteſt homini etiã inuito beneficium abſolutionis ab hac cenſura, ˡ & ab alijs pœnis Quod tamen per bullam aut iubilæum non conceditur: quia vſus huius priuilegij pendet ex voluntate eligentis cõfeſſarium. Nec epiſcopus deberet contumacem abſoluere, niſi eſſet periculum ne deterior fiat. ᵐ Defunctus qui in excõmunic. denunciata deceſſit, dicitur abſolui, extrinſecè quoad alios: ⁿ vt ab his licitè ſepeliatur, & offerantur publicè orationes & miſſæ pro illo, & proſint ei ſuffragia eccleſiæ.

2 Papa poteſt ſolo facto abſoluere excommunicatum: ſed ex eo quod cum illo communicet, non cenſetur abſoluere ab excommun. ſibi nota: ᵒ bene tamen ſi expreſſe iubeat illum ſe habere pro abſoluto. ᵖ Epiſcopus non ſic, quia vti debet determinatis verbis aut ſignis, iuxta formam iuris communis. ᵠ & abſoluit ſubditos etiã extra territorium. Excommunicatio nunquam per epiſcopum tollitur ſolo lapſu temporis: ʳ vt ſi dixit iudex, excommunico te donec ſatisfeceris, licet ſatisfaciat, requiritur noua abſolutio. At Pontif. poſſet excommunicare ad tẽpus determinatũ: ſ vt datur ad tempus abſolutio ſub conditione de futuro: & dum ita

---

ᵃ Sup. ᵃ c.24. ᵇ Nauar.c.26.nu 9.& de pœnitentia. d.6. c.1.nu.58. Anto.3. p.tit.24.ca.77.§.1. D Th.q.24. Rich. d.18.a.10.q 1 Syl. abſolut.3.in princ. abſol.6.§.1.Imo in art.mortis, ſi deſit tempus, per verb. abſoluo te, ſatis ſignificat ex intentione abſolutionem à peccatis ſimul & cenſuris. Nau.de pęnitentia. d 5.c.1.§.cautus.nu.30.& d.6.c.1.nu.27. Gerſo.2.p.ſol.183.Couar.§.11.nu.12.Alcoc.c.11.ſup.lib.1.pœnit.c.11.§.3. ᶜ Vid.lib.1. de pœnit.c.11.& lib.de ſacr.c.8.& 9.vt vna aſperſione in multos dicitur, ego vos baptizo, aut in procella vos abſoluo à peccatis.li.1.pœnitentiæ.c.11.§.4. ᵈ Naua.c.26.nu,8. cum Anto.& alij ſup.

ʳ epiſcopus extra territorium excommunicare. ʳ Sup.c.23.ſi. Couar.§.11.nu.5.ſi.nu.7.ſi & 2.p.ſponſ.c.6.princ.nu.16. Anto.Gab.tom.1.ex Suarez verb. excommunicatus. quia excommunicatio ab epiſcopo ferri debet ſimpliciter iuxta formam & effectus iure expreſſos. ſ Vt Papa poteſt limitare effectus & tempus excom. non obſtante iure.ſic ſuſpenſio perſonæ eccleſiaſticæ habet à iure & Pont.

ſuſpenditur excommunicatio, abſolutus non reincidit in conſcientia abſque noua culpa, aut certè abſque perſeuerantia in antiqua inobedientia.

3 Abſolutio ad reincidentiam, niſi intra certum tempus ſatisfecerit, datur ab epiſcopo aut ab alio inferiori in duplici caſu ſecundum iura. [t] Primo ſi à ſede Apoſtolica aut à Nuntio, aut forte à Pœnitentiario Papæ abſoluatur, cum onere ut ſe intra certum tempus præſentet iudici excommunicanti: aut vt parti ſatisfaciat. Secundo, ſi excommunicatus iure vel ab homine ob iuſtum impedimẽtum abſoluatur à caſu Papali per eum, qui aliàs abſoluere non poſſet, hic ne reincidat, [u] debet ceſſante impedimento præſentare ſe Pontifici, [x] intra tempus arbitrio boni viri deſignandum: nempe poſtquam præparauit quæ ſunt neceſſaria ad iter faciendum. [y] Si vacat ſedes, non licet diu expectare, donec prouiſum ſit de Paſtore. Si ante terminum reincidentiæ reus ſatisfecit parti, aut cũ ea concordauit, non tenetur ſe amplius præſentare ſuperiori. [z] Et impeditus qui aliàs ſe præſentare deberet, non tenetur vice ſui mittere procuratorem: [a] & tamen ſatis eſt vt pro obedientia & debita ſatisfactione ſuſcipienda, mittat procuratorem vice ſui, [b] quamuis perſonaliter ire poſſet. Ab impubere qui eſt minor. 14. annis, non eſt exigendum onus iuramenti, dum abſoluitur à percuſſione clerici: [c] ac ſubinde hic ſolus non tenetur ſe amplius præſentare ſuperiori. Abſolutio in mortis art. per bullam cruc. à caſibus Papæ multũ prodeſt: quia datur directè, & conualeſcens non tenetur ſe præſentare Pontif. aut epiſcopo. [d] indulgentia tamẽ bullę conceditur ſub ea conditione, ſi ille eſt verus art. mort. [e]

4 Conditio de præſenti aut præterito, quę vera ſit (vt abſoluo te ab excommuni. ſi ſatisfeciſti, aut ſi, & in quantum poſſum) nihil nocet: vt in baptiſmo dubio additur conditio, ſi non eſt baptizatus. Peccat tamen, qui ab excommunic. abſoluit ſub conditione contingente de futuro (vt ſi intra menſem ſatisfeceris) & tamen valet abſolutio cũ impleta fuerit conditio: [f] vt valet abſolutio excommunicat. per literas miſſa abſenti: ſed abſolutio à peccatis quæ non impeditur per conditionem veram de præterito, nõ valet ſi detur ſub ea conditione de futuro. [g] Pro foro exteriori in abſolutione ab excommuni. additur ſolemnitas, [h] vt ſacerdos fune vel alia re verberet pœnitentem (nec oportet id fieri ſuper nudos humeros, nec id expedit circa fœminas) dum recitat vnum ex Pſalm. pœnitentialibus, puta de profundis: Deinde dicit Kyrie eleiſon: Pater noſter: cum verſi. ſaluũ fac: nihil proficiat: domine exaudi orationem: cũ oratione, Deus cui propriũ eſt. At dum in foro pęnitentię abſoluitur reus ab occulta excommun. ſatis eſt vti his verbis, abſoluo te à vinculo excommun. vt mos piorũ habet. [i] præſertim vbi in iubilæo propter concurſum pœnitentium eſt tẽporis anguſtia. Vtile eſt ante peccatorum abſolutionem præſertim tẽpore iubilæi generaliter præmittere, abſoluo te in primis ab omni vinculo excommun. maioris vel minoris, ſi forte incurriſti, [k] (& clericis dum abſoluuntur præmittat, & à vinculo ſuſpẽſionis vel interdicti [l]) quia quamuis pœnitẽs nullius cenſuræ memor ſit, ſic abſoluitur ab oblitis etiam reſeruatis per iubilæum: ita vt ſi elapſo iubilæo recordetur nouæ cenſuræ reſeruatæ, poſſit per parochum abſolui ab ea cenſura oblita. [m]

5 Ad cautelam dari ſolet, ex remedio iam ordinario [n] abſolutio de excommunic. dubia: [o] Delegatus cui cauſa eſt cõmiſſa, poteſt ad cautelam abſoluere partes, [p] vt cõmodius tractare poſſint cauſam: quod ſi cõfeſſario committatur in vtroq; foro abſolutio ad cautelam, non debet citare partem, nec audire exceptiones contra illam; [q] ſed præmiſſa iuris cautione, abſoluat coram Notario, vel certe coram teſtibus: [r] vt abſolutus probare poſſit abſolutionem. Sed cum cõmittitur in foro conſcientiæ tantum, vt per bullam aut iubilæum, contẽtus in re dubia ſit propoſito firmo ſatisfaciendi debito aut offenſæ. [ſ] Interdictum loci generale nunquã tollitur ad cautelam [t] bene tamen interdictum ſpeciale loci, aut perſonale. [u]

& Pont. vt ad tempus ferri poſſit. Ang ſuſpenſ. §. 4. Syl. §. 8. Frat. Med. lib. 1. c. 11 §. 8. glo. receptia. clem. 1. de decimis. Nau. c. 27. n. 36. ſi. vt c. cum miniſtro §. 6. De clandeſt. deſponſ. à qua olim non poterat abſoluere epiſcopus ante lapſum termini, glo. Imol. Præpoſ. Feli. Couar. 2. p. ſponſ. c. 6. pein. nu. 16. cum Bero. Diaz pract. c. 67. ſic Papa poſſet ponere interdictũ ad tempus. Rip. in c. 1. not. 6. nu. 23. de iudic Syl. interdict 3. § 9. verſ. 2. Cou. § 11. Coroll. ſ. ſic ferri poſſe excommunic ad tempus (ſi Papa velit) aiũt Alciat. cũ Pan. c. veniẽs. 2. de teſti. gl. ſi. Arm. excõ. §. 22. Ang. excõ 2. §. 5. nec id imẽdiũt negare Cou. & Soto. ſup. R. [t] [u] c. eos qui de ſent. excomm. in 6. Nau. c. 27. nu 46. 213. ſup. li. 3. de pœniten c. 10. § 1. G. in duplici caſu iuris reincidit. & reincidentia reſeruatur ei, cui prima excõ. ex Nau. Syl. excõ. 2 not. 1. quod ſi ita abſolutus non poſſit intra terminum à iudice præfixum ſoluere, non videtur in cõſcientia reincidere: quia non eſt inobediens. propendet Couar. At quod quidam tribuunt Syl. excom. 8. nu 7. verſ. 7. cum Hoſtien Inno. Palud d. 18 q. 3. §. ſequitur. & Anto. abſolutum per confeſſarium cum dicto onere, reincideret falſum eſt, & benè reprobat. Nau. nu. 213. Soto. Couar. Cordub. ibidè cit. per ca. ſacerdotali: de præbend. Syl. nupta. lib. 3 n. 55. Ioan. Andr. Panor. Cardi. Ang. excom nu. 1. §. 21. & fatetur Syl. abſolutio. 3. §. 3. dub. 1. excõ. 2. nu. 1. caſ. 13. & ſequen. Pedraza. ĩ 7. mandam, not. 15. Anto. Gab. to. 1. ex Viuio. opi. 81. Perez. l. 1. tit. 5. lib. 8. ord. p. 176. Manuel in expoſit bull. §. 9. nu. 57. Nec id negant Hoſt. Innoc. aut Syluest. ſup. ſed ſolum aiunt quod pars non poteſt prorogare terminum: nempe ita vt reus reincidat. Et abſolutus intra tempus iubilæi, licet poſteà non compleat reliquas diligentias iubilæi, non reincidit in excom aut in vota cõmutata, lib. de indulg. c. 11. §. 4. [x] At abſolutus per epiſcopum à caſu Papali, quia non potuit adire Pont. longe diſtantem, non tenetur ire ad Nuncium propinquum, de quo d. lib. 3. de pœn. c. 10. §. 1. D. & lib. de impedim. matrimo. c. 3. §. 1. gl. H. [y] Eod. lib. 3. de pœniten. c. 10. §. 1. A. Nau. c. 27. nu. 89. [z] Eod. lib. 3. §. 5. E. recen.

& praxis. cum Nau. edit. vlt. c. 26. nu. 27. cont. Cord. caſ. 60. & Manuel. d. §. 9. nu. 55. [a] [b] Eodem lib. 3. pœnit. c. 9. ſi ſit. O. P. [c] Sylu. abſolut. 4. § 3. caſ. 5. vid. Caie. excom. c. 10. Ang. excommu. 5. nu. 56. Arm. excomm. caſ. 1. no. 9. Nau. c. 27. nu. 88 ſed quidam horũ id non ſatis exprimunt. [d] Lib. 3. pœni. c. 9. §. 1. lib. de indulg. cap. 11 §. 4. N. [e] Ita exprimit bulla cruc. vid. lib. de indulg. c. 6. & 9 ſi. [f] Nau. c. 26. nu. 12. & de pœniten. d. 6. cap 1 in princ. nu. 62. vſque 65. fauet Couar. §. 11. nu. 6. [g] Lib. 1. pœniten. cap. 12. §. 5. [h] Habetur c. à nobis. 2 de ſen. excomm. Naua. ca. 26. nu. 6. [i] Caie. abſolu. cap. 4. Polancus in direct. & Manual. Salman. fol. 115. quidam recent. in praxi, & ex priuil Leon. X. conceſſum eſt Minoribus in ſupplem. fo. 58. conceſſ. 174. cõpend. Medic. verb. abſolutio quo ad ſæculares 1. §. 14. Claud. excom. §. 2. compend. Bern. §. 4. Fęlicia. tit. de priuileg. ca. 14 p. 653. quia d. c. à nobis, loquitur de abſolutione publica, quæ fit pro foro exteriori. [k] [l] Doct. ſup. Nau. c. 26. nu. 8 Polancus. [m] Lib. 3. pœnit. c. 16. lib. de indulg. c. 11: §. 4. [n] [o] Sed olim. ca. ſolet, de ſent. excom. erat remedium extraordinarium. Coua. c. alma. 1. p. §. 7. nu. 7. § 11. nu. 1. 7. & ſequent. §. 11. nu. 14. Nau. c. 27. nu. 272. vid. ca. 26. nu. 13. & 30. & Hiſp. c. 27. n. 47. fin. Roſel. abſolutio. 1. §. 127. Cordub. lib. 1. q 43. col. 9. Et ſic abſoluto valet collatio beneficij, quamuis poſtea conſtet excommu. fuiſſe legitimam. [p] Nau. d. nu. 272. cũ Aret. & Deci. 1. & tota glo. quod ſi excom. fuit iniuſta, & nominatim, oportet procurare à iudice abſolutionẽ ad cautelam, Coua. §. 11. nu. 14. Caiet. verb. præceptum ſi. quia hæc in foro publico ligat quãtum ad aliquem effectum. ſup. c. 15. At ſi reus eſt ignotus in caſu excomm. generaliter lata, & conſtat excuſatum à mort. non eget abſolutione ad cautelam, ſignificat Couar. §. vndecimo, numero nono, §. nono, numero primo, fin. cum Paludan. Adrian. Syluestr. Soto. d. 22. quæſt. prima, artic. quarto. [q] [r] Nauar. d. numero 272. vide. numero 43. [ſ] Sup. capitulo 28. §. ſecundo. [t] Couar. capit. alma. 2. p. §. ſecundo, num. 4. Syl. interdict. 3. §. 9. verſ 3. Nau. c. cum contingat. de reſcript. remed. 7. [u] Syl. & Coua. ſup. nu. 5.

CAP.

CAP. XXX.

Quis abſolui debeat. Et de abſolutione per metum, aut ſubreptionem impetrata.

§. 1. *Metus grauis irritat abſolutionem ab excommun.*

2 *Obreptio qua tacetur vera cauſa an vitiet abſolutionem?*

3. & 4. *Subreptio ſeu expreſſio falſa cauſa quando vitiet.*

ABſolui poteſt excõmunicatus etiam abſens, & coactus: [a] & Iudex qui metu coactus excõmunicat, ligare videtur. [b] At ſi reus vi aut metu per ſe vel per alium illato, cogat iudicem aut confeſſarium abſoluere à cenſuris, etiam illicite poſitis contra ordinem iuris (aut cogat interdictum reuocare) non manet abſolutus: [c] vt eccleſia irritat matrimonium graui metu contractum. [d] quidam putant metum de ſe leuem irritare, ſi hic fuit cauſa extorquendi abſolutionem. [e] At reuera requiritur metus grauis & iniurioſus, qui dicitur cadens in conſtantem virum. [f] Qui ſic per metum impetrauit abſolutionem, incurrit nouam excommunicat. [g] At iudices regij ad tollendam vim rogant aut iure compellunt iudicem eccleſiaſticum abſoluere ad tempus. [h]

2 Qui petit abſolutionem excõmun. aut diſpenſationem impedimenti debet manifeſtare illius cauſam aut cauſas. [i] ſed ſuppreſſio alicuius ex multis cauſis per obreptionem in rebus, quæ iura exprimere non iubent (licet difficiliorem redderent conceſſionem) non tollit quin valeat abſolutio aut diſpenſatio. [k] Dum reus incurrit vnã excõmun. propter varias cauſas diuerſæ rationis, non valet abſolutio, ſi cauſa tacita erat æque principalis. [l] At tacuiſſe cauſam minoris momẽti, quæ expreſſa non auertiſſet prælatum, nihil nocet: quia abſolutio non cenſetur coacta, ſed volũtaria. Si reus propter cauſas eiuſdem rationis incurrit grauiorem excom. (vt ſi varijs ictibus percuſſit clericum, vel ſi concubina ſæpius rẽ habuit cum clerico propter concubinatum denũciato) ſatis videtur expreſsiſſe cauſam in communi: [m] quia cum potius cenſeatur vna excommu. intenſior quam multæ, intendit virtualiter iudex vna abſolutione reum liberare.

3 Subreptio ſeu expreſsio falſæ cauſæ impulſiuæ magis vitiat abſolutionem aut diſpenſationẽ. [n] interdum tamen abſolutio valet, ſi coniecturis conſtet quod ſuperior cum ſit amicus, non obſtante falſa informatione, uult abſoluere (id enim pendet ex uoluntate excommunicatis uel abſoluentis) ut princeps poteſt in ſua lege diſpẽſare abſque cauſa. Nam ignorantia concomitans non tollit, quin ſimpliciter abſoluere uelit, ne præſumatur deceptus & inuitus. Secũdo, ſi expreſſit ueram cauſam fideliter, qua poſita iudex eſſet diſpenſaturus: ſed cõfinxit alias ſimul cauſas, ut magis attraheret animũ abſoluẽtis, ualet: quia nihil occultatur neceſſarium, quod mutaret illius animum. [o]

4 Expreſsio falſi (quando iudex falſam cauſam reputauit ueram) cõmuniter facit literas gratiæ ſubreptitias in foro exteriori & conſciẽtiæ: [p] & ſic deceptus non intendit uere abſoluere, quia ignorantia antecedens & fraus impedit uoluntarium. ſic qui allegat falſam cauſam ob quam æquè principaliter [q] obtinuit diſpenſationem ſuper irreg. aut impedimento matrimonij, aut graui uoto, non ualet diſpenſatio. At quamuis epiſcopus in generali dicat, ſe nolle ordinare excommunicatos & irregulares, ualet ordinatio iſtorum [r] ex poteſtate ordinis: quia particulari facto ſimpliciter uult, & recedit à generali conditione. Hæc ſufficiant, de abſolutione excommunic. quæ eſt neceſſaria, ut pœnitens ligatus, recipiat cum fructu ſacramentum pœnitentiæ. Sequitur de cenſura ſuſpenſionis.

CAP. XXX.

[a] Sup. capit. 29. § ſecundo, L. [b] Saltẽ in dubio ſententia paſtoris timenda eſt. nec eſt gratia, vt eſt abſolutio. [c] Syl. excom. 9. caſ. 17. num. 43. Nau. c. 27. nu. 125. §. 17. cum Caie. excommunicat. capit. 41. [d] Lib. 1. de matrim. capit. nono. [e] Tenet Nauar. cum Caiet. ſup. [f] Colligitur ex d. lib. 1. de matrimonio. capit. 9. quia ille non dicitur metus ſimpliciter in iure: & pœna iuris humani reſtringitur ad caſum expreſſum. [g] c. 1. de his quæ vi, metus ve. lib. 6. & Triden. ſeſſ. 25. refor. cap. 3. ad fi. ait nefas eſſe vt magiſtratus compellat iudicem eccleſiaſticum abſoluere. Caiet. excommun. capit. 41. Ang. excomunic. 5. caſ. 15. Nauar. cap. 25. num. 16. cap. 27. nu. 125. §. 17. add. Hiſpan. cap. 27 nu. 9. [h] De qua re Nauar. cap. 27. nu. 69. aut 70. trepidat dicere ſententiam, & apol. de reditib. q. 3. mon. 83. num. 2. vid. Caie. excomm. cap. 19. 30. Dried. 1. liber. Chriſtianę. pag 143. Soto rel. ſecret. memb. 2. quæſt. quinta, Couar. pract. cap. 35. nu. 3. vbi de trinis literis, quas ſenatus aut prætorium Regis mittit ad iudicem eccleſiaſticum his verb. Otorgue, abſuelua, y re ponga. nam quod iudex per vim innouauit pendente appellatione, compellitur reponere tamquam attentatum de facto. Cou. pract. capit. 23. 24. Perez. l. 5. & 9. tit. 1. lib. 3. ordin. & l. 14. tit. tertio, lib. 1. recop. [i] Sup. capit. vigeſimonono. §. 1. E. [k] Lib. de impedim. matrimo. cap. tertio, §. ſeptimo, Nauar. capitulo vigeſimoſecundo. nu. 86. cum Rot. Bellamer. & Felin. [l] De quo Couarru. capit. alma mater. prima parte, §. vndecimo. num. decimotertio. Armill. diſpenſat. §. decimotertio. Perez. l. prima, titulo quinto. libro octauo ordin pag. 181. Anton. Queſada. lib. primo, diuerſar. quæſtio. iuris cap. ſexto. [m] Nauar. add. Hiſpan. ca. 27. numero 32. & quã in eadem excom. ſæpe celebrauit, ſatis eſt in petitione diſpenſationis exprimere ſe irregularem, quia excommunicatus celebrauit. [n] [o] Lib. de impedim. matrim. ca. tertio, § 7. vbi citati ſunt autores, & Couar. ſup. [p] [q] Couar Nauar. cap. 22. nu. 86. Perez. ſup. Mandoſ. in cancel. regul. 32. quæſtio. nona, num. nono, & decimo, Anton. Gabr. tom primo, ex Capra. reg. 44. verbo. ſurreptio. [r] Lib. de ordin. cap. 20.

De excommun. quæ ipſo iure imponuntur, aut quæ reſeruantur Pontifici, dicemus in lib. de Papa poteſtate ſeu claue.

DE SVSPENSIONIS CENSVRA.

Auctores qui de ſuſpenſione tractant.

Idem autores qui citantur ſup.de excommun.Summill.verb.ſuſpenſio. Angel. Sylu. Tabie. Armill. Plouæ. tractat. Sacerdotali. titulo de ſuſpenſ. Aſten.lib.ſeptimo.titul.decimoſexto. Villadieg. de irregul. tit. de ſuſpenſ. ſeu cap. tertio, vbi Perez in addit. Antoninus. tertia parte tit. 27.cap.primo, cum trib. ſequen. & late titulo 28. Couarru. Clem. ſi furioſus. prima par. §. primo. pauca quædam dicit Felician.lib.de cenſur.tit.de ſuſpenſ. Maiolus libro tertio de irregul. capit.decimonono. Theolog. quarta diſtinct. 18. vbi Paludan. quæſt. ſeptima. Ledeſ. ſecunda par. quæſt. vigeſimaſexta. artic. ſecundo. Soto diſtinct. 22.quæſtio.tertia.artic.primo. Fra. Medin.lib.primo inſtruct.cap. 11.§.8.Nauar.cap.vigeſimoſeptimo.à num. 151. Diuus Thomas, non niſi obiter egit de hac cenſura in addit.quæſt.22.5.ad ſecundum, & articu.tertio, & diſt. 16.quæſt. 2.3.2.ad ſecundum.diſtinct. 17.quæſt.3.3.5. Et in 2.2.quæſt.100.art.ſexto. ad primum, & ſecundum. In 3.par. quæſt.64.9. ad ſecundum, & tertium quæſt.82. artic.nono Bergom. concordan.§.581. Canoniſt.in cap. Apoſtolicæ. de except. vbi Panorm. Decius, Feli. Petrus à Viagio prima par. Director. election. cap.ſeptimo, addit. ad Panorm. cap.cum dilectus.de iudic. col. 7.num. 17.

CAP. XXXI.

Cenſura ſuſpenſionis definitur, & diuiditur.

§. 1. *Vtilis eſt. quomodo differt ab aliis cenſuris & pœnis.*
2 *Definitur, differt à peccato.*
3 *Diuiditur, nō datur ſuſpenſio quo ad ſe tantum, aut minor de ſuſpenſione à beneficio.*

Dicemus primo, quid ſit ſuſpenſio, & in quo differat ab alijs cenſuris. Secundo, de effectibus, quos habet ſeparabiles, & non connexos. Tertio, de cauſa diſpoſitiua, & forma. De ſubiecto & miniſtro ſuſpendit, aut abſoluit. Quarto, de peccato violantis ſuſpenſionem: & quæ cauſę ab illa excuſent: tandem in quibus caſibus ipſo iure incurratur ſuſpenſio. Chriſtus cum poteſtate clauium ad ligandum conceſſit prælatis eccleſiæ Matth. cap. decimooctauo, facultatem puniendi vtili & medicinali excommunicat.[a] pœna: & commiſit eorum arbitrio modum priuandi fideles bonis ſpiritualibus quantum ad aliquos effectus per alias cenſuras ſuſpenſionis, & interdicti:[b] item per pœnas ceſſationis, priuationem beneficij aut officij, irregularitatem, depoſitionem & degradationem. Suſpenſio late extenditur ad officium commune ſęcularibus,[c] dum quis priuatur vſu illius ad tempus: & minus propriè dum clericus priuatur vſu officii eccleſiaſtici ob ignorantiam ipſius, aut ob morbum inculpatum,[d] vt epilepſiam, lepram, ſenectutem, vel debilitatem. Interdum ſuſpenſio extēditur ad quoſdam actus interdicti,[e] vt cum quis dicitur ſuſpenſus, ideſt, interdictus ingreſſu eccleſiæ, & à quibuſdam officiis diuinis, & ſacramentis omnibus, aut quibuſdam: & conuenit in multis cum interdicto.[f]

2 Strictius ſumpta ſuſpenſio definitur[g] eſſe cenſura eccleſiæ, qua perſona vt eccleſiaſtica ab executione poteſtatis eccleſiaſticæ quam ex officio vel beneficio habet, per ſe ſeparatur in totum ad tempus,[h] vel in parte eiuſdem poteſtatis etiā in perpetuum. Dicitur perſona vt eccleſiaſtica: quia non tantum clericus, ſed regularis etiam fœmina, vt Abbatiſſa ſuſpenditur ab officio ſpirituali:[i] cum tamen excōmunicatio & interdictū extēdatur ad laicos. voce cenſuræ, id eſt, pęnę differt à peccato mor. quod eſt culpa.[k] & ab exilio, carcere, & priuatione beneficii, quæ pœnæ non dicuntur cenſurę. voce poteſtatis, differt ab excommun. quæ priuat eadem, non vt eſt per ſe vſus poteſtatis, ſed vt eſt quædam communicatio cum aliis.[l] Differt ab interdicto: quia ſuſpenſio interdum priuat vno tantum vel alio officio perſonam eccleſiaſticam: & aliquando non priuat diuinis.[m] ſed interdictum priuat omnibus officiis eccleſiaſticis (ſub quibus includitur ſepultura eccleſiaſtica:[n]) & tam hæc

CAP. XXXI.

a Diuus Thomas[a] addit.quæſt.21.artic. ſecundo, Soto, & alij.ſup.cap.ſecundo, §.tertio. b [b] Ex Matth.18.colligunt Theolog. & ſignificat Apoſtol. can. 25. & 28. dum deijci iubet à clerico, & cadere à proprio gradu. Palac. diſtinct. decimaoctaua quæſt. quarta. pag. 350. c [c] Vt dum quis priuatur vſu aduocandi etiam in foro eccleſiaſtico, vel conferendi gradus per facultatem datam à rege, aut ab imperatore. Nauar. numero 153. ad fin. eum Tabien. & Angel. ſuſpenſ. in princip. Anton. tertia, parte tit. vigeſimoſexto, capit. primo, tit. vigeſimooctauo, capito. primo, in princip. Maiol. libro tertio, de irregul. cap. decimonono. numero 18. & epiſcopus poteſt ſuſpendere laicos quoſdam, iuxta Tridentin. ſeſſ 22. reformat. capitulo decimo. (maxime dum epiſcopus habet temporalem iuriſdictionem) ſed hæc non eſt cenſura: & laicus hanc ſuſpenſionem violans non fit irregu. gloſſ. magiſtra in Cle. cupientes. verbo, ſuſpēſi. de pœn. enumerat varias ſignific. ſuſpenſionis. d [d] Nauar. num. 151. ad fin. Felicia. de ſuſpenſ. capit. nono. in quo ſenſu quidam admittunt clericum fieri interdum late ſuſpenſum ſine culpa propria, ſed non ſine cauſa. Diuus Thomas, addit. quæſt. vigeſimaſecunda 5. ad ſecundum. e Syluest. ſuſpenſ. § quarto, & innuit Caietan ſuſpenſ. [e] Nomina ſuſpenſionis & interdicti in iure confunduntur quantum ad quoſdam actus. cap. ex literis. de offic. deleg. Felicia. de ſuſpen. cap. nono. & titulo de interdict. cap. duodecimo, ſed differunt inf. M. & ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ differt à ſic interdicto, infra capit. 44. § primo. deponere ſumitur pro ſuſpendere capitulo f trigeſimonono, §. tertio. lit. X. [f] Syluest. interdict. primo, § primo. Sot. quæſtiu. tertia. articulo primo, in principio. Nauar. numero 161. 164. Couarru. cap. alma mater. ſecunda parte. § primo, num. g decimo. [g] Soto. quæſt. 3. 1. Caieta. Angel. Syluest. in princip. & alij ſup. ſed Nauar. num. 151. addit plura in definitione. & l. 14. h titu. nono. P. 1. [h] i Explicatur inf. Y. [i] Felician. de ſuſpē ſ. capit. nono. Nauar. numero 151. 153. k §. ſeptimo, 159. [k] Sup. cap. 3. §. 2. Nauar. num. 152. Felician. cap. 9. ac ſubinde hæc cenſura ferri nō poteſt niſi ab habente iuriſdictio. eccleſiaſt. fori cōtentioſi. Quare dum cōfeſſarius in pœnitentiā prohibet pœnitenti ne celebret, aut ne audiat cōfeſſiones, non eſt cēſura. Nauar. nu. 152. quia ille non habet iuriſdict. contentioſam. ſup. capitulo vigeſimoquarto. §. l tertio. [l] Sup. capit. ſecundo, §. primo, & differunt quia excommunic. etiā minor priuat abſolutione & receptione ſacramentorum, maior vero non imponitur niſi pro peccato mortali. At ſuſpenſus poteſt ſcienter recipere abſolutionem à peccatis, & aliquan- m do incurritur abſque peccato mort. [m] Vt dum Abbatiſſam priuat executione officij. ſic excommunicat. priuat n humano etiam conuictu, ſemper vero priuat diuinis. [n] Sup. capitulo ſeptimo, §. ſecundo. Nauar. capitulo vigeſimoſeptimo,

quam ceſſatio & cōmunicatio ſic priuat etiam laicos. Dicitur ad tempus: in quo differt à degradatione & irregularitate,[o] quæ de ſe priuat toto officio, & in perpetuum.

3 Quidam diuidunt in ſuſpenſum quoad ſe tantum, vt clericus publice concubinarius dicitur ſuſpenſus ante pœnitentiam:[p] quo ad alios tantum, & ſimul quoad vtrumque.[q] At non bene diuiditur.[r] Et falſo ſacerdos peregrinus dicitur ſuſpenſus quoad alios tantum:[ſ] cum ſine culpa nemo ſit iure ſuſpenſus, & peregrinus celebrare poteſt etiam in publico.[t] Secundo, dicitur ſuſpenſio vt excommunicatio, quædam à iure, alia ab homine.[u] Non diuiditur in ſuſpenſionem maiorem & minorem.[x] quia iure non reperitur cenſura ſuſpenſionis aut interdicti minor. Tertio, ſuſpenſio dicitur ab officio, à beneficio, & ab vtroque. Deinde ſit ſuſpenſio ab officio, id eſt, ab vſu ordinis, quędam eſt priuatio officij totius ſed ad tempus:[y] quædam eſt priuatio partis eius in perpetuum.[z] & dum quis ita ſuſpenditur ſimpliciter, intelligitur in perpetuum:[a] & idem eſt dum perſona interdicitur ſimpliciter.

4 Suſpenſio à beneficio fit tripliciter.[b] primo, à iuriſdictione, ſecũdo, à re quæ pertinet ad beneficiũ id eſt, à fructibus beneficij. Tertio, ſi epiſcopo ratione beneficij competat ius eligendi parochos, aut ius confirmandi ab alijs electos & pręſentatos.[c] Tandē, ſuſpenſio officij & beneficij ſimul, quā quidam vocant ſuſpenſionem maiorem, differunt, quia ſacerdos ſuſpenſus ab ordine ſi celebrat, facit verum ſacramētum & verum ſacrificium miſſæ: ſi tamen denunciatus de ſuſpenſione iuriſdictionis nec toleratus contra tenet, nihil facit.[d]

CAP. XXXII.

Effectus ſuſpenſionis non eſſe connexos, & ſtricte interpretandos.

§. 1. *Differt ab excommunic. cuius effectus ſunt connexi. Quis dicitur ſuſpenſus abſolute aut ab officio?*

2 *Suſpenſus ab vno actu non prohibetur ab alijs. de ſuſpenſo aut interdicto ab ingreſſu eccleſiæ.*

3 *Suſpenſus ab officio, non eſt à beneficio, niſi, &c. & quando gaudet fructibus. & §. 4. de ſuſpenſo à beneficio, vel ab alio actu peculiari.*

5 *Suſpenſus à prædicatione, à minoribus vel à receptione ſacramenti. ſolus ſuſpenſus ab officio ordinis ſacri, ſi violet, ſit irreg.*

HAec pœna eſt ſtricte accipienda, vt ſuſpenſus ab vno actu non ſit ſuſpenſus ab alijs,[a] niſi ſint connexi cum primo: in quo differt ab excommunicat. cuius omnes effectus ſunt iure communi connexi, nec poſſunt niſi à Papa ſeparari. ſup. cap. 29. §. ſecundo, quare attendenda ſunt verba iuris aut iudicis, vt ſuſpenſio reſtringatur ex proprietate verborum, ad effectum expreſſum. Primus & per ſe effectus ſuſpenſionis eſt, perſonam eccleſiaſticam priuare vſu poteſtatis eccleſiaſticæ. Qui abſolute ſuſpenditur, ſi nec ex verbis, nec ex intentione iudicis colligatur limitatio, cenſetur generaliter ſuſpenſus aut interdictus ab omnibus, nempe ab officio ordinum, & beneficio:[b] quæ à quibuſdam dicitur maior ſuſpenſio. Secundo, ſuſpenſus ab officio abſolute, intelligitur ab omni officio tam ordinis quam iuriſdictionis. ſuſpenſus ſic ab officiis non poteſt capitulare & officiare in choro.[c] At poteſt intereſſe aut ſimul cum alijs audire diuina officia.[d] nec prohibetur canere litanias vel reſponſorium defunctorum, nec cantare in choro epiſtolam abſque veſtibus ſacris aut exercere etiā ſolemniter actum ordinis minoris:[e] quia hæc licent etiam laico. ſi decedat non prohibetur ſepeliri in loco ſacro. In quo multum differt ab interdicto perſonali.[f]

2 Suſpenſus à particulari officio non cēſetur ſuſpendi à iuriſdictione,[g] ſuſpenſus tamen abſolute ab ordine intelligitur vniuerſaliter ab omni vſu ordinum tam maiorum quam minorum:[h] ſed ſuſpenſus ab vno ordine ſuperiore, vt à diaconatu quem per ſaltum recepit, non cenſetur ſuſpendi ab inferioribus ordinibus.[i] Quare epiſcopus à pontificalibus ſuſpenſus non prohibetur celebrare miſſam priuatam,[k] ſuſpenſus ta-

numero 181. fin. Anton. tertia part. titulo 26. capitulo quarto, ante §. primũ, ſub fin. Syluest. interdictum. 5. §. ſecundo, verſic. 4. §. 8. verſic. 9 §. 10. verſic. ſexto, Couarru. c. alma mater. 1. par. §. 5. num. 6. [o] Sup. cap. quinto, §. quinto, degradatio priuat totaliter omni actu in perpetuum & non eſt ſuſpenſio infra capit. 55. Nauar. numero 151. 152. §. quinto, nu. 245. Sylu & Summiſtæ. verb. degradatio in prin. At irregul. per ſe priuat prima ſuſceptione ordinis, vel aſcenſu ad ſuperiores: & cōmuniter priuat omni vſu ordinis ſuſcepti. Nauar. num. 191. [p] Anto. 3. p. tit. 27. c. 3. & citat Diuum Thomam, & Rayner. quos ſequitur Syluest. cõcubinar §. 4. quod timendũ eſſe dicit Bernar. Diaz practica ca 73. imo Nauar. ca. 27 num. 154. cap. 25. num. 71 76. Villadiego de irregul. capit. 3. num 14. vbi Perez cum Hoſtien Ioan. Andrea aiunt concubinariũ eſſe propriè ſuſpẽſum. Sed conſuetudine ablata eſt ea ſuſpenſio ſup ca. 5. § 3. fin. & inf. c. 36. F. [q] Hæc diuiſio eſt ſolemnis apud antiquos, vt quòd ſimoniacus occultus dicatur ſuſpenſus quoad ſe, Diuus Thomas. 2. 2. quæſt. 100. 6. ad primum, & in 4. d. 25. q 3. 1. 3. corp. ad ſecundum. Soto lib. 9. iuſtitiæ. q. 8. a. ad primum. Sil ueſt. ſuſpen. §. 1. Armil. §. tertio. Ange. ſuſpenſ 1 §. 40. Felician. de ſuſpenſ. c. tertio, & addit, ca. quarto, ille qui eſt in mort. aut in excommunicat. minori dicitur ſuſpenſus quo ad ſe tantum: quia in conſcientia prohibetur vſu ordinis ſacri. At reuera excommunicat. minor non eſt ſuſpenſ. Nauarro nu. 152. [r] Bene Nauar. num. 153. quia ille quem uocant ſuſpẽſum quoad ſe, ſi celebret non ſit irregul. cont. quoſdã. [ſ] Solum clericum peregrinum aiunt eſſe ſuſpenſum quoad alios, Fęlician. de ſuſpenſ. cap. ſeptimo, Syluestr. Armil. Angelus. ſup. (qui tamen fatentur non fieri irregul. ſi in publico celebret) & peregrinus non eſt facile admittendus ab alijs vt celebret, ſine literis patentibus ſui ordinarij, cap. penult. de cleric. peregrin. Trident. ſeſſ. 22. de vitand. ſeſſ 23. capit. 16. [t] Supra libro de miſſa capit. vigeſimotertio, §. octauo. Nauarro numero 153. Maiol. libro tertio, de irregul. cap. 19. num. 16. & c. 23. & lib. 4. c. 19. quod peregrino liceat celebrare, ſecluſo ſcandalo, præſertim ſi notus eſt. Abbas. c. tuæ. de cleric. peregrin. Trotius lib. 1. de perfect. cleric. c. 31. nu. 6. aut ſi habet dimiſſorias etiam veteres ante decennium habitas, Nauar. conſil. 5. tit. 41. lib. 3. [u] Nauar. nu. 154. Summiſt. verbo. ſuſpenſio. [x] Inter cenſuras nõ datur minor niſi excommunicat. Nauarro capit. 25. nu. 93. & conſ. quarto, titulo 37. de pœnis. libro quinto, ſup. cap. ſecundo, §. ſecundo, & cap. tertio. & qui participat cum denunciato ſuſpenſo, aut interdicto, non incurrit ſuſpenſionem vllam minor. ſup. de excommunica. cap. quinto, §. quinto. in gloſſ. lit. C. cõtra Caietan. verbo. ſuſpẽſ. Ang. ſuſpẽſ. 2. §. 39. Syluest. in prin. & §. 6. F Med. lib. 1. instruct. c 11. §. 8. Perez ad Villadiego de irregul. cap. 3. no. 7. diſtinguentes ſuſpenſionem minorẽ, quæ priuat ſola participatione ſacramentorum, vt excommunicat. min. [y] Nauar. capit. 27. num. 154. & ſeq. Syluest. ſuſpen §. 1. cum gl. & addit elapſo. eo tẽpore tolli ſuſpẽſionem abſque alia abſolutione. cũ tamen iure communi epiſcopus nõ ſerat excõicat. aut interdictũ ad tẽpus tãtũ ſup. lib. de excõ. c. 29. 2. [z] Cõis, Nau. Syl. ſup. cont. quoſdã negãtes dari ſuſpẽſionẽ unius actus in perpetuũ. [a] Syl. ſuſpenſio. §. 1. [b] Nau. nu. 154. Syl. ſupra cũ glo. magn. cle. cupientes. de pœn. [c] Nau. n. 163. §. 6. [d] Vt de denũciato excõicato. ſup. c. 5. & 12.

CAP. XXXII.

a IN generali. [a] Syl. ſuſpenſ. § 1 6 & uide. §. 1. cũ Inno. & Palu. Nau. c. 27. nu 160. cum Pau. [b] Syl. ſup. Nau. nu. 170. [c] Syl. §. 5. cum Pan. & commun. [d] Commun. Nau. c. 27. nu. 244. nec obſtat Syl. ſup. quia loquitur de ſuſpẽſo ab ingreſſu eccleſiæ. qui proprie non eſt interdictus. [e] Sot. d. 25. q. 1. ar. 3. verſ. 5. caſus. (cõtr. Nau. c. 27. n. 163. uid. c. 25. n. 70. 72. Gui. & ſi Fęlicia. de ſuſpẽſ. c. 11.) cũ Sot. tenet recẽt. & Syl. irreg. §. 27. F. Me. li. 1. c. 11. idẽ de interdicto perſonali reſtringẽdũ eſt ad actũ & caſũ expreſſũ [f] Syl. interd. 6. §. 1. uerſ. 1. ex. c. ſi eu. de ſen excõ. in 6 [g] Syl. d §. 5. Nau. n. 163. Palu. d. 18. q. 7. a 3. ad 3. [h] Syl. §. 3. [i] [k] Nau. nu. 168. §. 5. cũ Syl.

men à minori ordine tãquã à fun-
damento, cenſetur à ſuperioribus
l ſuſpenſus. [l] Secundo epiſcopus
abſolute ſuſpenſus à pontificalibus
vel à collatione ordinum, intelligi-
tur vniuerſaliter ſuſpenſus à tali of
ficio: & ſuſpenſus à collatione or-
dinis inferioris ſuſpenditur ſimul
m à collatione ſuperiorum, [m] ſed
non è contrario. Suſpenſus ſeu in-
terdictus ab ingreſſu eccleſiæ in-
terdicitur executione ordinis in-
tra eccleſiam, & ab auditione di-
n uinorum: [n] quod ſi decedat cum
o ſignis pœnitentiæ, cenſetur ab eo
interdicto abſolutus, vt ſepeliri
poſſit. At ſuſpenſus propriè, nun-
quam priuatur auditione diuino-
rum, nec ſepultura. Sic tamen ex-
tra eccleſiam, vt in priuatæ domus
aut tentoriorũ altari portatili, po-
o teſt celebrare, [o] vel in hoſpitali aut
in oratorio ſi modo per epiſco-
pum non ſit deſignatum in perpe-
tuum pro celebratione. At poteſt
in eccleſia recipere ſacramẽta (quia
hæc non pertinent ad officium di-
uinum.) & orare, ac recitare horas
eo tempore, quo in ea non celebrã-
p tur diuina officia, [p] imo & tempo-
re, quo celebrantur poteſt obiter
q per eccleſiam tranſire & recitare. [q]
Poteſt excommunicare & priua-
tim ab excommunicat. abſoluere,
eligere, aut conferre beneficia, &
ſimiles actus facere, qui pertinent
r ad iuriſdictionem. [r] At ſi hic ſu-
ſpenſus vel interdictus miniſtret
in ſacris intra eccleſiam, fit irre-
ſ gularis. [ſ]

3 Qui à iure vel ab homine eſt
ſuſpenſus abſolute ab officio, non
ideo eſt ſuſpenſus à beneficio, &
t fructibus illius [t] in foro conſcien
tiæ: quia hic effectus non eſt con-
nexus cum primo, niſi quando ob
tale graue crimen ſic per iudicem
ſuſpenſus eſt ab officio, & in
perpetuum, vt impediat clericum
ne licite exercere poſſit officium
u beneficio annexum, [u] vt homicida
parochus: quæ irregularitas, vel
grauis & perpetua ſuſpenſio æqua
tur cuidam priuationi beneficij, &
tenetur illud reſignare. Et licet oc-
culte ſuſpenſus præſtet officium il
x licite, non gaudet fructibus, [x] iux-
ta rigorem iuris, cum non ſit di-
gnus, cui eccleſia fructus cõcedat:
quando vero id crimen etiam gra-
ue ſic ſuſpenſi aut irregularis per-
mittit liberum vſum circa benefi-
ciũ ſimplex, hic gaudet fructibus
y illius: [y] vt ſi implet onera capella-
niæ, quia facit dici miſſas per aliũ,
& ipſe recitat & gubernat. ſi quis
à parte tantum officij ſuſpendatur
etiam in perpetuum, recipere poſ-
z ſet partem fructuum. [z] Hic ſuſpen
ſus ab officio, quamuis eius defe-
ctus eſſet occultus & toleratus, nõ
poteſt ad beneficium eligi, nec ad
a aliud promoueri: [a] quia concil.
Conſtantien. non intendit fauere
ipſis cenſura ligatis.

4 Suſpenſus à beneficio, intelli-
gitur à temporalibus tantum, id
b eſt, à fructibus beneficij: [b] ſed
hic non ideo eſt ſuſpenſus ab offi-
cio ſeu ordinis executione, nec ve
ro à iuriſdictione: atque ita ſu-
ſpenſus à beneficio poſſet eligere,
& conferre beneficia, quando id
epiſcopo non competit ratione be-
c neficij, [c] ſed ob aliam cauſam, vt
quia patronus eſt. Secundo ſuſpen
ſus ab omni officio & beneficio ad
tempus, debet omnino carere ab
d omnibus quibus priuatur. [d] ſi quis
tamen diuiſim ſuſpenderetur ab
officio, vel beneficio, à neutro ma-
e net ſuſpenſus, [e] quia non eſt maior
ratio cur non eximatur ab vno
quam ab alio. Tertio, ſuſpenſus ab
vno cenſetur ſuſpenſus à conne-
f xis. [f] vt ſuſpenſus ab ordine ſeu of
ficio clericali, eſt vtroque foro ſu-
ſpenſus ab eo actu iuriſdictionis,
quem ſine ordine exercere non po
g teſt. [g] Poteſt tamen epiſcopus ſu-
ſpenſus delegare aliis iuriſdictio-
nem abſoluendi, eligere, confer-
re beneficium, vel excommuni-
h care. [h] Quarto, ſuſpenſus ab ad-
miniſtratione eccleſiæ tam in
ſpiritualibus quam in temporali-
bus non ideo fit ſuſpenſus ab
i ordine. [i]

5 Suſpenſus immediate à ſolo
officio prædicandi, peccat prædi-
k cans, ſed non fit irregularis: [k]
quia actus prædicandi ſolemniter
etiam cũ benedictione petita & ſu
l perpelliceo cõpetere poteſt laico ex
diſpenſatione epiſcopi, ſicut & di-
m ſputare de fide: [m] (quod tamen
ſub excommunica. prohibetur lai-
n cis [n]) ex lege tamen humana aut

l Syl. per c. ſignificauit, de corpore vitiat. [l] Nau. cum Syl. §. 5. [m]
m Syl cum Hoſt. inf. c. 43. § 6. fin. [n] Nau. c. 27. nu. 170. & ſic corrigẽ
n dum eſt quod ait conſ. 1. tit. 40. de verb. ſig. lib. 5. Syl. §. 1. fin. & de
interd. ab ingreſſu eccleſiæ. verb. interd. 6. §. 5. At differt ſuſpen
ſus ab ingreſſu eccleſiæ, quia oportet vt ſit perſona eccleſiaſtica,
& p culpa propria
ſup. c. 31. quis ſuſpẽ
datur ab ingreſſu.
Nau. nu. 156. §. 5.
o & 8. ca. 25. nu. 94. [o]
Syluetr. ſuſpenſ. §.
5. interdict. 6. §. 1.
Nauar. nu. 170. cũ
Anton. & alijs. vid.
Nau. ca. 25. nu. 75.
94. Armil. ſuſpenſ.
§ 8. Couar. c. alma
mater. 2. p. §. 1. nu.
3. gloſ & commun.
c. ii, cui. de ſenten.
excommunicat. in
6. Et hi explicant
quid nomine eccle
ſiæ intelligatur? &
Nauar. ca. 25. num.
17. Summa confeſ.
fol. 199. Armil. ver
bo. emunitas. §. 19.
p [p] Syl. Nauar. cum
Anton. & Couar.
q ſup. [q] Nauar. c. 27.
r num. 34. fi [r] Nau.
ſ nu. 161 §. 4. [ſ] Cita
ti infra. §. 5. R. So-
lus ſuſpẽſus ab a-
ctu annexo ordini
ſacro ſi ſolemniter
miniſtret in illis, fit
t irregul. [t] Sylueſt.
ſuſpenſ. § 5 (quam
uis cum Hoſtienſ.
ſubdat priuari fru-
ctibus ſuſpenſum
ab officio ob graue
crimen) & Nauar.
u nu. 160. 161. 170. [u]
In quo bene Syl.
§. 5. cum Hoſtien.
Innocen. Armil ſu
ſpenſ §. 11. 14. Pe-
rez. l. 1. tit. 5. lib. 8.
ordin. pag. 174. vid.
l. 1 tit. primo, libro
quinto, ordin. pag.
31 quia eccleſia vi
detur impedire in
futurum ne acqui-
rat dominium fru-
ctuum. videtur An
ton. & tenet Palu-
dan. diſtinct. 18.
quæſtio. ſeptima.
artic. tertio, ad ter
tium. Couarru. ter
tio. variar. capitu.
decimoquinto, nu.
octauo. verſ. vnde-
x cimo, & inf. [x] Pe-
rez. dict. l. prima,
libro quinto. Co-
uarru ſecunda par.
ſponſ. cap. ſexto, §.
octauo, numero ſeptimo, cum Gomet. regul. de ſubrogat. quæſt.
ſeptima. Felin. & gloſſ. Quia beneficium & fructus dantur ob of-
ficium, quod permittente eccleſia fit: ſuſpenſus vero perpetuo im
pedimento perinde ſe habet, ac ſi id officium ab eccleſia non ha-
beret idem Nauar. capit. vigeſimoquinto, numero 124. capit. 27.
numero 21. §. decimo, numero 160. ſed circa præterita tempe-
randus eſt hic rigor, vt retineat fructus ſeruitio facto reſponden-
y tes ſup. cap. tertio, §. tertio fin. cum Nauar. in conſil. Fra. Ludou.
z a 2. par. inſtruct. c. 97. [y] [z] Fatetur Perez. Couar. dict. conſil. [a] cap.
cum dilectus. de conſuetudi. capit. quia diuerſitatem. De conceſſ.
b præbend. vt de excommunicato occulto ſup. cap. 7. [b] Syl. ſuſpenſ.
c §. 1. Nau. nu. 160. 163. cum Innocen. [c] Syl. Nau. nu. 163. § 6. idem
ait Maiol. lib. 3. irreg. c. 19. nu. 8. verſ. 14. & nu. 15. c. 20. nu. 4. ad fi.
ſi ſuſpenſus aut interdictus à collatione beneficiorum, conferat,
fieri irregul. cum
d Syl. & Speculat. [d]
Sylu. ſuſpenſ. §. 1.
Nauar. nu. 154. Pe
rez ad Villadieg.
de irregu. ca. 3. nu.
6. fin. ſe remittit ad
Bartol. Brixien. in
e Dominicali. q. 57. [e]
Naua. nu. 161. §. 4.
cum Pan. Frat. Lu-
douic. 2. p. inſtruct.
cap. 97. Sylueſt. ir-
regul. §. 13. verſ. 8.
(qui tamen limitat
ex mente cuiuſdã
Doct.) Maiol. li. 3.
irregul. c. 19. num.
14. verſic. primo,
recent. Theolog.
ob incertitudinem
f ſententiæ. [f] Caie-
ta. ſuſpenſ. fin. Na-
uar num. 160. Co-
n c. 37. [n] Sup. de excom. c. 21. §. 3. ſicut ſi excommunicatus ſacerdos
abſoluat pęnitentem in articulo mortis non ſit irregu. ex eo enim
quod implet præceptum, non vult eccleſia vt incurrat pœnam il-
lius, vt de clerico dum ex præcepto tenetur bellare pro defenſio-
o ne patriæ, inſ. c. 11. §. 2. [o] [p] Nauar. nu. 155. ſi. & ſe refert ad c. ac-
p cepta oppoſ. 8. nu. 34. & in c. cum contingat de reſcrip. remed. 3.
q pag. 2. Couar. [q] Nauar. nu. 239. Caſtro; Victor. Cordu. Ange. Syl.
& Angles. quod tandem fatetur Soto. d. 18. q. 2. 5. & dictum eſt.
r lib. de excom c. 21. [r] Soto in prima edit. lib. 5. iuſt. q. 1. ar. 4. col. 4.
ait quod effuſione enormi ſanguinis in eccleſia, (qua eccleſia vio-
latur & ſit aliquo modo irregularis) ſit homo irregul. quod ex
Soto refert Nau. Hiſp. c. 27. nu. 194. & compend. fol. 236. col. 2. &
tenet Maiol. lib. 1. irreg. c. 6. nu. 3. Aſten. lib. 6. tit. 14. § 9. & funda-
tur in ex opinio. fieri irregul. eum qui alium facit irregularem. &
conſonat q; Sot. ait eod. ar. 4. col. penul. in prin. & ſimili ratione ait
d. 22. q. 1. art. 2. col. 9. violans eccleſiam ſemine vel ſanguine ſit ex-
communicatus. Nempe quia eccleſiam facit quodammodo ex-
communicatam ſeu interdictam pollutione. Sed Nau. dicit ſuſpi-
cor eſſe mendum apud Sotum ſup. & reijcit illum etiam Fr. Me-
din. lib. 1. c. 11. §. 10. in prio. & Soto retractat. d. 13. q. 2. ar. 3. Item
fundatur quia videtur defectus lenitatis inſ. §. 8. V. Et quia hæc
eſt enormis effuſio vt probat Nauar. nu. 92. Syl. atque ita videtur
peccatum enorme notorium quod facit irreg. inſ. c. 5. §. 1. Nauar.
nu. 248. Quare Sixt. IIII. deinde Martin. Papa V. conceſſit Bene-
dictio. Valliſolet. diſpenſare ſuper omni irregul. Papæ reſeruata,
& in ea quæ contrahitur ex enormi ſanguinis effuſione, dummo-
do apud externos non ſit notoria. Compend. Mend. diſpen. §. 24.
abſolutio quo ad fratres. §. 40. vtrobique Cord. in annot. & caſ. 34.
vid. Fr. Manuel in expoſ. bull. §. 9. nu. 129. & ſeq. Comp Bernard.
diſpenſ. §. 5. & com. Claud. §. 5. At reſp. quod c. eum illorum, de
ſent. excom. verſ. vtpote (dum mutilationem clerici æquat cum
effuſio-

non eſt.[s] Alij aiunt dari quandam irreg. mentalem ſine opere exterio ri completo, vt ſi quis tentauit occidere aut inflixit lethale vulnus, à quo tamen ſaltem per miraculum ſanatus eſt.[t] aut qui in re dubia declinat ſe fuiſſe cauſam propinquam mortis: cùm tamé probabili ratione videatur cauſa remota.[u] Pro vno actu (quamuis contineat duas malitias morales) non incurritur ſimul duplex pęna: vt ſacerdos ordinatus ante legitimam ætatem, qui cum epiſcopo ordināte celebrat fit ſuſpenſus ab officio ordinis, ſed nó fit irreg.[x] nec qui prohibetur ſub excommun. lata ne celebret, aut initietur ſacris, & tamen celebrauit: hic prima vice fit excommunicatus, ſed non irregul.[y]

7 Vt ille qui licitè aut illicitè eſt moralis cauſa mortis, fiat irregula. tria concurrunt. Primo vt voluntario liberoque actu ſit moralis cauſa propinqua efficax. Secundo quod agens ſit vir baptizatus. Nam baptiſmo abluitur indecentia ex occiſione iuſta vel iniuſta.[z] Tertio vt effectus reipſa ſequatur, nempe vt homo viuus Chriſtianus vel infidelis occidatur.[a] Quantum ad irregula. æquantur in iure homicidium & mutilatio membri principalis.[b] Non requiritur ex parte actionis, vt conſtet in foro exteriori: nam occultiſſimus homicida eſt irreg. in vtroque foro:[c] Dum voluntarium in occiſione concurrit ex ſola culpa, excuſatur ab irregul. defectu primæ códitionis, ſi homo excuſetur à peccato mort. & à plenè voluntario:[d] vt ſi alium occidat puer, furioſus, dormiens aut ebrius.[e] Nec fit irreg. qui tentans interficere iacto telo vulnerauit hominem ſi alius præueniens occidat ſolus.[f] nec ſi leuiter percuſſit, & tamen ex mala curatione medici, aut malo regimine īfirmi mortuus eſt, vel ſi ſacerdos chirurgię peritus ſed iure prohibitus, bene curauit per inciſionem, vel aduſtioné: nec tamen infirmus ex hac, ſed ex grauitate morbi obijt.[g] Quamuis ex actione phyſica hominis ſequatur mors alterius, ſi euentus ſecutus non fuit præuiſus, nec ita voluntarius in cauſa vt grauet culpam, non fit irregul.[h] quia hic non eſt cauſa moralis. vt nec clericus, qui in nemore præmiſſa diligentia contorſit ſagittam, & hominem occidit, quem putabat feram.[i] Facilius ratio cauſæ propinquæ[k] reperitur in occiſione iniuſta, vt qui hortatur eos qui bellum iniuſtum gerunt, aut eos comitatur:[l] ſi iudex cótra obligationem officij omittat impedire occiſioné innocétis:[m] ſi eccleſiaſticus iudex pro graui etiā crimine includat carcere ſqualido & humido, vbi intra paucos menſes reus mortuus eſt.[n] Clericus aut laicus qui pro neceſſaria ſuæ uitæ defenſione occidit, non fit irregul. quia non cenſetur cauſa.[o] qui pro tuédo iure ſuo detinet furem, ut res ſuas recuperet:[p] aut hortatur milites in bello iuſto:[q] aut denuntiet proditiones, facta proteſtatione.[r] Nemo enim illorum cenſetur ut cauſa motalis influere in occiſionem, ſed intentio eius ſiſtit in actu uirtutis, ad quem habet ius. Cauſa mediata (ut qui alteri mandat, aut conſulit facere) excuſatur ab irregul. ſi non ſit ſecuta occiſio, aut mutilatio: aut ſi moraliter non influxit in animum occiſoris, aut iudicis, qui iam omnino paratus erat id facere.[s]

8 Si deſit tertia conditio, excuſatur ab irrégul. Qui licet carear lenitate, dum tentauit occidere uulnera de ſe lethalia infligens, diligenti tamen aut miraculoſa curatione mors non eſt ſecuta.[t] Quamuis quidam ob hunc conatum in

---

effuſione ſanguinis) loquitur quo ad abſolutionem tantum vbi Card. & omnes Abb. c. 1. qui cler. vel vouent. Nauar. cap. 27. num. 92 Caiet. verb. excommunic. cap. 10. [s] Per cap. ſtudeat. 50. d. Nauar. cap. 27. nume. 211. ſi. vid. 207. & Hiſpan. 194. conſi. 19. 20. tit. 12. de homicid. lib. 5. Abb. per cap. clericis. verſi. truncationis. Ne cler. vel monach & cap. 1. nume. 8 qui cler. vel voué. Sot. in vlt. edit. ſup. At priuil. conceditur propter ſcrupuloſos. Nec obſt d. c. 1. in quo ly diſpenſatiue, non refertur ad crimen percuſſionis, ſed ad contractum matrimo. Abb. & omnes ibid. gl. pragm. ſanctio rubr. de cler. concubinar. Nec obſt. c. ſententiam ſang. Ne cler. Reſp. ſolum vetat ne clericus ferat ſententiam ſanguinis. [t] Refert & reprobat Soto lib. 5. q. 1. art. 9. Frat. Medin. lib. 1. c. 11. §. 12. & dictum eſt lib. 3. de pœnit. c. 14. Nau. nu. 193. [u] De quo Nauar. nume 211. [x] Sup. de excom. Frat. Medin. lib. 1. c. 11. §. 8. ad fi. Recent. contr. Maiol. lib. 2. c. 1. num. 11. Nauar. c. 27. num. 70. & conſi. 4 titu. 27. de cler. excom. min. lib. 5. & Cou. c. alm. 2. p. § 3. nu. 5. [y] Frat. Med. ſupra Maiol. lib. 3. c. 18. nu. 1. vbi bene citat Syl. irregul. §. 13. verſ. 2. licet alibi Maiol. & alij id negent. [z] Inf. c. 17. §. 2. Nauar. c. 27. nu. 209. [a] Satis eſt occidere Paganũ. Nauar. nu. 210. & commu. [b] Cit. inf. cap 9. § 3. lit. Z. At quia digitus non eſt membrum, qui alium priuat digito etiam pollice, non fit irregul. inf. c. 8. §. 1. ſed qui ſibi partem digiti cum notoria culpa præſcindit, fit irreg. ibid. § 4. Z. [c] Inf. c. 5. §. 2. K. [d] Sup. § 6. [e] Sup. § 4 Z. Nauar. c. 27. nu. 230. [f] Vt ſi leui vulneri appoſuit alius venenum, aut iudex ſtatim decapitauit, vel paubulo(?) affixit ſic vulneratum. Nam iure ciuili vulnerans non tenetur de morte, nec fuit cauſa efficax eius per Doctor. quos affert Perez ad Villad. de irreg. c. 6. nu. 18. Cepol. cautel. 5. Rom. ſing. 256. Loazes, de noua pagan. conuerſ pag. 77. Arias in Taur. leg. 8. nu. 7. Syl. hom. 3. §. 6. verſ. 6. cum Calder. Soto lib. 5. q. 1. ar. 9. Zazius lib. 1. ſing. intellect. c. 6. Couar. cle. p. 2. §. 2. nu. 4. contra Villad. & Perez ſup. Nau. c. 27. Laris & Hiſp. nu. 223 & tamen nobis fauet nu. 211. & Hiſp. 222. 236. & Couar nu. 9 quando leui vulneri alter, vt chirurgus appoſuit venenum. At præſumitur irreg. quando dubium eſt, an primum vulnus ſimul concurrit cum 2 vulnere, ad accelerationem mortis. Cou. nu. 4. Ang. homic. 1. §. 8. Syl. homic. 3. § 7. verſ. 1. Anton. c. 2. in prin. cum Calder. Armil. irreg. §. 57. Tabien. irreg. 3. §. 6. Maiol. lib. 5 c. 48. §. 4. nu. 6. in quo tamen dubio non damnatur homicidij reus in foro exteriori. l. ſi ita vulneratus. ff. ad l. Aquil gl. Alberic. Affl. ct. Iaſon, Cepol Carrera pract. titulo de homic. §. 2. nu. 68. Armil. irreg. §. 8. in quo ſtandum eſt iudicio medicorum. [g] Inf. c. 5. §. 2. K. Nau. nu. 223. Cou. nu. 3 Anto. cum Calder Roſel. Armil. Ledeſ. per c. tua nos. de homic. [h] [i] Sup §. 4. G. V. Theol. recen. Sot. lib. 5. q. 1. ar. 9. Fra. Med. 1. 2. q. 73. ar. 8. regu. 3. & lib. 1. inſt. c. 11. §. 10. quia licet actua eſſet huic illicitus, ſed non eſt illicitus vt cauſa huius euentus. quare vt laico cui non prohibetur venatio & chirurgia, effectus non imputatur vt voluntarius nec eſt irreg. vt fatetur Cou. nu. 10. verſi. ſubſequitur: ita nec clerico. & in hac re circa forum conſcientiæ plus credédum eſt Theol. (excepto vno D. Tho quem explicamus inf. c. 15. § 1. G.) quam Canoniſt. Nec iura exprimunt quando dabat operam reĩ periculoſę, ſed illicitæ ſimpliciter. & quãdo euentus iniuſtus eſt ĩ tali cauſa illicitus & volitus: & in foro conſcientię ceſſat pręſumptio fortè alter ni. [k] Nau. nu. 218. 1216. col. 2. nu. 219. fi. & late nu. 220. & exempla ponit lib. 5. titu. 12. de hom. conſi. 10. 13. 25. 29. 32. & bene 36. Sot. & Frat. Med ſup. [l] Nau. nu. 234. 233. in prin. Villad. c. 6. Syl. bellum. 3. §. 3. homic. 3. §. 6. verſ. 1 Couar. cle. p. 2. §. 2. nu. 2. dicit communiter quod non iam aduertit Nau. nu. 216. [m] Satis colligitur ex c. Petrus. de homic. Cou. §. 2. nu. 8. ver. 4. videtur glo. Abb. Feli. & commu. in hac materia, & dum agunt de reſtitutione. Placa de delic. c. 14. nu. 7. ad fi. Nau. c. 27. nu. 231. Et de reſt. Nau. c. 17. nu. 11. c. 24. nu. 7. 21. & ſeq. Petr. Nao. cum mul. lib. 2. reſt. c. 1. dub. 3. nu. 12. cont. Tabie. reſt. §. 25. ad fi. vbi putat obligari ad reſt etiam illum qui omiſit defendere ex obligatione caritatis. & alij apud Medin. C. de reſt. q. 9. [n] Citat inf. [o] Inf. c. 10. §. 2. p Nau. c. 27. nu. 217. §. 12. & nu. 226. Syl. homic. 3. §. 7. verſ. 6. accuſat. §. 4. Cou. §. 5. nu. 1. cum mult. Anto. c. 2. §. 4. Angel. homic. 2. § 6. Roſel. homic. 4. §. 13. Tabien. irreg. 3. §. 6 vbi Arm. §. 21. Ledeſ. q 26. 2. Soto. lib. 5. q. 1. art. 9. [q] Nauarro nume. 215. ſi. 224. 217. Couar. nu. 2. per cap pertuo. de hom. glo. c ſciſcitaris 7. q. 2. Panorm. Hoſt. Syl. hom. 3. § 6. verſ. 2. Ang. irreg. 1. §. 2. Tabien. irreg. 3. § 21. concl. 7. Armil. § 55. [r] Nauarro nu. 213. ad fi. Caiet. bene 2. 2. q. 33. ar. 7. Armi. irreg. § 39. Soto lib. 5. q. 5. art. 1. ad 4. & relc. ſecre. memb. 2. q. 3. ante con. 3. ſic limitandus eſt Cou. d. § 5. nu. 4. licet confuſe loquatur, poteſt clericus alienum periculum denunciare cum proteſtatione, quando malum imminet in futurum. Imo ſi malum commune impendet, poteſt clericus accuſare, cum dicta proteſtatione. Nau. ſup. & c. 18. nu. 55. Soto de ſecr. ſup. quod limitant bene Caiet. ſup. & Cou. no. 1. quando aliter quam per accuſationem non poteſt ſatis occurri periculo. [s] Nau. num. 211. ad fi. 233. ſi. & in generali quando conſilium nihil influit moraliter. nu. 51. [t] Soto lib. 5. iuſt. q. 1. art 9. Frat. Medin.

lib. 1.

atrocibus, cum defectu, lenitatis, u putent irregul. [u] Nec ſi clericus multum ſanguinem fudit etiam in eccleſia, quæ ob id crimen violata eſt. x [x] Nec qui membrum alterius debilitauit, illumque ratione y membri inutilis fecit irregular. [y] Nec qui abortire fecit embrionem z nondum animatum: [z] cuius oppo a ſitum quidam falſo affirmant. [a] Nec qui hominem tentabat occidere, & dum iam mortuum reperit, ut odio ſatisfaceret, amputauit b membra: [b] ut qui mortuum clericum percutit non incurrit excommun. quá tamen incurrit qui exen c terat quodcunque cadauer. [c] Nec eſt irregular. qui pro comburendo hæretico iam mortuo ligna contud lit, & congeſſit in ignem. [d] ſit tamen irregular. qui pertinaci, dum viuus cõburitur, admouit ligna & e ignem, quo mortem acceleraret. [e]

C A P. IIII.

De iterante ſacramentum matrim. aut baptiſmi.

§. 1. *De bigamo, remiſſiue. de coniugato, de beneficiario ſi contrahat matrimon. aut ſponſalia.*

2 *Quãdo liceat initiari poſt matrim. (quid apud Græcos) in eo Papam poſſe diſpenſare.*

3 *De iteratione baptiſmi non fieri irreg. qui iterat confirmationẽ, aut ordinẽ. Quis diſpenſat cũ rebapt.*

6 *De hæretico, neophito, & differente baptiſmum.*

IN ſpeciali, prima & antiqua ſpecies irregular. eſt bigamia: quæ eſt triplex: vera interpretatiua, & quam quidam addunt, ſimilitudi- a naria. [a] Vera, qua quis ante aut poſt baptiſmum contraxit verum matrim. ſucceſsiue cum duabus, & cũ utraque conſummauit, non b facit irregul. iure diuino, [b] licet à tempore Apoſtolorum ſit inſtituta, ſed de iure eccleſiaſtico: ac ſubinde eſt diſpenſabilis à Papa. Qui legitimo matrimonio ligatus eſt c dicitur irregul. [c] quamuis ratum ſit & cũ una uirgine: quia ſic manens non debet ordinari etiam pri d ma tonſura. [d] nec poteſt eſſe vica- e rius epiſcopi, [e] ſed aſſeſſor tantum. 2. initiatus tõſura vel minoribus, ſi contrahat, fruitur clericali priui- f legio canonis & fori: [f] dummodo cum unica & uirgine contraxerit, & geſtet habitum clericalem & g tonſuram, [g] & inſuper iuxta Concil. Trid. certæ eccleſię aſcriptus de h ſeruiat. [h] ſed hic tempore interdicti non fruitur priuilegio aſſiſtendi diuinis officijs, & ſepulturæ, niſi ubi eſt conſuetudo, vt in Ara- i gonia. [i] 3. beneficiarius in minoribus per matrimonium ratum ſta k tim perdit beneficia, [k] & penſio- l nes: [l] nec recuperat, licet uxor mor m tem obeat, aut profiteatur. [m] At ſi non ualuit matrim. de præſenti

lib. 1. de inſtr. c. 11. § 10 vt ſi per miraculum euaſit de vulnere lethali, & idem plane ſentit Nauar. & alij citati ſup. §. 6. R. de effundente multum ſanguinem in eccleſia, ut initiatus ſacris ſit irregul. ex quadam bigamia, ſi tentet contrahere matrimon. licet irritum propter animum contrahendi. inf. c 4. [u] Maiol. lib. 5. c. 48. in princ. à nu. 3. & § 2. in princip. cum Specul. Hugo li. capic. ſi quis poſt 5 1. d. glo. cum Ioan. Andr. c. periculoſe. de pœnitent. d. 1. Verueci. ſumma cõfeſ. lib. 2. tit. 1. queſ. 23. Supplem. ver. irreg. 1. in princip. Thom. Faſtol. deciſ. 14. & refert deciſum fuiſſe in Rota. [x] Citati x ſup. §. 6. R. [y] Inſ. c. 8. y §. 4. K. Nauar. num. z 107. & alij. [z] Nau. cap. 15. nu. 14 capit. 27. nu. 222. & 6. nu. 233. 236. Perez ad Villadieg. cap. 6. nu. 29. Ang. homic. 2. Syluest. homic. 2. §. 19. Palu. d. 25. q. 3. ar. 2. conc. 1. vbi Soto q. 1. 3. & lib. 5. iuſti q. 1. 9. Caietan. & Summiſt. verb. aborſus. vbi Anton. Gabr. tom. 1. vid. Couar. 3. uariar. ca. 20. nu. 10. Trotius lib. 2. de perfect. cler. c. 14. num. 6. Carrer. pract. tit. de homic. §. 1. num. 24. Quod vero Sixtus V. rigide diſpoſuit contra facientes aut curantes aborſum etiam ante animationem fœtus, reuocauit Gregor. XIIII. vt dictum eſt lib. de or a din. c. 35. §. 3. F. [a] Tabien. irreg. §. 14. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 1. nu. 4. & citat Abb. & Ioan. Andr. admittunt tamen cum illu diſpen- b ſare epiſcopum. [b] Nauarro num. 218. fin. 222. cum Archid. Anton. ti. 28. c. 2. §. 5. Syluest. homic. 3. §. 7. verſ. 2. Couar. cle. p. 1. in princ. num 4. par. 2. in prin. num. 1. 5. cum mult. Tabien. irregul. 3. §. 27. Soto d. 25. q 1. 3. poſt con. 4. & lib. 5. iuſt. quæſt. 1. 4. poſt med. Perez ad Villadieg. c. 6. num. 28. Ploue. de irregul. regu. 27. c num. 17. Boer. deciſ. 316. Conrad. de contract q. 80. num. 3. [c] Extrauag. 2. de ſepult. quæ quia non extat intra corpus iuris ignoratur à multis Nauar. c. 27. num. 105. vid. cap. 23. num. 122. conſi. 54. num. 6. titu. de ſenten. excommun. lib. 5. Syluest. excommun. d 7. caſ. 32. Ang. excom. 5. §. 11 Caiet. excommun. c. 70. [d] Anto. c. 2. §. 5 Fr. Medin. lib. 1 ca. 11. §. 10. Ledeſ. 2 p. q. 26. 2. Nauar. nu. 217. Felician. de irreg. c. 9. in 2. ſpecie. Couar. 2. p. §. 4. num. 5. cum Paludan. d. 25. q. 3. art. 2. con. 4. Perez. l. 3. ti. 4. lib. 8. ord. pag. 93. fin. cum mult. Maiol. lib. 5. cap. 48. § 4. nume. 5. Syluest. homic. 3. §. 7. verſi. 10. Roſel. homic. 4. §. 7. Ang. irregul. §. 18. ubi Tabien. 3. e §. 23. Arm. §. 61. [e] Nauarro & alij ſup. addit Maiol. qui deferunt luminaria, caueant ne ex ſuo igne accendantur ligna pro hæretico uiuo. Fr. Medin. dicit aſſerentem ligna pro comburendo hæretico viuo, non eſſe irregular. ſi ligna ab alijs applicentur, quia uidetur cauſa remota, nec agit vt miniſter iuſtitiæ, ſed ob indulgentias & zelum fidei. At oppoſitum eſt commune. niſi excuſetur, quia ignorat ſuis lignis fuiſſe combuſtum viuum.

C A P. IIII.

a LAte [a] lib. 2. de matrim. c. 6. § 9. ſed §. tu. 3. dixi non haberi iure quod initiatus ſacris, aut profeſſus, ſi contrahat irritum de facto, fiat irregu. (vt Aſten. & quidam Recent. falſo colligunt ex glo. c. ſuper eo De bigam.) nec ponitur à D. Th. nec ab antiq. Theolog. Tabien. bigam. §. 2. fatetur nullo modo dici bigamum: & tamen eſſe irregul. Reſp. nec eſt proprie irregula. nec bigam. quia bigamia, vt definit Hoſt. & Theol. eſt irreg. ex defectu ſacramenti proueniens, id eſt, veri matrimon. At ſi quis ante ordinem ſacrum contraxit verum matrimonium, & conſummauit: deinde poſt ord. ſacrum, contraxit vero animo cum alia, & affectu maritali conſummauit ſit bigam. de quo loquitur. De bigam. ca. à nobis. & de ſenten. excommunic. c. nuper. Villad. c. 13. Aſten. lib. 6. titu. 7. dub. 2. Arm. Ange. §. 9. Tabien. §. 2. Syl b ueſt. & commun. [b] Sup. c. 1. §. 3. X. & citati lib. 2. de matrimo. c. 6. §. vndecimo ſed dicitur de iure diuino à quibuſdã: quia ad imitationẽ iuris antiqui, ut decimæ. ſup. c. 1. §. 3. Y. quis diſpenſet cũ bigamo. inf. c 17 §. 6. T. & cap. 19. Sylueſtr. irregul §. 15. Ange. §. 47. Aſten. lib. 6. titu. 7. lib. 8. titu. 32. Villadieg. capitu. 13. Mediu. C. de ieiu. fol. 135. Docto. 4. diſt. 27. vbi D. Thom. q. 3. Richar. ar. 4. Duran. & Mai. q. 4. Montaigne de bigam. volu. 8. Anton. 3. par. titu. 28. c. 3. Bernard. Diaz c pract. ca. 16. [c] Ioan. Papa XXII. in extrauag. antiquæ cõcertationi. De voto. Sylueſt. ord. 5. §. 7. Anton. 3. p. ti. 28. ca. 4. ad med. Soto d. 25. q. 1. art. 3. fin. Maiol. inſ. nu. 1. Nauar. ca. 22. num. 5 u. d §. 14. [d] Doct. ſup. Boniſ. VIII. c. nullus. de temp. ord. glo. c. coniu e gatus. De conuerſ. coniug. [e] Sylueſt. ver. laicus. §. 11. Maiol. lib. 1. f cap. 34. num. 8. Doct. cap. 1. de cler. coniug. in 6. [f] Boniſ. VIII. c. 1. de cler. coniug. lib. ſexto, Maiol. ſupra Nauar. cap. 27. nume. 79. g 81. [g] Per regni l. 1. & ſeq titu. 4. lib. 1. Recop. Perez l. 1. & 13. tit. 3. lib. 1. ord. quod conceſſit Regi Cathol. Alexand. Papa VI. Couarru. pract. capit. 32. Auend. de exeq. mandat. cap. vigeſimopri h mo, [h] Trident. ſeſſ. 23. c. 6. & 17. Maiol. ſupra Nauar. cap. 25. nume. 135. & conſi. 17. titu. 13. lib. 5. add. Hiſpan. cap. vigeſimoquinto, nume. 140. §. quarto, quod confirmatum fuiſſe proprio motu Pij V. ait Perez. l. ſecunda, titu. 8. lib. 8. ord. par. 349. Mandoſ. in i cancel. regu. 16. quæſtio. decimaquarta, nume. ſecundo, [i] Nauar. cap. 27. nume. 174. 178. ſupra cap. 44. §. 3. & c. quadrageſimono k no. [k] Nauar. cap. vigeſimoquinto, nume. 130. dicit eſſe ſentẽtiam omnium. Maiol. num. 5. Anton. Gabr. to. 1. eu Capra. Ioan. Andre. Specula. Panorm. Pala. Rub. de donat. § 55. nume. ſeptimo, Hoſtien. titu. de cler. coniug. num. primo, Rebuf. prax. fol. 562. num. 42. idem Summiſt. verb. beneſic. Sylueſtr. Roſel. Armil. Ange. cler. quinto, nume. primo, Couar. ſecunda parte ſponſal. capit. ſexto, §. 3. num. 6. Bernard. Diaz. pract. capit. 74. Rot. noua. 16. & l antiq. 103. de cler. coniug. [l] Gregor. l. 41. titu. 6. par. prima, verb. el beneficio. de ſtylo curiæ. Couar. num. quinto, Sylueſtr. benef. 3. §. quarto, verſ. 22. Anton. Gabr. tom. 1. ex Claro. uerb. benef. Nauar. lib. de orat. not. vigeſimoprimo, num. 53. cum Gigant. de penſ. quæſtio. 54. ſed Pontiſ. concedit quibuſdam priuileg. ne uacet penſio aut præſtimonium per matrimonium, ut datur equi m ti aut commendatario, qui à Pontiſ. habet caualleratum. [m] Nauar. cap. vigeſimoquinto, nume. 120. & dicit eſſe omnium. Couar. nume. 6. Anton. Gabr. eu Capra. verb. clericus. cum Vincent. Ioan. Andr. Speculat. Bernar. Diaz. Angel. At dum non ſpoliatur gaudet fructibus ob poſſeſſionem. ſupra lib. de excommunic. cap. 56. §. ſecundo, & poſſet pro conſcientia impetrare reua-

re validationem tituli. [n] Vt ſi initiatus ſacris contraxit de facto matrimon. irritum: quia perinde eſt, ac ſi eunuchus cum defectu intrinſeco contraheret. Nauar. cum glo. Card. Anton. Imol. Capra dicit communem Sylueſt. d. verſ. 22. Arm. §. 22. Roſel. cler. 4. § 22. Gregor. Lopez ſup. cont. Panorm. & Couar. ſup. num. 4. fin.

de matrimon. [h] De his tribus Soto. d. 25. quæſtio. 1. 3. & infra cap. 6. [i] Supra lib. de baptiſ. cap. duodecimo, §. ſecundo, cap. 31. late, Palud. diſt. 5. quæſt. 2. ar. 2. Soto. d. 4. quæſt. vnic. art. 3. diſt. 3. q. vnic. ar. 9. ad fin. d. 25. quæſt. 1. artic. 3. Alij doctores. 4. diſtin. 6. Palud. quæſt. 4. Scot. q. 8. Richar. art. 4. quæſtio. 2. Anton. 3. par.

[o] Couar. nu. 4. cum Henric. Ioan. Andr. Card. Ancha Imo. Anto. Gabriel cum Capra contra Staphil. & Rot. antiq. 103. Menchac. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. nu. 47. [p] Card. Anto. Imo. gl. apud Couar. nu. 4. quia reipſa non accepit ſtatum incompatibilem. At quia hic defectus eſt extrinſecus, alij aiunt priuari beneficijs ob affectum & opus intentatum. Couar. Naua. Rebuf. Ant. Gabr. cum Capra, Sylue. Roſel. & alij multi ſed ſunt limitandi in pœnam criminis pro foro exteriori eſſe priuandū per ſententiam iudicis. ſup. de excom mu. c. 6 §. 3. [q] Io. Papa XXII. d. extrau. Maiol. li. 1. ca. 34. nume. 4. Sot. d. 25. q. 1. 3 fi. nam in alijs caſibus qui poteſt licite profiteri, poſſet & ſacris initiari, dum non fit præiudicium uxori. [r] Sop. li. de matrim. c. 8 § 10 Z. li. 2. c. 5. §. 9. Palud. d. 27. q. 3. dicit generaliter in caſu quo viro licet profiteri, licebit & ſacris initiari in ſeculo. Sot. d. 38 quæſt. 1 & ſaeti D. Tho. addit q. 53. 4 ad 2. Sylu. diuortium § 17. verſ. 1. matrimon. 12 §. 12 verſ. 4. [f] Sup. de matrimon. per cap. nullus. c. epiſcopus (vbi Hugut.) 77. d. D. Thom. d. 37. q. 1. ar. 3. Soto. d. 25. q. 1. 3. fin. Maiol d. c. 34 nume 1. col 3. fin. Alberic. verb. ordinatus. 4.

non amittit beneficia: ut quando initiatus ſacris contraxit; [n] aut ſi minor duodecim annis, contrahat bona fide in facie eccleſiæ, reputans ſe puberem: [o] quia re ipſa non eſt matrimonium, ſed ſponſalia. Et in foro conſcientiæ non perdit beneficiarius in minoribus, qui in facie eccleſiæ de facto contraxit inualide cū cognata. [p] Qui poſt matrim. ratum initiatur ſacris: non manet ſuſpēſus, ſi ſtatim intret & profiteatur religionem: [q] ſic non ſoluto matrimonio ſi uterque profiteatur poſt cōſummatum, vel ob alterius cōiugis adulterium, vel ob aliud graue crimen, poſtquam iure factum fuerit diuortium, poteſt vir ſacris initiari. [r]

2 Si poſt ratum vir ſacris initietur inſcia vel inuita vxore, recipit quidem characterem, ſed manet ſuſpenſus ab vſu ordinum etiam minorum: [f] & mortua vxore non poteſt ad ſuperiores ordines aſcendere ſine diſpenſatione, [t] quod ſi inde prolem ſuſcepit, vix diſpenſandus eſt. [u] & fit inhabilis ad beneficia & dignitates, [x] quamuis ſponſa profiteatur religionem. [y] Hæc videtur tertia ſpecies bigamiæ ſimilitudinariæ: [z] vel potius illa qua Græcus, ſacerdus ſi retineat vxoris vſum, nō admittitur ad beneficium in eccleſia Latina. [a] Si uir conſentiente vxore ſed non uouente initiatus eſt ſacris, & petēte vxore iuniori reducitur ad uſum coniugalem, quia defuit decretum epiſcopi: hic ſuſpenſus eſt vel irregul. ad tempus uiuētis vxoris: [b] qua mortua poteſt miniſtrare & promoueri. [c] Apud Græcam Orientis eccleſiam, ſi quis poſt ſuſceptum ſubdiaconatum ducat uxorem, ualet matrimonium, ſed peccat & uidetur deponi officio. [d] qui ſi contraxit cum una uirgine permittitur promoueri ad ſacros, & uti matrimonio. [e] ſacerdotibus etiā apud Grecos prohibetur iure eccleſiaſtico contrahere nouum matrimo. [f] In

quo præcepto Pontif. poſſet diſpenſare etiam cum una natione, aut cū omnibus, ſi cauſa ſubſit. [g]

3 Tripliciter incidit culpa ob quam homo fit irregul. 1. ante receptionem ordinis. 2. in ipſa receptione & ordinatione. 3. poſt receptum ordinem ſacrum, ſi in eo male miniſtret ſolemniter ex officio, aut ſi miniſtret in ordine ſacro quem non habet. [h] Ante ordinationem. 1. irregularem facit iteratio baptiſmi: & circa quædam ad baptiſmum pertinentia: uel defectus fidei in baptiſmo ſuſcepto. deinde culpa criminis notorii & enormis. Sic ergo fit irregul. uir adultus, ſi ſponte permittat ſe rebaptizari. [i] cum tamen ſolitam certitudinem habeat ſe fuiſſe uere baptizatum. ſed infans qui caret propriæ uoluntatis uſu, quamuis ſæpius fuerit rebaptizatus, non fit irregul. [k] ut nec qui ut mortem comminatam uitet, permittit ſe rebaptizari inuitū. [l] ſecus ſi leuiori metu inductus ita permittat. [m] quidam putant adultum qui inculpate rebaptizatus eſt cum ignorantia facti fieri irreg. [n] ſed diſpenſare epiſcopum: quædam enim irregul. ſine culpa incurritur. At re uera hic non fit irregul. [o] Nec qui rebaptizationem ſe adulto ignorante aut inuito factam, habet ratam: quia ſubſecuta ratihabitio non eſt cauſa facti præteriti. quamuis multi contrarium putent. [q] ſi quis tamen ex ignorantia facti, [r] quæ ſit peccatum mort. conſenſit ſe rebaptizari; petenda eſſet diſpenſatio: [f] quam epiſcopus dare poteſt in eo dubio. Docto. communiter damnant irregu. eum qui baptiſmum iterat ex ignorantia iuris: [t] quia ea iuris diuini ignoratio uix præſumitur inculpata. At ſi in conſcientia conſtet excuſatum à peccato mortali, non fit irregu. [u] Qui tamen ſciens iterationem baptiſmi iure diuino prohiberi, ignorat imponi iure eccleſiaſtico pœnam irreg. fit irreg. [x]

tit. 14. c. 13. §. duodecimo, tit. 28. c. 6. §. 3. Troilus, lib. 2. de perfect. cler. c. 9. Caſtro baptiſmus hær. 5. & lib. 2. leg. pœnal. cap. 14. con. 2. Angel. irregul. §. 24. Armil. § 84. Sylueſt. § quarto, & baptiſm. 5. §. 3. Cou. cle. p. 1 §. 1. num. 4. & in princ. num. 8. Maiol. lib. 3 irregu. c. 14. Nauar. ca. 27. num. 246. Quæ pœna imponitur adultis ob culpam, qua imitātur hæreticos quoſdam dicentes baptiſmum eſſe iterandum. ſup. de baptiſ. cap 17 § ſecundo, & D. Thom. 3. p. quæſt. 66 9. [k] Soto diſt 3. & 25. Peña & Recent. aiunt eſſe commun. per c. placuit. c. qui apud. 1. quæſt. 4. Nam in infante nullum eſt voluntarium. [l] Dū non cedit in opprobrium religionis Chriſtianæ, non eſt peccatū in permittente ob metū mortis: & vt excuſatur à culpa, ita à pœna. Communis Recen. cum Innocen. & gl. cap. eos quos. de cō ſec. diſtin. 4. contra Sylueſt. irregul. §. 4. fin. dicētem quod potius debet pati mortem, quam ut permittat ſe rebaptizari. & baptiſ. 5. §. 3. Maiol. lib. 3. cap. 14. nu. 3. [m] In quo verum eſt quod aiat Sylueſt. & Maiol. & dict. cap. eos quos. iuncta glo. [n] Arch. Troilus, Iuo. & Theodo. in ſum decr. Maiol. Goffred. Palu. d. 6. q. 4. 16 2. Anton. tit. 14. c. 13.

[t] Concil. 1. Tolet. c. 1. c. multorum. 27. q. 2. Maiol. ſup. num 4. & c. 2. reg. 21. c. 12. num. 10 D. Thom. Alberic ſup. ſumm. confeſſ. tit. de vot. q 60. de ordin. imp q 1 & ſibi contrarius Abb. in c. placet. de conuerſ. coniug. [u] Concil. Toletan. ſupra [x] Glo. & Abb cap. cum decutem. de cler. coniug. [y] Abba. & cita ſupra M. [z] De qua lib. 2. de matrim. ca. 6. §. 10. [a] Dict. lib de matrimon. c. Maiol. cap 34. num. 9. cum Innocen. [b] [c] Maiol. num. 1. col. 4. cum Abb. d. c. placet. & D. Thom ſupra [d] Syn. 6 cap. 6. Maiol. At ſacerdos Græcus permittitur retinere uſum prioris uxoris diebus quibus non miniſtrat altari, ut olim in leg. vet. Euſeb. 1. demonſt. ca. 9. 10. ſed non poteſt de nouo contrahere. Epiſcopo Græco interdicitur etiam uſus prioris uxoris. Syn. 6. can. 12. & citat Apoſt. can. 5 Maiol. nume. 11. uid. ſup. lib. 2. matrim. cap. 5 & tamen cum Syneſio epiſcopo diſpenſatum eſt. Niceph. lib. 14 hiſtor. cap. 55. fin. [e] Ante tempus B. Greg 1. ſubdiaconus ſi ualide contraheret in eccleſia Latina, ſuſpendebatur uſu ordinum. [f] [g] Dict. li.

§. 12. & ſentit Syl. bapt. 5. §. 3. [o] Coua. cle. num. 8. cum Turrecr. Henr. Hoſt. glo. Scot d. 6 q. 8. Sot. d. 3. ar. 9. ad fi Sylu. irreg § 4. & Recen Theol. [p] Coua. ſignificat, & affirmant Recent. [q] Anton. tit. 28. c. 6. §. 3. Syl vtroque loco cum gloſ. Pilan. Rich. Palud. fauet Nauar. c. 27. nume. 233. [r] [f] Sot. Nauar. Couar. cum alijs. Peña, Cano, & Recen. per c. qui bis. de conſec. d. 4. quod Grat. & Iuo lib. 1. ſumpſerunt ex pœnitentiali Theodori. ſed hunc canonem, qui plus nimio probat, (vt fiat irregul. etiam ea inculpata ignorantia) reijciunt Scot. Sylu. Soto, & Recen. eo quod nec eſt editum à Pontif. nec à Concil. Prouinciali, ſed ſolum obligabat diœceſios illius Theodori epiſcopi Cantuar. At melius explicatur de ignorantia colpabili: & dum negat egere pœnitentia: loquitur de publica pœnitentia iuris: aut non egere tanta, ſicut is qui ſcienter rebaptizat. [t] Doct. ſup. Sot. Couar. Sylu. vtrobique cum Hoſt. & Barto. [u] Coua. Cano, Peña & Recent. quod ſentit Soto. [x] Scot. Soto. Fr. Ambr. At ignorans percuſſioni clerici impoſitam

poſitam excommun. vt percutiens excuſatur à ſpecie peccati &
y inobedientiæ, ita & à pœna.ſup.de excom. c. 23. [y] At paganus ſi
z rebaptizet non incurrit hanc pœnam eccleſiaſticam. [z] Licet non
habetur expreſſo iure, eſt commun. Doctor. ſup.lib. de bapt.cap.
a 31.§.1 F. [a] Vt ſi parochus facta diligentia dubitat, an fœmina

lib.de baptiſ.c.29.§.1.D.H.& inf.cap.6.§.1.& parochum autorizantem fieri irreg. Nauar.conſi.1.titu.28.de cler.non ordin.min. lib.5.(ſed in dubio creditur ei iuranti non aſtitiſſe tali intentione rebaptiſmi.Nauar.ibid.& conſ.18.tit.7. de hæret.lib.5.) quis dicatur autorizare, Nauar. cap.27.nu.214.fin. Sic fit irreg.denuntiatus paſtor qui coram ſe celebrare facit authorando, eſt apparatu. Nauar.cõſil.17. ti.de ſent.excommun.lib.5.cum glo.clem. Archiepiſcopus. De priuileg. vbi Panorm. receptus, & Boniſac. & Card.q.9. vid Nau.
x cap.25.nu.16. [x] Sco. diſtin.7.q.3.ſeu ult. vbi Palud.q.2.Gab. q vni.Soto. q.1 art. 5.Ledeſ. 1.p.q.13. 5.Cano, Peña, Toletus, & omnes Recen.Theolog.3.par. q.72.5.Caſtro.1.le. pœn.ca.7. docum.3. Turrecrem. c.dictũ. de conſ.d.5.Couarru. clemen. par.1.in princ.num.4. Ange. Arm. Tabien.irreg. 4.fin. Victo §.45. & Nauar. 247. fatetur eſſe commu.Theol.
y [y] Quia regeneratio iuxta proprietatem ſacramenti petit nõ iterari: vt nulla aes poteſt naturaliter regenerari. & hæc pœna ponitur in odium imitantium hæret. rebaptizantes. Quę rationes non militant in iterante ordinẽ aut cõfirmationem, & conſuetudo oppoſita (quam falſo admittit Nauar. num.247. fin.) non pręualeret cõtra ius
z vt faciat irreg. [z] Iterantem ordines fieri irregu. aiunt Richar. d.7. art.6.q.1. Maior. d.7. fin. Anton. 3.p.titu.28.ca. 6.§.3. Nauar. num. 247. Trotius lib. 2. cap.9.Tabien.irreg. 4.§.7.Alberic.verb. diſpenſatio.verſicu. 10.verb. ordinatus, verſ. penult. Maiol. lib.3. irregul ca.15. num.9. Felician.de irreg. c.7. & Epiſcopum ordinantem fieri irreg. aiunt Maiol.nu.2. & Tabien. Idem de iterante confirmationem aiunt Richar. Maior. Trotius. Archid Maiol.num.1. Nauarr. ſed falſo id tribuit Anton.qui.3.p.titu.14.c.14.§.4.bene negat de
a confirma.vt ait Couar. [a] Perez.l.17.titu.3.lib.1.ordin pag.143.
b [b] Ita limitat Scot.d.6.quęſt.8.At re vera ſatis eſt, vt priuatim rebaptizet etiam laicus. Tabie.Sylue.baptiſm.5.§.3.Soto.d.3.q.1.
c d ar.9.Pena & Recen. [c] Doct.per cap.2.de apoſtat. [d] Soto & Re-
e f cen. [e f] Nauar.cap.27.num.250 fin. [g] Colligitur ex Nau. num.
g 241.§.1.fi.Coua.cle.p.2.§.3.nume.4.verſ.hoc ipſum. & Guerrer.
h Archiepiſc.Granat.cum doctis conſultis. [h] Quare Sylue.verb.irreg.§.5.& ordo.4.§.ſecundo,non refert hanc irregul.inter alias,& Perez.l.3.titu.4.lib.8. ord.p.98. Ledeſ.Cordu. negant eſſe irreg. quia irreg.non incurritur niſi in caſibus iure expreſſis. ſup.cap.1. §.3.F.& ob nullum crimen occultum, præter [illegible] Nauar.num.248.ſup.cap.1.§.2. N. Nec iura quæ quidam citant,

de ea quib. dictu est c. 3. n°. — id incurritur irregularitas.

y 4 Si vir baptizatus [y] rebaptizet
z ſcienter alium fit irreg. [z] quia cenſetur imitator facti hæreticorum.
Excuſat ignorantia probabilis fa-
a cti, [a] (quæ in tam neceſſario ſacramẽto facile excuſat à peccato mor-
b tal. [b]) ſi poſt diligentiã neſcit iſtum fuiſſe rite baptizatum: quãuis nullam conditionem etiam in mente
c adiecerit. [c] Puer qui poſt aliquot ætatis dies expoſitus eſt, & ſcitur natus ex Chriſtiãnis, & inter illos educatus, credẽdus certo eſſe ba-
d ptizatus, [d] cum ſoleant Chriſtiani intra octauum diem baptizare infantes. ſi quis tamen vt ſibi tutior videatur, rebaptizet etiam cum peccato, ſed ſub conditione (ſi tu nõ es
e baptizatus) non fit irreg. [e] quia iure non exprimitur: nec actus addita conditione ſaltem mentali, eſt conſummatus, cum intentione ſe-
f riore baptizandi. [f] Imo & ille qui poſt diligentiam manens dubius rebaptizat illicite abſque conditione
g non fit irreg. [g] quia non iudicatur iteratum quod dubitatur factum.
De rebaptizante ex ignorantia culpabili mort. iuris aut facti, quidam
h putãt generaliter fieri irregu. [h] ſed reuera ob quandam ignorantiam etiam mort. excuſatur ab irreg. pœ-
i na. [i] Sed non excuſatur ob craſſam,
k [k] ppriã ſi craſſa ignorantia non aduertit ſe excommunicatum, & re-
l cipit ordines ſacros. [l] & tamen hic ſi conditionem in mente adiecit,
m excuſatur. [m] 2. qui metu graui incitatus rebaptizat externa prolatione, ſed animo nõ rebaptizandi,
n non fit irreg. [n] quamuis conditionem non addat, quia ficte & non ſerio rebaptizat. vt non fit irregu. qui primum baptiſmum recipit ficte, ſed vere ſecũdum recipit cum
o intentione; [o] quia hic vere non eſt rebaptizatus. 3. Acolytus qui ex officio miniſtrat publice clerico rebaptizanti, & reſpondet orationibus
p illius, fit quodammodo irreg. [p] At ſi religionem intret, diſpenſari poteſt ab epiſcopo: ſi vero occultum fuit crimen, promoueri poteſt poſt

pęnitentiã. Laicus ad imitationẽ hęreticorũ rebaptizans, in ſacramẽ-
q ti iniuriam dãnatur pœna capitis. [q]
5 Quidam aiunt laicum qui extra neceſſitatem baptizat illicite et
r abſque ſolennitate, fieri irregul. [r] tanquam qui miniſtrat in ordine quem non habet, ſed reuera non
ſ fit: [ſ] quia baptizare ſine ſolennitate non pertinet per ſe ad officium ſacerdotis, ut pertinet miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ, aut extremæ vnctionis. Ille tantum non ſacerdos fit irregul. qui ſolenniter baptizat, & eſt clericus: & hic quãuis ſit diaconus etiam Cardinalis,
t fit irregular. [t] & parochus qui ſic baptizanti aſſiſtit autorizans. At laicus licet miniſtraret ſolenniter in ordine quem non habet, non fit
u irregul. [u] Qui iterat ſacramentum cõfirmationis aut ordinis recipiendo aut miniſtrando, nullo iure aut conſuetudinis interpretatione fit
x irregul. [x] (nec enim militat parratio, quæ in regeneratione baptiſ-
y mi [y]) quamuis quidam oppoſitum
z putent. [z] & tamen reaſſumens primam tonſuram fit dignus graui pę-
a na iuris: [a] Ante confirmationem nemo iuxta Concil. Trid. ſeſſ.23. cap.4.eſſet ordinandus. In hac irregul. ob culpam baptiſmi ſolenni-
b ter iterati, [b] ſolus Papa diſpen-
c ſat, [c] ſiue ſcienter rebaptizet, ſiue
d cum ignorantia culpabili. [d] ſed ſi procedat ex delicto occulto, diſpẽſat Epiſcopus per Concil. Trident. ſeſſ.24.ref. capit.6. occultum cenſetur quãuis rebaptizatio fuerit pu-
e blica, ſi ratio culpæ ſit occulta: [e] vt ſi occulte excommunicatus celebret publice coram populo, fit
f irregul. ex delicto occulto. [f] ſic occulta cẽſetur irreg. ſi clericus iniuſte ſit accuſatus de rebaptizatione vel excommunicatione, ſed iã euaſit, eo quod ſe defendit per falſos teſtes; & cum iſto diſpenſat Epiſco-
g pus. [g]
6 Qui eſt occultus hæreticus aut apoſtata, expreſſo iure non proba-
h tur eſſe irreg. [h] quod tamen qui-

domibaptizans protulerit rite formã vel andurante prolatione perſeuerit aqua, in quo conueniunt omnes, ait Cu uar.cle.1.p.in prin. nume.8.cum Scot. Card.Sylue.irregu. §.4.bapt 5.§.3.Na uar.Sot. d.3.ar.9 &
b recẽ. [b] At ſi ex poſt facto conſtet parochum peccaſſe mortal. dum rebaptizauit abſque ulla conditione, etiam mentis, videtur irregu. ob ignorantiã craſſam in parocho, qui ex officio tenebatur id ſcire. Sot.Victo. & quidam Recent. Nec id negat Nauar.num.246.fi.
c [c] Pro foro conſcientiæ ſatis eſt conditio mente retenta.
d [d] Soto infra Recen. per ca.fin.de presb.
e non bapt. [e] Nauar. Peña Fr. Ambr. q. eſt cont. Sotum. d. 3.a.9.arg.4.& Vict. §. 36. Cordub. caſ.
f 37. [f] Vt qui cum ea quam dubitabat cognatã contraxit ſub ea conditione, ſi tu non es cognata, nõ incurrit excommunic. vid. Naua.c.27.
g num.141. [g] Sentit Naua. tenet Sylue.
h irregul §.4. [h] Scot. Sot. Sylue.vtroque loco. Victor.§. 36.
i Nauar. Couar. [i] Vt per c.vt animarum. ſolet excuſari ab excommun.ſynod.colligitur ex Nauar.& affirmant quidam recent.Theol. quia hic non intẽdit imitari factum hæreticorum, & implicite retinet conditionẽ
k in mente. [k l] Sup.
l de excommun. cap.
m 23.Nau c.27.num.155.fi.Cun.Sot.Victo. [m] Nau nu.246.& cla-
n rus Hiſp.& Recen contra Sotum.& Victor.§.36. [n o] Peña & Re-
o cent.quidam cont.Palud.d.6.q.5, vt qui profert hæreſim abſque intentione non ſit excommunicatus. Nauar.& commu.cont.Cai. & qui ficto animo promiſit pecuniam pro beneficio, non incur-
p rit excom.ſimoniæ Nauar.c.23. num.106. [p] Per c.2. de apoſta. vbi glo. Syluest irreg § 4.Sot.d.3.art.9.Felician.de irregul.c.1 1.
q Aſten.lib 4.tit.1.§.6.ad med. [q] Abb.rub.de ſacram.non iterand.
r per l.2.C.de ſancto bapt.glo.d.c.2.de apoſtat. [r] Quaſi miniſtret in ordine quem non habet. Paluda.d.5.q.1.Richar. ar.4.q.1.Soto.d.4.ar.3.Sylu.bapt.3.num.1.cum glo. & Canoniſt. & ulim ſenſit Nauar.Hiſpan.c.22.num.7.quia cap.1.de cler.non ord.miniſt. dicit, ſi baptizet, vel aliud diuinum officium exercuit.Reſp.intel-
ſ ligi, ſi baptizet ſolenniter. [ſ] Angel.& ſentit Sylu.irreg.§.27.Na-
t uar. Latin.cap. 22.num.74.27.num.242. communis Recent.Pe-
u ña, Fr.Ambroſ.& retractans Cano. [t u] Nauar. vtroque loc.ſup.

id conuincunt, vt patebit ſtatim. X. De Pagano etiam catechumeno quod non ſit capax ordinis, & dici laté irreg. ſupra cap. ſecundo, § primo, B. & de hæretico notorio, aut fautore eius infra N.
i [i] Eſſe irreg. tenet Sylu. crimen. §. 2. enorme. §. 1. per c. ueniens. 1. q. 1. idem ait Angel. irregul § 27. Arm. Nauar. num 205. §. 3. (ſed de hæretico mentali negat. nu. 149. in princ.) Tabien. irregu. 4 § 7. Soto. d. 25. q. 1. articu. 3. & citat Innocen. I. epiſto. 22. cap. 2. de apoſtat. & Concil. Nicé. 2. act. 1. Chalcedo. act. 8. & Turrian. in Concil. 1. Nicen quod uertit ea Arabico. can. 12. & fauet can. 18. ſeu in noſtro Concil. ca. 8. Soteal. in ſumma concil. verb. cle ro aſcripti. § 10. fauet Simanc. inſ. Maiol. lib. quinto, cap. 46. de hæretico & ſchiſmatico.
k [k] Simanc. add. de Cathol. inſtit. cap 46. num. 62. 71. 74.
l [l] Simanc. cap. 9. num. 157. cap. 13. nu. 21. cap. 46. num. 72. capitu. 47. num. 76. & citat Caſtrum. lib. ſecundo, de iuſt. hęret. punit. cap. 9. Soto lib. 1. iuſt. quæſt. 6. articu. 6. contra multos citatos lib. de excommunicat. cap. 56. §. ſecundo.
m [m] Simanc. Soto. & alij.
n [n] Colligitur ex cap ſalubertimũ 1. quæſtio. 7. Syluest. irregul. § quinto, Angel. §. 28. Richar. 4. diſtinct. 25. Aſten. lib. 6. titu. 3. artic. 3. Soteal. cum Innocen. I. & idem colligitur ex utroque Concil. Nicen. & Chalcedon. citatis. ſic olim reconciliatus hæreticus admittebat ad ſuã eccleſiam, ut miniſtraret in ord ſuſceptis. Concil. 1. Nicen. cano. 8. Nicen. 2. act. 1. Chalcedon. ſup. Soteal §. 13. Sylue. irregul. §. quinto, 24. Quare Innocen. I. & cap. Iulianus. 11. quæſt. 3. (quæ iura citat Soto, vt probet fieri irregul.) ſolum aiunt quod ſubditi non teneantur obedire Principi apoſtatæ. Tabien. cum Innoc. & Hoſtien. citant cap. presbyteros. 50. diſt. vbi tamen nihil dicitur ad rem: ſed ibi in cap fin. tantum ait, apoſtatam à religione impediri ab vſu ordinis. At Perez ſup. negat reconciliatum promoueri ad vlteriores ord.
o [o] Dict. cap. fin. 50 diſtin. quod tantum aiunt Tabien. irregul. 4 §. 7. Syluest. apoſtaſ. §. 8. od fin. Nauarr. cap. 27. num. 131 Caietan. verb. apoſtat. verb. excommunicat. cap. 61.
p [p] Eſſe irregu. dicunt Syluest. irregul § 22. Arm. § 85. Maiol. lib. 5. capit. 34. lib. 3. cap. 9. num 8. Soto d. 25. quæſt. 1. 3. poſt conc. 4.
q [q] c. ſuper Specu.
r Ne cler. uel monach. Nauar. capitu. 27. num. 116. & Recent. [r] Simanc. cap. 46. num. 66. Alberic. verb. hæretici puniuntur. Anton. Gabriel. tom. primo, verb hęretic. Soteal. cum Innocen. I. epiſto. 18. & 22.
ſ [ſ] Nauar. cap. 27. num. 248. Vict. nume. 154. quia infamia ex crimine graui facit irregul. Nauar. num. 204. Syluest. verb. infami. § 11. & de hoc ſunt limitandi citati ſup. I.
t [t] Bernard. Diaz
u reg 674. Perez. l. 4. titu. 2. lib. 5. ordin. [u] Maiol. lib 3. cap 17. nu. 2.

i dam affirmant. [i] Primum quidem
ſi notus ſit, conferri ei non debet
ordo, aut poteſtas eccleſiaſtica aut
k beneficium: [k] quia habet crimen
enorme: & quia eſt excommunica
tus. At non amittit titulum bene-
ficii aute hæreſim recepti, niſi de-
l claretur per ſententiam: [l] ut nec
amittit dominium bonorum ſuo
m rum. [m] Deinde ſi à ſecreta hæreſi
vel apoſtaſia ſit in foro conſcientiæ
legitime abſolutus, non manet irre-
n gularis. [n] Sic apoſtata à religione
o impeditur ab vſu ordinis, [o] cum ſit
excommunicatus, nec tamen eſt ir
regularis. Et ſi recedat à monaſte-
rio, ut audiret leges vel phyſicam,
id eſt, medicinam, & inter duos
p menſes non reuertitur, [p] non eſt
q irregularis ſed excommunicatus. [q]
Hæreticus ſi crimen eius ſit noto-
r rium, fit infamis iure, [r] & ob cri-
men notorium depoſitione dignũ,
ſ fit irregular. [ſ] eadem pœna exten-
ditur ad fautorem & receptatorem
t hæretici: [t] & ad illum qui de hæ-
u reſi eſt vehementer ſuſpectus, [u] ſi
id crimen ſit notorium. Quando
filii hęreticorum ob infamiam fiant
irregul. dicetur cap. 5.

7 Vt neophytus in religione di-
citur nouitius. Ita qui in religione
Chriſtiana eſt recenter conuerſus
x & baptizatus. [x] & hic prohibetur
y ordinari etiam minoribus, [y] ne in
ſuperbiam incidat, putans quod re-
ligio aut fides Chriſtiana illo indi-
z geat. [z] Nicolaus tamen & Seuerus
& Ambroſ. nouitij in religione ſue
runt electi in Epiſcopos, ſed inſpi-
ratione diuina, non obſtante eo
quod dicitur 1. Timot. 3. & in A-
poſtol. cano. 82. Neophytus ad offi-
a cia publica nó admittitur: [a] ad quæ
tamen ſi bene inſtructus & confir
matus in fide ſit, poteſt diſpenſare
b Epiſcopus. [b] Qui adultus in ægri-
tudine, quaſi neceſſitate compul-
ſus ſuſcipit baptiſmum, uidetur ir-
c reg. & ſpe promotionis caret, [c] non
tam ob culpam negligentiæ (baptiſ-
mus enim abluit omnes culpas,)
ſed quia pręſumitur illum recepiſ-
ſe non tam ſponte, ut uere pœni-
tens, ſed timore mortis. ſi tamen
fides eius & uita probabilis appa-
reat, vel ſit penuria clericorum poſ
d ſet ordinari. [d] quidam addunt a-
e lios caſus: [e] At non faciunt irregul.
ſine expreſſo iure, niſi adſit in-
famia.

x per cap. fin. 30. diſtin. [x] cap. ſicut. 48. diſtin. ſup. cap. 2 § ſecundo, R. vbi quod B. Ambroſ. adhuc catechumenus fuit poſtulatus in epiſcopum. ſed ſi ab infantia, aut elapſis decem iam annis baptizatus eſt, non ita dicitur, Nauar. num. 205. cum Felin. cap eam te. de reſcript. Couarru. clem. par. 1. §. ſecundo, num. 7.
y [y] cap. monaſterijs. 19 quæſtio. 3. Concilio Arelaten. ſub Syluest. 1. canon. 1. & Syricius Papa habentur 48. diſtinct.
z [z] capit. quoniam §. prohibentur. 48. diſtin Ange. Syluest. Tabien. verb. neophytus. Aſten. lib. ſexto, titu. decimoſexto, ſumm. confeſſ lib. 3. titu. decimoquarto, Couarru. ſup Maiol. libro primo, refert de quibuſd. epiſcopis neophytis.
a [a] Concil. quartum Toletan. ca. 63. habetur capit. conſtituit. decimaſeptima, quæſtione quarta. Couarruuias dicto §. ſecundo, num. ſeptimo. Maiol. lib. primo, cap. 31.
b [b] Dict. Concil. quart. To letan. capit. 45. Maiol. num. ſexto. Couarruuias, Tiraquellus, de pœnis remittẽd. cauſa 51. nume. 19.
c [c] Concil. Neocæſaren. capit. duodecimo, capit. ſi quis. 57. diſt. vid. Euſeb. lib. 6. Hiſtor. cap. 31. ſumm. confeſſ. ſup. Aſten. lib. ſexto, titu. 23. Syluest. irregul. §. 21. Armil. §. 85. verſicu. 18.
d [d] Dict. cap. ſi quis. Maiol. libro primo, capit. 31. ex dict. Concil. Toletan. cap. 65.
e [e] Vt ait Maiol. lib. 3. capit. ſeptimo. ſi uerum baptiſmum recepit ſed cum notorio obice. 2. Maiol. cap. decimo. ſi per metum grauem baptizatus eſt. 3. Maiol. capit undecimo. & lib. 5. cap. 51. ſi vagus aut ignotus baptizetur abſque præuia examinatione, & lapſu triennij, vt uagus non eſt facile copulandus matrimonio. 4. ſi notorium ſit ab hæretico fuiſſe baptizatum, extra neceſſitatem extremam, ait Maiol. lib. 3. c. 12.

C A P. V.

De enormi, & notorio crimine: de infami, curiali, aut ratiocinijs obligato.

§. 2. *Enorme crimen occultum, vt nefarium, non facit irregularis ſi prælatus interdicat ob occultum crimen.*

3 *Infamia iuris aut facti ex delicto aut officio vili, (non tamen ob paupertatem) & facti tollitur facile.*

4 *Ex crimine alieno, vt ex parente (ſi damnatus eſt de hæreſi, aut ſi mater erat meretrix) vel ex vxore, de curiali & ratiocinijs obligato.*

EXiſtens in peccato mort. etiam
occulto non poteſt digne reci-
pere ſacramentum ordinis, ut nec
a alia ſacramenta: [a] nec ſacerdoti aut
epiſcopo dum iacet in peccato licet
miniſtrare in officio ordinis ſacer-
dotalis aut epiſcopalis. In crimi-
ne ſunt tria conſideranda ad irre-
gul. Primo qualitas, ut ſit publi-
cum aut notorium, quantitas, ut
Enorme dicitur in clerico homici-
dium, periurium cum falſo teſtimo
b nio in iudicio: [b] hæreſis, ſimonia,
ſodomia, & quædam ſimilia. Qui-
dam aiunt enorme, licet ſit occul-
c tum, facere irregul. [c] vt de ſimonia
in ordine dicitur à quibuſdam face
re irregul. ſed reuera tantum eſt ſu-

C A P. V.

a SVpra [a] lib. de ſacramen. cap. 21. [b] cap. fin. quæſitum. de temp.
b ordin. vbi Franc. & citati inf. O. Aſten. lib. ſexto, titu. 6. col. 3. Soto, relect. ſecre. in princip Nauar. cap. vigeſimoſeptimo, nume. 248. Villadieg. Quidam addunt adulterium aut ſtuprum uirginis factum ab initiato ſacris, ubi ſimul eſt ſacrilegium. Maiol. lib. primo, cap. ſecundo, regu. 14 cum ſpeculat. titu. de diſpenſat §. iuxta,
c & in Repertor. lib. primo, titu. hæ ſunt irregul. [c] Citati ſupra cap. 1. §. ſecundo, Anton. 3. par. titu. 28. capit. 1. §. ſeptimo, Villad Syluest. irregul. § quarto, 14. 27. enorme. §. ſecundo, Angel. cum glo. cap. fin 21. diſtin. (ſed falſo Nauar. citat vigeſimaquinta, diſtin.) Maiol. lib. quinto, cap. duodecimo, & putat colligi ex Trident. ſeſſio. 24. reform. cap. ſexto, videtur Soto, diſtinct. 25. quæſt. 1. 3.

col.

ſuſpenſus qui culpa ſua ſic ordinẽ
d recepit. [d] at ſi bona fide ordinatus
eſt, (dum pater pro filio inſcio dedit
pecuniam epiſcopo aut mediatori)
non impeditur ab ordinum vſu,
e nec eſt irregular. [e] ſodomia non di
citur à Doctor. facere irregul. ſed
in ſolo clerico facere eum ſuſpen-
ſum (quę ſuſpenſio ſæpe inducitur
pro crimine occulto) quod ſi ita mi
niſtret in ſacris, aiunt fieri irregul.
At nec iure antiquo nec proprio
motu Pij V. probatur eſſe ſuſpen-
f ſus: & multo minus irregul. [f] niſi
dum tale crimen enorme eſt noto-
rium. Per pœnitentiam vero qua
crimen fit occultum homo non li-
beratur ab irregul. prius contracta,
g ſed eget diſpenſatione. [g] In qualita
te criminis publici attendendus eſt
h gradus triplex, [h] dum dicitur fa-
moſum, manifeſtum, aut notoriũ.
Primo famoſum eſt quod nititur
fama in maiori parte vicinię ex in-
dicijs tantum & præſumptionibus,
quæ infamia tollitur indicta purga
tione. 2. manifeſtum quando infa-
mia maioris partis viciniæ orta eſt
à ſcientibus: atque ita eſt publicum
per operis euidentiam, vel per con
feſſionem rei ſponte factam in iu-
re & non metu probationum: vel
ſi extra iudicium fateatur ſe com-
miſiſſe, quæ tamen confeſſio com
muniter non parat præiudicium
ſic confitenti extra iudicium. No-
torium ſimpliciter dicitur. Primo
quod procedit ex ſcientia maioris
partis viciniæ, ita vt nulla poſſit
tergiuerſatione celari, quia his
omnibus factum eſt euidens: vt
ſi videant hunc habere domi con-
cubinam publice, quaſi vxorem.
Secundo dicitur notorium, ſi per
ſententiam iudicis damnatus eſt.
Tertio ſi conuictus in iudicio, aut
timore probationis confeſſus eſt
i crimen in iudicio. [i]

2 Nullum crimen enorme & de
poſitione dignum, dum manet oc-
cultum (excepto homicidio) facit
k irregul. [k] ſed quando eſt ſimplici-
ter notorium. vt hæreticus noto-
rius, licet reſipiſcat & recôciliatus
l ſit, eget diſpenſatione irregu. [l] ra-
tione ſcandali & infamiæ. ceſſante
tamen infamia per pœnitentiam,
in ea irregul. ex crimine iam occul
m to, diſpenſare poteſt Epiſcopus. [m]
At ſi irregul. ex tali crimine noto-
rio abſque pœnitentia celebret, nõ
n incurrit nouam irregul. [o] vt nec
homicida qui celebrat. 2. Olim cle
ricus fiebat ſuſpenſus ob crimen
notorium mediocre (quod eſt mi-
nus adulterio, vt ſi ſacris initiatus
o habeat côcubinam ſolutam. [o]) Et
hic ſi ante pœnitentiam miniſtraſ-
p ſet in ſacris, fiebat irregul. [p] 3. cri-
men quod ex ſpecie ſua impedit
omnem vſum ordinis ſacri in per-
q petuum, dicitur facere irregu. [q] &
impedire promotionem ad vlterio
r res ordines. [r] nam ſola ſuſpenſio
non prohibet omnem vſum ordi-
ſ nis in perpetuum: [ſ] & ſuſpenſus
à ſolo officio ſubdiaconi, non im-
peditur fieri diaconus: & quædam
ſuſpenſio vt à beneficio, non impe
dit vſum ordinis. 4. Qui à proprio
prælato præſertim regulari, prohi-
t betur notorio præcepto, [t] recipe-
re ordines, aut miniſtrare in il-
lis (etiam ob occultum vitium
quod ille extra confeſſionem no-
u uit. [u]) quidam aiunt eſſe interdi-
x ctum aut ſuſpenſum, [x] ac ſubin-
de ſi ordines ſacros recipiat, aut
miniſtret in illis fieri irregul. At
non fit, niſi prælatus ſub cenſu-
y ra vetuerit: [y] & primo actu fit ſu-
z ſpenſus, [z] iterata vero violatione
fit irregul.

3 Generaliter qui ab ordinum
promotione (ad quos requiritur cla
ritas quædam perſonæ) aut execu-
5 Qui prætextu publicæ autoritatis occidit illicite, fit irreg. huius ſpeciei: ut iudex, qui ob cauſam leuiorem damnat iniuſte ad mortē, uel ad grauem pœnam ex qua reus e iniuſte deformatur. e & qui in bello plane iniuſto pugnat, aut iuuat f auxilio uel conſilio. f In cauſa tamē belli dubia proprii milites (qui cauſam examinare non debent) obediant principi, qui publica autoritate bellum indixit. Quamuis uero poſtea conſtet bellum fuiſſe iniuſtum, hi qui bona fide militarunt, non tenentur reſtituere damnum illatum ratione acceptionis. g g nec fit irreg. qui in tali bello hor- tatur, adiuuat, uel uulnerat, ſi ne- h minem propria manu occidat. h

a Maiol. ſup. rum Innoc. Syluest. homic. 3. §. d. verſ. 3. §. 7. uerſ. 13. videtur Raym. Alberic homic. 4 ſi. Naua. nu. 223. Coua. Villad. c. 6. num. 47. ſ Sup. c. 3. § 4. H. cita. Maiol. nu. 8. cum Specul. & Alber. Ang. irreg. §. 11. Perez cum Villad. c. 6. nu. 45. Hoſtien. Anan. Ioan. Andr. contra t Brixien. q. 15. t Fatetur Soto lib. 5. q. 2. 2. col. 4. commu. videtur Caie. 2. 2. q. 64. 8. Nau. num. 223. ad ſi. Syluest. hom. 2. § 2. Ant. c. 2. in princ. Ledeſ. Villad. irreg. 3 §. 6. Roſel. hom. 3. §. 1. Coua. §. 2. num. 4. Cord. caſ. 34. vide u caſ. 37. & 55. u Couar. §. 2. nu. 9. uerſ. 4. Caſ. Naua num. 223. etiam Hiſpa. per c. presbyterum c. ad audientiam. c. tua nos. Maiol. lib. x 5. c. 48 §. 4. nu. 6. x y Nauar. y nu. 223. Coua. num. 9. cum Carrer. de homic. §. 6. num. 32. Henric. Innocen. Abba. Felician. Hoſtien. d. c. ſignificaſti. Syl. homic. 2. § 2. hom. z 3. §. 7. uerſ. 1. z Doctō. ſup. Couar. Placa. c. 13. Caietan. & Soto quādo vul a nus erat leue. a Caie. Soto, Couar. & omnes Recen. magiſtri per c. exhibita, vbi gloſ. Quare ille puer excuſatur ab irreg. quia non percuſſit illicite, & effectus in cauſa, & in leui vulnere per curationem impedito) non eſt voluntarius. b b Cita. ſup. c §. 3. L. c Fatetur Nauar. num. 223. cum Anton. Calder. Roſel. Armil. Ledeſ. Villadieg. c. 6. Syluest. homici. 1. §. 11. etiā ſi mors contingat ex culpa medici, aut ex malo regimine, aut ex febri ſuperueniente. vt ſi pa- d ter aut magiſter caſtigans vulnerauit leuiter. d e Soto & Recen. e quod fatetur Nauar. nume. 236. Couar. dicit commu. Syluell. homicid. 2. §. 2. & 28. per cap. presbyterum. cap. ad audientiam. de homicid. vt ſi excedens modum in punitione, non adhibuit debitam diligentiam, ne percuteret in capite aut loco periculoſo: at ſi iudex iubet furem flagellis cædi ſecundum præſcriptum legis,

an

CAP. XV.

De caſuali homicidio.

§. 1. *Quando excuſatur clericus, licet det operam rei illicitæ.*

2 *Præuiſi effectus periculum poteſt per diligentiam caueri.*

3 *De clerico venante, aut aucupante, & variis caſus.*

4 *& 6. De aborſu, & cauſa eius. De carcere humido. ſi mittam puerum ad aquam? de inſidente equo feroci.*

5 *De cuſtode infirmorum.*

7 *De infante furioſo, ebrio, aut dormiente ſi occidat.*

CAſus à Philoſ. lib. 2. phyſ. dicitur effectus raro contingens ex cauſa per accidens: & homicidium dicitur caſuale, quod raro ſequitur ex tali cauſa licita uel illici- a ta. a ſi quis dabat operam rei licitæ, & cum debita cautione excuſatur omnino à culpa euentus, dum ſecuta eſt occiſio hominis mere ca- b ſualis, hic excuſatur ab irregular. b Interdum id quod fuit cauſa homicidii caſualis, eſt res illicita, & tamen homo excuſatur ab irregul. Vt clerico beneficiario aut ſacris initiato quædam ob periculum ſanguinis prohibentur, quæ ſunt ſtatui indecentia, ut uenatio aprorum, c ex qua interdum ſequitur c caſuale homicidium: & officium chirurgi cum inciſione & aduſtio- d ne. d Et tamen clericus hæc faciēs cantè, licet peccet contra iura, non e fit irregular. e quia caſualis occiſio non fuit ſibi uoluntaria in cauſa, dum adhibuit præcedentem cautelam pro rei qualitate. Nec fit irregul. ſi in cauſa fuit culpa tan- f tum uenialis: f quia pœna irregu. ob culpam, cum ſit ualde grauis, requirit plene uoluntariam, & ut effectus ſecutus procedat ex his quę homo perfecta ratione debiti g debet remouere. g Non fit irregu. parens ſi infantem lecto poſitum

a DE a caſualis homicidij irregul. Villadieg. c. 6 num. 37. Anton. 3. part. tit. 29. rapit. 2. Syluest. irregul. §. 1. & 2. homicid. 3. Ang. homicid. 5, vbi & verb. irregul. Roſel. Tabien. Arm. Turrecr. c. ſi quis viduam. 50. d. Couar. clem. part. 2. §. 2. Doctor. 4. d. 25. vbi Paludan. q. 3 art. 2. Soto q. 1. artic. 3. & lib. 5. iuſtit. quæſt. 1. artic. 9. Ledeſ. 2. part. q. 26. 2. Cordub. lib. 1. q. 26. Fr. Medin. 1. 2. q. 73. art. 8. & lib. 1. inſtru. cap. 18. §. 10. Nauarro cap. 27. numero 218. & b ſeq. b Nauarro nu. 218. 221 & ca. 25. nu. 6. Soto, & Do- c ctor. cit. c Peña, Cano, Frat. Ambroſ. Fr. Medi. ſup. Soto maior, & poſteriores Theologi. At venātem clericum damnant irregula. Soto lib. 5. iuſtit. q. 5. artic. 3. & generaliter, quæſtio. 1. artic. 9. Nauarro relect. de furto. num. 23. Couar. §. 4. nu. 10. vid. nu. 3. & colligitur ex Villad. c. 6. nu. 38. quia dat operam rei illicitæ & periculoſæ. Reſpon. per diligentiā excuſatur, ne periculum imputetur ſibi vt cauſæ volūn- d tariæ. d Citati ſupra ca. 3. §. 4. c. 11. e §. 1. e Eodem c. 3. §. 4. lit. I. M. quod caſuale homicidiū non imputatur clerico chirurgię perito. Nec Sylu. uerb. corp. uitiat. dicit, niſi quod clericus nō debet ſic curare, ſed fieri irregular. ut Couarru. §. 4. num. decimo, cum mult. & Villadieg. capit. ſexto, nume- f ro 38. f capitu. 3,

g §. 1. g ſup. cap. 3. §. 4. V. Quare quòd D. Thom. 2. 2. q. 64. 8. ait imputari ad irregul. ſi procedat ex iis quæ homo remouere debet: intelligitur de perfecta ratione debiti, q eſt in peccato mort. vt explicant Recen. citati C. & fatetur Sot. q. 1. ar. 9. col. vlt. tenet Nauar. c. accepta. oppoſ. 8. illat. 9. nu. 34. rel. de furt. a nu. 13. 17. & clare nu. 21. 23. c. 27. nu. 249. §. 7. & Hiſp. nu. 236. 238. fin. & c. cum contingat. de reſcr. p. 165. cum Archid. Peruſ. Franc. Hoſt. Socin.

oppreſſit caſu, ſine lata culpa: [h] nec qui in ſui defenſione exceſſit venialiter moderamen tutelæ. [i]

2 Interdum quod ſecundum ſe eſſet veniale, fit mort. propter euentum homicidii, qui poſitus his circunſtantiis præuidetur ſequendus in particulari: [k] ſed excuſatur inprudens ſi adhibeat diligentiam, ne effectus probabiliter præuiſus imputetur ſibi in nouam culpam. [l] At quando ex tali cauſa frequenter & moraliter ſequitur homicidium, qui vult eam cauſam & dat operam tali rei illicitæ; videtur cõmuniter fieri irregular. ſecuto effectu: [m] de his enim iura ita in foro exteriori iubent præſumi irregul. qui enim vult cauſam determinatam & quaſi neceſſariã, hic ſubinde vult effectum quod cõmuniter in re mortali inde ſequitur. At ſi Theologus prudens perpenſis circunſtantiis quæ concurrebant, arbitretur hũc præmiſiſſe diligentem cautionem per quam excuſatus eſt à noua culpa mort. periculi, & à ſpecie ipſius euentus ſecuti, hic non fit irregul. [n] in conſcientia: quia euentus cenſetur per accidens & caſu ſecutus, nec huic eſt ita uoluntarius, vt ſub nouo mortal. grauet culpam rei quæ dicitur cauſa. Facilius excuſatur a mort. qui ex cauſa veniali præuidit ſecuturam ſibi pollutionem, [o] quia illam moraliter patitur abſque vllo alterius præiudicio.

3 In his quæ clericis prohibentur ob ſolam decentiam ſtatus, facilius excuſatur ab irregul. caſualis occiſio: vt induſit venationi ceruorum, aut cuniculorum prohibitæ, præmiſſa tamen diligentia, caſu occidit hominem, quem putabat feram. [p] aut ſi ſe exercens in balliſta, aut alio ludo illicito ſagittam dirigebat in volucrem, & incidit in hominem. Facilius excuſatur laicus dans operam rei licitæ, ad quã habet ius in utroq; foro: [q] quãuis excedat, aut negligens ſit uenialiter in uitando periculo præuiſo, aut quod præuidere & præcauere debuit. Temperandi ſunt qui in ſeq. caſibus damnant irreg. 1. ſi quis præſertim clericus, fecit luctã cum laico aut clerico & inſiliẽs in illum, forte gladius de vagina cadẽs occidit alterum. [r] 2. ſi pater aut magiſter modum nimis exceſſit, percutiens in capite aut alio periculoſo loco, ex quo percuſſus obiit aut deformatus eſt. [ſ] At Iudex qui publica autoritate ſecundum legis præſcriptum iubet furem flagellis cædi, non fit irregu. quanuis executor excedens occiderit. [t] 3. qui illicite fecit chartas luſorias, quibus utens quidam, occidit in ludo colluſorem, non fit irregul. [u] aut ex ferro quem ſurripui fecit enſem, quo quidam alium me inſcio occidit: [x] 4. ſi clericus illicite pulſauit campanam tempore interdicti, & caſu cadens tintinnabulum occidit: & tamen in iure præſumitur irreg. [y] quando non bene ligauerat tintinnabulum. cædens arborẽ alienam, quæ incidit in quendam caſu prætereuntem & occidit. [z] licet id opus ſeruile fecerit die feſto. Si clerico in negotiatione probibita tractanti accidat caſu homicidiũ. [a] 5. ſi quis induxit ſocium ut intrarent alienam uineam cauſa furti, & occiſus eſt ſocius à cane vel cuſtode vineæ. [b] ſi mandauit famulo rapere fœminam in ſuam libidi-

d

Ioan. Andr. Panor. Villad. c. 6. quos ſequitur Couar. §. 4. num. 10. Caſtr. 2. leg. pœna. c. 14. propo. 2. ſol. 245. 254. quod dictum Nauar. eſſe aureum pro ſcrupuloſis dicit Perez ut. 1. lib. 5. ord. p. 27. tit. 13 li. 8. p. 256. Item ſaltem leuiſſimam culpam in omittendo non eſſe ſatis pro irreg. Sylu. homic. 1. §. 23. ver. 2. cum Ang. irreg. § 3. Cord. citatus c. 3. §. 1. B. Et generalius Sylu. homi. 3. num. 2. verſ. 4. regula. & §. 15. hom. 3. §. 2. & colligitur ex cap. fin. de hom. quod tamen aliter explicat Sylu. homic. 1. §. 7. verſ. 4. Dum verò Caiet. 2. 2. q. 64. 8. & interdum D. Tho. 1. 2. q. 20. & 5 & add. q. 39. 4. ad 3. damnãt irreg. ſi dabat operã rei illicitæ, quamuis excuſet à noua culpa & grauitate, idem Inno. Panor. Feli. Troti. lib. 2 c. 27. communis Canoniſt. Nauar. rele. de ſurt. num. 12. c. 27. nu. 220. & ſeq. cap. 15. nu. 6 fin. ſunt explicandi ſicut & iura, quando illa res eſt illicita vt cauſa talis effectus, ita ut euentus præuiſus in cauſa (licet re ipſa non ſequatur) grauet malitiã peccati, ob periculũ, cui homo ſe exponit. Sic etiam Angel. homic. 2. §. 1. Tabien. §. 3. Arm. §. 9. Sylu. homic. 2. not. 1. hom. 3. §. 4. Poſſic. in direc. [h] Ang. homicid. 2 §. 15. Naua. nu. 236. §. 25. nu. 230. fi. & prælud 9. num. 10. c. 15. nu. 13. Cou. § 4. num 9. Alber. homicid. 3 fin. Maiol. lib. 3. c. 2. nu. 6. li. 5. c. 48 §. 3. nu. 9. Fr. Lud. 1. par. c. 2. vid. D. Th. 2. 2. q. 154. 5. ad 2. c. quæſitum. de pœn. & remiſ. c. conſuluiſti. 2. quæſt. 4. ut ſi oppreſſit ex negligentia ueniali, de qua ſup. cap. 3. §. 1. Nauarro nu. 249. gloſ & Panorm. dict. cap. quæſitum Felic. cap. 9. pag. 489. At fit irregul. ſi ex lata culpa oppreſſit. aiunt hi Doctor. Petr. Naua. lib. 2. reſtitut. cap. 1. num. 54. [i] ſup. cap. 3. §. 4. cap. 10. §. 2. [k] Sylu. homic. 3. §. 23. (ſic ignorantia de ſe venial. fit interdum cauſa peccati mort. Caiet. 1. 2. q. 76. 3. & 2. 2. q. 150. 2. dub. 1. cui fauet ibid. D. Thom. & 1. 2. q. 20. 5.) & add. q. 39. 4. ad 3. ita ſunt limitandi qui aiunt dantem operam rei illicitæ fieri irregul. Alias ſunt interpretandi; vt ſup. G. [l] Quia per diligentiam impeditur cauſa, ne effectus ſecutus, aut pollutio nocturna imputetur ſibi ad culpam: commu. Recentior. & in conſcientia excuſatur à ſpecie homicidij per accidens & caſu ſecuti. [m] Soto. Fr. Medin. 1. 2. q. 73. 8. Caieta. cum D. Tho. 2. 2. q. 64. 8. gl. c. ſicut dignum. §. fi. c. continebatur. & quidam Recent. Couar. §. 4 nu. 1. & ſeq. Atque ita interpretatur infra §. 1. nu. 2. uerſi. ſic ſane. Perez cum Villadieg. c. 6. nu. 37. Cord lib. 2. quæſt. 26. (vt fornicatio ſemper eſt illicita cõtra ius naturæ: quia ſatis eſt ex ea communiter ſequi periculum male educendi prolem.) de his loquuntur infra. c. ſicut ex litteris. c. tua nos. de homic. Soto. Fr. Medi Cord. Coua. nu. 8. & 9. [n] Recen. citati C. Fr. Medin. & fatentur Maiol. lib. 5. c. 48. §. 3. num. 2. Syluest. ſignificat. ver. homic. 2. in princ. & §. 3. 20. Tabien. irregu. 1 § 3. [o] Dictum eſt lib. de euchar. c. 51. [p] Vt Lamec dicitur occidiſſe Cain, & hic caſus frequenter refertur à Doct. & dicunt ir-

reg. Ang. hom. 2. §. 13. Maiol. li. 5. c. 48 §. 3. nu. 5. cum Sylu. hom. 2. §. 5. Tabie. irreg. 3. §. 19. Caie. 2. 2. q. 64. 8. Caſtro. 2. leg pœna. c. 14. Socin. iun. conſ. 58. lib. 1. At hæc venatio cum ſit ſine periculo, non facit irregular. Couar. §. 4. nu. 10. Soto q. 1. 9. col. 6. Recen. Naua. rel. nu. 23. & c. 27. nu. 235. 237. limitat de venatione periculoſa, vt aprorũ. ſup. C. & Recent. nam alia non tam ſtricte probibetur clericis & monachis. c. qui uenatoribus. 86. d ꝓpter decentiam tamen non licet frequens venatio monachis nigris, dum fit ex propoſito, cum canibus ſimul & auibus. Clem. ne in agro. de ſtatu monach. Naua. c. ſtatuimus. de regula. num. 26. Arch. d. c. qui venatorib. Felic. tit. de ſuſpenſ. c. 11 pag. 263. Perez l. 1. col. 6. titu. 22. lib. 2. ord. Petr. Nau. lib. 3. reſt. c. 1. nu. 288. uid. Cou. reg. peccatum. 2. p. § 8. nu. 3. Summiſ. ver. venatio. Aſten. lib. 6. tit. 50. art. 3. nec peccãt regulares ſi raro ob recreationem abſq; ſcãdalo id faciant. & quamuis peccaret parochus (ut ſi cupiditate uenãdi dimittat ſuos abſque miſſa in feſto) id tamen peccatũ non dirigitur, ut cauſa in homicidium caſuale: nec ob cauſam uenialẽ incurritur irregul. [q] ſup. c. 3. § 1. [q] Nã laicus tũ ſit exercitatus in torneamẽtis etiam equeſtribus, in venatione aprorum, aut in officio chirurgi, facile vitat periculum occiſionis, quod eſt in hac exercitatione. [r] c. continebatur. de homic. Coua. §. 4. nu. 4. Nau. nu. 221. Sylu. homi. 2. §. 4. Ang. hom. 2. §. 9. Maiol. lib. 6. c. 48. §. 3. num. 3. aiunt irreg. ſed mox explicatur in c. lator. ubi qui in ſimili caſu præcauet periculum, non fit irreg. Naua. Coua. nu. 8. Soto lib. 5. q. 1. & Recen. Sed ꝓ foro exteriori ob circunſtantias tunc concurrentes (quas d. c. continebatur, non explicat: ut nec iudex ſolet explicare omnes cauſas in ſententia) præſumitur irreg. & non adhibuiſſe debitam diligentiam. At falſo Coua. nu. 8. fi. ſignificat fieri irreg. clericum, ſi ludat ludat ludo prohibito, quo viri exercentur. [ſ] Sup. c. 14 §. 4. D. de caſtigante diſcipulum. Naua. nu. 235. & Hiſp. 236. & c. 15. nu. 8. Dabie. irreg. 3. §. 6. Sylu. hom. 2. §. 1. & 28. Coua. §. 4. nu. 5. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 3. nu. 11. 12. Felic. c. 9. pag. 487. per c. preſbyterum. c. ad audientiam. de homic. Coua. nu. 1. & 5. [t] Nau. nu. 233. Sylu. hom. 1. §. 7. uer. 4. [u] Couar. §. 4. nu. 6. Soc. [x] Coua. & Caſtro. [y] c. Ioannes c. ex literis. el. 2. commun. & Canoniſta. Sylu. homic. 2. §. 10. præſumitur irregu. in ſoro exteriori ob quaſdam circunſt. concurientes. At in conſcientia non eſt, ſi non aduertit, nec ex officio tenebatur aduertere. Nauar. nu. 235. fin. 237. Couar. §. 1. nu. 3. §. 4. nu. 10. uerſ. 5. Soto q. 1. art. 9. Fr. Medin. & Recen. Tabien. irreg. 3. §. 1. & 19. Meiol. num. 9. col. 3. Villadieg. cap. 6. num. 40. [z] Non eſt irregul. Nauar. num. 237. & laudat Sotum in hoc & relect. de ſurt num. 17. 22. contra Syluest. & Maiol. num. 9. At bene Syluest. homicid. 3. §. 18. Tabien. irregul. 2. §. 1. 19. [a] Nauar. nu. 237. & rele. de ſurt. nu. 18. cont. Sylu. homi. 3. §. 1. uer. 6. [b] Socin. non

fit

c fit irreg. Recent. contra Nauar. rele nu. 24. [c] Cou. p. 2. §. 1. num. 2. d verſic. ſic ſane. & citat Doct. com. Syl. homic. 1. §. 8. verſ. 2. [d] Coua. §. 4. nu. 6. Maiol. c. 48. § 3. nu. 4. cum Inno. Hoſt. c. exhibita. Hugut. ſumm. confeſ. q. 19. Alberic. homic. 3. Syl. homic. 5. §. 21. addit quando è proximo coniecit (quod ſolet turbare) ita vt dignum eſſet illum declinare ictum. Tab. irregu. 5. § 4. [e] Sylu. & alij. Maiolus nu. 5.

Maiol. nom. 14. cum ſum. conf. q. 26. Alberic homicid. ſexto, fin. x Syluest. homicid. 2. §. 27. Tabie. irreg. 3. §. 1. & 7. [z] Syl. ſum. confeſſ. a [a] Tabie. §. 10. Syluest. homic 3. § 7. cum Hug. Naua. nu. 221. b Maiol nu. 13. per c. ſignificaſti. de homic. [b] Nauar. nu. 238. in princ. c op. & rel. de furt. nu. 23. fi. colligitur ex Soto, & Recent. [c] Sup. ca. 13. §. 4. & præſertim ſi clericus ſpõte dedit aut mutuauit gladium, præſciens periculũ. Nauar. nu. 212. fi. Maiol. nu. 17. [d] Nau. nu. 221. 237. & colligitur ex Soto & Rec. quamuis hũc damnent irreg. Maiol. ſup. cum Felin. Ploue. de irreg. no. 13. 14. Carrer. practic. crimin. titu. de homic. §. circa nu. 69. [e] Tab. irreg. 3. §. 17. Syl. homic. 3. §. 5. verſ. 9. duellũ. §. 7. cap. ſi de purg. vulg. vid. Ang. ver. purgatio Nauar. c. 11. nu 40. Cou. 4. Var. c. 23. D. Tho. 2. 2. q. 95. 8 ad 3. [f] Sup. c. 11. §. 1. ca. 8. § 4. cũ curialis. ca. 5. ad ſi N ſi omittat curare cap. 12. § 7. [g] Coua. § 4. n. 9. col. 2. cum Sylu. homic. 2. §. 5. vid. §. 15. & 23. & aſſerunt exemplum, ſi qoia mercede conductua amittit depoſitũ, tenetur de culpa leuiſſima. [h] Nau. n. 228. fi. cum Specu. & Hiſpa. nu. 219. Syl. homic. 2. § 15. Medicus §. 8. homicid. 1. § 8. verſ. 7. Ant. tit. 28. ca. 2. § 4. fi. Sot arti. 9. col. 4. Victo. §. 229. alias. 239. Caie. ar. 8. commu. Recent. d. eſt ſup. ca. 3. §. 1. i Couar. inſ. num. 3. [i] Citati G. H. Sylu. ſup. & Medicus §. 7. verſ. 3. Nau. Ant. Specul. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 1. n. 2. Soto & Recen. k [k] Sup. c. 14. §. 3. L. l [l] Nau. nu. 228. fi. cum Specu. recepto. m [m] Sup. cap. 3. § 4 nec magis prohibetur ſacerdos quam laicus. Nauar. Syluest. homicid. ſecundo, §. 15. & eſſe communem Canoniſt. At caueat dum infirmus agnoſcat. Nauar. nu. 229. Victor. Soto. Caieta. q. 64. 8. Villad. c. 6. nu. 34. Syluest. homicid. 1. §. 8. verſ. 7. homic. 3. §. 2. verſ.

nem, & ille rapiendo occidit, dominus non fit irregular. [c] quia mandatum nõ dirigebatur ad mortem. 6. at ſi conieci lapidem aut ſclopum in Petrum, qui vt vitaret iniuſtum ictum, impegit in lapidẽ, aut præcipitio perijt, fio irregul. [d] ſecus ſi abſque dolo & à longe ſic inijciẽs terrefeci hominem eo modo, qui non ſolet perturbare. [e] ſi declinans meũ ictum impegiſti in Paulum, qui eo impetu occiſus eſt: tu non efficeris irregul. [f] ſed ego [g] quod ſi Paulus ſic percuſſus erat clericus, ſimul incurro excom. [h] 7. ſi terrefeci ioco virum meticuloſum, qui percuſſus eo graui metu obijt, fio irreg. [i] Aut ſi iuuenes ex ludo rumpant veſicas, & illarum fragore faciant fœminam abortire. [k] Circulator aut alius ſi defetat ſerpentes, vrſos, aut leones, & ludo exterrens occiſus eſt aliquis, fit irregul. [l] ſi domi cuſtodit leonem aut vrſum, & quia incaute ſoluit, occiſus eſt aliquis: [m] ſi tamen bene ligatum tenebat, & ſine eius culpa ſolutus eſt, non fit irreg. [n] niſi has feras ligatas ponat in via, aut publico loco, quæ incautè accedentes occiderunt, [o] nam hic cuſtos prohibetur deinceps habere, & per leges punitur ducentis ſolidis.

4 Excuſat clericus vel monachus ſi caute ludat & ſaliet cũ prægnante (licet illicitũ ſit propter aliquale periculum) & aborſum fecit: [p] Niſi prægnantem quam ſolicitauit, fecit venire per loca periculoſa, vt per tectũ domus, & illa cadẽs obijt aut abortiuit. [q] At qui fabrum lignarium fecit incedere per tectum vt illud componat, non eſſet irreg. ſi ille expertus forte cecidit & mortuus eſt. [r] Reficiens tectũ & inde deijciens regulas, fit irreg. ſi verbis nõ monuit, aut poſito ſigno, vt trãſeũtes cauerent ab ictu regularũ. [ſ] 2. Si prælatus aut iudex præſertim eccleſiaſticus modum excedat, & reum delicatum conſtituat in carcere nimis aſpero & humido: [t] aut nimia inedia reum cõficiat. ſed excuſatur ſi ea durior pœna eſſet per legem aut regulam religionis impoſita, cuius executor eſt prælatus. [u] 3. ſi iudex incaute fecit inquiſitionem cõtra adulteram, quæ à marito id ſciente interfecta eſt: [a] nam attendere debuit eam inquiſitionem eſſe de ſe periculoſam. 4. ſi puerum pro aſportanda aqua miſit ad flumen aut puteum diſcoopertum, qui ſuffocatus eſt: [y] nam mittens debuit præcogitare de veriſimili periculo. [z] 5. ſi quis incedat in equo feroci cum habenis fere fractus, & male cohibẽtibus os equi, qui curſu conculcãs occidit hominẽ. [a] At ſi in mula manſueta equitaret etiam minorita per regulam prohibitus, aut infirmus cõtra medici præceptum, & caſu occideret, non fit irregul. [b] Qui viro rixoſo dedit aut mutuauit gladium fit irregul. [c] Non tamen fit irreg. clericus noctu portans arma prohibita, ſi rixoſus amicus ei inſcio aut inuito ſuſtulit, & illis armis occidit. [d] ſi clericus benedixit aquam feruentem, vt eã ſumeret fœmina ad purgationem canonicam, fit irreg. [e]

5 De chirurgo & medico dictũ eſt. [f] Qui infirmi piam curã habet ex officio, aut ex prælati regulari obediẽtia, fit irreg. ſi facit aliquid ex quo deformatus eſt, aut mors notabiliter citius accelerata eſt. Ex quidã putãt teneri de leuiſſima culpa veniali in committendo. [g] At re vera venialis negligentia non eſt ſatis, vt quis incurrat hanc irreg. [h] fit tamen reus & irregu. ſi dolo, aut notabili & lata culpa mort. id fecit: [i] vt ſi contra præceptum medici, monentis rẽ eſſe periculoſam, dedit potionem aut aliquid aliud, ex quo notabiliter citius ægrotus mortuus eſt. Quæ in his ſit lata culpa, & notabilis acceleratio, iudicat peritus artis. [k] Si infirmarius, aut peritus artis de propria culpa dubiter, quidam monent vt ſe reputet irreg. [l] & ſequatur quod tutius eſt in foro cõſcientiæ. At qui bona fide fecit, aut verſat infirmum ne anguſtietur, & molliu lectum, miniſtrat cibum, licet ſit ſacerdos, poteſt depoſito dubio reputare ſe non irregular. quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis: [m] niſi coniecturæ & rationes magis probent ex lata culpa acceleraſſe nimis mortem, dum agonizabat, vbi eſt grauis culpa in exequente. perinde fiet irreg. clericus qui conſulit aut mandat verſare infirmum incaute, aut dare potionem. [n] ubi tamen perplexus eſſet ſacerdos, dicat laico infirmario, fac quod medicus dixit, aut perpẽde ſi qua re eget infirmus, ut præſtes quod expedit. [o] Cuſtos in hoſpitali tenetur furioſos metu comprimere: ſed caueat ne eos qui ſunt ſanæ mentis uerberet, aut uerberari mandet ſine cauſa. [p] ne infirmum prouocet ad indignationem, uel ei det malum nũtium: alias ſi ex his nimia triſtitia

e [e] Sylu. & alij. Maiolus nu. 5. f [f] Nauar. nu. 236. fi. Syl. homic. 2. § 26. cum Hug. (niſi ſo fraudẽ fecit) Maiol. nu. 6. Hug. Alberic. homic. 6. ſumma confeſ. q. 27. [g] Nau. ſup. & Hiſp. nu 238. Syl Tab. irregul. 3 §. 2 Maiol. nu. 5. cum Hug. [h] Maiol. cum Anan. Hoſt. Sylu. excom. 6. verſ. Iciendũ eſt. i 4 [i] Maiol. nu. 8 cũ Anton. 3 p. tit. 29. k c. 2. §. 3. Tab § 4. [k] l [l] Maiol. Syl homic. 2 § 22. Tab §. 14. m Abb. [m] Nau. num. 227. & Hiſpa. 228. Couar. §. 4. nu. 11. cum Innoc. Abba. Card. & alijs, ſpec. Sylu. homicid. 3. §. 24. Tab. §. 18. Maiol. nu. 13. ſumma confeſ. lib 2. tit. 1. q. 28. per ca ad audientiam. n [n] Naua. o Couar. Syl. [o] Bene p Couar. p c. ca literarum. Syl. homic. 2. § 19. Tab § 14. Abb. Cou. Nauar. nu 236. & cõſ. 14. tit. 12. de homicid. lib. 5. Maio. num. 8. 14. fi. Felician. c. 9. p. 485. Couar. §. 4. nu 4 & nu. 10. verſ. 5. Fr. Ambro damnãt irreg etiã amaſium laicum, quia illicite ludit cũ ea. ſecus dicunt de ludo honeſto cũ fratre aut amico. at re vera ſi caute ludat clericus, excuſatur. q Recent. §. 1. C. [q] Nau. nu. 235. § 23. Feliciã c 9. Maiol. nu. 14. fi Syl. §. 7. & ſentit Tab. irreg. 3. r §. 14. Spec. [r] Sylu. ſ § 9. Nau. nu. 237. [ſ] Nauar. n. 235. Couar. § quarto, numero ſexto. Maiol. nu. 9 Tabie. irreg. 3 §. 1. & 19 generaliter de omni proiectione incauta. t [t] Sup. ca. 3. §. 7. u Maio n. 12 [u] Maio. n. 12. fi. Tab. irre. 2. §. 8. c. q. d. culpatur. x 23. q. 1. [x] Maiol. n. 15. at qui in publico ſermone aut prælectione ait adulteras eſſe morte dignas, non y fit irregul. ſi quis ſermonis incitatus occidat. [y] Nau. num. 236. fin.

n o 2. [n] [o] Maiol. & generaliter Nau. nu. 233. Couar. §. 2. num. primo. p [p] Maiol. cap. 48. §. 1. cum Alberic. homicid. ſecundo, alias fit irreg. ſi mors

ſi mors ſequitur. [q] Maiol §. 1. nu. 3. Summa conf. de homic. q. 11. Ant. tit. 29. c. 2. Tab. irreg 3. §. 12. [r] ſup. ca. 12. §. 7. [ſ] ſic Leuit. 12. parens maſculum, prohibetur ab ingreſſu templi. 40. diebus, vt colligit Mag. hiſtor. ſcholaſt. Perez ad Villadieg. cap. 6. num. 56. Nauar. num. 2 aa. cum gloſ. in princip. 5. d. Pan. cap. ſiquis. de homicid. Anto. 3. par. titu. 7. capit. 8. §. 1. Doct. 4. d. 25. vbi Palud. q. 3. Soto q. 1. 3. & li. 5. iuſt. q. 1 9 ad 2. Sylueſt. homicid. 1. in princip. verſ. formatur. Caiet. verſic aborſus. Coua. clem. p. 2. §. 3. num. 1. Ariſtot. 7. hiſt. animal. c. 3. & 9. Plinio. lib. 7. c. 6. At in Leuit. 12. Abulenſ. q. 21. col. 3. ex Auguſt. dicit maré formari 46. diebus, nempe plene. [t] Auicen. lib. 9. de natura animal. c. 3. marem animari 30. die: nempe à ipe quo femina ſé tit grauediné, coagulato iá ſemine: quod cõtigit octo aut 10. diebus elapſis poſt concubitũ. [u] Doct. ſup. ſed Ariſto. & Plin ſupra q. 90. di. [x] Nauar. nu. 222. fin. 193. ca. ſiquis. no 2. de pœn. d. 1. Syl. aborſ. nu. 2. homic. 1. nu. 3 argum. c. ſignificauit. 2. de homic. recen. Villad. ca. 6. nu. 36. De alio dubio ſup. ca. 3. §. 5. & c. 15. §. 4. P. [y] Nauar. d. cap. ſiquis. nu. 2. [z] [a] Nauar. num. 222. 218. Soto diſt. 25. q. 1. 3. concl. 4. commun. recent. iidem autores. Soto lib. 1. q. 1. 9. ad 2. Nau. Cou. cle. p. 2. § 3. nu. 1. [b] Nau. ca. 15. nu. 14. Couar. 3. Var. cap. 20. nu. 10. Ant. Gabr. to. 1. & Greg. pp. 14. inf. [c] ſup. lib. 3. pœ c. 10. § 2. & li. de ordin. cap. 35. §. 3. de reuocatione facta per Greg. 14. [d] Sup. capit. 3. §. 4. minor ſeptennio etiam doli capax non fit irregul. vid. Nauar. nu. 230. Perez cont. Couarr. clem. part. tertia, in princip. numero 5. [e] [f] Nauar. ſup. Couar. num. ſecundo, cum gloſ. & Car. Caſtr. 2. leg. pœn. cap. 14. [g] Nauar. Caſtr. Coua. num 3. recent. cont. Syluestr. homicid. 3. §. 2. verſic. 3. cum Anchar. [h] Bon. 2. diſtinct. 22. artic. 1. quæſt. 3. de quo late Caiet. 2. 2. quæſt. 150. 2 quando homicidium non habeat propriam ſpeciem. [i] Henric. quodlibe. 3. quæſt. 26. ſentit Diuus Thom. 22. quæſt. 150. 4. Rich. 4. d. 15. Sylueſt. ebrietas. §. 4. homicid. 3. §. 2. verſic. 3. Nauar. numero 230. Couar. clemen. p. 3. in principio, numero 2 & 3. & part. 2. §. 3. num. 4. cum Socin. & Card. Perez cum Villad. cap. 6. numero 54. recent. vt pollutio in ſomnis ſi proueniat ex cauſa mort. eſt peccatum mort. ſupra lib. de Euchariſt. cap. 51. [k] Couar. §. 2. numero 3. cum Card. Caſter. Caſtr. [l] D. Thom. ſup. cum Ariſtot. 3. ethicor. ebrius delinquens duplici pœna dignus eſt. Aretio. tractat. de maleſic. verb. ſcienter, numero 17. Caſſan. conſuet. Burgund. rubric. 1. §. 6. num. 57. Tiraquel. de legib. connub. l. 8. num. 154. Perez ſup. num. 55.

[m] quia excipitur in d. clement. ſi furioſus. vbi Guillel. & Doctor Socin. cap. ad audientiam in 10. q. 5. principali. Villad. numero 69. Nauar. num. 230. fin. 236. Caſtr. 2. leg pœn. cap. 14. Couar. p. 3. in princip. numero 6. [n] qui comparatur cum ebrio. de quo ſup. l. Sylueſt. homicid. 3. §. 4. verſ. 4. Couarru. cum Socin. Card. & Anchar. [o] Sylueſt. ſup. & Palud. 4. diſt. 32. quæſt. 1. ar. 3. [p] Couar. num. 6. dicit cõmunem Villad. Soci. Caſtr. ſentit Nauar. nu. 230. & quidam recent. [q] cap. conſuluiſti. 2. q. 4. c. quæſitum. de pœnit. & remiſ. c. de infantibus. De his q. filios occid. & in quibuſdam diœceſibus lata eſt excõ. contra eos, qui culpabiliter ſuffocant infantes in lecto, & abſolutio huius reſeruatur epiſcopo. vide Nauar. ca 27. nu. 256. & ſup. lib. 3. de pœnit cap. 14. §. 4 [r] Maiol. lib. 5. c. 48 §. 3. nu. 9. lib. 3. c. 2. nu. 6 per d. c. quæſitum, quia ſacerdos Græcus cũ vtatur matrimonio, tenẽt cautius vitare periculũ cõprimẽdi infantem ſuum in lecto poſitũ. [ſ] Naua. nu. 236. §. 25. Maio. d. c. 48. §. 3. nu. 9. Alberic. homi. 3. ſi. [t] Maiol. ſup. Cai. 2. 2. q. 64. 8. Tab. irre. 6. §. 3. & 14. Syl. ho. 2. § 23. Arm. irreg. §. 51. [u] Sylueſ. Tab. Arm. vt qui ex leui culpa amittit depoſitũ. [x] Nauar. Soto lib. 5. iuſt. q. 19. & recen. [y] ſup. c. 3. §. 1. E. [y] cit. ſup. cap. 3. §. 1. K. ca. 16. §. 3. F. Peña & commun. recent. Theo. Pet. Nauar. lib. 2. reſtit. capit. 1. nu. 42. 57. Merca. lib. 6. de contract. cap. 3. Soto Ledeſ. Cou. Perez inf. p. 309 Adde Dec. Barba. & Fran. Areti. & Roman. Alex. Corſe. Cag. Ino. c. ſicut dignũ. col. 2. n. 8. de homi. Adr. 4. de reſt. §. verſũ io foro conſciẽtiæ. Syl. ẽc verb. reſti. 3. § 8. verſ. 2. aduocatus. §. 16. 24. culpa. §. 4. iudex. 1. §. 12. Incendiar. §. 1. fi. Tiraq. de pœn. temp. cauſa 44. nu. 31. & ſigni. Greg. l. 10. verſ. fueſſen daño, ti. 15. P. 7. Mencha. lib. 1. controu. illuſt. c. 28 nu. 19 Direct. lib. 1. & colligitur ex Nau. c. 17. nu. 181. & bene c. inter verba. concl. 6. num. 371. cum Pan. Felin. Decio. Nec obeſt, quod Soto lib. 4. iuſt. q. 7. ar. 2. col. 6. ſubdit, locator tenetur etiam de leui culpa in partem damni: ſed de graui tenetur in totum. Nam ſtatim explicat, ſi modo leuis ſit peccatũ mor. At alij dicunt in contractu cõmodati in propriã vtilitatẽ, tenetur de leui: non in pœnã, ſed ex natura contractus, cuius cõditiones & onera explicat lex ciuilis. vt dfr. Cou. a. p. ſponſ. c. 6. §. 8. nu. 12. 14 Perez. l. 2. tit. 7. lib. 5. p. 210. col. 1. & 2. Nauar. c. 17. nu. 179. 184. Cordub. Caſ. 55. Pet. Nauar. lib. 3. reſtit. c. 3 nu. 5. & ſeq. frat. Med lib. 2. inſtr. c. 14. §. 30. col. 4. fr. Ludo. a. p. inſtr. c. 100. au ſi. g. probabile dicit Adr. At limitãdi ſunt pro foro exteriori, vt pro leui culpa cõmiſſionis dãnet iudex. [z] quia culpa

affecto acceleratur mors, ille fit irregul. [q] aut ſi omittat opportune miniſtrare neceſſaria infirmo, quæ medicus mandauit. [r]

6 Circa aborſum prægnantis cõueniũt philoſophi, fœtui maſculo infundi animã rationalem die quadrageſimo. [ſ] poſt ſemen ſuſceptum (licet quidam medici dicant die triceſimo, [t]) fœminæ infundi die octogeſimo: [u] & prolem motu quodam intra viſcera oſtendere infuſam ſibi animam. In dubio, fœtus præſumitur maſculus, & fit irreg. qui abortire fecit poſt 40. diem. [x] ſed facilius ex ſtylo pœnitentiariæ conceditur diſpenſatio. [y] Qui dedit medicinas ſeu venena ſterilitatis (ita vt fœmina concipere prolẽ, aut virgenerare non poſſit) nõ eſt irregul. [z] nec ſi aborſus factus eſt ante infuſionẽ animæ. [a] Sed quia ea culpa reducitur ad homicidiũ, [b] Sixt. PP. V. ſtatuerat duriores pœnas: quas tamẽ merito Gre. XIIII. ſucceſſor illius temperauit. [c]

7 Pont. in clem. vnic. de homici. negat fieri irregul. furioſum, infantem [d] aut dormientem, ſi forte ſit cauſa homicidij caſualis, quia ad irregul. requiritur perfectus & deliberatus rationis vſus, & volũtariũ quale ſufficit ad peccatum mortal. Furioſus in d. clem. excuſatur ab irregul. nec punitur legibus ſi occidat [e] (quamuis ex culpa graui in furiam aut phreneſim inciderit) niſi forte tunc habeat lucida interualla, cum pleno rationis vſu. [f] De ebrio idem dicendum eſt quod de furioſo, primo ſi ignorãs vim vini captus eſt ſapore illius (vt Loth aut Noe,) non imputatur homini inculpato euẽtus ſecuti homicidij: [g] nec ſi nihil de ſe expertus eſt, & propter guloſam delectationem vini abſque dolo inebriatus occidit: quia ebrietas non eſt cauſa periculoſa, & temere ac peraccidẽs ſe habet: [h] cauſa vero propinqua eſt priuatio vſus rationis. Si ante ebrietatem aduertit periculũ quod ſolitus eſſet arma capere & furioſe percutere, hic dum vult inebriati vult in cauſa fieri reus homicidij & eo ſecuto fit irregul. [i] grauius peccat & clarius fit irregul. ſi quis ebrietatẽ aut ſomnum affectat ea intentione vt liberius & impune occidat. [k] Quomodo ſit puniendus ebrius, conſulendi ſunt iuriſperiti. [l] Dormiens communiter non fit irregul. [m] aduertens tamen ſe ſolitum in ſomno arma arripere, tenetur ante cubitum vitare occaſiones, ne cui noceat (puta includens ſe cubiculo obſerato) alias nõ præcauẽs ſi dormiens occidat, fit irregul. [n] At licet optans occidere Petrum abiit cubitum cum ira & ſorti imaginatione illius, ſi abſque ſomni interruptione occidat incaute decumbentem, nõ videtur fieri irregul. [o] (niſi aduerteret periculum, quòd dormiens ſolitus eſſet capere arma, [p]) quia huic non imputatur euentus tanquam voluntarius in cauſa libera, ſed ſequitur ex naturali imaginatione, quæ durat in ſomnis. Parens iure prohibetur in ſuo lecto reponere noctu infantem, [q] & ſacerdos apud Græcos: [r] ne forte ex negligentia opprimat, & fiat irregul. [ſ] Ex cauſa licebit infantem eodẽ lecto tenere, [t] ſi alias implacabiliter plorat, & lectus eſt magnus in quo infans ſatis diſtat à parente ſeu nutrice, ſoletque dormire quietus: vel ſi parẽtes inopes ob commodum infantis ita reponunt, vt in frigore foueant: caritas enim excuſat ab inobedientia periculi exigui. Si parentes in ipſorum commodum ita agant (ne cogãtur noctu ſurgere ad cunam infantis) quidam aiunt ex leui culpa fieri irregul. [u] At nemo ſine lata & morta. culpa fit irregul. ex delicto. [x] Vt ſi depoſitum aut commodatum perijt ſine mort. culpa, non tenetur depoſitarius reſtituere dãnum in foro conſcientiæ: [y] Et in dubio æquali non tenetur ad partem damni. [z]

culpa aut obligat reſtituere totũ, aut nihil: com. Iuriſp. At Sot. ſu. obligat ad partẽ dãni. & q. 5. ar. 4. cũ qui dubia fide emit, obligat ad dimidiũ in æquali dubio & Cord. li. 3. q. 6. ad ſi. cũ Barnaba.

gitauerat Petrum exponi periculo ſic excuſatur & mandans. ſecus pro foro exteriori. [l] [m] Sup. cap. 12. §. 11. Felic. cap. 9. p. 477. cum Hoſt. [n] Nauar. num. 233. & commun. & ſatis eſſe tacitam reuocationem vt ſi reconcilietur amicitia, ſciente mãdatario Sylueſt. Angel. & Summiſt. verb. mandatum. Tabie. §. 1. Ledeſm. 1. p. q. 16. ar. 1. Anto. 3. p. titu. 18. c. 2. §. 1. Anton. Gom. tom. 3. de delict. c. 3. nu. 40. Couarr. clem. p. 1. §. 1. nu. 9. Specul. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 1. nu. 3. dummodo reuocatio cõſtet mandatario, vt ait Couarru. & cõmu. com gloſ. c. mulieres. de ſent. excõmun. Ang. excom. 5. num. 31. Syluest. excom. 6. §. 5. caſu. 3. cum Hoſt. Tab. irreg. 1. §. 14 Maiol. Specul. Quod ſi obiis abſque reuocatione mandati, & mandatarius percuſſit poſtea clericũ. defunctus cenſetur excommunicat. Syluest. Gofre. Tancren. Direct. o Innoc. Pan. Hoſt. [o] Atque ita minus ſufficit, vt mandãs qui ſic reuocauit, excuſetur ab irreg. quam vt conſulẽs Syluest. mandatũ. §. 5. vbi Ang. Armil. num. 4. & irregu. §. 15. Syluest. homici. 1. §. 7. verſ 4. Angel. homic. 1. §. 14. Tabien. irregul. 2. §. 1. vbi Roſel. irregul. 1. & homic. 2. §. 3. Ledeſ. Couar. §. 2. num. 1. ſi. cum mult. Nauar. num. 233. ſi. & num. 51. Felic. ſicut dignum de hom. Car. pract. crim. de homic. nu. 17. Salced. ſup. Bernar. Diaz. reg. 94. p lim. 4. [p] Cou. Nauar. & alij cit. N. quod eſt probabilius & tutius. Quidam tamen aiunt excuſari mandantem, ſi ante alterius percuſſionẽ reuocauit mandatum, & fecit omnem diligentiam, & tamen mandatarius, ad quẽ nõ peruenit reuocatio, occidit Innoc. d. c. mulieres, & idẽ quo ad Deum, ait glo. c. cum quis. de ſent. exco. lib. 6. cũ Brixien. & ſentit Ant. Gab. tom. 2. tit. de pactis. con. 2. & probant, quia ſi mandans decedat ante percuſſionem, non incurrit, vt ait gloſ. ca. mulieres. Ang. excom. 5. nu. 33. quia morte ſoluitur mandatum.

q [q] Recent. vt qui bibit multũ vinũ eo animo, vt ebrius impune occidat, fit irreg. occidens, quamuis in eo interuallo, antequã ebrietate capiatur, doleat & confiteatur. Satis enim eſt effectum in eã non impedibili, fuiſſe voluntariũ.
r [r] Quidã rec. quia exc. non incurrit, niſi eo pũcto reus maneat rebellis in peccato inobedientiæ.
ſ [ſ] l. mãdatũ. C. mand. c. gratũ. c. relatũ. de of. del. Ant. Gab. to. 2. tit. de proc. con. 2. Palu. 4. d. 17. q. 4. ar. vlt. Ant. 3. p. ti. 17 c. 9. § ſi.
t Sũmiſ. vẽr. mãdatũ. Villad. c. 6. nu. 79. Perez l. 1. tit. 1. lib. 2. ord. [t]
u Ant. Gab. ſup. con. 1. & alij. [u] citati. N. Nauar. Summiſt. Anton.
x y Gom. Specul. Maiol. [x] [y] Nauar. nu. 233. de quo ſup. ca. 12. §. 10.
z a [z] [a] Couar. p. 1. §. 1. nu. 4. vid. §. 1. & dictum eſt c. 12. contra Nau. cap. 27.

C A P. X V I.

a VT [a] qui iuſſit occidere Chriſtianum per aſſaſſinos. Syluest. & Summiſt. verb. aſſaſſinus. Nauar. cap. 27. num. 135. aut regularis qui prædicatione retrahit à ſolutione decimarum. Nauarr. num. 145.
b [b] pro irre. requiri opus cõſummatum, nec ſatis eſſe animũ, aut tentari factum etiã cum nimia effuſione ſãguinis. ſup. c. 1. & c. 3. §. 6. R. Villa. & Perez de irre. c. 6. nu. 20.
c [c] Vt ſi lector, aut quod clericus in prælectione aut cõcione dicat in generali fures eſſe occidẽdos q. 1. ca. generalis & remota. nec faber qui lõgè prius vendit aut acuit arma. Nauar. cap. 27. num. 215. vid. illum cap. 14. num. 31. & cap. 13. num. 20.
d [d] ſic cauſam propinquã definit Nauar. ca. 27. num. 211. in princ. 219. fin. 220. vid. num. 215. & ſeq. in variis caſib. quę dicatur cauſa propinqua Felician. de irregul. cap. 9 Soto lib. 5. iuſt. quæſt. 1. art. 9.
e [e] Nauar. nu. 210. fin. 233. ſi. Maiol. lib. 5. cap. 48. 1. 2. num. 4 cum Abba. ca. ex literis. de excel. prælat. Alberic. homi. 2. Mathe: ſil. ſingular. 188.
f [f] Maiol. num. 8. Tabie. irre. 2. §. 3. Abba. ſup. Felician. ca. 9. to 4. ſpecie. Couar. clem. parte 2. §. 1. num. 3. in princip. cum mult. Carre. pract. de homic. §. 6. num. 37. Plaza lib. 1. de delict. ca. 15. numero 2.
g [g] Maiol. num. 4. cum Abb. & Specul. ſecus dum licite mandat ſic accipere poſſeſſionem. Maiol. cum Abb. Tabie. § 1. Nauar. num. 230.
h [h] Maiol. nu. 8. quia his verbis animauit.
i [i] Maiol. nu. 4. Nauar. num. 233. & Hiſp. 234. Syluest. homicid. 1. §. 8. verſ. 1. fin. & 5. Felic. cap. 9. cum Ioan. Andr. Trotius lib. 2. de perfect. clerc. ca. 21. num. 9. Couar. §. 1. num. 1. fin. Plaza lib. 1. cap. 17. num. 3. de conſulente occidere alterum, ſi potius conſultus occidatur, ſimiliter fieri irregul. mandantem, ſi mandatarius potius occidatur aiunt. Nauar. Syluest. homicid. 1. §. 7. verſ. 4. Salced. in Bernard. Diaz reg. 94. Villadieg. per cap. ſignificaſti el. 2. de homicid. Angel. homicid. 2. §. 20. quia per cauſam illicitam & periculoſam cõſulens eſt ſaltem indirecte cauſa damni. Tabien. irregul. 2. §. 12.
k [k] Panorm. cap. Petrus. de homicid. Armil. irregul. §. 45. frat. Madin. lib. 1. inſtruct. cap. 11. §. 11. reg. 4. facit Syluest. verb. mandatum. §. 6. quia ſic conſulens non fecit iniuriam Petro amico, nec induxit alios vt Petrum occiderent Hoſt. cap. ad audientiam. Specular. tit. de diſpenſat. §. iuxta num. 42. præſertim ſi non præco-

C A P. XVI.

De cauſa mediata, vt eſt iuſſio & conſilium.

§. 1. *Quis dicatur cauſa propinqua. De mandato tacito.*
2 *Quomodo reuocetur mandatum. De ratihabitione.*
3 *De conſulente, & §. 4. etiam clerico. Si parato conſulat minus.*
5 *Quomodo reuocetur prauum conſilium? De omiſſione.*

EX mandato, effectu nõ ſecuto, interdum incurritur excom. [a] non ita irregul. [b] Generaliter fit irregul. qui quomodocumque eſt non quidem occaſio, [c] ſed iniuſta cauſa propinqua mortis aut mutilationis. Propinqua dicitur dictũ vel factum quod ex natura ſua vel ex praua intentione hominis ſufficiẽter dirigitur in homicidiũ aut mutilationem inde ſecutam. [d] vt qui mandat grauiter percutere citra mortem, eſt cauſa homicidii quod præcogitare debuit, dum mandatarius excedens occidit. [e] Mandatũ tacitum ſatis eſt ad irregul. vt ſi læſus iniuria dicat filio aut famulo, caue ne illum occidas: ſed ne reuertatis domum, donec aliquid noui audiam de te. [f] Mandans capere iniuſtam poſſeſſionem beneficii aut caſtri, cũ ſtrepitu armorũ, vt bombardarum & baliſtarum, ſecuto homicidio fit irregul. [g] Et prælatus ſi miniſtris dicat afferte mihi Petrũ reum ſiue viuum ſiue mortuum: [h] quia ex hoc excitauit, vt occiderent. Quidam aiunt fieri irreg. cõſulẽte Petro vt occidat Paulum, ſi Petrus à Paulo [illegible] eſt occiſus. [i] At in foro conſcientiæ non videtur damnãdus irregularitatis. [k] quia debuit præcogitare periculum. Qui volentem occidere coniuratur, vt eum defendat, licet alter ſine ſocio occidat, fit irregul. [l] quia ſocius licet diſſuaſerit occidere, adiecit animum. Socius tamẽ eſt excuſatur, ſi eſt pater, filius aut valde amicus, qui bono animo id fecit, ne Petrus periclitaretur. [m] Sic enim dat operam rei licitæ.

2 Mandans percutere aut occidere, excuſatur à ſecuto homicidio, ſi reuocauit mandatũ expreſſe: ſi modo reuocationem denuntiet mandatario, monens vt ceſſet, uel ſi mãdatarius aliter rei ipſa nouit reuocatum tacitè, [n] quia cognouit amicitiam, aut affinitatem initam inter eos. Curet mandans perſuadere mãdatario, ut omnino deſiſtat: ſed quia ille non agit niſi in gratiam mandantis, ſatis eſt huic intimaſſe reuocationem mandati: nec tenetur monere eũ qui periclitatur vt caueat, [o] ut tenetur qui dedit conſilium, inf. §. 5. Qui non potuit monere mandatarium (ut ſi longe diſtet) aut eum qui periculum patitur (puta infantem, cuius aborſum fieri mandauit matri) fit irreg. quãtumuis pœniteat facti, [p] ut qui poſtquam iecit ſagittam in clericũ pœnitet antequam feriat, non excuſatur ab irregul. [q] quamuis fortaſſe excuſetur ab excommunicatione: & qui mandatum reuocauit. [r] Mandatum expirat & reuocatur morte mandantis, [ſ] re integra, aut ob tẽporis lapſi diuturnitatem, [t] aut ob reconciliatam amicitiam, ſciente mandatario. [u] Ratihabitio in foro exteriori æquatur mandato. [x] (ut ſi deformationem meo nomine factam ratificem) dũ modo illam rem antequam fieret, mandare potuit. [y] At facta non meo ſed alterius nomine (aut nomine inſanis aut furioſi qui mandare non potuit,) non comparatur mandato etiam in foro exteriori. [z] Nec fit in conſcientia irregul. qui poſt factum ab alio homicidiũ habet ratum interno aut expreſſo conſenſu. [a]

3 Conſiliũ variis modis præſtatur, ſuadendo, rogando, inſtituendo: aut ſi quis alteri oſtendat utilitates, quæ ex illius conſilii executio-

…ne ſequentur: uel etiam mandãdo. Ex conſilio dato non fit irregul. ni ſi ſecuto effectu, [b] & vt meo conſilio tãquam moralis cauſa influxerim in animum alterius vt faceret, aut vt nouo modo faceret. [c] vbi dubium eſt vir prudẽs vtetur cõiecturis, [d] interrogans eum cui cõſilium datum eſt: nam ab irregu. excuſatur conſulens, ſi alter dicat ſe nec ad ſubſtantiam facti, ne ad illius accelerationem [e] motum eſſe ex conſilio: vel fuit quidem à principio animatus, ſed non niſi extincto feruore, lõge poſt executus eſt factum, ſine memoria dati conſilij. interdum cõſulens excuſatur à reſtitutione: ſed non ab irregular. [f] Si Petro conſului occidere Paulum, qui tamen à fortiori Paulo occiſus eſt, cenſeor in foro exteriori irregul. [g] dum cauſa ob periculum probabile fuit illicita. Qui ſcit aliquos parare inſidias Petro vt per ſe vel per alios occidant, fit irregul. ſi approbet conſenſu: [h] vel ſi quando de morte illius deliberant & cõſultant, conſentiat in illorum ſententiam. [i] Si Petrum qui vult ſubuenire Paulo ne occidatur, dehortor, fio irregul. [k] (niſi id bono animo faciam ne Petrus qui eſt valde mihi coniunctus, periclitetur.) Et qui doloſe docet modum necandi mutes veneno, aduertens quod hinc alius occaſionẽ caperet occidẽdi Petrum veneno, vt re ipſa occidit veneno. [l] conſulens infirmario vt vertat infirmũ lecto, aut tribuat potum vel cibum intempeſtiue, fit irreg. ſi ex eo opere imprudẽter acceleretur mors. [m]

4 In generali poteſt clericus conſulere fieri legem, qua fures ſuſpendantur, aut prædicare illos eſſe furca dignos [n] (ſicut & in bello iuſto poteſt hortari ad vincendum, aut occidendum in generali [o]) ſed cauere debet ne (dum inſtat occaſio in particulari) ſit cauſa propinqua accelerandi mortem, ut ſi conſulat occidi illum, aut caute cuſtodiri ne effugiat illorum manus, [p] aut vt litem breuius finiat. [q] Clericus iuriſperitus ſi per iudicem conſulatur de reo, ne dicat, iure licitum occidere: aut non pertinet ad nos, quibus non licet interficere quenquam: [r] ſed caute reſpondeat ut conſulat iuriſperitos. [ſ] At ſi iudex iam erat omnino paratus occidere: uel ſi in præſenti non imminet occaſio puniendi, non fit irregul. ex generali reſponſo uero. [t] In bello iuſto non fit irregular. qui ſuaſit machinas apponi arci: licet coniectet hinc deſtructa arce morituros milites eam defendentes. [u] nec ſi volenti fugere uiolentiam hoſtium, conſulam manere, animo componendi pacem: [x] aut qui uiro forti conſulit, pro defenſione patriæ & reipublicæ ſe exponere periculo probabili: [y] uel uitam exponere martyrio pro fide Chriſti, aut pro eccleſia Romana: [z] quia hic nõ eſt cauſa mortis à tortore illatæ, ſed ardẽtis caritatis qua ille mortem & tormenta contemnit pro Chriſto. Nec fit irreg. qui alterius filiũ timidum hortatur ut patrem periclitantem defendat, cum propriæ etiã uitæ periculo, quãdo ad id præcepto tenetur. [a] Nec confeſſarius qui reo conſulit conſentire in ſententiam mortis iuſtam, aut in confeſſionẽ delicti debitam. [b] & ne iniuſta appellatione differat fieri in ſe executionem. at ſi appellationẽ iure conceſſam cõſulat omittere, eſſet cauſa accelerationis, & irreg. Nec uidetur irreg. ſi conſolat, exponere ſe periculo pro uirtute quadam, ut pro amici defenſione, [c] quem hoſtes occidere tentant, uel qui periclitatur fluminis impetu raptus, quia id pertinet ad uirtutem amicitiæ. [d] Conſulens tamen ut pro rerũ defenſione exponat, uidetur fieri irreg. ſecuto effectu, ſi aduertit incurrere periculum uitæ. [e] Homini omnino parato inferre graue malum, licet cõſulere ut minus faciat, [f] ad euitãdum maius (Hic enim non conſulit malum, ſed proponit materiã minoris ut deterreat à maiori malo) quod ſi parato occidere adulterum clericum in delicto deprehenſum, cõſulat & roget ut contentus ſit facere exectum aut mutilatum, non uidetur irreg. [g] quia huius conſiliũ mortaliter non influit ut fiat mutilatio, ſed ne fiat homicidium: & cõſulens non incurrit excom. dũ maritus mutilat clericum, quia non peccat in eo bono conſilio. [h]

[a] DIuus Thom. 1. 2. quæſt. 109. artic. 3. argum. ſed contra & ſi. cor. & ad 2 quodlib. 1. art. 4. 10 2. diſtin. 33. quæſt. 2. art. 2. ad quintum. & ſigniſ 1. par. q. 60. art. 5. ad ult. uerit. quæſt. 24. art. 12. corp. & ad 16. Caiet. d. quæſt. 109. artic. 3. & 4. & opuſc. de contr. Victor. relect. de homic. Vega opuſc. de iuſtiſ. quæſt. 10. Gerſon. in Centiloq. 3. par. de impulſib. decad. 4 fin. Abulen. Matth. 19. quæſtione 77. Henric. quodlib. 4. quæſtio 11. Maior. 3. diſtinct. 29. vbi Durand. quæſtione 2. Richard. idem Gabriel. & Almain. 3. d. 27. Scot artic. 3. & alij in 2. diſtin. 28. Durand. quæſtione 4. Scot. q. 11. ad fin. Egid. q. 4. ad 2. Gofred. quodlib. 4. quæſt. 6. quia homo in talento naturæ tenetur diligere Deum ſuper omnia naturali præcepto: Deus autem nihil præcipit impoſſibile, vt ait Conc. Arauſican. & Trident. ſeſſio. 6. cap 11. canon. 18. & id vidẽtur agnouiſſe Plato libro ſecundo, de legibus. Cicero. libro 2. de legib. Eugub. de perenni philoſoph. probat ex philoſophis. & nunc cum primum homo habet plenũ rationis vſum, tenetur præcepto naturali conuerti in Deum. D. Tho. prima ſecundæ, quæſt. 89. ar. 6. [b] Quidã aiunt exiſtentem in habituali peccato mort. poſſe vt naturali diligere Deum ex vi naturę. Olim D. Thom. 2. diſtinctione, 28. quæſtione prima, articulo ſecundo, diſtinct. 33. quæſtione ſecunda, & mox tim 3. diſtinct. 27. Sco. Durand. Rich. Egid. Gabriel. Almain. & innuit Caieta. 1. 2. quæſt. 113. artic. 2. Suar. 3. part. q. 11. art. 2 dubio quarto. §. 8. verſicu. deinde ſi. ſed ſunt interpretãdi, ita vt impleat præceptum, diligẽdi, & vitet peccatũ at ea obiectiua Dei dilectio imperfecta & inefficax, cũ per eam nõ diligat Deum ſuper omnia, ita ut auertatur ab habituali peccato in quo finem conſtituerat Soto 1. de natura & gratia. capitulo 22. & d. 17. q. 2. artic. 5. & plane D. Tho. Corrigens. 12. q. 109. ar. 3. & Recẽ. fauet Cõc. Arauſic. ca. 25. dũ de natura lapſa ait, donũ Dei eſſe diligere Deum. Mileu. ca. 4. Cęleſt. & Inn. Papa paſſim in epi. Aug. 5. cont. Iul. c. 5. & c. 9. ait oppoſitum eſſe Pelagianum. Maximus ſer. in commun. Martyrum. Greg. 33. Moral. c. 25 Bernar. lib. de diligẽdo Deum ait, Difficile eſſe imo impoſſibile ſic diligere ſine gratia. & hi Patres non diſtinguunt de dilectione naturali aut ſupernaturali. Nam cum voluntas attenuata & vulnerata peccato ſit auerſa à fine etiam naturali. Trident. ſeſſ. 6. capit. 1. Diuus Tho. 1. 2. quęſt. 85. 1. ad 3. non poteſt agere perfectiſſimũ actum hominis ſani, qui eſt diligere Deum. Vega de iuſtific. quæſt. 10. [c] Quia & iuſtus non perſeuerabit diu, ſine alijs auxilijs adiuuantibus. Aug. de correct & gratia c. 11. 12. lib. 2. de bono perſeuer. cap. 7. Trident. ſeſſ. 6. can. 16. Arauſic. can. 10. D. Tho. 1. 2. quæſt. 109. art 10. ergo multo minus homo in talento naturę id poſſet. [d] D. Thom. d. q. 109. ar. 3. & cit. Doctor. [e] Quod poſſit præſtare quædam opera. D. Thom. ar. 2. & implere ſingula præcepta naturæ, ac vincere ſingulas tentationes, art. 4 & 8. & de cultu Dei 2. 2. q. 81. ar. 4. ad 3. quod agnouerunt philoſophi quos refert Valer. Maxi. lib. 1. & de gratiarũ actione. Rom. 1. aut gratias egerunt. Diuus Tho. 1. 2. q. 19. ar. 6. & 2. 2. quæſt 107 artic. 2. vid. Bellar. lib. 3. Roman. Pont. capit. 23. §. 1. lib. 1. de ſanctorum beatit. capit. 12. & ſequent. [f] Signif. Auguſtin. de correct. & gratia. capitulo vndecimo, Ariſt. 2. libro de bona fortuna, quem ſequitur Caietan. cum D. Tho. 1. par. q. 82. art. 4. ad 3. Ferr. 3. contra gent. ca. 89. & ex philoſophis probat Eugub. de perenni, Philoſ. Lilius Girald. de dijs Gentiũ. Syntagma. 17. [g] Hæc eſt ratio D. Th. 1. p.

Dei prouidentia & cura, poſt mortem hominis quædam animæ, beatitudinem naturalem conſequerētur in ea eximia operatione poſitam, [h] quia anima ſeparata, per propriam ſubſtantiam tāquam per ſpeciem, & Dei imaginem, haberet contemplationem Dei: [i] & cum eſſet abſque peccato, ſimul haberet amorē Dei, vt finis naturalis eſt: [k] qui amor melior eſt cognitione naturali Dei. [l] Hac perfecta intellectus & volūtatis operatione quaſi duplici manu teneret Deum: & ea poſſeſſione veri, boniqne vniuerſalis ſatiaretur voluntas, [m] quę eſt vniuerſalis appetitus. ad viſionem enim Dei & perfectam amicitiam homo non habet pondus, & naturalem appetitum. [n] Nunc vero ſtatui eleuatæ naturæ per Dei ordinationem & gratiam, dicitur connaturalis viſio beata. [o]

4 Hanc naturæ felicitatem ex peculiari Dei cura cōſequerētur poſt mortem, [p] qui breui viuentes cum bona corporis conſtitutione ac valetudine, & bona educatione inter ſtudioſos philoſophos, decederent abſque peccato mortali [q] & ſaluarentur pueri, & amentes ante rationis vſum decedentes. Pelagius quos paruulos hæretice negat contrahere verum peccatum originale, [r] ait, conſequenter locutus, hos ſine baptiſmo decedētes conſequi ſalutem & vitam quandam æternam. [ſ] cum tamen vere neget iſtos introire in ſupernaturale regnum cœleſte cum Chriſto: [t] quia eis data non eſt palma gratiæ per baptiſmum. ſed Vincentius Victor differri eis putat introitum in regnum, ad diem vſque finalis iudicij tantum. quos B. Aug. [u] abunde confutat, irridens ſtultam ſententiā, nouam præſumptionē, & inſolentiam: [x] quia de facto nullus habebit ſolam naturæ fœlicitatem, qua ſatietur.

5 In præſenti vita nec ille homo nec nos dicimur beati: quia nemo hic ſecurus eſt de bono poſſeſſo. [y] Tutior erat Adam in ſtatu innocentiæ fruens fœlicitate quadam: ſed non erat beatus, vt nec Lucifer in tutiori loco cæli creatus. Iuſti tamen in ſacris ſcriptur. dicuntur beati in ſpe [z] viua, qua poſſidētius gloriæ ex gratia & promiſſione Dei, cum quadā fruitione beatitudinis participatę. & Beatiſſ. Virgo Maria cum eſſet certa de propria ſalute & perpetua puritate, ait Luc. cap. 2. Beatam me dicent omnes generationes. Hæc beatitudo viæ principalius conſiſtit in actu caritatis: per fidem enim ambulamus, & per ſpem tendimus in rem abſentem: [a] ſed amicitia caritatis tendit in Deum ſecundum ſe cum quadam poſſeſſione. & ta-

h quæſtio. 23. art. 1. [h] Ariſtot. 12. metaph. tex. 51. lib. 10. Ethic. cap. 7. & 8. & res eſt propter operationem. vid. Caieta. 1. 2. quæſtio. 3. art. 1. Auguſtin. 14. ciuit. cap. 2. & 4. & ſermon. 13. de verb. Apoſt. vide Bellar. 1. de purgat. cap. 7. col. 3. D. Thom. 1. 2. quæſt 3 art. 2. Cord. lib. 1. quæſt. 42. Nauar. pręlud. 4. num. 6. Durand. 3. diſt. 35. quæſt. 1. num. 6. Soto diſtinct. 49. quæſt. 1. art. 2. vbi Richard. artic. 1. q. 7. Tarant. Maior. q. 5. Alexand. 4. part. q. 12. memb. 2. nec id negat Henric. quodlib. 13. q. 12. (vbi videtur felicitatem conſtituere in habitu gratiæ & caritatis: vt Stoici & Seneca li. de vit. beata in virtute) quia idem Henric. quodlib. 1. q. 14. & in ſumm. art. 49. q. 5. conſtituit in operatione. i [i] Signif. D. Tho. 1. 2. quæſt. 3. ar. 8. & art. 6. ad primum quæſt. 57. ar. 2. ad ſecūdum. quo contemplatio Dei iuuatur per habitualem virtutem ſapientiæ. Ariſtot. 6. Ethic. cap. 2. Caiet. 2. 2. quæſt. 23. art. 6. ad primum, Ferr. 3 cont. gent. ca. 49. de quo & Sixt. lib. 8. biblioth. hær. 8. Galatin. libro 2. de arcan. ſcript. Viues in Auguſtin. libro 8. ciuit. cap. 8. refert philoſophos felicitatem poſuiſſe in cōtēplatione Dei. Plato in repub. de legib. & in Phædone. Ariſtot. 10. Ethic. c. 7. Cicero. 5. de finib. & alios Philoſophos Arabes refert Carthuſ. 1. diſtinct. 1. quæſt 3. ſic dum Ariſtot. in parte rationali animæ ponit felicitatem: interpretandus eſt, de actu intellectus & voluntatis, vt aiunt D. Tho. 3. diſtinct. 27. quæſt. 1. artic 4. ad primum ſolut. 2. Marcellus libro 5. de anima. capit. 45. Henric. ſum. artic. 49. quæſt. 6. ad ſecūdum. quamuis hic quæſt. 5. lit. P. & Durand. 3. d 35. quæſt. 1. nu. 6. carpunt philoſophos quod diminute in ſola operatione conſtituant beatitudinem. k [k] Quod agnouit Ariſtot. vt dictum eſt, & Peripatet. & Platonici, vt probat Ferr. 2. contra gent. cap. 26. oā Lucifer in quo naturalia manſerunt integra ex Diony. diui. nom. cap. 4. Auguſt. 9. ciuit. cap. 20. D. Tho. 1. par. q. 64. 1. ad 2. non retinet felicitatem naturalem per ſolam Dei cognitionem: quia caret amore Dei & rectitudine volūtatis, quæ neceſſaria eſt ad beatitudinem. D. Thomas. 1. 2. quæſt. 4. artic. 4. imo ad complementum beatitudinis ſupernaturalis pertinet dilectio Dei, ſeu fruitio, vt docet Benedict. XII. in extrauag. contra Ioannem. 22. D. Thom. 1. 2. quæſt 4. articulo octauo, ad tertium. & dicetur inf. ca. 10. l [l] Probat D. Tho. 1. par. quæſt. 82. artic. 3. & 2. 2. quæſt. 27. ar. 6. ad tertium. vbi Caietan. & Recent. quia amor tendit in Deum ſecūdum quod eſt in ſeipſo. & partim poſſidet, vt probat Henric. ſup. D. Thom. 2. 2. quęſt. 28. artic. 3 citans Matth. 25. intra in gaudium domini tui. vt homo intrando domum emptam, (quæ eſt amplior homine poſſeſſore) capit poſſeſſionem illius. & piſcis intrans in mare. ſed noſtra naturalis cognitio non attingit Deum, m vt eſt in ſe, nec poſſidet ſine amore. [m] Caietan. cum D. Thom. 1. 2. quęſtio. 3. articulo ſeptimo, & octauo, & 2. 2. quęſtione 175. artic. 1. ad primum. nullius vero obiecti creati amor & cognitio ſatiaret appetitum vniuerſalem: quia creatura nō eſt bonum vni- n uerſale. [n] Vt homo ad vnionem hypoſtaticam non habet appetitum naturalem (licet ex potentia obedientiali ſit capax illius.) & tabula raſa non habet pondus naturę ad pulchram & pretioſam effigiem artificialem: ita nec homo ad viſionem amicitiamque Dei cum poſſeſſione diuinorum bonorum. cit. cap. 1. lit. I. &

hęc eſt dignitas hominis quod habeat de facto finem ita eleuatum. D. Thom. 1. 2. q. 5. art. 5. ad 2. nec ordinatio extrinſeca Dei aut fides intellectus addit modę voluntati humanę pondus intrinſecum ad viſionem Dei. o [o] Ob 3. rationes. 1. quia eſt connaturalis ſtatui iuſti & filij. Roman. 8. ſi filij, & hęredes. 2. homo etiam Paganus poſita Dei ordinatione habet pondus remotum ad viſionem Dei (cum enim naturæ eleuatæ ſit debita gratia, quam in primo parente amiſimus, omnes naſcimur priuati gratia debita ineſſe, & priuatio eſt cauſa appetitus) quia habet capacitatem & vacuitatem, ex qua appetit repleri viſione Dei vt homo remota riſibilitate habet eam in coaptatione & potentia remota. Soto li. 1. de natur. & grat. cap. 4. d. 49. q. 2. ar. 2. Victor. Scot. prol. q. 1 §. ad quęſt. & in 4. d. 49. q. 11. (hinc quæſt. 8. infert demonſtrari rationo naturali) Durand. quæſt. ſecunda, & tertia, (hinc quæſt. octaua, ait hominem naturalem appetitū eſſe ipſum intellectum, qui in actum viſionis primæ cauſæ propendet) fauet D. Thom. prima parte quæſtio. 83. 1. ad 5. Item 3. quia poſita fide aut reuelatione obiectiua quod poſſibile ſit videre Deum, homo actu elicito optat naturaliter illum videre. Caietan. prima parte quęſt. duodecima, articulo primo. opuſc. de beatitud. ad Scot. fin. Syluest. conſl. prima parte quæſt. duodecima, articulo primo. Ferr. cum D. Tho. 3. contra gent. capit. 51. Durand. ſup. fauet D. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 5. 5. ad 2. quæſt. 113. decima quæſtio. 114. 2. ad 1. & p tertia part. quæſt. 9. 1. ad 3. [p] D. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 5. artic. quinto, quod agnouerunt philoſophi citati & Arabes apud Carthuſ. prima diſt. prima, quæſt. tertia, de quibus inf. cap. nono, q §. decimo. [q] Interdum ille homo excuſaretur à difficili pręcepto, per moralem impotentiam. ſignifi. Auguſt. lib. tertio, hypognoſt. r [r] De quo Recent. cum D. Thom. 1. 2. q. 81. ſup. lib. de baptiſm. cap. 16. Caſtro & Medices. verb. peccatum hær. 1. Concil. Mileu. cap. 3. Trident. ſeſſ. 5. Patres in Roma. 5. Bellar. de baptiſm. cap. ſ 11. [ſ] Refert & confutat Auguſt. 1. de peccat. mort. cap. 20. vid. ca. 9. 18. 23. 27. 30. & lib. 2. cap. 10. 12. lib. 3. cap. 4. 9. epiſto. 105. epiſt. ad Renat. de bono perſeuer. cap. 12. lib. ſexto, hypogn. ad fin. lib. 6. contra Iulian. cap. 10. de natura & gratia. cap. 8. imo & quidam catholici, vt Paludan. 4. diſt. 45. quęſt. 3. Catharin. opuſc. de paruulis, aiunt decedentes cum ſolo origin. conſequi felicitatem naturalem cum cognitione & amore Dei naturali, fauet Nazian. orat. 40. in ſanct. baptiſ. vbi Nicetas. quos tamen bene impugnat Soto infra. Sebaſtia. cum D. Tho. 3. p. quęſt. 68. art. 2. in §. 2. & 11. t [t] Quia Ioan. 3. niſi quis renatus: non poteſt introire in regnum. ſup. libro de baptiſ. c. 4. 3. §. 2. & c. 21. Auguſt. D. Tho. & Sebaſt. ſup. de quo Soto 1. de natur. & gratia. c. 14. diſt. 48. q. 2. art. 4. ad 4. vid. d. 47. q. 1. ar. 3. ad 2. Duran. 3. d. 33. q. 3. & in 4. diſt. 44. q. 11. u Caſtro, verb. beatitudo. hær. 6. [u] Auguſt. libro primo, de anima x & eius orig. cap 9. lib. 2. cap. 11. 23. lib. 3. c. 9. [x] Auguſt. 1. de pecy cat. mer. c. 20. & lib. 2. c. 12. [y] Quia beatitudo eſt bonum inamiſſibile. D. Thom. prima ſecundæ, quęſt. 5. art. 5. & ſecura poſſeſz ſio. [z] Patres in id Matth 5. beati mundo corde. D. Thom. 1. 2. q. a 5. art. 3. ad 1. q. 69. art. 2. [a] Paul. 1. Cor. 13. per fidem ambulamus. ergo non eſt terminus & beatitudo. & de caritate dicit, maior

ior

ior autem horum eſt caritas. & c.12. excellentiorem uiam oobia demonſtro. [b] Diuus Thom.2.2.quæſt.23.artic.6.Cano inf. [b] Philoſophi cit.ſup.l.Ariſtut.1.Ethic. cap.7.lib.7.polit. cap.3.lib.12. Metaph.ca.7. hanc contemplationem quam anima vel Angelus habet per propriam ſubſtantiam, tanquam per ſpeciem & imaginem Dei, uocant aliquo modo uiſionem. D.Thom 1.p. q.62.a.1.c.ad tertium & 1.2.q.3.art.5. & 2.2.q 182. 1.Soto, d.49.q.1.4.con.5. quare uirtutes morales dixit Ariſt. 1. Ethic.cap.7.ubi D. Tho.lect.11. & lib. 10.c.8. lib.7. polit. cap.1.diſponere ad quietam cõtemplationem. Et tamen agnouit eſſe imperfectã,quia 1 Ethic. 6.10.uel 13. ait,ſumus beati vt homines.lib 6. Ethi.cap. 12.cõtemplatio habetur per ſapientiã quę non niſi paucis & excellentibus cõtingit.cont. Canum li.9 de loc.c.9. dicẽtẽ quod potius conſiſtit in amore. [c] Citat.§.5.A.quod bene probat.Cano ſupra Tara. ntaſ. Sco. 4.diſt.49. q.4. omnis Scoti ſt. Mai.q. 3.(& citat falſo locum Alexan.) Richard.articu.1.q.7. Supple. q.2.art.2. conc.4.Bonauen.q. 3.& in 2.d.38.ar.1. q.2. Egid.quodlib. 3.q.19. Heor.ſum. ar.49.q.6.quodl.1. quæſt.14.quodlib. 13.q.12. Marſil. 4. q.13.art.3. Hug.in Dionyſ.capit.3.ecl. hier. Caſtro. verb. beatitudo hær. 6. Veg.libr.7.in Trid. c.3. Cordo.lib.1.q. 42. At hi fere omnes falſo putant beatitudinem totam, aut præcipuã rationem cõſiſtere in actu voluntatis. [d] Licet daremus quod actus intellectus eſſet minus perfectus in ſua entitate quam amor Dei:quia tamen eſt aſſecutio & poſſeſſio prima, dicitur beatitudo Soto, d.49.ſup. & ſæpe in ſcholis dicebat intellectum eſſe vncinum quo capimus: Maior.q.5.& probabile dicit Ferrar. 3.contr.gent.capit.26. [e] Dictum eſt lib.1.de pœnitent.cap.19.& 22.quam pœnitentiam nouit Ariſto.7. Ethic. continens poſt factum pœnitet. Lactanc.lib. 6.diuin.inſtitut.capit.24.citat Cicer.lib.3.Academ quæſt.Virgil. vir bonus.Ouid.elegia.1.de ponto.ſæpe leuant pęnas.Auſon. Mætanæam, vocat deam pœnitentiæ.vid.Mercado lib. 1.de contract. capit.1. [f] Sup. lib.1. de pœnitentia. cap.30.& ſequent. & tamen Gentiles offerebant pœnitentiam, ſacrificia & luſtrationes, vt Deus auerteret temporalia mala. Caietan. cum D. Tho.3.p.q. 1.art.2.ad 2.vbi Fr.Medin.& Soarez.& q.86.ar.2.& in 4.diſt.14. quæſt.1.art.1.3. ad 4. vbi communis. & de veritat.q.28.art. 2. ad 5.fauet Trident. ſeſſ.6.cap.1.6.11.14. Soto d.14. contra Scot. [g] Quidam Recen. & Fr.Medin.1.2.quæſt.109.ar.2.ad fin.nec id intendit negare.art.7. [h] Sup.lib.2.de pœnitent.cap.20.Bellarm.li. 4.de pœnitent. capit.1.& 7. [i] Inſ. capit.4.§.10. [k] Bellarm. lib.1.

men ſi conſideretur ſecluſo ordine ad futuram gloriam iuſtus, ſtatum beatitudinis participatæ poſſeſſionemque magis habet ex contemplatione Dei, [b] quæ elicitur ex fide uiua, & iuuatur dono ſapientiæ infuſæ, & pia voluntatis affectione perfecta per caritatẽ. Ideo philoſophi contemplationi tribuũt beatitudinẽ, eo quod ſit prior poſſeſsio quam dilectio: & eſt ſimplicior operatio attingens Deum per modum veri, & cauſa ipſius amoris, & tamen ſi actus ſecundum ſe conſiderentur in via, perfectior eſt actus caritatis. [c] Ad rationem vero beatitudinis magis pertinet prior ac potior poſſeſsio ſummi boni, quæ ſit per intellectum [d] in patria, & in uiatore iuſto, ut dictum eſt.

6. Si homo in nuda natura peccaret mortaliter teneretur ex præcepto naturali timere Deum vltorem, & cum propoſito emendationis, hic de offenſa Dei, citius legẽ violauit, ageret quandam pœnitentiam, [e] ſed de ſe inſufficientem ad veniam peccati, [f] forſitan in eo ſtatu Deus ſecundum placitos ſuæ prouidentiæ & miſericordiæ modos, ſtatuiſſet remittere gratis peccatum, [g] homini aliqualiter diſpoſito per naturalem dolorem pœnitentiæ, aut per aliud remedium: quamuis hominem non eueheret ad amicitiam gratiæ, aut ad uiſionem fruitionemque beatam. Pro peccatis autem venialibus aũt pœna temporali dimiſſæ culpæ ſatisfacere poſſet homo per bona opera, Deo ita inſtituente: [h] vt poteſt per virtutes morales præmium temporale promereri: quomodo & Romani dicuntur meruiſſe orbis imperium. quod ſi è vita migraret cũ debito pœnæ tantum temporalis, & curabili peccato, Gentiles philoſophi ac poetæ, [i] aſſerunt exerceri pœnis purgatoriis quibus peccatum eluatur. [k]

de purgat. cap.2. ad fin. capit.7.§.3.ratio ex Plat.in Phædon. & Gorgia.Virg.6.Aeneid. Cicero.in ſomnio Scipion.fin.Claudian. lib.2.in Ruſin. fin. quod fatetur etiam Mahumet. in Alcorano. nec amplius in purgatorio peccat etiam uenialiter, Bellar.lib.2. de purgat.c.2.& 3. ex Patribus. & Deus ex peculiari cura conſeruaret animas in eo fœlici ſtatu abſque peccato: ſicut manente innocentiæ ſtatu conſeruabat, vt dicit D.Th. 1.2.q.89.ar.3.& 4. [l] Sic probat Diuus Tho.1.2.q.5.art.2. in ſupernaturali uiſione eſſe gradus,& vnum eſſe alio beatiorẽ eſſentialiter. Patres in Matt. 20. Soto.1. nat.& grat. cap.15. lib.2.ca.10. diſt.49. quæſt.3.ar. 2.Caſtro beatit.hære.7. [m] Angelus intuetur propria ſubſtantia uice ſpeciei, vt ſe cognoſcat & Deũ D. Thom. 1.par.q. 53.ar.3. Ferr.2.contra gen.ca.98 quod agnouerunt Platonici & Peripat. ut probat Niph.lib.12 Meta. 9.10. & anima ſeparata ſimiliter cognoſcit.1.par. quæſt.89. articu.2. [n] Caiet.cum D.Th. 1 par.q.85.art.7.& quidam Recen. contra Doran.2.diſtin. 32.q.3. [o] At melior intellectus etiã Angelicus cum æquali lumine gloriæ non videt melius Deũ, Recent.& Fra.Medin.cum D.Thom. 3.par. quæſtio.10. articu.quarto,& ſexto.Henric.quodlib. duodecimo, quæſt. ſexta,contra Caiet. diſt.quæſtio.10.articu.2.ad tertium, & arti.4 [p] Auguſt. in medit. cap.26. [q] Diuus Thom. 1.p. quæſtio.106.artic. 1. ad ſecundum. & tamen communiter Angelus ſuperior nõ illuminat inferiorẽ de rebus naturalibus: 1.p. quæſtio.109. articu.3. ad ſecundum. quia à principio ſinguli Angeli nouerunt omnia naturalia.

7 In felicitate naturali eſſent gradus. [l] Vt perfectior angelus per propriam ſubſtantiam perfectius Deum intelligit: [m] ita inter homines,qui habet perfectiorem animã ſecundum ſubſtantiã indiuidui, [n] melioremque intellectum cum diligenti ſtudio, & diſciplina excultum, hic cum habitu ſapientiæ melius noſſe Deum, [o] poteſt ex creaturarum analogia. Plura uero & clarius de Deo agnoſcimus, quam de angelorum ſubſtantia, & proprietate: [p] quia homo ex effectibus Dei & ex propriæ animæ experimentali notitia, cognoſcere poteſt euidenter inuiſibilia Dei attributa: Angelorumque miniſterio interdum circa res naturales illuminatur, & confortatur intellectus hominis, [q] (vt & anima ſeparata recipit ſpecies ab angelis) atque ita perueniens ad nobiliorem Dei cognitionem, & ardentiorem amorem euadit felicior. Nunc explicãdum eſt quid & qualia attributa Dei poſsit unus homo præ alio noſſe certius, ad cumulum felicitatis naturalis in uia.

C A P. III.

Quæ naturali luce poſſint de Deo demonſtrari.

§. 1. *Deum eſſe: quod ſit unus, ſimplex: & in perfectione ſubſtantia bonitateq; infinitus, ob immenſitatem eſt ubique, & loco immutabilis.*

2 *Immutabilis tempore eſt ſubſtantia Dei, intellectus, voluntas & omnis operatio Dei.*

3 *De potentia intellectiua, ſpecie & cognitione infinita Dei.*

AD fœlicitatem naturalem homo ſcire de Deo per demõſtrationem poteſt Deum eſſe: [a] quod myſterium abſq; diſcurſu fides cer

C A P. III.

COnſtitueram ſummatim enarrare, ac perſtringere ea ſolũ, quę homo ad felicitatẽ naturalem noſſet de Deo ſed quidã doctiores coegerũt, vt in iiſdẽ reb. quędã de ſupernaturalib. myſterijs latius explicarẽ: atque ita hoc tertiũ creuit vltra modũ cap.

[a] Recen. [a] cum D.Th.1.p.2.ar.3. Chryſ.ho.39.in Acta, Aug.in Pſ.13. dixit inſipiẽs in corde ſuo nõ eſt Deus.& alibi apud Torrẽ.li.1.cõfeſ. Aug.c.1.§.1. Naz.li.2.& 3.ſuę Theol. Amb.1.off. c.25.Cypr.tract.4.de idolorũ vanitate Clemẽs Papa epi.4.Dam. li.1.c.3.Patres in ad Rom.1.inuiſibilia Dei.vbi Chryſ. Amb. Anſ. Theoph.& Sap.13.à magnitudine ſpeciei.Theol. cũ Mag.1.d.3. Bellar.lib.1.de Chriſto,c.3.& tñ hæretici quidam & philoſophi dicuntur athei, qui negarunt Deum eſſe. Ferrar.1.contra gent. capitu.8. Caſtro & Medices verb. anima, Deus, fatum Sander. lib.7. eccle.monarch.num.131. Michael Medin. lib.2. de recta

b tius proponit credendum. b Dein-
c de vice quantitatis diſcretæ [c] pro-
bant rationibus naturalibus Theo
logi non eſſe plures deos, nec dici
vnum ſpecie, ſed eſſe ſingularem
& vnum numero Deum abſque
d vlla naturæ diſtinctione.[d] Eſſe ſim
e plicem ſpiritum [e] abſque vlla com-
f poſitione, aut accidente: [f] nec ue-
nire in compoſitionem aliarum re
g rum. g Fides addit, huic voitati &
ſummæ ſimplicitati non repugna-
re, ſed uaturaliter conuenire tri-
nitatem perſonarum in vna eſſen
h tia. [h] Pro quantitate molts pro-
i bant Deũ eſſe perfectum [i] in ſub-
ſtantia, virtute, attributis & omni
operatione, ac ſubinde ſummè bo
k num per eſſentiam: [k] quod D.
Dionyſ. ait eſſe primum Dei attri-
butum. Ea ratio ſummi boni in-
fert, vt ſit finis vltimus etiam intel
l ligentiarum, & rerum omnium. [l]

Deinde per negationem ratio col-
ligit Deum eſſe infinite perfectum
m in ſubſtãtia & virtute [m] (emioen
ter enim continer omnes creatu-
ras poſſibiles) vtpotè à nullo finito
n comprehenſibilis, [n] & quo nihil
maius eſſe aut melius cogitari po-
o teſt. [o] Operatione dicitur infini-
tus: quia vbique ſeu in omni loco,
quem contioet ſuæ virtutis appli-
catione & operatione, neceſſe eſt
illum eſſe per eſſentiam præſen-
tiamque, de qua inf. §. 5. & poten-
p tiam. [p] idque eſt proprium Dei, ut
loco comprehendi, & diffiniri non
poſſit, quin extra illum ſimul ſit,
ſi noua producatur creatura. &
per applicationem uirtutis & ſub-
ſtantiæ affuit ab æterno in omni
loco & ſitu, ubi aliquo unquam
tempore eſt aliquid facturus: at-
que ita Deus eſt etiam loco im-
q mutabilis. [q]

b in Deum fid. cap. 2. [b] D. Thom. 2. 2. q. 1. ar. 3. Theolog. cum Ma-
c giſt. 3. diſt. 23. Durand. d. 24. Caſtro ver. Deus. hær. 3. [c] Inf. § 2.
lit. C. D. Tho. eo ordines agit de rebus diuinis, & Angelis, quo
Ariſtot. de prædicamentis. 1. de ſubſtantia. 2. de quantitate. 3. de
d qualitate. 4. de relatione. [d] Sup. lib. de miſſ. ca. 31. §. ſeptimo, L.
D. Tho. 1. p. q. 11. vbi Recent Torres de Trinitat. q. 27. art. 1. Bellar lib. 1. de Chriſto. cap. 3. Caſtro. verb. Deus. hær. 1. Direct. Inquiſit. 2. par. quæſt. 13. hær. 1. & hæc eſſentia Dei cũ ſit purus actus eſt vnica & ſimpliciſſima exiſtentia Dei abſoluta D. Tho. 1. p. q. 3. ar. 4. vbi Recẽ. & Xuar. 3. p. q. 3. ar. 1. diſp. 11. §. 1. In Deo ſunt tres ſubſiſtentiæ relatiuæ, vid. D. Tho. 3. p. q. 3. ar. 1. vbi late Suarez dub. 10 Bellar. lib. 2. de Chriſto. c. 15. vnitatem Dei philoſophos non tam plene nouiſſime probat Caiet. 2. 2. q. 1. art. 8 ad 1.
e [e] D. Tho. 1. part. q. 3. Patres in Ioan. 4. ſpiritus eſt Deus, vbi Chryſoſt. ſpiritus, id eſt, incorporeus Auguſt. tract. 15. in Ioan. & lib. 14. Trin. c. 16. nomen ſpiritus dum abſolute profertur, proprie congruit ſoli deitati: reliquis tribuitur cum addito, vt ſpiritus procellarum, Angelos ſuos ſpiritus. Hilar. 2. & 9. Trin. Clem. epiſt. 1. ad Iacob. Iren. lib. 2. Cypr. in ſymb. Nazian. lib. 2. Theol. probat ex ſcript. & rationibus. Cyril. lib. 9. cont. Iulia. Theodoret. quæſt. in Gen. q. 20. & lib. 4 hæret. fabul. Conc. Epheſ. c. 13. Later. c. firmiter. De ſum. Trinit. hinc Deus. 1. Tim. 1. & 6. dicitur inuiſibilis, vide Bellar. 1. de Chriſto. cap. 7. quomodo in ſcriptura Deus dicatur per metaphoram habere mẽbra? Caſtro ver. Deus hær. 2. Martin. lib. 10. hypot. reg. 47. ex Patribus. Dam. lib. 1. capit. 14. 15. Sixt. lib. 5. Bibl. cap. 18. idem Plato & philoſophi quos citat
f Clem. Alex. 5. ſtromat. & Aug. 8. ciuit. c. 6. [f] D. Tho. 1. p. q. 3. Caſtro ver. Deus, hær 2. Concil. Lateran. eſt omnino ſimplex. Leo epiſt. 91. ad Torib. Damaſc. lib. 1. Auguſt 5. Trinit. c. 1. lib. 7. cap. 4. lib. 15. c. 5. & 5. Cyril. tom. 2. Hilar. 7. Trinit. & lib. 8. prope fin. Iſidor. 7. Etymo. Clem. lib. 5. ſtrom. poſt med. Euagrius Monachus lib de diuerſ. apud Niceph. lib. 10. hiſt. cap. 15. fin. Pagnin.
g Iſag. verb. Deus. Torren lib. 1. confeſ. c. 1. §. 4. [g] D. Thom. 1. p. q. 3. art. 8. Auguſt. 7. ciuit c. 6. Deum non eſſe animam mundi contra Varronem. & lib. 4 cap. 12. contra alios poetas. Viues ſup. lib. 8. ciuit. cap. 5. fin. refert philoſophos varios. quod tenuit Abailard. contra quem Bernard. epiſt. 190. ad Innocen. Papa. de quo bene Clem. Alexandrin. lib. 5. ſtrom. Origen. lib. 5. cõtra Celſum Suar.
h 3. p. quæſt. 3. art. 1, col. 4. [h] De quo late Patres lib. de Trinit. vt Hilar. Auguſt. apud Torren. lib 2. confeſſ. c. 2. Athanaſ. Bellar. lib.
i 2. de Chriſto. per totum. [i] [k] D. Thom 1. part. quæſt. 4 de perfect.
k Dei. Et quæſt. 6 ar. 3. Torren. cap. 1. §. 7. quod ſolus ſit bonus per eſſentiam: cum tamen creaturæ non ſint perfectæ & bonæ, niſi
l additis accidentibus, & operationib. diſtinctis ab eſſentia. [l] Quod agnouit Ariſtot. libro 12. metaph. D. Thom. 1. part. quæſtione 44.
m articulo 4. [m] Concil. Lateran. c. firmiter. & ſymbo. Athan. immẽſus. Dionyſ. capit. 9. diu. nom. omnem tranſiliens infinitatem. D. Thomas. 1. part. quæſtione 7. & de potentia Dei infinita, quæſt. 25. artic. 1. atque ita eminenter continet perfectionem creaturarum poſſibilium, quæ ſunt infinitæ. Euripid. in Tragœd. apud. clem. Alexand. 5. Strom. in Pſalm. 144. magnitudinis eius nõ eſt
n finis. Hilar. Chriſoſt. Auguſt. [n] D. Thom. 1. part. q. 12. art. 8. vbi Caietan. & recent. commun. 3. d. 14. Palud. & Capr. quæſt. 1. Bonauen. & Richard. art. 1. Palac. Henric. quodlib. 7. quæſt. 4 Direct. Inquiſit. q. 11. nec anima Chriſti videt in verbo omnia poſſibilia D. Tho. 3. part. q. 10. ar. 4. vbi Frat. Med. & Suarez. dub. 26. §. 2. de quo damnatur Auguſt. de Roma in concil. Baſilæen. ſeſſ. 23. Torren. lib. 1. confeſ. c. 1. §. 2. ex Aug. in Speculo. c. 2. 33. Deus eſt ſpiritus incomprehenſibilis, incircunſcriptus, vbique totus. & lib. 6. Trinit. cap. 8. epiſt. 112. lib. 12. ciuit. c. 18. Hilar. 2. Trin. incomprehenſib. immenſus. Cyril. 1. cõtra Iulian. quod Orpheus vocat incircunſcriptum. Oroſi. apologet. de liber. arbit. cõtra Pelag. paulo poſt princ. Athan quæſt. ad Antiochum. quæſt. 1. & 27. Chryſoſt. fecit quinque hom. de incomprehenſibili natura Dei, contra hæret. Anomæos, qui damnantur dict. cap. firmiter. clem. epiſto. 1. ad Iacob. ſimplex, incorporeus, incomprehenſibilis à nobis. D. Tho. 3. contra gent. cap. 55. & in 3. diſt. 14. Bonau. artic. 1. Richar. Duran. Scot. Paludan. quæſt. 1. Gab. & Soto. diſt. 49. quæſt. 3. art. 1. Suar 3. part. quæſt. 10. dub. 26. §. 1. & in id Ierem. 32. incõprehẽſibilis cogitatu (vt hẽt vulgata & hebraica) vbi Hiero. gl. & Theol. Iob. 11. nunquid veſtigio. Rom. 11. inueſtigabiles viæ ei[o]. Imo propter loca 1. Timoth 1. & 6. quem nullus hominum vidit, ſed nec videre põt. & Coloſ. 1. vocatur inuiſibilis. Bellar. lib. 1. de Chriſto. cap. 7. col. 2. fi. refert quoſdam ex Patribus Græcis ſignificare non videri eſſentiam Dei, ſed lucem quandam. vt in Ioan. 1. Deũ nemo vidit. Chryſo. Theoph. Theodoret. dial. immutabilis Cyrill. Ieroſol. catech. 6. Dionyſ. cap. 4. cæleſt. hierarch. Dam. lib. 1. cap. 1. At ſunt interpretandi, per vim naturæ: aut quia Deum nõ comprehendunt: vt exponunt D. Thom. 1. part. quæſt. 12. art. 1. ad primum. Martin. lib. 1. hyp. cap. 1. Bellar. lib. 2 de ſanct. beati-
o tud. cap. 4. §. ad illam confirm. Suar. d. §. 1. col. 3. & 4. [o] Sæpe Au-
p guſt. [p] D. Tho. 1. part. quæſt. 8. ar. 3. Ierem. 23. cælum & terram ego impleo. vbi Hieronym. Item Auguſt. Chriſoſt. & Hilar. in id Pſalm. 138. quo ibo e ſpiritu tuo? Bed in act. 17. non longe eſt ab vnoquoque noſtrum. Iul. Pap. 1. epiſto. ad epiſcopos Orient. Cyril. in Ioan. 1. quod factum eſt. & lib. ſexto. cap. 14 Cyprian. tract. 4. de idolorum vanit. Deus vbique totus diffuſus eſt. Hilar. in Pſal. 118. Torren. lib. 1. confeſ. capitulo primo. § 6. & cap. 4. §. 14. ex Auguſt. epiſt. 3. ad Voluſian. & lib. de contemplatione Chriſti. cap. 1. Synod. 6. can. 7. Claud. de Euchar. rep. 4. cap. 8. probat ex Tertul. & Auguſt. fine loco. Ambroſ. 2. de fide. cap 4. lib. 1. de ſpiritu ſancto. cap. 7. & ſimilit lib. Didym. & Baſil. cap. 22. Theodoret. dialog. 3. Polym. Fulgent. lib. 2. ad Traſimund. Gregor. Nyſſe. tom. 12. in Eunom. Maximus diſput. cum Pyrro. Damaſ. lib. 3. c. 7. At humanitas Chriſti licet Verbo ſit coniuncta inadæquate, non eſt vbique: vt contra nouos hæret. probatur ſup. in procem. libro de euchariſt. §. 7. 1. 5. & cap. vigeſimo. Bellarmino libro tertio de Chriſto. cap. vndecimo. & ſequen. & libro de ſacrament. in procemio. Xuar. 3. part. quæſt. 14. 4. dub. 32. §. quarto, vbi tamen verſic. ſed contra. 1. & Bellarm. ſup. cap. 19. fin. concedunt hanc,
q Chriſtus eſt vbique homo. [q] D. Thomas. 1. part. quæſt. nona. art. primo, vt dum Deus definit adeſſe per gratiam in impio, non mutatur Deus, ſed homo: & in tempore Verbum abſque ſui mutatione ſingulari modo adeſt in humanitate mutata, ſup. lib. de euchariſt. capit. vigeſimoquinto, §. primo. H. Suar. cum D. Thoma. tertia part. quæſt. decimaſexta. art. ſexto, quia uerbum nihil recepit, ſed dedit humanitati. Caſtro verb. Chriſtus. hæret. 4. fin. Malach. 3. ego Deus & non mutor. Num. 23. non eſt Deus quaſi fil. hominis. vt mutetur. Iacob. 1. apud quem non eſt tranſmutatio. Leo epiſt. 91. ad Torib. Conc. Tole. 8. ſub Martino. I. c. 2. habetur c. incommutabilis. 22. q. 4. Orig. hom. 16. Num. & id agnouerunt Orpheus, Homer. Plato, & alij apud Clem. 5. Strom. Parmenid. quem ſequitur Plato in Sophiſta. & Timæo Cic. & alij apud Auguſt. & Viues. 8. ciuit. c. 6. Concil. Later. c. firmiter. Greg. 25. moral. cap. 4. & lib. 20. cap. 25. Chryſoſtom. homil. decima. in Ioan. Auguſt. de Speculo. cap. 4. Item. 2. quia eſt immutabilis in ſubſtantia, dicitur immortalis. 1. Timo. 1. & 6. vbi Ambroſ. Leo epiſto. ad Clerum, & plebem Conſtantinopolit. Felix Papa epiſto. ante quintam Synod. general. Cyrill. de incarnat. cap. quarto, & 7. Auguſt. ſup. Gregor. 12. moral. c. 17. probat eſſe propriũ Dei. & lib. 25. c. 5. contra hæret. Patripaſſian. qui dicebant deitatem fuiſſe paſſam. Caſtro, verb. Chriſtus hære. 4. Item 3. dum Deus habet

habet

bet actiones immanentes liberas, non mutatur voluntas eius: quia ab æterno, & ſemper eas conſeruat. 1. par. quæſtio. 19. artic. 7. & inſ. §. ſecundo. A. & præſentia Dei ſeu uiſio extēditur ad propoſitiones enunciabiles, & veritates rerum mutabilium, nec tamen mutatur. prima par. quæſtio. 13. articu. 15. At Angelus per creationem mutatur eſt in ſubſtantia: per peccatum in mortem ſpiritualem, & per nouas operationes mutatur accidentaliter.
r [r] Recent. cum Diuus Tho. 1. p. q. 10. art. 1. cum Boet. li. 5. de conſolat. proſa. vlt. & communis Theol. cum Magiſt. 1. diſt. 2 Palac. q. 2. Rada. 1. par. ſent. q. 30. ar. 2. æternitatē vſurpant pro inuariabili duratione Dei, ex eo quod eſt immutabilis quia non ſolum beatitudo Dei, ſed aliorū ſanctorum menſuratur: quia totum eſſe diuinū aut beatorum cū omni operatione beatifica, eſt immutabile. At in ſcriptura æternum, vel ſæculum (græc. æon. æonion. hebr. Holam cum lit. vau) ſignificat longum tempus vel durationem totius vitæ præſentis. Tit 1. ante tempora ſecularia Deut. 32. in æternum. (id eſt, ad finem mundi) & vltra. Auguſt. 16. Ciuita. capitu. vigeſimoſexto, lib. 12. ca. 9. in Geneſ. quæſtio. 31. contr. Ori-
s gen. ca. 6. Dam. lib. ſecundo, cap. 1. [s] Aeternitas differt à tempore. prima par. quæſtio. 10. art. 4. quia tempus habet partes actu: ſed quia nullam partem habet ſimul in præſenti, pendet ab actu intellectus conſiderantis, ut ſit menſura. At æternitas nec habet nec habere poteſt partes (communis Theol. cont. Aureol. & Gabr. 1. d 2. q. 1. concl. 7.) nec pendet ex actu animæ, quia eſt unum nunc ſemper manens. recen. quod vero ex D. Thom. ar. 1. & ar. 2. ad tertium colligunt Sylu. conflat. quæſt. 10. ar. 10. Ferra. 1. cont. gen. c. 15. Baſies, & Zumel. ar. 1. pendere ab intellectu in ratione menſuræ, videtur falſum. vt bene Caie. licet diſtinctio inter exiſtentiam diuinam, & durationem illius fiat operatione intelle-
t ctus. [t] Aetern. differt ab æuo. Diuus Thom. 1. p. quæſt. 10. art. 4. vbi recent. quia æuum menſurat ſolam ſubſtantiam angeli, quæ eſt immutabilis naturaliter. id eſt incorruptibilis: ita tamen vt accidentaliter moueatur. ſup. Q. fin. At ætern. requirit ut ſubſtantia Dei & omne attributum, omniſque operatio imminens illius ſit omnino inuariabilis: omnia eſſe præſentia in æternitate. vid. infr. §. 4. Q. D. Tho. 1. p. q. 14. a. 13. q. 57. a. 3. 1. d. 38. q. 1. ar. 5. de verit. q. 2. a. 12. de mal. q. 17 ar. 7 lib. 1. cont. gen. ca. 66 & ſequ. & id fatentur omnes Thom. Caie. Ferra. Baſies, Zumel, & recen. Sylu. confl. quæſtiu. 12. ar. 12. 16. 19. Catharin. de prædeſtinat & utuntur exemplo circuli quæ eſt Symbolum eterni Dei, vt dicit Pierius lib. 39. hieroglyph Rich. propendet. 2. d. 2. vbi Palac. quæſt. 2. Heruæ. etiam quodl. 2. q. 3. ar. 1. Capr. Hiſpal. 1. d. 38. vbi Herueq. q. vn. Greg q. 2 Bella. lib. 2. de Chriſto. c. 22. cum Aug. Matſ. 1. quæſt. 40. Aegid. opuſc. contr. correctores doctr. S. Th c. 4. Aug. 20. ciuit. c. 12. non aliter nouit facienda quam facta, quia futura in eius diſpoſitione ſunt facta. lib. 11. conſ. c. 19 lib. 15. Trin. ca. 7. (quod explicat in Pſal. 49. pulchritudo. & Pſal. 101. & lib. 11. ciuit. c. 21. communi. vid alia apud Torreu. li. 2. conf. c. 13. §. 6. de præſentia obiectiua) Hieron. in Epheſ. 1. ante mundi conſtitutionē. Greg 2 mor ca. 20. lib. 4. c. 32. lib. 20. cap. 34 Ambro. lib. de fi. ad Grat. Theoph. in Oſeæ. 5. Boet. 5. conſ. prol. 6. dum definit æternitatem. Anſel. Monol. c. 14. (& de caſu diabol. cap. 21. & Aug. 2. ad Simplic. q. 2. negat proprie dici præſcientiam, ſed ſcientiam: quia non eſt rei futuræ) Henr. in ſumm. articu. 31. quæſtio. 1. & quodlib. 5. quæſtio. 13. quod agnouit Plato, & quidam Philoſophi, & fauet modus loquendi ſcripturæ Pſal. 2. ego hodie genuite. eccleſia. 39. opera vniuerſę carnis coram illo. Rom. 4. vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt. Hebr. 4. omnia ſunt nuda
u & aperta oculis eius. u Caiet. cum D. Thom. prima par. quæſtio. 10. ar. 4. & quæſt. 53. art. 3. Doct. 1. d. 37. vbi Albert. ar. 24. Bona. Egid. q. 12. & recen. Baſi Zumel. Henr. quodl. 13. q. 7. Sot. in li. 4. Phyſ. q. 3 & facit d 10. q. 1. a. 4. Ferr. 3. cōt gen. c. 102. alij Doct. in 2. d. 2. vbi Heruæ. Capr. q. 2. Hiſp. Egid. tract. de mēſura Angelo-

2 Immutabilis Dei ſubſtantia ut ſua immenſitate excedit omnem locum, ita infinita ęternitate ſua ex-
r cedit omne tempus, [r] quæ eſt duratio tota ſimul totius diuini eſſe.
s [s] Multum excellit menſuram Angeli, qui natura quidem eſt incorruptibilis ſecundum ſubſtantiam, ſed quia uariis mutationibus ſubij-
t citur, [t] ſubſtantia illius menſuratur æuo: operationes uero illius fere omnes menſurantur ſuo in-
u ſtanti, aut tēpore diſcreto. [u] Deus ergo non diceretur ęternus, ſi ſola eius ſubſtantia non ſeneſceret aut uirtus tempore non infirmaretur: niſi omnis eius operatio etiam libera, & quæ infert effectum in tēpore, permaneret, ſemper immuta-
x bilis in eodem eſſe. [x] Primo, Dei intellectus præſcit quidem enūciabilia & futura contingentia ac liberas hominum operationes (ut certa
y ratio & fides docet [y]) ſed in ea co-
z gnitione non mutatur. [z] Quę præſciētia merito à Patribus & Theolog. uocatur intuitiua rerum omnium uiſio, ut. §. 5. explicabitur. Secundo, actus uolūtatis, quo electos ab æterno libere in finem dilexit, aut actus prædeſtinationis circa or-
a dinem mediorum non mutatur: [a] quamuis uir electus fiat in tempore iuſtus de impio, aut è contrario. Tertio, executio ut creatio actiua, conſeruatio, & gubernatio rerum naturalium: aut in rebus gratuitis motio per auxilium, & actiua iuſtificatio impij (id eſt, imperium Dei, quod quatenus infert effectum ad

rum. Nec vero reipſa negant tēpus diſcretū, & Angelum ſemper moueri in tempore Scot. 2. d. 2. q. 11. Gab. q. 3. Mai. q. 8. Greg. d. 6. q. 3. art. 2. Marſil. q. 7. ar. 3. poſt con. 1. ſed hi putant ſatis eſſe noſtrum tempus pro menſura motus Angelorum. & dum admittūt fieri, vt Angelus in tota hora fuerit in cœlo, & in inſtanti temporis terminatiuo ſit in terra (quod Cai. & Thomiſtæ admittunt cū D. Th. 1. p. q. 113. ar. 6. ad 3. ſecundum correſpondentiam temporis noſtri ad Angelicum) falſo infert Sco. & alij Angelum moueri in inſtanti tēporis noſtri. Cur autē Angelus qui æuo menſuratur, non videat quæ ſunt in tempore futuro? probat D. Tho. 1. p. q. 57. ar. 3. & Patres Hieron. Cyr. Theodo. & glo. in id Eſai. 4. annunciate quæ ventura ſunt. Ratio eſt, quia cognitiones Angeli præter cā quaſe naturaliter intelligit, menſurantur tempore ſucceſſiuo: & ſpecies infuſæ, non repræſentant res ipſas, niſi actu ſint. vid. Molin.
x in concord. ſup. 1. p. q. 14. diſp. 10. & 47. fin. [x] Sup. cit. R. [y] Ratio
y naturalis docuit Philoſophos, & varijs rationibus id probat D. Thom. 1. cont. gent. c. 66 Plato, ait, apud omnes ſignum fuit diuinitatis præſcire futura. Plutar. li. de Philoſophia. Aegypt. hæc eſt Dei beatitudo vt ſcientia præoccupet quæcumque fiunt. bene Aug. 5. ciui. c. 9. confiteri Deum eſſe, & negare præſcium eſſe futurorum, inſania eſt, & carpit Cicero. qui vt homines faceret liberos, fecit ſacrilegos. vide. c. 10. & lib. 13. Trin. ca. 7. & 13. de fide ad Pet. c. 32. 33. & alia ex eo refert Torren. lib. 2. conf. ca. 3. §. 6. Dionyſ. c. 7. diui. nom. Nyſſen. lib. 8. ſuæ Philoſophiæ. Tertul. cont. Marcian. ſciētia Dei tot habet teſtes, quot fecit prophetas. vid. Iuliū Syreniū. lib. 2. & 8. de fato. & id de fide probant Theol. cum Mag. 1. d. 38. 41. D. Tho. 1. p. q. 14. ar. 13. vbi recent. Molina. q. 14. diſp. 1. & 50. ex Scripturis, Eccleſia. 23. oculi Domini, & 39. opera omnis carnis. Sapien. 8. ſigna. Pſal. 138. intellexiſti cogit. Eſai. 41. annuntiate quæ ventura. 42. quæ prima. 48. prædixi tibi Daniel. 13 noſti omnia. Ioan. 14. nunc dixi. Ro. 4. vocat ea quæ non ſunt. Hebr. 4. non eſt inuiſib. creatura. Caſtro. & Medices,
z verb. præſcientia. [z] Communis Theol. quia videre intuitiue pertinet ad perfectionem ſcientiæ, & eſt noua veritas propoſitionis, vt ly eſt, exercet exiſtentiam in re. D. Tho. 1. p. q. 14. ar. 15. ad 2. q. 13. at. 7. ad 3. Suar. 3. p. q. 10. ar. 4. dub. 16. §. 2. Caiet. 2. 2. q. 83. ar. 11. ad 2. Soto d. 49 q. 3. ar. 2. Ferr. 2. cont. gen. c. 59. (qui tamen dicit oppoſitum eſſe probabile propter locum D. Tho. 1. p. q. 107. art. 1. ad 3.) & doct. qui negant res futuras eſſe præſentes Deo ab æterno. & quidam dicunt animam Chriſti videre in habitu omnia aut multa ex poſſibilibus creaturis, quas actu non conſiderat, niſi Deus nouo modo ſe uniat intellectui vt ſpeculum voluntarium, & anima ceſſet ab aliarum uiſione: tenet Bonau. 3. d. 14. ar. 2. q. 3. Scot. q. 2. Marſil. q. 10. ar. 2. quod licet falſum ſit, ſeruit
a propoſito. [a] Generaliter de immutabilitate Dei ex Scriptura & patribus probatum eſt. §. 1. Q. & eam ita admittunt Philoſophi, ut quidam dixerunt Deum quaſi ſimplici emanatione creaſſe omnes gradus creaturarum ab æterno ne admittant mutationem qua libere vult creare in tempore. vid. Ferr. lib. 2. cont. gen. c. 81. col. 10. fin Egid. tract. de eſſe & eſſentia. q. 2. & Socin. 12. meta. q. 15. cont. Auerr. qui ſaluant creari de nouo animas ſecundū Ariſt. abſque Dei mutatione: quia poſita tali embryonis diſpoſitione, naturaliter, anima emanat à Deo. ſed reuera Ariſto. & boni philoſoph. agnoſcunt Deum libere prouidere & creaſſe res, ut dicetur inſ. cap. 5. Id uero fit per creaturæ mutationem ex libera uolitione & actione Dei, quæ eſt æterna & immutabilis, vt probant Theol. cum Mag. 1. d. 39. D. Tho. 1. p. q. 19. art. 7. 1. & ad 4. idque admiſſa etiam opinione Caiet. ead. q. 19. art. 2. & 3. p. q. 1. art. 1. vbi Fr. Medin. in prolog. q. 2. Ferrar. 1. cont. gen. cap. 75. cum D. Tho. 1. d. 44. ar. vlt. & Greg. d. 46. q. vni poſt concl. 6. Bonau. d. 39. at. 1. q. 3. Duran. q. 1. Egid. q. 1. & 2. Greg. & Gabr. q. vnic. Palac. 1. d. 38. 2. q fi. quod actus liber in Deo dicat perfectionem poſitiuam, quam tamen Deus potuit libere non habere ab æterno.

quam-

extra, nocatur operatio tranſiens) non mutatur: ſed per eam Deus ab æterno voluit, vt effectus in tempo-
b re fieret. [b] Hæc pertinent ad ipſius Dei eſſe, immutabilitatem, & æternitatem durationis. Nunc dicen-
c dum eſt de attributis [c] vt de intellectu, voluntate, & potentia executiua, & de iſtarum potentiarum perfectione.

3 In nobis & Angelis potentia & illius perfectio, vt intellectus, habitus ſapientiæ, ſpecies intelligibilis & actus intelligendi eſt qualitas: ſed hęc omnia in Deo ſunt ſimplex eius ſubſtãtia ſeu forma. Hęc forma Dei ex quatuor rerum gradibus habet ſupremum: nec enim eſt forma corporalis aut ſenſitiua, ſed intelligibilis in actu, intellectiuaque & intelligens actu: atque ita ſubſtantia Dei eſt ſuum intel-
d ligere. [d] Nam ex ſubſtantijs viuentibus illa quæ recipit ſpecies abſtractas à materia, ſeu ſpecies intentio-
e nales, habet cognitionem: [e] & quanto ſubſtantia eſt immaterialior, tanto eſt magis cognoſcitiua: & in ſeparatis à materia, id eſt in Angelis, idem eſt intelligibile actu, & intel-
f lectus in actu, [f] atque ita naturaliter Angelus ſemper aliquid intel-
g ligit. [g] Secundo, in intellectu Dei
h eſt formaliter ſcientia, [h] cum hæc ſit perfectio ſimpliciter: & ſolus Deus ſeipſum qui omni ratione eſt infinitus, infinite comprehen-
i dit: [i] & per eſſentiam diuinam, quaſi per ſpeciem intelligibilem cognoſcit in ſe infinitas creaturas, gradus perfectionis ſe inuicẽ excedentes, quas eminenter habet, &
k facere poteſt. [k] Adſunt in mente diuina Ideæ: eſt autem idea in homine, ratio obiectiua (ad modũ verbi) intra intellectum ad quam artifex
l attendens efficit exemplatum. [l] Poſita diuinæ voluntatis ac prouidentiæ determinatione, aut permiſſione, Deus ab æterno videt, quæ vel ſolus in tempore eſt creaturus, vel bona quæ per cauſas ſecundas naturales, contingentes, aut liberas fient in aliqua temporis differentia: & videt mala moralia quæ per homines Deo permittente fient li-
m bere in tempore, [m] quorum Deus autor non eſt. Scire enim omnem veritatem etiam in malis, eſt perfectio intellectus.

De modo quo Deus certo cognoſcit futura.

4 Qua ratione & modo res quæ nobis adhuc ſunt futurę, dicantur æterno Dei videntis oculo præſentes, non vno & eodẽ modo Theo-
n logi explicant. [n] Qui non admit-

quamuis iuniores Thomiſtæ hanc ſententiam reijciant. At ſi abſque vlla mutatione creaturæ, Deus in tempore de nolente fieret volens, & amans iuſtum, aut è contrario de volente nolens, eſſet in Deo mutatio ſaltem moralis, vt ex doctrina D. Tho. 1. 2. q. 113 art. 2 probat Ferra. 1. cont. gent. cap. 83. quia volitio eſt actus in Deo. At ex eo quod de nouo factus eſt homo per mutationem humanitatis, non muta-
b tur Deus. [b] Caiet. cum D. Tho. 1. p. q. 46. art. 1. ad 10. quidã vero Nominal. actum & actionem liberam Dei ponũt circa obiecta, vt ſequatur hic aut ille effectus in creaturis, nec admittunt actum liberum poſitiue eſſe in Deo, de quo Greg. & Henricus. in 1. d. 46. vt actio tranſiens eſt in paſſo ſine mutatio-
c ne agentis. [c] Vt Ariſtot. hoc ordine agit de prædicamẽtis. 1. de ſubſtantia. 2. de quantitate, ratione cuius ſubſtantia eſt in loco: & de quantitate ſucceſſiua quæ eſt duratio: de vnitate & numero, qui conſtituit quantitatem diſcretã. 3. de attributis qualitatibus, quales in re ſpirituali ſunt intellectus & volontas cum ſuis actibus. Prouidentia, prædeſtinatio, potentia executiua, & beatitudo elicitur præcipue ab actu intellectus, ſed includit ſimul actum voluntatis. 4. De relationibus perſonarum: quæ non derogãt vnitati eſſentiæ potentiæ & actus. Ita D. Tho. agit. 1. de perfecta Dei ſubſtantia. 2. vice quantitatis, de infinitate Dei. 1. p. q. 7. & quod ſit in omni loco. q. 8. de æternitate durationis. q. 10. de vnitate ſine numero. q. 11. 3. de prædictis attributis, & de actibus illorum quę in nobis ſunt qualitates. Simili ratione agit de ſubſtantia Angelorum. 1. p. q. 50. & quod non habet quantitatem molis ſed virtutis. q. 52. de loco. q. 53. de attributo intellectus. q. 54. de voluntate. q. 59. de prouidentiæ
d executione & gubernatione. q. 103. ar. 6. q. 110. & ſeq. [d] Caiet. & recent. cum D. Tho. 1. p. q. 14. art. 4. q. 54. art. 1. vbi recent. & 1. cõtra gent. cap. 47. Henri. ſum. art. 54. q. 3. & quodlib. 6. q. 1. de fide. quia Deus eſt purus actus: & vt eſſe fluit à forma, ita intelligere à forma intelligibili in actu. quare male Gabriel. 1. diſt. 35. con-
e tendit hanc non eſſe eſſentialem, Deus eſt ſuum intelligere. [e] Vt ſubtiliter Caiet. colligit ex Ariſtot. 3. de anima, & D. Thom. 1. p. quæſt. 12. art. 1. quæſt. 79. art. 1. ad 4. vbi Caietan. art. 2. col. 3. ſiu quæſt. 89. art. 1. col. 3. Ferrar. 1. contra gent. cap. 44. (ſed Sylu. in conflato. 1. par. quæſt. 14. artic. 1. ait fruſtra Caiet. inueniſſe tot ſubtilitates.) quia iuxta Ariſtot. 3. de anima cap. 5. text. 37. 12. & vbi Auerr. immaterialitas eſt ratio cognoſcendi, loquitur in ſubſtantia viuente, quæ in potentia recipit formas intentionales vt transformetur in rem cognitam. D. Thom. 1. par. quæſt. 14. 1. q. 80. 1. quæſt. 84. 2. quodlib. 8. art. 4. Caieta. 1. par. quæſt. 12. art. 2. Ferr. ſup. commentum in 1. diſt. 35. Durand. quæſt. 1. Capr. Palac. & id agnoſcit Platon. & ſæpe ait Dionyſ. c. 11. & toto lib. cœl. hierar. & cap. 7 Diu. nomi. & ſcribentes in lib. 3. de anima. Hinc ſoluitur argumentũ de aere aut vitro recipiente ſpecies intentionales, & tamẽ non cognoſcit. Ratio, quia non eſt res viua, nec ſibi recipit vt trãſ-
f formetur in rem cognitam. [f] Ariſt. 12. metaph. hoc dixit de intelligentijs, quia falſo putauit eas eſſe puros actus, & ſemper intelligere omnia. Nam in illis intellectus, ſpecies intelligibiles & ipſum intelligere ſunt accidentia. 1. p. quæſt. 54. Sed Ferrar. & Caiet. dict. quæſt. 12. art. 2. exponit quod intellectus in actu ſit ipſum intelligibile actu, quia per eandem numero formam (id eſt, per ſpeciem intelligibilem) vtrumque ſit in actu. ac ſi duæ materiæ haberent eandem numero formam, conſtituerent vnum tam-
g quam partes eiuſdem rei. [g] Angelus ſemper aliquid intelligit (ſaltem ſeipſum & Deum) & anima Chriſti per ſpecies infuſas. Suar. 3. par. quæſt. 11. §. 5. dub. 28. §. 1. At Victor. in prælect. 1. p. q. 58. 1. cum Greg. 2. d. 11. q. 1. putat probabile quod poteſt angelus ceſſare ab omni cognitione. Impoſſibile vero eſt creari ſubſtantiam ſpiritualem, quæ de ſe non ſit intellectiua, cum ſit immaterialis, iuxta dicta lit. F & in ſupremo gradu entis. Nam doct. eſt Aug. 14. Trinit. diſtinguunt quatuor gradus rerum ſeu perfectionum, qui omnes reperiuntur in homine, vt ait vterque Greg. & dom Aug. 12. Geneſ. ad lit. c. 10. non audet determinare eã difficilem quæſtionem: an ſit vlla res quę ſolo intellectu cerni poſſit (id eſt ſpiritualis ſubſtantia) & tamẽ non intelligat. non dubitat quin omnis ſubſtantia ſpiritualis ſit intellectiua: ſed an ſemper & neceſſario aliquid actu intelli-
h gat? [h] D. Thom. 1. p. q. 14. 1. vbi recen. colligũt ex ſcriptura & patribus. Clem. Alex. 5. Strom. Nyſſen. lib. 8. Philoſoph. ſeu de prouidentia. c. 6. Hilar. 9. Trin. poſt med. Nec obſtat quod in nobis ſcientia eſt per diſcurſum ex cauſa in effectum: quia ſatis eſt vt Deus vel Angelus in cauſa cognoſcat effectum ſeu concluſionem. 1. p. q. 14. 7. q. 58. 3. quod vero Hierony. ait in id. Abac. 1. mundi ſunt oculi tui, eget explicatione. & bene loquitur in id Matth. 10. nonne duo paſſeres. & illum explicat Mag. 1. d. 39. Sixtus. lib. 5. biblioth. c. 257. Nec in Deo eſt habitus ſcientiæ, vt multis probat D. Thom. 1. cont. gent. ca. 56. nec ſcientia in eo dicitur metaphorice aut caſualiter (vt quidam putant apud D. Thom. de verit. q. 2. 1. c. & ad 5. eo modo quo in Deo dicitur ira) ſed formaliter: ſicut eſt bonitas & potentia, quæ ſunt perfectio ſimpliciter.
i [i] Sup. §. 1. N. recent. probant cum D. Tho. 1. p. q. 12. 7. q. 14. 3. & 3. p. quæſt. 10. 2. vbi Suarez. dubio. 26. ex 1. Corinth. 2. Spiritus
k omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. [k] D. Tho. 1. p. q. 25. 2. potentiam Dei eſſe infinitam, & quolibet angelo dato poteſt facere perfectiorem in infinitum ſyncategorematicè. & inſuper naturalibus caritas, uel lumen gloriæ poteſt augeri in infinitum. 2. 2. q. 24. 7. Quod ſi Deus non produceret, aut non poſſet facere creaturas, non haberet ideas illarum, & tamen illas comprehen-
l deret per infinitam ſcientiam. [l] Inf. §. 6. Y. Aug. ſæpe cum Plat. agnoſcit ideas in mente diuina. & quia idea hominis concipitur præciſe, vt eſt obiectiua ratio intelligendi aut faciendi ſolum hominem, non eſt nuda eſſentia diuina quæ extenditur ad omnia, ſed cointellecto reſpectu rationis, per quem refertur ad ſolum hominem. nec tamen idea eſt res limitata, ut bene Henric. ſumm.
m ar. 68. quæſt. 5. lit. X. de quo inf. cap. 8. [m] Creati. §. 1. Y. [n] Sunt
[g] Quidam negant eſſe ſpeculatiuam vel practicam, ſed affectiuam (nam viſio Dei etiam vt ſpeculatiua mouet affectum ad neceſſariam Dei dilectionem) Alexand in prolog Bonauent. quæſtio. tertia, prolog. Albert. Egid. & fauet Henric. ſumm. articulo octauo, quæſtione tertia. fin. At hos bene confutat Herueæ. quæſtione quarta, prolog. quem tranſcribit Durand. quæſtione tertia. & Egid. fatetur id Theologiæ quod ſe tenet ex parte intellectus, magis eſſe ſpeculatiuum: vt habitus fidei eſt præcipue ſpeculatiuus, cum reſpiciat Deum vt verum, & non vt obiectum operabile. D. Thom. 2. 2. quæſtione 4. articulo 2. ad tertium. & 1. 2. quæſtione 56. articulo tertio.

[h] Sapient. 6. enim ſapientiam deduci à ſapida ſcientia. D. Tho. 1. p quæſt. 1. ar. 6.

[i] Eſſe magis practicam. Bonau. Pet. de Tarant. apud Carthuſ quæſt. 2 prolog quia ſacra ſcrip. quæ dat principia Theologiæ, præcipue ordinatur vt inflammet affectum ad amorem, & praxim, vt aiunt Alexand. Albert. Scot. Richard. Quidam ex his viſionem beatam aiunt eſſe præcipue practicam, quia ordinatur ad dilectionem Dei, in qua conſtituunt beatitudinem. 2. alij negant eſſe practicam, niſi ſecundum quid, aut eminenter, vt Capr. quæſt 2. prolog. colligit ex D. Thom prol. ar. 3. vbi tamen nõ vocat practicam ſecundum quid, ſed quo ad aliquid. ſed re vera eſt formaliter practica ſimul & ſpeculatiua. Recentio. cum Caietan. q. 1. ar. 4. Capreo. quæſt. 3. prol. Syluest. in conflati. 1. par. quæſt. 1. ar. 23. ſentit Herueæ. quæſt. 4. prolog Henric. ſup. & fatetur Durand. quæſt. 6. prolog. Grego. quæſt. 5. ar. vlt. ſentit D. Thom. 2. 2. quæſt. 19. ar. 7. quæſt. 45. ar. 4. At ſcientia pure aut principaliter practica eſt imperfecta: quia caret plena principiorum cognitione, & imperatur ab alia.

[k] Vt ſcientia vna Dei eſt ſimul ſpeculatiua & practica, propter ſui eminentiam: ita Theologia (quam D. Tho. quæſtio. 1. articu. 3. ait eſſe impreſſionem exemplatam à diuina ſcientia) eſt quo ad obiecta, ſpeculatiua & practica formaliter: quia conſiderat cõcluſiones ſpeculatiuas & practicas, (& eſt vnicus habitus & ſimplex qualitas Marſ. prolog. quæſtio. ſecunda, articulo ſecundo. Caiet. cum D. Thom. prima par. quæſtio. prima, art. tertio, & prima ſecundæ, quæſt. 54. artic. quarto, Recen. contra Duran. quæſtio. quarta, & ſexta, prolog. Gregor. quæſt. quinta, Gofred. dicẽtes habitum ſpeculatiuũ eſſe diuerſum à practico.) ſic de arte alchimillæ eſt duplex ſcientia, aut de angelo, ſi quis in angelum poſſet transformari. Prima quæ ſpeculatur naturam & proprietates auri aut Angeli; ſecunda, practica, de via & modo quo fiat aurum, aut acquiratur transformatio in Angelum. ſic Theolog. practica eſt de modo acquirendi ſibi Deum, & vt homo transformetur in Deum participatiue: licet vero actus morales per accidens ſe habeant ad ſpeculationem Dei, per ſe tamen conſiderantur à Theolog. vt via ad conſequendum ſibi Deum: ac ſubinde ſpeculatio & praxis, pertinet ad idem obiectum, & finem proximum.

[l] primo Timoth. primo finis præcepti caritas. Roman. decimo. plenitudo legis eſt dilectio. Matth. 22. in his duob. Auguſtin. quidquid patet, quidquid latet in ſcripturis, eſt caritas.

[m] D. Thom. prima parte quæſtio. 23. articulo primo, quæſt. 62. artic. ſecundo, & 12. quæſt. nona, artic. ſecundo, ad tertium. quæſt. 109. artic. tertio, ad primum. & artic. quinto, ad tertium. vbi Frãc. Medin. artic. quarto, fatetur Soto diſtinct prima, quæſt. ſecunda, art. tertio, diſtinct. quinta, quæſtio. vnic. artic. ſecundo, colum. 19. & in fin. totius quarto, & lib. ſecundo, de natura & grat. cap. 11. Cano relect. de pœnitentia. par. ſecunda, relect. de ſacram. ait oppoſitum ſapere hæreſim. Baſſes 2. 2. quæſt. 2. art. 7. Michael. Medin. lib. 1. de rect. in Deum fid. ca. 7. lib. 4. cap. 7. & 8. Pigh. controu. 2. Latom. de fid. & oper. Hoſ. in inſtitut. cap. ſecundo, his. quod vt fides remuneratoris eſt obiecti ſupernaturalis. Hebr. 11. Trident. ſeſſ. ſexta, cap. ſexto, cano 3. ita viſio clara Dei & beatitudo eſt ſupra ſenſum & naturam hominis. 1. Corinth. 2. nec oculus vidit. Iſai. 64. & oppoſitum retractat Soto monitus à Cano. & tandem fatetur Cordub. lib. 1. quæſt. 2. pag. 32. lib 4. quæſt. 5. ſic Deus eſt cauſa effectiua. 1. vt autor rerum naturalium. 2. vt autor effectuum ſupernaturalium.

[n] Incarnatio etiam vt poſſibilis non poteſt demonſtrari ratione naturali. Scot. 3. d. 1. D. Tho. Durand. Scot. Marſil. Palac. q. 1. Suar. 3. p. quæſt. 1.

Dei, quæ illi creatæ naturæ deberi poteſt: [o] nec creari poteſt ſubſtantia, quæ naturali vi Deum videat, aut cui ea viſio per naturam debeatur. [p] & tamen poſita vna gratia debetur homini iuſto altera gratia, quę eſt vita æterna: & poſito ſtatu hominis per gratiam adoptan, iuſtis qui ex principio gratiæ tanquã viua Chriſti membra digne operantur, debetur hæreditas gloriæ, etiam tamquam merces operum iuſtorum, & corona iuſtitiæ. [q]

CAP. II.

De fine hominis naturali, & medijs quæ eſſent inſtituta ad illius conſecutionem.

SI homo cum ſola naturæ facultate & talento conditus eſſet, ſubiectus præceptis tantum iuris naturalis, quæ lex æterna Dei per lumen naturæ, & euidentem aut certum hominis diſcurſum proponit: hic cum communi & generali concurſu Dei, & cauſarum vniuerſalium, Deum vt finem naturæ diligere poſſet. [a] quia hic actus non eſt naturæ ſanæ improportionatus, quando nullum habet impedimentum peccati, quo fit auerſus à Deo. [b] Longo tamen tempore permiſſus homo fragilis varijs impugnationibus hoſtium ſuccumberet: [c] niſi ſpeciali cura, & auxilio Dei præſeruaretur. Hic vt ante peccatum poterat cum dono iuſtitiæ originalis quatenus illum perficiebat circa finem naturalem, ita poſt peccatũ cum gratia habituali ſanante naturam, poteſt ſine alio concurſu auxilij ſupernaturalis, diligere ſuper omnia Deum finem naturę, ſeu cognitum lumine naturæ. [d] Tenetur itẽ ex iure naturæ implere pręcepta moralia, & excellentem Dei maieſtatem ex uirtute religionis colere interno latriæ cultu, & humili proteſtatione per oblationem ſacrificij: gratias agere pro beneficijs, [e] & ſeipſum Deo offerre in ſeruum, tanquam animæ ſuæ, & corporis autori, & benefico conſeruatori.

2 An vero ex his qui eſſent in nuda natura, quidam in officio uirtutis abſque peccato mort. ſe continerent, vſque ad mortem? nihil certi ex ſcriptura ſacra habemus. Potuit Deus in eo ſtatu donare opportunis locis, & temporibus auxilia quędam uiribus naturæ proportionata, & inſpirationes bonæ fortunæ: [f] & ſane deceret maximè, vt hic homo talia auxilia de Deo bonæ naturæ autore ſperaret, & frequenti oratione ac ſacrificiis impetraret, quibus uiueret ſecundum rectam rationem, ſeruans pręcepta decalogi, & cum continentia ac fortitudine perſeuararet. Iuuaret bona inſtitutio, & exemplum aliorum: ſi quidam ſelecti in monaſterio & ſchola virtutis; tanquam miniſtri cultus diuini, ut nunc in religione, educarentur, cum ſapientum & ſtudioſorum exhortatione ad uirtutem. Sic cum Dei adiutorio & directione uiuens ſecũdum rationis & legum pręſcripta uinceret, pugnans contra morbos connaturales, qui ſunt paſsiones rebellis appetitus, corporis fatigatio & tędium animæ in prolixo bello.

3 Non eſt credendum in eo ſtatu naturę ſi inſtitutus eſſet, perituros omnes homines, quaſi fruſtra creatos, [g] abſque conſecutione felicitatis naturalis: ſed ex peculiari

quæſt. 1. ar. 1. dub. 3. §. 1. & de actuali incarnatione probat in prof. ea Patribus. Bellar. lib. 3. de Chriſto, c. 3. & tamen probant ex ſimilibus quibuſdam. quæ refert Bellar. c. 8. quare ſub nullo merito de condigno cecidit incarnatio. D. Tho. 3. p. q. 2. art. 11. Suar. dub. 10. §. 3. & ſeq. Doctor. 3. d. 2. Aug. de prædeſt. ſanct. ca. 15. de correct. & gra. c. 11. Enchir. c. 36. 40. li. 13. Trin. c. 17. [o] Augo. de præd. & grat. c. 15. ait, ſimilem eſſe gratiam qua homo fit iuſtus ei, qua humanitas vnita eſt Verbo. nempe abſque merito. Diuus Tho. 1. 2. q. 114. art. 5. q. 112. art. 3. vbi Fr. Med. probat eſſe de fide. Roma. 3. 5. & maxime 4. & 11. ſi eu operibus, iam non ex gratia. Vega. q. 6. de iuſtif. & li. 6. in Trid. c. 8. & 10. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. & bene c. 8. ca. 1. & 2. 9. & oppoſitã hæreſim abiurauit Pelag. in Conc. Palæſtin. apud Augu. epiſt. 106. & damnatus in Arauſic. c. 4. 6. & 10. & maxime, c. 17. Mileu. c. 5. Soto. lib. 3. de nat. & grat. c. 4. [p] Quia unio diuinæ ſubſtantiæ in ratione ſpeciei intelligibilis eſt creato intellectu nõ habetur, nec debetur per naturã: ſeruo enim qualis eſt homo per naturam non debetur adoptio amicitiæ, & hæreditas, nec debetur homini quod habeat fontẽ ex quo procedant virtutes omnes infuſæ: & cui eſt donis detur perſona Spiritus ſãcti. 2. vt naturali nõ poteſt habere hæc dona: quæ dantur non vt facilius homo faciat operationes ſupernaturales, ſed vt ſimpliciter poſſit. Concil. Arauſic. cano. 5. Trid. ſeſſ. 6. can. 2. item. 3. quia certa cognitio Trinit. Incarnat. Euchar. & remunerationis ſupernaturalis, non poteſt cognoſci ſine lumine infuſo fidei, aut auxilio Dei. Triden. cap. 3. & paſſim Patres. & ſicut ſpecies Dei ſi ſit ſubſiſtens, aut gratia unionis eſt Deus D. Thom. 1. 2 quæſt. 110. ar. 2. ad ſecundum. ita ſubſtantia, quæ per naturam videat Deum, non poteſt eſſe niſi Deus. [q] Titulum hęreditatis pro adoptione, & coronam iuſtitiæ pro operibus meritorijs coniungit. Triden. ſeſſ. 6. cap. 16. ex ſcript. & Patribus.

in talento naturæ tenetur diligere Deum ſuper omnia naturali præcepto: Deus autem nihil præcipit impoſſibile, vt ait Conc. Arauſican. & Trident. ſeſſio. 6. cap. 11. canon. 18. & id videtur agnouiſſe Plato libro ſecundo, de legibus. Cicero. libro 2. de legib. Eugub. de perenni philoſoh. probat ex philoſophis. & nunc cum primum homo habet plenũ rationis vſum, tenetur præcepto naturali conuerti in Deum. D. Tho. prima ſecundæ, quæſt. 89. ar. 6. [b] Quidã aiunt exiſtentem in habituali peccato mort. poſſe vi naturali diligere Deum ex vi naturę. Olim D. Thom. 2. diſtinctione, 28. quæſtione prima, articulo ſecundo, diſtinct. 33. quæſtione ſecunda, & multi in 3. diſtinct. 27. Sco. Durand. Rich. Egid. Gabriel. Almã & innuit Caieta. 1. 2. quæſt. 113. artic. 2. Suar. 3. part. q. 11. art. 2 dubio quarto: §. 8. verſicu. deinde ſi. ſed ſunt interpretãdi, ita vt impleat præceptum, diligẽdi, & vitet peccatũ at ea obiectiua Dei dilectio imperfecta & inefficax, eũ peccans nõ diligat Deum ſuper omnia; ita ut auertatur ab habituali peccato in quo finem conſtituerat Soto 1. de natura & gratia: capitolo 22. & d. 17. q. 2. artic. 5. & plane D. Tho. Corrigens. 12. q. 109. ar. 3. & Recẽ. fauet Cõc. Arauſic. ca. 25. dũ de natura lapſa ait, donũ Dei eſſe diligere Deum. Mileu. ca. 4. Cęleſt. & Inn. Papa paſſim in epi. Aug. 5. cont. Iul. c. 5. & c. 9. ait oppoſitum eſſe Pelagianum. Maximus ſer. in commun. Martyrum. Greg. 33. Moral. c. 25 Bernar. lib. de diligẽdo Deum ait, Difficile eſſe imo impoſſibile ſic diligere ſine gratia. & hi Patres non diſtinguunt de dilectione naturali aut ſupernaturali. Nam cum voluntas attenuata & vulnerata peccato ſit auerſa à fine etiam naturali. Trident. ſeſſ. 6. capit. 1. Diuus Tho. 1. 2. quæſt. 85. 1. ad 3. non poteſt agere perfectiſſimũ actum hominis ſani, qui eſt diligere Deum. Vega de iuſtific. quæſt. 10. [c] Quia & iuſtus non perſeuerabit diu, ſine alijs auxilijs adiuuantibus. Aug. de correct. & gratia c. 11. 12. lib. 2. de bono perſeuer. cap. 7. Trident. ſeſſ. 6. can. 16. Arauſic. can. 10. D. Tho. 1. 2. quæſt. 109. art 10. ergo multo minus homo in talento naturę id poſſet. [d] D. Thom. d. q. 109. ar. 3. & cit. Doctor. [e] Quod poſſit præſtare quædam opera. D. Thom. ar. 2. & implere ſingula præcepta naturæ, ac vincere ſingulas tentationes, art. 4 & 8. & de cultu Dei 2. 2. q. 81. ar. 4. ad 3. quod agnouerunt philoſophi quos refert Valer. Maxi. lib. 1. & de gratiarũ actione. Rom. 1. aut gratias egerunt. Diuus Tho. 1. 2. q. 19. ar. 6. & 2. 2. quæſt. 107 artic. 2. vid. Bellar. lib. 3. Roman. Pont. capit. 23. §. 1. lib. 1. de ſanctorum beatit. capit. 12. & ſequent. [f] Signiſ. Auguſtin. de correct. & gratia. capitulo vndecimo, Ariſt. 2. libro de bona fortuna, quem ſequitur Caietan. cum D. Tho. 1. par. q. 82. art. 4. ad 3. Ferr. 3. contra gent. ca. 89. & ex philoſophis probat Eugub. de perenni, Philoſ. Lilius Girald. de dijs Gentiũ. Syntagma. 17. [g] Hæc eſt ratio D. Th. 1. p.

CAP. II.

[a] DIuus Thom. 1. 2. quæſt. 109. artic. 3. argum. ſed contra & ſi. con. & ad 2 quodlib. 1. art. 4. in 2. diſtin. 33. quæſt. 2. art. 2. ad quintum. & ſigniſ 1. par. q. 60. art. 5. ad ult. ueri. quæſt. 24. art. 12. corp. & ad 16. Caiet. d. quæſt. 109. artic. 3. & 4 & opuſc. de conte. Victor. relect. de homic. Vega opuſc. de iuſtif. quæſt. 10. Gerſon. in Centiloq. 3. par. de impulſib. decad. 4 fin. Abulen. Matth. 19. quæſtione 77. Henric. quodlib. 4. quæſtio. 11. Maior. 3. diſtinct. 29. vbi Durand. quæſtione 2. Richard. idem Gabriel. & Almain. 3. d. 27. Scot artic. 3. & alij in 2. diſtin. 28. Durand. quæſtione 4. Scot. q. 11. ad fin. Egid. q. 4. ad 1. Gofred. quodlib. 4. quæſt. 6. quia homo

Dei prouidentia & cura, poſt mor-
tem hominis quædam animæ, bea-
titudinem naturalem conſequeren-
tur in ea eximia operatione poſi-
h tam, [u] quia anima ſeparata, per pro
priam ſubſtantiam tanquam per ſpe
ciem, & Dei imaginem, haberet
i contemplationem Dei: [i] & cum
eſſet abſque peccato, ſimul haberet
k amorē Dei, vt finis naturalis eſt: [k]
qui amor melior eſt cognitione na
l turali Dei. [l] Hac perfecta intelle-
ctus & volūtatis operatione quaſi
duplici manu teneret Deum: &
ea poſſeſſione veri, boniq; vni-
m uerſalis ſatiaretur voluntas, [m] quę
eſt vniuerſalis appetitus. ad viſio-
nem enim Dei & perfectam amici
tiam homo non habet pondus, &
n naturalem appetitum. [n] Nunc ve-
ro ſtatu eleuatæ naturæ per Dei
ordinationem & gratiam, dicitur
o connaturalis viſio beata. [o]

4 Hanc naturæ felicitatem ex pe
culiari Dei cura cōſequerētur poſt
p mortem, [p] qui breui viuentes cum
bona corporis conſtitutione ac va-
letudine, & bona educatione inter
ſtudioſos philoſophos, decederent
q abſque peccato mortali [q] & ſalua-
rentur pueri, & amentes ante ra-
tionis vſum decedentes. Pelagius
quos paruulos hæretice negat con
trahere verum peccatum origina-
r le, [r] ait, conſequenter locutus, hos
ſine baptiſmo decedētes conſequi
ſalutem & vitam quandam æter-
ſ nam. [ſ] cum tamen vere neget iſtos
introire in ſupernaturale regnum
t cœleſte cum Chriſto: [t] quia eis
data non eſt palma gratiæ per ba-
ptiſmum. ſed Vincentius Victor
differri eis putat introitum in re-
gnum, ad diem vſque finalis iudi-
u cij tantum. quos B. Aug. [u] abunde
confutat, irridens ſtultam ſenten-
tiā, nouam præſumptionē, & inſo-
x lentiam: [x] quia de facto nullus ha
bebit ſolam naturæ fœlicitatem,
qua ſatietur.

5 In præſenti vita nec ille ho-
mo nec nos dicimur beati: quia
nemo hic ſecurus eſt de bono poſ-
y ſeſſo. [y] Tutior erat Adam in ſta-
tu innocentiæ fruens fœlicitate
quadam: ſed non erat beatus, vt
nec Lucifer in tutiori loco cæli
creatus. Iuſti tamen in ſacris ſcri-
z ptur. dicuntur beati in ſpe [z] viua,
quia poſſidēt ius gloriæ ex gratia &
promiſſione Dei, cum quadā frui-
tione beatitudinis participatæ. &
Beatiſſ. Virgo Maria cum eſſet cer
ta de propria ſalute & perpetua pu
ritate, ait Luc. cap. 2. Beatam me di
cent omnes generationes. Hæc bea
titudo viæ principalius conſiſtit in
actu caritatis: per fidem enim am-
bulamus, & per ſpem tendimus in
a rem abſentem: [a] ſed amicitia ca-
ritatis tendit in Deum ſecundum
ſe cum quadam poſſeſſione. & ta-

h quæſtio. 23. art. 1. [h] Ariſtot. 12. metaph. tex. 51. lib. 10. Ethic. cap. 7. & 8. & res eſt propter operationem. vid. Caieta. 1. 2. quæſtio. 3. art. 1. Auguſtin. 14. ciuit. cap. 2. & 4. & ſermon. 13. de verb. Apoſt. vide Bellar. 1. de purgat. cap. 7. col. 3. D. Thom. 1. 2. quæſt 3 art. 2. Cord. lib. 1. quæſt. 42. Nauar. prælud. 4. num. 6. Durand. 3. diſt. 35. quæſt. 1. num. 6. Soto diſtinct. 49. quæſt. 1. art. 2. vbi Richard. artic. 1. q. 7. Tarant. Maior. q. 5. Alexand. 4. part. q. 12. memb. 2. nec id negat Henric. quodlib. 13. q. 12. (vbi videtur felicitatem conſtituere in habitu gratiæ & caritatis: vt Stoici & Seneca li. de vit. beata in virtute) quia idem Henric. quodlib. 1. q. 14. & in ſumm. art. 49. q. 5. conſtituit in ope
i ratione. [i] Signif. D. Tho. 1. 2. quæſt. 3. ar. 8. & art. 6. ad primum quæſt. 57. ar. 2. ad ſecūdum. quæ contemplatio Dei iuuatur per habitualem virtutem ſapientiæ. Ariſtot. 6. Ethic. cap. 2. Caiet. 2. 2. quæſt. 23. art. 6. ad primum, Ferr. 3. cont. gent. ca. 49. de quo & Sixt. lib. 8. biblioth. hær. 8. Galatin. libro 2. de arcan. ſcript. Viues in Auguſtin. libro 8. ciuit. cap. 8. refert philoſophos felicitatem poſuiſſe in cōtēplatione Dei. Plato in repub. de legib. & in Phœdone. Ariſtot. 10. Ethic. c. 7. Cicero. 5. de finib. & alios Philoſophos Arabes refert Carthuſ. 1. diſtinct. 1. quæſt 3. ſic dum Ariſtot. in parte rationali animæ ponit felicitatem: interpretandus eſt, de a[c]tu intellectus & voluntatis, vt aiunt D. Tho. 3. diſtinct. 27. quæſt. 1. artic 4. ad primum. ſolut. 2. Marcellus libro 5. de anima. capit. 45. Henric. ſum. artic. 49. quæſt. 6. ad ſecūdum. quamuis hic quæſt. 5. lit. P. & Durand. 3. d 35. quæſt. 1. nu. 6. carpunt philoſophos quod diminute in ſola operatione conſti-
k tuant beatitudinem. [k] Quod agnouit Ariſtot. vt dictum eſt, & Peripatet. & Platonici, vt probat Ferr. 3. contra gent. cap. 26. nā Lucifer in quo naturalia manſerunt integra ex Diony. diui. nom. cap. 4. Auguſt. 9 ciuit. cap. 20. D. Tho. 1. par. q. 64. 1. ad 2. non retinet felicitatem naturalem per ſolam Dei cognitionem: quia caret amore Dei & rectitudine volūtatis, quæ neceſſaria eſt ad beatitudinem. D. Thomas. 1. 2. quæſt. 4. artic. 4. imo ad complementum beatitudinis ſupernaturalis pertinet dilectio Dei, ſeu fruitio, vt docet Benedict. XII. in extrauag. contra Ioannem. 22. D. Thom. 1. 2. quæſt 4. articulo octauo, ad tertium. & dicetur inf. ca.
l 10. [l] Probat D. Tho. 1. par. quæſt. 82. artic. 3. & 2. 2. quæſt. 27. ar. 6. ad tertium. vbi Caietan. & Recent. quia amor tendit in Deum ſecūdum quod eſt in ſeipſo. & partim poſſidet, vt probat Henric. ſup. D. Thom. 2. 2. quæſt. 28. artic. 3 citans Matth. 25. intra in gaudium domini tui. vt homo intrando domum emptam, (quæ eſt amplior homine poſſeſſore) capit poſſeſſionem illius. & piſcis intrans in mare. ſed noſtra naturalis cognitio non attingit Deum,
m vt eſt in ſe, nec poſſidet ſine amore. [m] Caietan. cum D. Thom. 1. 2. quæſtio. 3. articulo ſeptimo, & octauo, & 2. 2. quæſtione 175. artic. 1 ad primum. nullius vero obiecti creati amor: & cognitio ſatiaret appetitum vniuerſalem: quia creatura nō eſt bonum vni-
n uerſale. [n] Vt homo ad vnionem hypoſtaticam non habet appetitum naturalem (licet ex potentia obedientiali ſit capax illius.) & tabula raſa non habet pondus naturę ad pulchram & pretioſam effigiem artificialem: ita nec homo ad viſionem amicitiamque Dei cum poſſeſſione diuinorum bonorum. cit. cap. 1. lit. I. &

hęc eſt dignitas hominis quod habeat de facto finem ita eleuatum. D. Thom. 1. 2. q. 5. art. 5. ad 2. nec ordinatio extrinſeca Dei aut fides intellectus addit nudę voluntati humanę pondus intrin
o ſecum ad viſionem Dei. [o] Ob 3. rationes. 1. quia eſt connaturalis ſtatui iuſti & filij. Roman. 8. ſi filij, & hęredes. 2. homo etiam Paganus poſita Dei ordinatione habet pondus remotum ad viſionem Dei (cum enim naturæ eleuatæ ſit debita gratia, quam in primo parente amiſimus, omnes naſcimur priuati gratia debita ineſſe, & per natio eſt cauſa appetitus) quia habet capacitatem & vacuitatem, ex qua appetit repleri viſione Dei. vt homo remota riſibilitate habet eam in coaptatione & potentia remota. Soto li. 1. de natur. & grat. cap. 4. d. 49. q. 2. ar. 1. Victor. Scot. prol. q. 1 §. ad quęſt. & in 4. d. 49. q. 11. (hinc quæſt. 8. infert demonſtrari ratione naturali) Durand. quæſt. ſecunda, & tertia, (hinc quæſt. octaua, ait hunc naturalem appetitū eſſe ipſum intellectum, qui in actum viſionis primæ cauſæ propendet) fauet D. Thom. prima parte quæſtio. 83. 1. ad 5. Item 3. quia poſita fide aut reuelatione obiectiua quod poſſibile ſit videre Deum, homo actu elicito optat naturaliter illum videre. Caietan. prima parte quęſt. duodecima, articulo primo. opuſc. de beatitud. ad Scot. fin. Syueſt. conſt. prima parte quæſt. duodecima, articulo primo. Ferr. cum D. Tho. 3. contra gent. capit. 51. Durand. ſup. fauet D. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 5. 5. ad 2. quæſt. 113. decima quæſtio. 114. 2. ad 1. &
p tertia part. quæſt. 9. 1. ad 3. [p] D. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 5. artic. quinto, quod agnouerunt philoſophi citati & Arabes apud Carthuſ. prima diſt. prima, quæſt. tertia, de quibus inf. cap. nono,
q §. decimo. [q] Interdum ille homo excuſaretur à difficili pręcepto, per moralem impotentiam. ſignifi. Auguſt. lib. tertio, hypognoſt.
r [r] De quo Recent. cum D. Thom. 1. 2. q. 81. ſup. lib. de baptiſm. cap. 16. Caſtro & Medices. verb. peccatum hær. 1. Concil. Milen. cap. 2. Trident. ſeſſ. 5. Patres in Roma. 5. Bellar. de baptiſm. cap.
ſ 11. [ſ] Refert & confutat Auguſt. 1. de peccat. mort. cap. 20. vid. ca. 9. 18. 23. 27. 30. & lib. 2. cap. 10. 12. lib. 3. cap. 4. 9. epiſto. 105. epiſt. ad Renat. de bono perſeuer. cap. 12. lib. ſexto, hypogn. ad fin. lib. 6. contra Iulian. cap. 10. de natura & gratia. cap. 8. imo & quidam catholici, vt Paludan. 4. diſt. 45. quęſt. 3. Catharin. opuſc. de paruulis, aiunt decedentes cum ſolo origin. conſequi felicitatem naturalem cum cognitione & amore Dei naturali, fauet Nazian. orat. 40. in ſanct. baptiſ. vbi Nicetas. quos tamen bene impugnat Soto infra. Sebaſtia. cum D. Tho. 3. p. quęſt. 68. art. 2. in §. 2. & 11.
t [t] Quia Ioan. 3. niſi quis renatus: non poteſt introire in regnum. ſup. libro de baptiſ. c. 4. 3. §. 2. & c. 21. Auguſt. D. Tho. & Sebaſt. ſup. de quo Soto 1. de natur. & gratia. c. 14. diſt. 48. q. 2. art. 4. ad 4. vid. d. 47. q. 1. ar. 3. ad 2. Duran. 3. d. 33. q. 3. & in 4. diſt. 44. q. 11.
u Caſtro, verb. beatitudo. hær. 6. [u] Auguſt. libro primo, de anima
x & eius orig cap 9. lib. 2. cap. 11. 13. lib. 3. c. 9. [x] Auguſt. 1. de pec-
y cat. mer. c. 20. & lib. 2. c. 12. [y] Quia beatitudo eſt bonum inamiſſibile. D. Thom. prima ſecundæ, quęſt. 5 art. 5. & ſecura poſſeſ-
z ſio. [z] Patres in id Matth 5. beati mundo corde. D. Thom. 1. 2. q.
a 5. art. 3. ad 1. q. 69. art. 2. [a] Paul. 1. Cor. 13. per fidem ambulamus. ergo non eſt terminus & beatitudo. & de caritate dicit, ma-
ior

ior autem horum eſt caritas. & c. 12. excellentiorem uiam uobis
b demonſtro. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 23. artic. 6. Cano inf. b Phi loſophi cit. ſup. l. Ariſtot. 1. Ethic. cap. 7. lib. 7. polit. cap. 3. lib. 12. Metaph. ca. 7. hanc contemplationem quam anima vel Angelus habet per propriam ſubſtantiam, tanquam per ſpeciem & imaginem Dei, uocant aliquo modo uiſionem. D. Thom 1. p. q. 62. 1. c. ad tertium & 1. 2. q. 3. art. 5. & 2. 2. q 182. 1. Soto, d. 49. q. t. 4. con. 5. quare uirtutes morales dixit Ariſt. 1. Ethic. cap. 7. ubi D. Tho. lect. 11. & lib. 10. c. 8. lib. 7. polit. cap. 1. diſponere ad quietam cõtemplationem. Et tamen agnouit eſſe imperfectã, quia 1 Ethic. c. 10. uel 13. ait, ſumus beati vt homines. lib 6. Ethi. cap. 12. cõtemplatio habetur per ſapientiã quę non niſi paucis & excellentioribus cõtingit. cont. Canum li. 9 de loc. c 9 dicẽtẽ quod potius conſiſtit in amore.

men ſi conſideretur ſecluſo ordine ad futuram gloriam iuſtus, ſtatum beatitudinis participatæ poſſeſſionemq́ue magis habet ex con
b templatione Dei, [b] quæ elicitur ex fide uiua, & iuuatur dono ſapientiæ infuſæ, & pia voluntatis affectione perfecta per caritatẽ. Ideo philoſophi contemplationi tribuũt beatitudinẽ, eo quod ſit prior poſſeſſio quam dilectio: & eſt ſimplicior operatio attingens Deum per modum veri, & cauſa ipſius amoris, & tamen ſi actus ſecundum ſe conſiderentur in via, perfectior
c eſt actus caritatis. [c] Ad rationem vero beatitudinis magis pertinet prior ac potior poſſeſſio ſummi bo
d ni, quæ fit per intellectum [d] in patria, & in uiatore iuſto, ut dictum eſt.

6 Si homo in nuda natura peccaret mortaliter teneretur ex præcepto naturali temere Deum vltorem, & cum propoſito emendationis, hic de offenſa Dei, cuius legẽ violauit, ageret quandam pœniten
e tiam, [e] ſed de ſe inſufficientem ad
f veniam peccati, [f] forſitan in eo ſtatu Deus ſecundum placitos ſuæ prouidentiæ & miſericordiæ modos, ſtatuiſſet remittere gratis pec
g catum, [g] homini aliqualiter diſpoſito per naturalem dolorem pœnitentiæ, aut per aliud remedium: quamuis hominem non eueheret ad amicitiam gratiæ, aut ad uiſionem fruitionemq́ue beatam. Pro peccatis autem venialibus aut pœna temporali dimiſſæ culpæ ſatisfacere poſſet homo per bona opera,
h Deo ita inſtituente: [h] vt poteſt per virtutes morales præmium temporale promereri: quomodo & Romani dicuntur meruiſſe orbis imperium. quod ſi è vita migraret cũ debito pœnæ tantum temporalis, & curabili peccato, Gentiles phi
i loſophi ac poetæ, [i] aſſerunt exercere pœnis purgatoriis quibus pecca
k tum eluatur. [k]

c [c] Citat. §. 5. A. quod bene probat. Cano ſupra Tarantaſ. Sco. 4. diſt. 49 q. 4. omnis Scotiſt. Mai. q. 3. (& citat falſu locum Alexan.) Richard. articu. 1. q. 7. Supple. q. 1. art. 2. conc. 4. Bonauen. q. 3. & in 2. d. 38. ar. 1. q. 2 Egid. quodlib. 3. q. 19. Henr. ſum. art. 49. q. 6. quodli. 1. quæſt. 14. quodlib. 13. q. 12. Marſil. 4. q. 33. art. 3. Hug. in Dionyſ. capit. 3. cęl. hier. Caſtro. verb. beatitudo hær. 6. Veg. libr. 7. in Trid. c. 3. Corduba lib. 1. q. 42. Ac hi fere omnes falſo putant beatitudinis totam, aut præcipuã rationem cõſiſtere in actu vo
d luntatis. [d] Licet daremus quod actus intellectus eſſet minus perfectus in ſua entitate quam amor Dei: quia tamen eſt aſſecutio & poſſeſſio prima, dicitur beatitudo Soto, d. 49. ſup. & ſæpe in ſcholis dicebat intellectum eſſe vncinum quo capimus:
e Maior. q. 5. & probabile dicit Ferrar. 3. contr. gent. capit. 26. [e] Dictum eſt lib. 1. de pœnitent. cap. 19. & 22. quam pœnitentiam nouit Ariſto. 7. Ethic. continens poſt factum pœnitet. Lactant. lib. 6. diuin. inſtitut. capit. 24. citat Cicer. lib. 3. Academ quæſt. Virgil. vir bonus. Ouid. elegia. 1. de ponto. ſæpe leuauit pœnas. Auſon. Mætanæam, vocat deam pœnitentiæ. vid. Mercado lib. 1. de contract.
f capit. 1. [f] Sup. lib. 1. de pœnitentia. cap. 30. & ſequent. & tamen Gentiles offerebant pœnitentiam, ſacrificia & luſtrationes, vt Deus auerteret temporalia mala. Caietan. cum D. Tho. 3. p. q. 1. art. 2. ad 2. vbi Fr. Medin. & Suarez. & q. 86. ar. 2. & in 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 1. 3. ad 4. vbi communis. & de veritat. q. 28. art. 2. ad
g 5. fauet Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. 6. 11. 14. Soto d. 14. contra Scot. [g] Quidam Recen. & Fr. Medin. 1. 2. quæſt. 109. ar. 1. ad fin. nec id in
h tendit negare. art. 7. [h] Sup. lib. 2. de pœnitent. cap. 20. Bellarm. li.
i k 4. de pœnitent. capit. 1. & 7. [i] Inf. capit. 4. §. 10. [k] Bellarm. lib. 1. de purgat. cap. 2. ad fin. capit. 7. §. 3. ratio ex Plat. in Phœdon. & Gorgia. Virg. 6. Aeneid. Cicero in ſomnio Scipion. fin. Claudian. lib. 2. in Rufin. fin. quod fatetur etiam Mahumet. in Alcorano. nec amplius in purgatorio peccat etiam uenialiter, Bellar. lib. 2. de purgat. c. 2. & 3. ea Patribus. & Deus ex peculiari cura conſeruaret animas in eo fœlici ſtatu abſque peccato: ſicut manente innocentiæ ſtatu conſeruabat, vt dicit D. Th. 1. 2. q. 89. ar. 3. & 4.

7 In felicitate naturali eſſent gra
l dus. [l] Vt perfectior angelus per propriam ſubſtantiam perfectius
m Deum intelligit: [m] ita inter homines, qui habet perfectiorem animã
n ſecundum ſubſtantiã indiuidui, [n] melioremq́ue intellectum eum diligenti ſtudio, & diſciplina excultum, hic cum habitu ſapientiæ me
o lius noſſe Deum, [o] poteſt ex creaturarum analogia. Plura uero & clarius de Deo agnoſcimus, quam de angelorum ſubſtantia, & pro
p prietate: [p] quia homo ex effectibus Dei & ex propriæ animæ experimentali notitia, cognoſcere poteſt euidenter inuiſibilia Dei attributa: Angelorumq́ue miniſterio interdum circa res naturales illuminatur, & confortatur intellectus
q hominis, [q] (vt & anima ſeparata recipit ſpecies ab angelis) atque ita perueniens ad nobiliorem Dei cognitionem, & ardentiorem amorem euadit felicior. Nunc explicãdum eſt quid & qualia attributa Dei poſsit unus homo præ alio noſſe certius, ad cumulum felicitatis naturalis in uia.

l [l] Sic probat Diuus Tho. 1. 2. q. 5. art. 2. in ſupernaturali uiſione eſſe gradus, & vnum eſſe alio beatiorẽ eſſentialiter. Patres in Matt. 20. Soto. 1. nat. & grat. cap. 15. lib. 2. ca. 20. diſt. 49. quæſt. 3. ar.
m 2. Caſtro beatit. hære. 7. [m] Angelus uetitur propria ſubſtantia uice ſpeciei, vt ſe cognoſcat & Deũ D. Thom. 1. par. q. 53. ar. 3. Ferr. 2 contra gen. ca. 98 quod agnouerunt Platonici & Peripat. ut probat Niph. lib. 10 Meta. 9. 10. & anima ſeparata ſimiliter cognoſcit. 1. par. quæſt. 89. articu. 2.
n [n] Caiet. cum D. Th. 1 par. q. 85. art. 7. & quidam Recen. contra Duran. 2. diſtin.
o 32. q. 3. [o] At melior intellectus etiã Angelicus cum æquali lumine gloriæ non videt melius Deũ, Recent. & Fra. Medin. cum D. Thom. 3. par. quæſtio. 10. articu. quarto, & ſexto. Henric. quodlib. duodecima, quæſt. ſexta, contra Caiet. diſt. quæſtio. 10. articu. 2. ad tertium,
p & arti. 4 [p] Auguſt.
q in medit. cap. 26. [q] Diuus Thom. 1. p. quæſtio. 106. artic. 1. ad ſecundum. & tamen communiter Angelus ſuperior nõ illuminat inferiorẽ de rebus naturalibus. 1. p. quæſtio. 109. articu. 3. ad ſecundum. quia à principio ſinguli Angeli nouerunt omnia naturalia.

C A P. III.

Quæ naturali luce poſſint de Deo demonſtrari.

§. 1. *Deum eſſe: quod ſit vnus, ſimplex: & in perfectione ſubſtantia bonitateq́, infinitus, ob immenſitatem eſt ubique, & loco immutabilis.*

2 *Immutabilis tempore eſt ſubſtantia Dei, intellectus, voluntas & omnis operatio Dei.*

3 *De potentia intellectiua, ſpecie & cognitione infinita Dei.*

AD fœlicitatem naturalem homo ſcire de Deo per demõſtra
a tionem poteſt Deum eſſe: [a] quod myſterium abſq; diſcurſu fides cer

C A P. III.

COnſtitueram ſummatim enarrare, ac perſtringere ea ſolũ, quę homo ad felicitatẽ naturalem noſſet de Deo. ſed quidã doctiores coegerũt, vt in iiſdẽ reb. quędã de ſupernaturalib. myſterijs latius explicarẽ: atque ita hocce tertiũ creuit vltra modũ cap.

a REcen. ſ cum D. Th. 1. p, 2. ar. 3. Chryſ. ho. 39. in Acta. Aug. in id Pſ. 13. dixit inſipiẽs in corde ſuo nõ eſt Deus. & alibi apud Torrẽ. li. 1. cõfeſ. Aug. c. 1. §. 1. Naz. li. 2. & 3. ſuę Theol. Amb. 1. off. c. 25. Cypr. tract. 4. de idolorũ vanitate Clemẽs Papa epi. 4. Dam. li. 1. c. 3. Patres in id Rom. 1. inuiſibilia Dei. vbi Chryſ. Amb. Anſ. Theoph. & Sap. 13. à magnitudine ſpeciei. Theol. cũ Mag. 1. d. 3. Bellar. lib. 1. de Chriſto, c. 3. & iſti hæretici quidam & philoſophi dicuntur athei, qui negarunt Deum eſſe. Ferrar. 1. contra gent. capitu. 8. Caſtro & Medices verb. anima, Deus, fatum Sander. lib. 7. eccle. monarch. num. 231. Michael Medin. lib. 2. de recta

b iius proponit credendum. b Deinde vice quanititatis diſcretæ c probant rationibus naturalibus Theologi non eſſe plures deos, nec dici vnum ſpecie, ſed eſſe ſingularem & vnum numero Deum abſque vlla naturæ diſtinctione.[d] Eſſe ſimplicem ſpiritum [e] abſque vlla compoſitione, aut accidente: [f] nec uenire in compoſitionem aliarum rerum. [g] Fides addit, huic vnitati & ſummæ ſimplicitati non repugnare, ſed naturaliter conuenire trinitatem perſonarum in vna eſſentia. [h] Pro quantitate molis probari Deũ eſſe perfectum [i] in ſubſtantia, virtute, attributis & omni operatione, ac ſubinde ſummè bonum per eſſentiam: [k] quod D. Dionyſ. ait eſſe primum Dei attributum. Ea ratio ſummi boni infert, vt ſit finis vltimus etiam intelligentiarum, & rerum omnium.[l]

Deinde per negationem ratio colligit Deum eſſe infinite perfectum in ſubſtãtia & virtute [m] (eminenter enim continet omnes creaturas poſſibiles) vtpotè à nullo finito comprehenſibilis, [n] & quo nihil maius eſſe aut melius cogitari poteſt. [o] Operatione dicitur infinitus: quia vbique ſeu in omni loco, quem continet ſuæ virtutis applicatione & operatione, neceſſe eſt illum eſſe per eſſentiam præſentiamque, de qua inf. §. 5. & potentiam. [p] idq́ue eſt proprium Dei, ut loco comprehendi, & diffiniri non poſſit, quin extra illum ſimul ſit, ſi noua producatur creatura. & per applicationem uirtutis & ſubſtantiæ affuit ab æterno in omni loco & ſitu, ubi aliquo unquam tempore eſt aliquid facturus: atque ita Deus eſt etiam loco immutabilis.[q]

b in Deum fid.cap.2. [b] D.Thom.2.2.q.1.ar.3.Theolog.cum Magiſt.3.diſt.23.Durand.d.24. Caſtro ver. Deus.hær.3. [c] Inf.§ 2. lit.C.D.Tho.eo ordines agit de rebus diuinis, & Angelis, quo Ariſtot.de prædicamentis. 1.de ſubſtantia.2.de quantitate.3.de qualitate.4.de relatione. [d] Sup.lib.de miſſ.ca.32.§. ſeptimo, L. D.Tho.1.p.q.11. vbi Recent Torres de Trinitat. q.27. art.1. Bellar lib.1. de Chriſto. cap.3. Caſtro.verb.Deus. hær.1. Direct. Inquiſit.2.par.quæſt. 13.hær.1.& hæc eſſentia Dei cũ ſit purus actus eſt vnica & ſimpliciſſima exiſtentia Dei abſoluta. D.Tho.1.p. q.3.ar.4. vbi Recẽ. & Xuar.3.p.q.3.ar. 2.diſp.11.§.1. In Deo ſunt tres ſubſiſtentiæ relatiuæ, vid. D.Tho.3.p.q. 3.ar.1.vbi late Suarez dob.10 Bellar. lib.2.de Chriſto.c. 15. vnitatem Dei philoſophos non tam pleoe nouiſſime probat Caiet. 2.2.q.1.art.8 ad 1.

e [e] D.Tho.1.part.q.3.Patres in Ioan.4.ſpiritus eſt Deus, vbi Chryſoſt.ſpiritus, id eſt, incorporeus Auguſt.tract.15.in Ioan.& lib.14. Trin.c.16.nomen ſpiritus dum abſolute profertur, proprie congruit ſoli deitati: reliquis tribuitur cum addito, vt ſpiritus procellarum, Angelos ſuos ſpiritus. Hilar.2.& 9.Trin. Clem.epiſt.1. ad Iacob.Iren.lib.2.Cypr.in ſymb. Nazian.lib.2. Theol.probat ex ſcript.& rationibus.Cyril.lib.9.cont.Iulia.Theodoret.quæſt. in Gen.q.20.& lib.4 hæret fabul.Conc.Epheſ.c.13. Later.c firmiter. De ſum.Trinit. hinc Deus.1.Tim.1.& 6.dicitur inuiſibilis, vide Bellar.1. de Chriſto.cap.7. quomodo in ſcriptura Deus dicatur per metaphoram habere mẽbra? Caſtro ver.Deus hær. 2.Martin.lib.10.hypot.reg.47.ex Patribus.Dam.lib.1.capit.14. 15.Sixt. lib.5. Bibl.cap.18. idem Plato & philoſophi quos citat
f Clem.Alex.5.ſtromat.& Aug.8.ciuit.c.6. [f] D.Tho.1.p.q.3.Caſtro ver.Deus, hær 2. Concil.Lateran eſt omnino ſimplex. Leo epiſt.91.ad Torib.Damaſc lib.1. Auguſt 5. Trinit.c.1.lib.7.cap. 4.lib.15.c.7.& 5.Cyril.tom.2.Hilar.7.Trinit.& lib.8. prope fin. Iſidor.7. Etymo. Clem.lib 5. ſtrom. poſt med. Euagrius Monachus lib de diuinit.apud Niceph.lib.10.hiſt.cap.15.fin. Pagnin.
g Iſag.verb.Deus.Torren lib.1.conf.c.2.§.4. [g] D.Thom.1.p q.3. art.8. Auguſt.7.ciuit.c.6.Deum non eſſe animam mundi contra Varronem.& lib.4 cap.12.contra alios poetas. Viues ſup.lib.8. ciuit.cap.5.fin. refert philoſophos varios. quod tenuit Abailard. contra quem Bernard.epiſt.190.ad Innocen. Papa.de quo bene Clem. Alexandrin.lib.5.ſtrom.Origen.lib.5.cõtra Celſum Suar.
h 3.p.quæſt.2.art.1,col.4. [h] De quo late Patres lib. de Trinit.vt Hilar.Auguſt.apud Torren,lib 1.confeſſ.c.2. Athanaſ.Bellar.lib.
i 2.de Chriſto, per totum. [i] [k] D. Thom 1.part.quæſt.4.de perfect.
k Dei, Et quæſt.6 ar.3. Torren.cap.1.§.7.quod ſolus ſit bonus per eſſentiam: cum tamen creaturæ non ſint perfectæ & bonæ, niſi
l additis accidentibus, & operationib. diſtinctis ab eſſentia. [l] Quod agnouit Ariſtot.libro 12.metaph. D.Thom.1.part.quæſtione 44.
m articulo 4. [m] Concil.Lateran.c.firmiter.& ſymbo.Athan.immẽſus. Dionyſ.capit.9. diu.nom. omnem tranſilient infinitatem. D. Thomas 1.part.quæſtione 7. & de potentia Dei infinita, quæſt. 25.artic.2.atque ita eminenter continet perfectionem creaturarum poſſibilium, quæ ſunt infinitæ. Euripid.in Tragœd. apud. clem. Alexand.5.Strom.in Pſalm.144. magnitudinis eius nõ eſt
n finis. Hilar.Chriſoſt. Auguſt. [n] D.Thom,1.part q.12.art.8.vbi Caietan.& recent.commun.3.d.14.Palud.& Cape,quæſt.1. Bonauen.& Richard.art.1.Palac.Henric.quodlib.7.quæſt.4 Direct. Inquiſit.q.11. nec anima Chriſti videt in verbo omnia poſſibilia D.Tho.3.part.q.10.ar.4.vbi Frat.Med.& Suarez.dub.26.§.2.de quo damnatur Auguſt.de Roma in concil.Baſilæen.ſeſſ.23. Torren.lib.1.confeſſ.c.1.§.2.ex Aug in Speculo.c.2.33. Deus eſt ſpiritus incomprehenſibilis, incircunſcriptus, vbique totus.& lib.6. Trinit.cap.8.epiſt.112.lib.12.ciuit.c.18.Hilar.2.Trin.incomprehenſib.immenſus. Cyril.1.cõtra Iulian. quod Orpheus vocat incircunſcriptum. Oroſ.apologet.de liber.arbit.cõtra Pelag.paulo poſt princ. Athan quæſt.ad Antiochum.quæſt.1.& 27.Chryſoſt. fecit quinque hom.de incomprehenſibili natura Dei, contra hæret. Anomæos, qui damnantur dict.cap.firmiter.clem.epiſto.1.ad Iacob.ſimplex, incorporeus, incomprehenſibilis à nobis. D.Tho. 3.contra gent. cap. 55.& in 3. diſt.14. Bonau.artic.1. Richar. Duran. Scot. Paludan. quæſt.1. Gab.& Soto. diſt. 49. quæſt.3. art.1. Suar 3.part.quæſt. 10.dub.26.§.1.& in id Ierem.32. incõprehẽſibilis cogitatu (vt hẽt vulgata & hebraica) vbi Hiero.gl.& Theol. Iob.11.nunquid veſtigio. Rom.11.inueſtigabiles viæ ei⁹. Imo propter loca 1.Timoth 1.& 6. quem nullus hominum vidit, ſed nec videre põt. & Coloſ.1.vocatur inuiſibilis. Bellar.lib.1. de Chriſto. cap.7. col.2.fi.refert quoſdam ex Patribus Græcis ſignificare non videri eſſentiam Dei, ſed lucem quandam.vt in Ioan.1.Deũ nemo vidit. Chryſo.Theoph.Theodoret.dial. immutabilis Cyrill.Ieroſol.catech.6. Dionyſ.cap.4.cæleſt.hierarch. Dam.lib.1. cap.1. At ſunt interpretandi, per vim naturæ: aut quia Deum nõ comprehendunt: vt exponunt D.Thom.1.part.quæſt.12.art.1. ad primum. Martin.lib.2.hyp.cap.2. Bellar.lib.2 de ſanct. beati-
o tud.cap.4.§.ad illam confirm.Suar.d.§.1.col.3. & 4. [o] Sæpe Au-
p guſt. [p] D.Tho.1.part. quæſt.8.ar.3. Ierem.23. cælum & terram ego impleo.vbi Hieronym.Item Auguſt.Chriſoſt. & Hilar.in id Pſalm.138.quo ibo e ſpiritu tuo? Bed in act.17.non longe eſt ab vnoquoque noſtrum. Iul.Pap.I.epiſto.ad epiſcopos Orient. Cyril.in Ioan.1.quod factum eſt.& lib.ſexto.cap.14 Cyprian.tract. 4.de idolorum vanit. Deus vbique totus diffuſus eſt. Hilar. in Pſal.118.Torren.lib.1.confeſ.capitulo primo.§ 6.& cap.4.§.14. ex Auguſt.epiſt.3.ad Voluſian.& lib. de contemplatione Chriſti.cap.1.Synod.6.can.7.Claud.de Euchar.rep.4.cap.8.probat ex Tertul.& Auguſt.fine loco. Ambroſ.2.de fide.cap.4.lib.1.de ſpiritu ſancto.cap.7.& ſimili lib.Didym.& Baſil.cap.22.Theodoret.dialog.3.Polym.Fulgent.lib.2.ad Traſimund Gregor.Nyſſe. tom.12.10 Eunom. Maximus diſput.cum Pyrro. Damaſ.lib.3.c. 7.At humanitas Chriſti licet Verbo ſit coniuncta inadæquate, non eſt vbique: vt contra nouos hæret.probatur ſup.in prœm. libro de euchariſt.§.7.1.5.& cap.vigeſimo.Bellarmino libro tertio de Chriſto.cap.vndecimo.& ſequen.& libro de ſacramen.in prœmio.Xuar.3.part.quæſt.14.4 dub.32.§.quarto, vbi tamen verſic.ſed contra.1.& Bellarm.ſup.cap.19.fin.concedunt hanc,
q Chriſtus eſt vbique homo. [q] D.Thomas.1.part.quæſt.oona.art. primo, vt dum Deus deſinit adeſſe per gratiam in impio, non mutatur Deus, ſed homo & in tempore Verbum abſque ſui mutatione ſingulari modo adeſt in humanitate mutata, ſup.lib.de euchariſt.capit.vigeſimoquinto, §.primo.H.Suar.cum D.Thoma.tertia part.quæſt.decimaſexta.art.ſexto, quia uerbum nihil recepit, ſed dedit humanitati.Caſtro verb. Chriſtus.hæret.4 fin. Malach.3.ego Deus & non mutor. Num.23.non eſt Deus quaſi fil.homin.vt mutetur. Iacob.1.apud quem non eſt tranſmutatio. Leo epiſt.91.ad Torib.Conc.Tole.8.ſub Martino.I.c.2.habetur c.incommutabilis.22.q.4.Orig hom.16.Num.& id agnouerunt Orpheus, Homer.Plato, & alij apud Clem.5. Strom.Parmenid. quem ſequitur Plato in Sophiſta.& Timæo Cic.& alij apud Auguſt.& Viues.8.ciuit.c.6.Concil.Later.c.firmiter. Greg.25.moral.cap.4.& lib.20.cap.25. Chryſoſtom. homil.decima. in Ioan. Auguſt.de Speculo. cap.4. Item.2. quia eſt immutabilis in ſubſtantia, dicitur immortalis.1.Timo.1.& 6.vbi Ambroſ.Leo epiſto. ad Clerum, & plebem Conſtantinopolit.Felix Papa epiſto. ante quintam Synod.general. Cyrill.de incarnat.cap.quarto, & 7.Auguſt.ſup.Gregor.12.moral.c.17.probat eſſe propriũ Dei.& lib.21.c.5.contra hæret.Patripaſſian. qui dicebant deitatem fuiſſe paſſam.Caſtro, verb.Chriſtus hære.4.Item 3. dum Deus habet

r 2 Immutabilis Dei ſubſtantia ut ſua immenſitate excedit omnem locum, ita infinita ęternitate ſua ex cedit omne tempus, [r] quæ eſt duratio tota ſimul totius diuini eſſe. ſ [ſ] Multum excellit menſuram Angeli, qui natura quidem eſt incorruptibilis ſecundum ſubſtantiam, ſed quia uarijs mutationibus ſubijcitur, t [t] ſubſtantia illius menſuratur æuo: operationes uero illius fere omnes menſurantur ſuo inſtanti, u aut tépore diſcreto. [u] Deus ergo non diceretur ęternus, ſi ſola eius ſubſtantia non ſeneſceret aut uirtus tempore non infirmaretur: niſi omnis eius operatio etiam libera, & quæ infert effectum in tépore, permaneret, ſemper immutax bilis in eodem eſſe. [x] Primo, Dei intellectus præſcit quidem enūciabilia & futura contingentia ac liberas hominum operationes (ut certa y tatio & fides docet [y]) ſed in ea co z gnitione non mutatur. [z] Quę præſciétia merito à Patribus & Theolog. uocatur intuitiua rerum omnium uiſio, ut. §. 5. explicabitur. Secundo, actus uolūtatis, quo electos ab æterno libere in finem dilexit, aut actus prædeſtinationis circa ora dinem mediorum non mutatur: [a] quamuis uir electus fiat in tempore iuſtus de impio, aut è contrario. Tertio, executio ut creatio actiua, conſeruatio, & gubernatio rerum naturalium: aut in rebus gratuitis motio per auxilium, & actiua iuſtificatio impij (id eſt, imperium Dei, quod quatenus infert effectum ad

bet actiones immanentes liberas, non mutatur uoluntas eius: quia ab æterno, & ſemper eas conſeruat. 1. par. quæſtio. 19. artic. 7. & inf §. ſecundo A. & præſentia Dei ſeu uiſio extéditur ad propoſitiones enunciabiles, & ueritates rerum mutabilium, nec tamen mutatur. prima par. quæſtio. 13. articu. 15. At Angelus per creationem mutatua eſt in ſubſtantia: per peccatum in mortem ſpiritualem, & per nouas operationes mutatur accidentaliter. r [r] Recent. cum Diuus Tho. 1. p. q. 10. art. 1. cum Boet. li. 5. de conſolat. proſa. vlt. & communia Theol. cum Magiſt. 2. diſt. 2 Palac. q. 2. Rada. 1. par. ſent. q. 30. ar. 2. æternitaté vſurpant pro inuariabili duratione Dei, ex eo quod eſt immutabilis qua non ſolum beatus modo Dei, ſed aliorū ſanctorum menſuratur: quia totum eſſe diuinū aut beatorum cū omni operatione beatifica, eſt immutabile. At in ſcriptura æternum, vel ſæculum (græc. æon. æonion. hebr. Holam cum lit. vau) ſignificat longum tempus vel durationem totius vitæ præſentia. Tit 1. ante tempora ſecularia Deut. 32. in æternum. (id eſt, ad finem mundi) & vltra. Auguſt. 16. Ciuita capitu. vigeſimoſexto, lib. 12. ca. 9. in Geneſ. quæſtio. 31. contr. Orif gen. ca. 6. Dam. lib. ſecundo, cap. 1. [ſ] Aeternitas differt à tempore. prima par. quæſtio. 10. art. 4. quia tempus habet partes actu: ſed quia nullam partem habet ſimul in præſenti, pendet ab actu intellectus conſiderantis, ut ſit menſura. At æternitas nec habet nec habere poteſt partes (communis Theol. cont. Aureol. & Gabr. 2. d 2. q. 1. concl. 7.) nec pendet ex actu animæ, quia eſt unum nunc ſemper manens. recen. quod vero ex D. Thom. ar. 1. & ar. 1. ad tertium colligunt Sylu. conflat. quæſt. 10. ar. 10. Ferra. 1. cont. gen. c. 15. Bañes, & Zumel. ar. 1. pendere ab intellectu in ratione menſuræ, videtur falſum. vt bene Caie. licet diſtinctio inter exiſtentiam diuinam, & durationem illius fiat operatione intellet ctus. [t] Aetern. differt ab æuo. Diuus Thom. 1. p. quæſt. 10. art. 4. vbi recent. quia æuum menſurat ſolam ſubſtantiam angeli, quæ eſt immutabilis naturaliter. id eſt incorruptibilis: ita tamen vt accidentaliter moueatur. ſup. Q fin. At æter. requirit ut ſubſtantia Dei & omne attributum, omniſque operatio imminens illius ſit omnino inuariabilis: omnia eſſe præſentia in æternitate. vid. infr. §. 4. Q D. Tho. 1. p. q. 14. a. 13. q. 57. a. 3. 1. d. 38. q. 1. ar. 5. de verit. q. 2. a. 12. de mal. q. 17. ar. 7. lib. 1. cont gen. ca. 66. & ſequ. & id fatentur omnes Thom. Caie. Ferra Bañes, Zumel, & recen. Sylo. confl. quæſtiu. 12. ar. 12. 16. 19. Catharin. de prædeſtinat & utuntur exemplo circuli quæ eſt Symbolum æterni Dei, vt dicit Pierius lib. 39. hieroglyph Rich. propendet. 2. d. 2. vbi Palac. quæſt. 2. Heruæ. etiam quodl. 2. q. 3. ar. 1. Capr. Hiſpal. 1. d. 38. ybi Heruæ. q. vn. Greg. q. 2 Bella. lib. 2. de Chriſto. c. 21. cum Aug. Marſi. 1. quęſt. 40. Aegid. opuſc. contr. correctores doctr. S. Th c. 4. Aug. 10. ciuit. c. 12. non aliter nouit facienda quam facta, quia futura in eius diſpoſitione ſunt facta. lib. 11. conf. c. 19. lib. 15. Trin. ca. 7. (quod explicat in Pſal. 49. pulchritudo. & Pſal. 101. & lib. 11. ciui. c. 11. communi. vid alia apud Torren. li. 2. conf. c. 13. § 6. de præſentia obiectiua) Hieron. in Epheſ. 1. ante mundi conſtitutionē. Greg 2 mor. ca. 20 lib. 4. c. 32. lib. 20. cap. 34 Ambro. lib. de fi. ad Grat. Theoph. in Oſeæ. 5. Boet. 5. conſ. proſ. 6. dum definit æternitatem. Anſel. Monol. c. 14. (& de caſu diabol. cap. 21. & Aug. 2. ad Simplic. q. 2. negat proprie dici præſcientiam, ſed ſcientiam: quia non eſt rei futuræ) Henr. 10 ſomm. articu. 31. quæſtio. 1. & quodlib. 5. quæſtio. 13. quod agnouit Plato, & quidam Philoſophi. & fauet modus loquendi ſcripturæ Pſal. 2. ego hodie genuite. eccleſia. 39. opera vniuerſę carnis coram illo. Rom. 4. vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt. Hebr. 4. omnia ſunt nuda u & aperta oculis eius. [u] Caiet. cum D. Thom. prima par. quęſtio. 10. ar. 4. & quæſt. 53. art. 3. Doct. 1. d. 37. vbi Albert. ar. 24 Bona. Egid. q. 11. & recen. Baſi Zumel. Henr. quodl. 13. q. 7. Sot. in li. 4. Phyſ. q. 3 & facit d 10. q. 1. a. 4. Ferr. 3. cót gen. c. 102. alij Doct. in 2. d. 2. vbi Hernæ. Capr. q. 2. Hiſp. Egid. tract. de méſura Angelorum. Nec vero ipſi negant tépus diſcretū, & Angelum ſemper moueri in tempore Scot. 2. d. 2. q. 11. Gab. q. 3. Mai. q. 8. Greg. d. 6. q. 3. art. 2. Marſil. q. 7. ar. 3. poſt con. 1. ſed hi putant ſatis eſſe noſtrum tempus pro menſura motus Angelorum. & dum admittūt fieri, vt Angelus in tota hora fuerit in cœlo, & in inſtanti temporis terminatiuo ſit in terra (quod Cai. & Thomiſtæ admittunt cū D. Th. 1. p. q. 113. ar. 6. ad 3. ſecundum correſpondentiam temporis noſtri ad Angelicum) falſo infert Sco. & alij Angelum moueri in inſtanti téporis noſtri. Cur autē Angelus qui æuo menſuratur, non videat quæ ſunt in tempore futuro? probat D. Tho. 1. p. q. 57. ar. 3. & Patres Hieron. Cyr. Theodo. & glo. in id Eſai. 4. annunciate quæ vētura ſunt. Ratio eſt, quia cognitiones Angeli præter eā qua ſe naturaliter intelligit, menſurantur tempore ſucceſſiuo: & ſpecies infuſæ, non repræſentant res ipſas, niſi actu ſint. vid. Molin. x in concord. ſup. 1. p. q. 14. diſp. 10. & 47. fin. [x] Sup. cit. R. [y] Ratio y naturalis docuit Philoſophos, & varijs rationibus id probat D. Thom. 1. cont. gent. c. 66 Plato, ait, apud omnes ſignum fuit diuinitatis præſcire futura. Plutar. li. de Philoſophia. Aegypt. hæc eſt Dei beatitudo vt ſcientia præoccupet quæcumque fiunt. bene Aug. 5. ciui. c. 9. confiteri Deum eſſe, & negare præſcium eſſe futurorum, inſania eſt, & carpit Cicero. qui vt homines faceret liberos, fecit ſacrilegos. vide. c. 10. & lib. 13. Trin. ca. 7. & 13. de fide ad Pet. c. 31. 33. & alia ex eo refert Torren. lib. 2. conf. ca. 3. §. 6. Dionyſ. c. 7. diui. nom. Nyſſen. lib. 8. ſuæ Philoſophiæ. Tertul. cont. Marcian. ſciétia Dei tot habet teſtes, quot fecit prophetas. vid. Iuliū Syreniū. lib. 2. & 8. de fato. & id de fide probant Theol. cum Mag. 1. d. 38. 41. D. Tho. 1. p. q. 14. ar. 13. vbi recent. Molina. q. 14. diſp. 1. & 50. ex Scripturis, Eccleſia. 23. oculi Domini, & 39. opera omnis carnis. Sapien. 8. ſigna. Pſal. 138. intellexiſti cogit. Eſai. 41. annuntiante quæ ventura. 42. quæ prima. 48. prædixi tibi Daniel. 13 noſti omnia. Ioan. 14. nunc dixi. Ro. 4. vocat ea quæ non ſunt. Hebr. 4. non eſt inuiſib. creatura. Caſtro. & Medices, z verb. præſcientia. [z] Communis Theol. quia videre intuitiue pertinet ad perfectionem ſcientiæ, & eſt noua veritas propoſitionis, vt ly eſt, exercet exiſtentiam in re. D. Tho. 1. p. q. 14. ar. 15. ad 2. q. 13. ar. 7. ad 3. Suar. 3. p. q. 10. ar. 4. dub. 16. §. 2. Caiet. 2. 2. q. 83. ar. 11. ad 2. Soto d. 49. q. 3. ar. 2. Ferr. 2. cont. gen. c. 59. (qui tamen dicit oppoſitum eſſe probabile propter locum D. Tho. 1. p. q. 107. art. 1. ad 3.) & doct. qui negant res futuras eſſe præſentes Deo ab æterno. & quidam dicunt animam Chriſti videre in habitu omnia aut multa ex poſſibilibus creaturis, quas actu non conſiderat, niſi Deus nouo modo ſe uniat intellectui vt ſpeculum voluntarium, & anima ceſſet ab aliarum uiſione: tenet Bonau. 3. d. 14. ar. 2. q. 3. Scot. q. 2. Marſil. q. 10. ar. 2. quod licet falſum ſit, ſeruit a propoſito. [a] Generaliter de immutabilitate Dei ex Scriptura & patribus probatum eſt. §. 1. Q. & eam ita admittunt Philoſophi, ut quidam dixerunt Deum quaſi ſimplici emanatione creaſſe omnes gradus creaturarum ab æterno ne admittant mutationem qua libere vult creare in tempore. vid. Ferr. lib. 2. cont. gen. c. 81. col. 10. fin Egid. tract. de eſſe & eſſentia. q. 2. & Socin. 12. meta. q. 15. conl. Auerr. qui ſaluant creari de nouo animas ſecundū Ariſt. abſque Dei mutatione: quia poſita tali embryonis diſpoſitione, naturaliter, anima emanat à Deo. ſed reuera Ariſto. & boni philoſoph. agnoſcunt Deum libere prouidere & creaſſe res, ut dicetur inf. cap. 5. Id uero ſit per creaturæ mutationem ex libera uolitione & actione Dei, quæ eſt æterna & immutabilis, vt probant Theol. cum Mag. 1. d. 39. D. Tho. 1. p. q. 19. art. 7. 1. & ad 4. idque admiſſa etiam opinione Caiet. ead. q. 19. art. 2. & 3. p. q. 1. art. 1. vbi Fr. Medin. in prolog. q. 2. Ferrar, 1. cont. gen. cap. 75. cum D. Tho. 1. d. 44. ar. vlt. & Greg. d. 46. q. vni poſt concl. 6. Bonau. d. 39. ar. 1. q. 3. Duran. q. 1. Egid. q. 1. & 2. Greg. & Gabr. q. vnic. Palac. 1. d. 38. 2. q. fi. quod actus liber in Deo dicat perfectionem poſitiuam, quam tamen Deus potuit libere non habere ab æterno.

quam-

extra, uocatur operatio tranſiens) non mutatur: ſed per eam Deus ab æterno voluit, vt effectus in tempore fieret. [b] Hæc pertinent ad ipſius Dei eſſe, immutabilitatem, & æternitatem durationis. Nunc dicendum eſt de attributis [c] vt de intellectu, voluntate, & potentia executiua, & de iſtarum potentiarum perfectione.

3 In nobis & Angelis potentia & illius perfectio, vt intellectus, habitus ſapientiæ, ſpecies intelligibilis & actus intelligendi eſt qualitas: ſed hęc omnia in Deo ſunt ſimplex eius ſubſtãtia ſeu forma. Hęc forma Dei ex quatuor rerum gradibus habet ſupremum: nec enim eſt forma corporalis aut ſenſitiua, ſed intelligibilis in actu, intellectiuaque & intelligens actu: atque ita ſubſtantia Dei eſt ſuum intelligere. [d] Nam ex ſubſtantijs viuentibus illa quæ recipit ſpecies abſtractas à materia, ſeu ſpecies intentionales, habet cognitionem: [e] & quãto ſubſtantia eſt immaterialior, tanto eſt magis cognoſcitiua: & in ſeparatis à materia, id eſt in Angelis, idem eſt intelligibile actu, & intellectus in actu, [f] atque ita naturaliter Angelus ſemper aliquid intelligit. [g] Secundo, in intellectu Dei eſt formaliter ſcientia, [h] cum hæc ſit perfectio ſimpliciter: & ſolus Deus ſeipſum qui omni ratione eſt infinitus, infinite comprehendit: [i] & per eſſentiam diuinam, quaſi per ſpeciem intelligibilem cognoſcit in ſe infinitas creaturas, gradus perfectionis ſe inuicẽ excedentes, quas eminenter habet, & facere poteſt. [k] Adſunt in mente diuina Ideæ: eſt autem idea in homine, ratio obiectiua (ad modũ verbi) intra intellectum ad quam artifex attendens efficit exemplarium. [l] Poſita diuinæ voluntatis ac prouidentiæ determinatione, aut permiſſione, Deus ab æterno videt, quæ vel ſolus in tempore eſt creaturus, vel bona quæ per cauſas ſecundas naturales, contingentes, aut liberas fient in aliqua temporis differentia: & videt mala moralia quæ per homines Deo permittente fient libere in tempore, [m] quorum Deus autor non eſt. Scire enim omnem veritatem etiam in malis, eſt perfectio intellectus.

De modo quo Deus certo cognoſcit futura.

4 Qua ratione & modo res quæ nobis adhuc ſunt futurę, dicantur æterno Dei videntis oculo pręſentes, non vno & eodẽ modo Theologi explicant. [n] Qui non admit-

quamuis iuniores Thomiſtæ hanc ſententiam reijciant. At ſi abſque vlla mutatione creaturæ, Deus in tempore de nolente fieret volens & amans iuſtum, aut è contrario de volente nolens, eſſet in Deo mutatio ſaltem moralis, vt ex doctrina D.Tho. 1. 2.q.113 art.2 probat Ferra. 1. cont.gent.cap.83. quia volitio eſt actus in Deo. At ex eo quod de nouo factus eſt homo per mutationem humanitatis, non mutatur Deus. [b] Caiet. cum D Tho.1.p.q.46.art.1.ad 10. quidã vero Nominal. actum & actionem liberam Dei ponũt circa obiecta, vt ſequitur hic aut ille effectus in creaturis, nec admittunt actum liberum poſitiue eſſe in Deo, de quo Greg. & Heruæ. in 1.d.46. vt actio tranſiens eſt in paſſo ſine mutatione agentis. [c] Vt Ariſtot. hoc ordine agit de prædicamẽtis. 1. de ſubſtantia. 2. de quantitate, ratione cuius ſubſtantia eſt in loco: & de quantitate ſucceſſiua quæ eſt duratio: de vnitate & numero, qui conſtituit quantitatem diſcretã. 3. de attributis qualitatibus, quales in re ſpirituali ſunt intellectus & voluntas cum ſuis actibus. Prouidentia, prædeſtinatio, potentia executiua, & beatitudo elicitur præcipue ab actu intellectiua, ſed includit ſimul actum voluntatis. 4. De relationibus perſonarum: quæ non derogãt vnitati eſſentiæ potentiæ & actus. ita D.Tho. agit. 1. de perfecta Dei ſubſtantia. 2. vice quantitatis, de infinitate Dei. 1.p.q.7. & quod ſit in omni loco. q.8. de æternitate durationis. q.10 de vnitate ſine numero. q.11. 3. de prædictis attributis, & de actibus illorum quę in nobis ſunt qualitates: Simili ratione agit de ſubſtantia Angelorum. 1.p.q.50. & quod non habet quantitatem molis ſed virtutis. q.51. de loco. q.52. de attributo intellectus. q.54. de voluntate. q.59. de prouidentiæ executione & gubernatione. q.103. ar.6. q.110. & ſeq. [d] Caiet. & recent. cum D.Tho. 1.p.q.14. art.4. q.54. art.1. vbi recent. & 1. cõtra gent. cap.47. Henri. ſum art.54. q.5 & quodlib.6. q.1. de fide. quia Deus eſt purus actus, & vt eſſe fluit à forma, ita intelligere à forma intelligibili in actu. quare male Gabriel. 1. diſt.35. contendit hanc non eſſe eſſentialem, Deus eſt ſuum intelligere. [e] Vt ſubtiliter Caiet. 1. colligit ex Ariſtot. 3. de anima, & D.Thom. 1. p. quæſt. 14. art. 1. quæſt. 79. art. 1. ad 4. vbi Caietan art.2. col. 3. & in quæſt. 87. art. 1. col. 3 Ferrar. 1 contra gent. cap. 44. (ſed Sylu. in conflato. 1. par. quæſt. 14. artic. 1. ait fruſtra Caiet. inueniſſe tot ſubtilitates.) quia iuxta Ariſtot. 3. de anima cap. 5. text. 37. iam vt Auerr. immaterialitas eſt ratio cognoſcendi, loquitur in ſubſtantia viuente, quæ in potentia recipit formas intentionales vt transformetur in rem cognitam. D.Thom. 1. par. quæſt. 14. 1. q. 80. 1 quæſt. 84. 2. quodlib. 8. art. 4. Caieta 1 part. quæſt. 12. art. 2. Ferr. ſup. communis in 1. diſt. 35. Durand. quæſt. 1. Capr. Palac. & id agnouit Plato. & ſæpe ait Dionyſ. c. 11. & toto lib. cœl. hierar. & cap. 7 Diu. nomi. & ſcribentes in lib. 3. de anima. Hinc ſoluitur argumentum de abtione vitro recipiente ſpecies intentionales, & tamẽ non cognoſcit. Ratio, quia non eſt res viua, nec ſibi recipit vt trãſformetur in rem cognitam. [f] Ariſt 12. metaph. hoc dixit de intelligentijs, quia falſo putauit eas eſſe puros actus, & ſemper intelligere omnia. Nam in illis intellectus, ſpecies intelligibiles & ipſum intelligere ſunt accidentia. 1.p quæſt. 54. Sed Ferrar. & Caiet. dict. quæſt. 12 art. 2. exponit quod intellectus in actu ſit ipſum intelligibile actu, quia per eandem numero formam (id eſt, per ſpeciem intelligibilem) vtrumque ſit in actu. ac ſi duæ materiæ haberent eandem numero formam, conſtituerent vnum tamquam partes eiuſdem rei. [g] Angelus ſemper aliquid intelligit (ſaltem ſeipſum & Deum) & anima Chriſti per ſpecies infuſas. Suar. 3. par. quæſt. 11. §. 5. dub. 28. §. 1. At Victor. in prælect. 1. p. q. 58. 1. cum Greg. 2. d. 11. q. 1. putat probabile quod poteſt angelus ceſſare ab omni cognitione. Impoſſibile vero eſt, creari ſubſtantiam ſpiritualem, quæ de ſe non ſit intellectiua, cum ſit immaterialis, iuxta dicta lit. E. & in ſupremo gradu entis. Nam doct. cum Aug. 14. Trinit. diſtinguunt quatuor gradus rerum ſeu perfectionum, qui omnes reperiuntur in homine, vt aiunt vterque Greg. & dum Aug. 12. Geneſ. ad lit. c. 10. non audet determinare eã difficilem quæſtionem: an ſit vlla res quę ſolo intellectu cerni poſſit (id eſt ſpiritualis ſubſtantia) & tamẽ non intelligat. non dubitat quin omnis ſubſtantia ſpiritualis ſit intellectiua: ſed an ſemper & neceſſario aliquid actu intelligat? [h] D.Thom. 1. p q. 14. 1. vbi recen. colligit ex ſcripturis & patribus. Clem. Alex. 5. Strom. Nyſſen. lib. 8. Philoſoph. ſeu de prouidentia. c. 6. Hilar. 9. Trin. poſt med. Nec obſtat quod in nobis ſcientia eſt per diſcurſum ex cauſa in effectum: quia ſatis eſt vt Deus vel Angelus in cauſa cognoſcat effectum ſeu concluſiones. 1.p.q.14.7. q 58.3. quod vero Hierony. ait in id Abac. 1. mundi ſunt oculi tui, eget explicatione. & bene loquitur in id Matth. 10. nonne duo paſſeres. & illum explicat Mag. 1.d.39. Sixtus. lib.5, biblioth. c.257. Nec in Deo eſt habitus ſcientiæ, vt multis probat D.Thom. 1. cont. gent. ca.56. nec ſcientia in eo dicitur metaphorice aut caſualiter (vt quidam putant apud D.Thom. de verit. q.2.1.c. & ad 5. eo modo quo in Deo dicitur ira) ſed formaliter: ſicut eſt bonitas & potentia, quæ ſunt perfectio ſimpliciter. [i] Sup. §.1. N. recent. probant cum D.Tho. 1.p.q.12.7. q.14.3 & 3.p.quæſt.10.2. vbi Suarez. dubio.26. ex 1. Corinth. 2. Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. [k] D.Tho. 1.p. q.25.2. potentiam Dei eſſe infinitam, & quolibet angelo dato poteſt facere perfectiorem in infinitum ſyncategorematicẽ. & inſuper naturalibus caritas, uel lumen gloriæ poteſt augeri in infinitum. 2 2.q.24.7. Quod ſi Deus non produceret, aut non poſſet facere creaturas, non haberet ideas illarum, & tamen illas comprehenderet per infinitam ſcientiam. [l] Inf. §.6.Y. Aug. ſæpe cum Plat. agnoſcit ideas in mente diuina. & quia idea hominis concipitur præciſe, vt eſt obiectiua ratio intelligendi aut faciendi ſolum hominem, non eſt nuda eſſentia diuina quæ extenditur ad omnia, ſed cum illecto reſpectu rationis, per quem refertur ad ſolum hominem. nec tamen idea eſt res limitata, ut bene Henric. ſumm. ar.68, quæſt. 5. Iu. X. de quo inf. cap.8. [m] Citati. §.2.Y. [n] Sunt quatuor ſententiæ. 1. quod omnia futura libera nõ aliter poſſunt certo cognoſci à Deo, quam quia ſunt præſentia in æternitate. Ferra. 1. contra gent. cap.67. Cathar. opuſc. de prædeſt. Egid. Marſil & Cartagen. inf. Q. huic interdum fauet D.Tho. ſed eam realem præſentiam rerum ab æterno, (eo modo quo Caietan. explicat inf R.) pauci admittunt. Secunda ſententia, Deum præſcire in cauſis. inf. P. & §.7. D. Sed quia in ſolis cauſis creatis libera electio noſtræ uoluntatis non habet determinatum eſſe aut determinatam ueritatem: recte tertia & communis ſententia ait ad certam

tam

tunt Deum ante præuiſam noſtræ volũtatis liberam cooperationem, prędefinire immutabiliter ſingulas hominum bonas operationes [o] hi negant eas à Deo præſciri in prędefinitione: ſed alia ratione nouit. Nam has operationes vt adhuc latent in libera uoluntate hominis, aiunt illum certo pręſciturum, qui comprehenderet concurſum cauſarum creatarũ, etiam in futuris conditionatis, per quas uoluntas prædeterminanda uidetur. [p] At quia D.Tho. & plerique Theolog. cum Patribus aiunt res futuras eſſe Dei oculo videntis ab ęterno pręſentes: [q] Quidam ex Thomiſt. cum Caietan. aiunt, Dei ſubſtantiam, cũ ęterna ſit (ſi nudè & pręciſa operatione concipiatur, ac ſi nihil intelligeret) ab ęterno coexiſtere realiter rebus futuris: & rurſus res nobis futurę dicũtur coexiſtere Deo ab ęterno, quia in nunc ęternitatis (quod eſt indiuiſibile, ſemperque pręſens ſecundum ſe totum) coexiſtunt. Quam explicationem alij Theolog. & multi ex Thomiſt. nõ admittunt. [r] ſed Caieta. vt ſoluat argumẽta, negat hinc ſequi in ęternitate, quę eſt inadęquata menſura rerum temporalium, admitti contradictoria ſimul uera: [ſ] quia Adã pręteritus, uel Antichriſtus futurus non eadem ſed diſtincta ratione uirtualis coexiſtentię habet eſſe aut non eſſe in ipſa ęternitatę. Hęc ſubtilis & difficilis Caietan. explicatio non habetur apud Patres, & D.Thom. expreſſa: nec pro ſaluanda infallibili Dei pręſcientia eſt neceſſaria: nec uidetur uera, niſi pręmiſſa diſtinctione ſequenti explicetur.

§ Vna ex duabus rationibus ſubſtantia ſpiritualis dicitur pręſens, aut coexiſtens corpori. [t] Primo, Dum per operationem ſeu applicationẽ uirtutis adeſt ſubſtantia eius intime & indiſtãs intra corpus cui aſſiſtit, & quod aſſumit aut mouet. Secundo, Dum angelus aut homo res loco diſtantes habet realiter præſentes ſibi obiectiue, & coram oculis eas intuetur: cum tamẽ ſubſtantia hominis aut Angeli nõ adſit in loco rei uiſæ. Ita Deus in rebus creatis adeſt intimo illapſu per eſſentiam: magiſque adeſſe & habitare dicitur per gratiam in anima iuſta, aut per unionem hypoſtaticam in humanitate aſſumpta. In rebus futuris: quæ nondum in tempore nec ab æterno habent ullum eſſe reale, non ita per eſſentiã adeſt, & coexiſtit Deus nude ſecũdum ſubſtantiam conceptus. Oculo tamen æterno Dei res nobis futurę dicuntur realiter præſentes obiectiue: quia oculus Dei, quaſi ex alta turri cõtemplatur futura [u] (cum ſit ſupra tempus & ſupra lo-

tam cognitionem inter cauſas cognitas neceſſario includi primam cauſam in bonis, quæ eſt prædeterminatiu diuinæ voluntatis. & id fatetur etiam Dur. & Scot. In peccatis vero voluntas Dei permiſſiua. Quarta Gregor. Cordub. infra c.4. B. & quidam recent. aiunt in ſigno rationis ante omnem actum liberum diuinæ volũtatis præſciri certo futura omnia. quia propoſitio de futuro vera, ab æterno fuit vera, quamuis per impoſſibile Deus illam propoſitionem non prædeterminaret. Dei vero ſcientiam propter infinitam eminentiam ſcire omnes veritates in ſeipſis, etiam ſecluſo ordine ad cauſam proximam aut primã. [o] Vt Deus nõ prouidet actum moralem peccati. inf. ca. § 3. ad fi. ita quidã negant prædifinire bonos liberos act⁹, ſaltem aliquos: de quo inf. c.4. § 1. G. [p] Dicetur inf. ca 4. § 1. D. & § 2. [q] Aeternitatem comprehendere omne tempus aiunt paſſim patres. & Deo nihil eſſe futurum cit. § 2. R. & agnouit Platu & alij Philoſop. vt refert Viues. 11. ciuit. c.6. & Paſſim Auguſt. & Anſel. quod Caiet. 1.p.q. 14. art. 13. explicat vt nos in textu. Idẽ Ferr. 1. cont. gent. c.66.67. & tribuit D. Tho. in prædictis & alijs locis. Richard. 1.d.38. art. vnic. quæſt. 5. (quamuis d. 39. art. 1. q. 1. dicat problema eſſe de hac præſentia in æternitate) Egid. diſt. 38. q. vnic. p. 2. & opuſc. de prædeſt. c.2. & 3. Marſil. 1.q. 40. art. 2. p. 3. maxime in ſuppoſ. 6. & ad 6. principale. (& Capr. 1. d.36. q. 1. d. 38. q. 1. dicit probabile & ſoluit argum.) Viguer. c.20. § 20. verſ. 1. & pro ea referuntur Alber. Vdalric. Henric. & Vega ſuper concil. Trident. Abulen in Iosue. c. 1. q. 68. 76. Viues. 5. ciuitat. cap. 9. Cathar. de clauibus, pag. 36. de prædeſt. cap. 2. & ſeq. Cartagena, diſcipulus noſter de prædeſt. diſcur. 4. Eandem de futuris ſcientiam viſionis, animæ Chriſti per ſcientiam etiam infuſam tribuit Caiet. 3. part. quæſt. 11. ar. 1. ad 3. dub. 2. vbi Suarez; ex antiquioribus Hugo tract 1. ſumm. ſententiarum cap. 12. Boet. 5. de conſola. proſa. 6 Simon de Caſſia de myſte. Verbi Incarnati. c. 22. 23. Greg. 20. moral. c. 24. Anſel. de caſu diabol. cap. 21. lib. de cõcord. prædict. prædeſt. & lib. arb. lib. 1. cur Deus homo cap. 18. Beda to. 8. lib. quæſt. q. 13. Proſper. & Hilar. epiſt. ad Auguſt. quæ habentur tom. 7. Auguſt. ante lib. de prædeſtin. Sanct. & de alijs locis Auguſt. vide Torren. lib. 2. confeſſ. c.3. § 6. [r] Caietan. quæſt. 14. art. 13. Ferr. & quidam recent. Bañes d. q. 14. art. 13. vbi Zumel. dub. 1. concluſ. 3. At Capr. ſup. licet eam explicationem Caiet. refert tamquam D. Thomæ, ſubdit multis videtur impoſſibilis: & ego non penetro, nec intelligo illam. Et probatur. Si Deus nunc annihilaret animam Chriſti aut alterius beati, quæ nunc in Verbo videt Antichriſtum, certe entitas huius animæ & ſuæ viſionis beatæ nunquam fuiſſet ſimul in reipſa cum Antichriſto futuro: & e contrario Antichriſtus dum ponetur in re, non dicetur eſſe ſimul cum ea anima iam diu annihilata. quare illa explicatio Caiet. vere non eſt D. Thom. nec aliorum iam citatorum, & ita illam negant ex Thomiſtis Hiſpal. 1. diſt. 38. quęſt. 1. Capreo. q. 2. Herue. quæſt. 1. art. 3. Palac. quæſt. 2. Argent. q. vnic. ar. 2. ratione 3. Aureo. apud Capr. quæſt. 2. Egid. q. vnic. & opuſc. contra corruptionem doctrinæ D. Thomæ art. 4. Syloeſt. conſl. 1. p q. 14. ar. 13. Molina. concord. quæſt. 14. diſpu. 43. & cæteri omnes ea non Thomiſtis de quibus ſtatim lit. X. Cordub. lib. 1. quæſt. 55. dub. 8.

Idem Capr. q. 1. conclu. 6. & 7. cum D. Thom. in 1. d. 40. Bonau. art. 2. quæſt. 1. nu. 24. Egid. q. 2. Argent. q. vnica. art. 3. ad 6. contra 1. concl. & ad 1. pro Cicer. & plane D. Tho. 1. cont. gent. c.67. ratione. 3. verit. q. 6. ar. 3. quare præſciret Deus futura, licet non eſſent realiter præſentia, fatetur Caiet. 1. p. q. 57. 3. q. 14. art. 13 fin. cum D. Tho. ibid. fin. corp. [ſ] Caiet. 1. p. q. 14. art. 13. admittit hanc prop. Nunc & ab ęterno oẽs creaturæ coexiſtũt Deo (vt ly nũc denotet nunc æternitatis, quod ſemper eſt præſens ſecundum ſe totum. non autem vt denotet noſtrum tẽpus aut inſtãs eius) Idẽ indicat D. Thom. ibi. & q. 57. 3. q. 86. 3. & 4. & alibi. Ferrar. 1. cont. gent. ca. 66. 67. Capre. 1. d. 37. q. 1. d. 38. q. 2. Egid. d. 38. q. vnic. p. 2. Richard. q. 5. & quodlib. 3. q. 1. Marſil. 1. q. 40. artic. 2. ante ſolut. argum. Cathar. opuſ. de pręſcientia & prouid. ca. 2. & ſeq. Molina concord. diſpu. 46. 47. Nec valet Adã in nunc æternitatis eſt (vt in menſura inadæquata) ergo Adam nunc eſt. Quia arguitur à non reſtricto ad reſtrictum affirmatiue. Secundo non valet. Adam habet non exiſtentiam in æternitate, ergo Adam non eſt, &c. quia ſignificat nullo modo eſſe in æternitate. vt non valet, in hoc anno ſunt non dies, (nempe quia ſunt noctes) ergo non ſunt dies. Tertio. Petrus in æternitate eſt currens & eſt non currens. nec ſunt contradictoria, quia non eodem, ſed diſtincto modo (ſecundum virtualem latitudinem coexiſtentiæ) ad ſunt in æternitate. Id limitat Fer. c.66. Palac. vero. 1. d. 38. q. 2. damnat. Molina. diſput. 46. ait per verbum de præterito eſſe falſam. futurum coexiſtit Deo ab ęterno. At hæc difficultas de cõtradictorijs in ęternitate ceſſat, ſi coexiſtentia rerum reſpectu oculi diuini explicetur vt infra. § 5. [t] D. Tho. 1. p. q. 8. art. 3. cor. & ad 4. & Doctor. cum Mag. 1. d. 37. diſtinguunt ratione tres modos, quibus Deus eſt in rebus per eſſentiam, præſentiam & potentiam. Primo, per potentiam (de qua nihil ad propoſitum) corpus Chriſti etiam in triduo, vbi erat ſine ſenſu & præſentia viſiua, po. eſt operari in loco diſtanti vbi non adeſt ſubſtantia eius: & ſacramentum aut conſecratio panis attingit contactu virtutis rem loco diſtantẽ ſup. lib. de ſacram. c.16. § 1. Deus in infinito loco imaginario dicitur latè adeſſe per potentiam quia ſine ſui mutatione poteſt ibi producere res. Recent. quidam & Zumel. 1. par. quæſt. 8. art. 2. At vere in loco imaginario aut in creatura poſſibili quæ nunquam erit, non adeſt ſubſtantia Dei aliter, quam quia Deus eſt in ſeipſo. Quia creatura poſſibilis non habet aliud eſſe quam in Deo vt in cauſa exemplari & effectiua. Secundo, res futura dicitur præſens oculo Dei, & res præſens oculo Angeli diſtantis: nec oportet vt in ea adſit per eſſentiam, vt explicatur in textu. Tertio, per eſſentiam adeſt Deus per circumincessionem, de qua in procem. lib. de euchar. & in rebus quæ habent uerum eſſe. & Angeli ſubſtantia adeſt in loco limitato per contactum & applicationem virtutis: corpus Chriſti ſubſtantialiter adeſt in cœlo & in euch. ſup. libro de euchariſt. cap. 20. § 2. [u] Quo exemplo ad declarandam præſentiam realem obiectiuam, frequenter vtitur D. Tho. & in 1. Periher. cap. 9. & Cathar. de præſentia. Nec oportet fingere cum Caietan. vt res futura quaſi retrocedat & adſit realiter ab æterno, vt Deo coexiſtat. Sed Deus infinitum oculum ſuum exten-

cum operatio ſeu viſio Dei, quæ æternitate menſuratur) & oculus Dei infinite perſpicax percurrit omne tempus diſtans (vt oculus angeli percurrit ſpatium, & attingit rem loco nimis diſtãtem) & Deus pertingit ſua viſione intuitiua vſque ad rem, quæ in propria temporis menſura ſit, & habet ſuum reale eſſe præſens obiectiuè: vt res loco diſtans obijcitur præſens notitiæ intuitiuæ Angeli, in qua tamen re & loco non adeſt ſubſtantia Angeli. Viſio enim intuitiua requirit realem rei præſentiam, tum in tempore præſenti ſeu ſuperiori menſura; tum præſentiam ſubſtantialem rei in aliquo loco aut ſitu.

6 Hanc ſententiam D. Thomæ ſic explicatam ſequuntur ferè omnes Doct. [x] Et inquirunt per quã rationem præſentetur Deo res futura? Ratio & quaſi ſpecies intelligibilis, per quam diuino intellectui res futura repræſentatur, eſt ipſa Dei eſſentia, quæ eminenter continet omnia: ſeu idea, quæ adiuncto reſpectu eſt in mente diuina [y] purà idea hominis cum quodam reſpectu rationis determinatur, vt ſolius hominis ſit repræſentatiua aut effectiua: & reſpectu magis limitato ſi concipiatur, dicitur idea rei ſingularis, & repræſentat Petrum eſſe, aut actum humanum eſſe, quatenus poſt uolũtatis & potẽtiæ diuinæ determinationem, eſt ſimilitudo & cauſa ut Petrus aut eius actus humanus ſit. [z] Quidam tamen aiunt, præciſa reali ipſius rei extra ſuas cauſas præſentia & coexiſtentia in æternitate, futurum nõ præſciri in idea diuina tamquam in ratione cognoſcendi. [a] At reuera præſcit Deus poſito eo fundamẽto in re, per quod propoſitio de futuro eſt determinatè vera: ab eo enim quod res eſt in ſe ipſa, aut in aliqua illius cauſa determinata, propoſitio aſſertiua de præſenti aut de futuro, dicitur determinate vera.

CAP. IIII.

De futuris cõditionatis an poſſint certo præſciri in concurrentia cauſarum?

§.2. *An propoſitio de futuro contingenti ſit in omni ſigno rationis determinate vera.*

4 *De attributo diuinæ voluntatis, & de prouidentia.*

5 *Quid ſenſit Ariſt. de prouidentia? de fato, & ſitu aſtrorum.*

6 *Conditionatorum quorundam præſcientiam circa hominem in communi prouidentia relictum, non ſatis eſſe ad rationem prædeſtinationis.*

VTrum futura omnia conditionata poſſint certo præſciri? Quidam iuniores aiunt, Deum, ea etiam ratione præſcire electiones voluntatis noſtræ, quæ de facto erunt: quia per ideam, præſcit in cauſis creatis, quid noſtra voluntas, poſito nec impedito tali præuio cauſarum & circunſtantiarum concurſu, ſit volitura? idque poſito tantum ex parte Dei generali concurſu, ac ſi ageret ex neceſſitate naturæ. Eamque præſcientiam eſſe infallibilem, etiam ſecluſa reali rerum præſentia in æternitate. [a] Quidam addunt veras eſſe propoſitiones de futuro in ſigno rationis, antequam concipiatur vlla diuinæ voluntatis prædeterminatio, & præſciri in ſeipſis: [b] licet per impoſſibile Deus quarundam bonarum rerum non eſſet cauſa & autor, vt finxit Manichæus: aut ſi Deus ſine vlla voluntate retineret infinitum ſuum intellectum, infinitamque ſapientiam. Angelus uero ita præſcire non poteſt, vt dicetur. §. 3 Hinc gradum faciunt vt admittant in cauſis præſciri omnia futura conditionata: [c] nempe quid generaliter, & qualitas electionis voluntate hominum ſequeretur in tali præuio cauſarum & circunſtantiarum omnium concurſu, ſi Deus abſque prædefinitione cum communi tantum auxilio naturæ & gratiæ concurreret? Et quaſi rem nouam ſe inueniſſe putãtes (Nam in hac antiqua controuerſia non cõfugiunt uniuerſaliter Patres & ueteres Theologi ad conditionatam præſcientiam, aut ad reflexiuam iſtam prouidentiam) ex eo fundamento nituntur perſuadere, ſaluari Dei prouidentiam ac prædeſtinationem apud ſacram Scripturam & Patres expreſſam, ſi Deus in omnibus aut pleriſque humanis actibus (præſciens in cauſis creatis quid hic aut ille ſibi relicta eſſet electurus aut facturus?)

extendit vſque ad futurum, quia præſenter, id eſt, præ ſe, & præ oculis habet etiam futura, in quibus nondum adeſt per eſſentiã, vt dictum eſt. [x] Exceptis Caietan. & paucis, hanc tenent Thomiſtæ citati. R. 10 6. Syluest. Herux. Capr. Hiſpalen. Palac. Egidius, Molin. Cordub. lib. 1. q. 55. dub. 8. Dur. 1. diſt. 38. q. 3. nu. 9. & 23. Okam. diſt. 38. & Nominales ac Scotiſtæ. Gabriel. q. vnic. Aureo. Gregor. q. 2. ar. 1. & plane. Scot. d. 39 q. vn. vbi Bonau. ar. 1. q. 3. Nicol. Nyſ. tract. 1. reſolut. Theolog. p. 3. portio. 1. q. vnic. Rada to. 1. contro. uer. 30. a. 3. & 4. Albert. ſumm. de homin. 1. p. trac. 16. q. 61. mem. 5. & 6. ſi. q. 63 mem. 2. ad 3. Marſil. 1. q. 40. art. 2. concl. 4. ad fin. & ad 2. contra. 7. concl. & in 3. par. art. 2. ſuppoſ. 5. ad 6. & citant Auguſt. 5. ciuit. ca. 9. Boet. lib. 4 & 5. de conſolat. Anſel. de concord. præſcẽtiæ & libe. arb. de quibus inf. c. 11. § 3. N. & c. 12. §. 3. M. ſentit Xuar. 3. p. q. 11. art. 2. dub. 27. §. 2. col. 3. ſed non explicat nec citat autores. Hanc præſcientiam Dei, quæ obiectiue terminatur ad rem & veritatem, non vt latet in cauſa, ſed vt eſt in ſeipſa, vocant viſionem, nõ vt latet in cauſa, ſed vt eſt in ſeipſa, vocant viſionem intuitiuã, Okam. Gabr q. 2. ar. 2. & in prolog. q. 1. dub. 5. Greg d. 38. q. 2 quãuis negent dici intuitiuã, Durand. in prolog. q. 3. Scot. 1. d 38. in 2. d. 3. q. 9. & citat Auguſt. 11. Trinit. cap. 4 & 5. ſed ſane Auguſt. ſæpe eſt p nobis. vid. inf c. 4. §. 1. B. ca. 5. G. [y] Sup. cit. § 3 K. Alexand. 1. p. q. 23. memb. 3. ar 4. memb 4. ar. 3. Deum per ideã tãquam per obiectiuam ſpeciẽ (ad modum quo verbũ eſt id in quo intelligimus: & poſita determinatione diuinæ voluntatis) videre rem ipſam præſentem aut futurã. Bonauen. 1. diſt. 30. ar. 2. q. 3. Cordub. lib. 1. q. 55. dub. 8. cum Henric. & Ioanne de Medin. Compluten. in lectur. neque id negat. D. Thom. 1. p q. 14. art. 13. videt ab æterno res præſentes, non ſolũ ea ratione qua habet rationes rerum apud ſe, id eſt, ideas. vbi Caiet. & q. 57. 3. Capreo. 1. d. 38 q. 1. Egid. q. 1. ar 2. ad fin. q. 2. art. 1. qui falſo citatur in oppoſ. [z] Ipſum (eſt) ſecundum adiacens, vt exercet durationem rei, & ſignificat veritatem propoſitionis, nõ repræſentatur per ſpeciem Angeli aut ideam Dei, nec cognoſcitur vt obiectum, ſed vt modus conſequens cognitionem Caieta. 1. p. q. 57. 2 ad 2. vbi D. Tho. Capr. 2. d. 3. quæſt. 2. Marſil & ſentit Egid. tract. de cognitione Angel. q 9. ad 6. & 10. vt oculus videt rem eſſe, ſed non format propoſitionem: præſertim ſi viſio fieret extramittẽdo, oculus non videret ipſum eſſe, niſi vt modum rei. quod male impugnat Ferra. 2. contra gent. cap. 58. col. penult. ſed ſpecies in noſtro oculo aut intellectu Angeli, vt repræſentet rem eſſe, requirit (vt conditionem ſine qua non) quod ſit quædam relatio præſentiæ inter rem & ſpeciẽ. D. Tho. 1. p. q. 64. 1. ad 5. de verit. q. 8. ar. 12. ad 8. [a] Caiet. §. 4. N. pro prima ſententia. Ferr. Cathari. Egid. Marſil. Cartag.

CAP. IIII.

[a] Sup. [a] cap. 3. §. 5. [b] Sup. cap. 3. §. 4. N. in 4. ſeut. §. 6. X. Greg. d. 38. q. 2. art. 2. vbi Okam. q 2 Corduben. ſup. dub. 8. vide dub. 2. & 3. & quidã tribuunt hãc ſentẽtiã Bonau. Duran. Gabr. q. 1. Herux. imo Cordub. opin. 1. eã tribuit Scoto. 1. d. 39. q. 1. quod tamẽ ille non dicit: ſed q Deus ex altitudine ſcientiæ videt res futuras, non ſolum in prædeterminatione voluntatis tã quã in cauſa, (quæ eſſet cognitio minus perfecta) ſed in ſe ipſis. ſed hoc ſecundum non excludit, quin apud Sco. ratio cognoſcendi ſit idea, cum prædeterminatione diuinæ voluntatis, vt quodl. 9. art. 14. lit. S. T. & alibi explicat. Idẽ tribuit Baſſoli, Greg. d. 38. q. 2. Nicol. de Nyſe. trac. 1. reſolu. Theolog. p. 3. (Molin. refert diſput. 48. & ſeq.) ſic ſalua noſtra libertate Deũ ſcire futura in prædefinitione ſuæ volũtatis fatetur Scoto vtroque loc. & in ijſdem. loc. Lychet. Baſſol. 1. d. 36. q. 1. d. 38. q. vni. art. 2. d. 39. q. vni. art. 3. d. 40. art. 3. Mayro. diſt. 39. q. 3. & 4. & recent. Scotiſt. Nyſe. ſup. Herrera. 1. ſenten. diſput. 15. quæſt. 8. Rada tom. 1. controuer. 30. art. 3. & 4. Ouando. 1. d. 38. propoſ. 3. [c] Hæc diſputatio de præſentia futurorum conditionatorum a nobis ante 20. annos excitata eſt: & contra votum noſtrum ſuſcepta eſt ſententia in Italia, de qua in textu, vt in gratiam Catharini defen-

defendam ſaluari multos abſque vera ratione prædeſtinationis antecedentis, cui fauet Ægid. 1. part. diſt. 40. q. 1. art. 2. dicens prædeſtinationem ſupponere præſcientiam meritorum (idemque de reprobatione dicit q. 2. ar. 1.) vbi quamuis loquitur de operibus vere futuris, extenditur ad futura conditionata: quia ait præſciri in cõcurſu cauſarum. idem colligitur ex Argent. art. 3. ad ſextum. cont. 2. concl. & ad 1. pro errore Cicer. quia ait quædam futura præſciri in concurſu omnium ſuarum cauſarum. Albert. ſumm. de hom. 1. p. tit. 16. memb. 1. in princip. & memb. 6. ſ. & q. 63. ar. 2. p. 1. ad tertium, & alõ autores de quibus infra c. 6. qui fauẽt ſententiæ Catharini. Sed reuera Egi. & Argenti. id non aſſerunt vniuerſaliter.

approbat tantum earum cauſarum
concurſum abſque impedimento.
d [d] Quę ſcientia approbationis, Vo-
catur ab ipſis, & cauſa & prouiden
e tia [e] bonorum omnium etiam in
ſingulari, cum omnibus ſuis circũ
ſtantijs ita ut multi dicantur ab
f iſtis. [f] prędeſtinati eo tantum, quia
Deus præuidit relictos in commu
ni auxilio iuſtificari, perſeuerare,
& decedere in gratia, & bene uſu-
g ros præparatis remedijs: [g] in eum
h finem hæc diſputant, [h] hi autores
ut pro libero uſu noſtrę uolunta-
tis (quem aliter uix ſaluari putant
circa impletionem præcepti, aut ui
i tationem peccati [i]) dimicare ſe pu-
tent contra impium Lutherum.

2 Hæc ſententia non eſt neceſſa-
ria pro aſſerenda hominis liberta-
te, ut dicetur c. 6. & 14. & in mul-
tis deficit. 1. admiſſo rationis ſigno,
k [k] (dum Pater generando Ver-
bum intelligit omnem ueritatem,
ante liberam uoluntatis determi-
nationem) res quæ dicitur futura
nullum habet determinatum eſſe
in ſeipſa, aut in ulla cauſa aut per-
miſſione, in quo eſſe fundetur ue-
ritas propoſitionis de futuro: ergo
in eo ſigno concipimus eam pro-
poſitionem quaſi neutram, nec dũ
l determinate ueram aut falſam. [l]
Cum tamen diſiunctum ex con-

Nec Durand. 2. diſt. 38. q. 3. nu. 9. & 23. vbi plane fatetur præter cauſas creatas includi determinationem diuinæ voluntatis, vt in cauſis præſciantur futura. & falſo citatur Dried. Taper. art. 7 & Cordub. lib. 1. q. 55. dub. 8. quia hi admittunt veram rationẽ prædeſtinationis. At ſcriptura interdum de facto prædicit de quibuſdam futuris conditionatis (vt Matth. 11. ſi in Tyro & Sidone, Luc. 16. ſi quis ex mortuis reſur. non credunt. Ioan. 6. excæca cor. Exod. 3. Ego ſcio. Sapientiæ. 4. raptus eſt ne. Ezechiel. 3. non ad populum. 1. Reg. 23. ſi tradent me viri Ceilæ tradent. vbi Caiet. & Abulen. q. 13. quia hi erant addicti Sauli. 4 Reg. 13. ſi percuſſiſſes, de quibus inf. §. 11. V.) Quia in his & ſimilibus prædicuntur cauſæ omnino propenſæ in talem effectum & præparatę: & ſimul includitur conditionata quædam Dei prouidentia cum eo cauſarum concurſu, quod quidam recent. contendunt extendere ad omne futurum liberum conditionatum: vt breuiter perſtringit Suarez. 3. p. q. 1. art. 1. dub. 5. §. 1. & q. 18. art. 4. dub. 37. §. 3. verſ. ſupereſt. q. 2. ar. 2. dub. 10. §. 3. verſ. dico. 1. & ferunt idem tenuiſſe ex noſtra Societate Salmeronem in Matth. c. 11. væ tibi Corozain. eadem Franciſ. Ribera prælect. in id Matth. fauet Franciſ. Turrian. libello de electione diuina, & à noſtris gloriatus eſt ſe accepiſſe Frat. Alphon Mendoza. qui id tenet in ſuis quodlib. ſcholaſt. q. 7. §. 11. qui concluſ. 5. & 6. admittit prædeterminationem moralem, quæ tamen non eſt infallibilis & eiuſdem ordinis Auguſt. Frat. Tapia, lib. de incarnatio. q. 2. ar. 3. & nuper e Societate Ludouic. Molina in concord q. 19. ar. 7. diſput. 2. & q. 23. ar. 4. diſp. 1. memb. 6. & late q. 14. diſput. 12. 37. & ſequent. 47. vſque 50. à quibus accepit Zumel. 1. par. quæſt 14. ar. 13. dub. 8. concluſ. 5. & 6. & ar. 1. diſput. vnic. & vterque putat rem ita certam vt oppoſitum cenſeant periculoſum. Quæ cenſura de re vniuerſali ante tempus datur. De quibuſdam futuris condit. certum eſt, vt fatentur etiam Taper. ar. 7. pag. 295. 340. Dried. de concord. prædeſtin. fol. 21. Franciſ. à Chriſto. tom. 1. de incarnat. quæſt. 6. ad tertium. Cartagen. de prædeſt. diſc. 4. Stapleton. lib. 4. cap. 8. Ar-
d gent. & alij ſup. [d] Vt citatum eſt. §. 4. N. in 2. ſententia. & lit P. &
e affirmant prædicti recent. dum agunt de futuris conditionatis. [e] Declaratur inf. §. 10. in 3. ſententia vt prouidere dicatur quaſi porro ſeu procul videre Hierony. Oroſius lib. 9. de iuſtitia. & pręter illam ſcientiam conditionatorum includit concomitantẽ approbationem voluntatis. fatendum vero eſt preter hoc ijs adultis qui ſaluantur Deum præ alijs conferre maiora dona & efficacia auxilia etiam ex parte potentiæ: & maiori cura cuſtodire illos. vt præter gradum gloriæ, ſi quem haberent ex communi prouidentia, habeant tutiorem viam & vlteriorem gradum. Ita loquentes ſaluant quandam rationem prædeſtinationis, præſertim circa infallibilem conſecutionem finis: & putant hoc poſito facilius ſaluari vſum noſtræ libertatis in exercitio, quam ab his qui dicunt omnes actus liberos antecedenter prædefiniri à Deo. In quem finẽ Molina totus incumbit & Mendoza atque alij citati lit. C. At patres & Theolog. quos in tam difficili re, oportet ſequi, vix mentionem faciunt in propoſito de illa præſcientia conditionatorum, & plus requirunt. inf. §. 10. ad fin. §. 11. ad fin. lit. C. Et bene Ioan. à Roa. lib. 3. de prædeſt. q. 3. fol. 405. & ſequen. Magiſt. Ioan. à Curiel, Doctor Andr. Martinez, & fere recent. Thomiſt. vt in ſigno rationis Pater dum generat Verbum non habet eam futurorum cognitionem, nec ſuorum actuum, quid ſit libere fa-ĉturus? Sed Camerarius lib. primo. de lib. arbit. cap. 4. ex Auguſt. probat ſaltem circa opera naturæ & artis libera (quam ait differre à libertate morali circa actus virtutis aut vitij) habere hominem plenam libertatem, abſque eo vt Deus in ipſa executione prædeterminet voluntatem noſtram præuia motione & energia: ſed ſatis eſt relinqui hominem in generali concurſu cauſarum vniuerſalium: & hæc præſciri, quia ſunt præſentia in æternita-
f te. [f] Catharinus ita putat ſaluari homines relictos cõmuni prouidentiæ (pręter paucos, vt B. Virginem & Apoſtolos. quos cũ ſcripturis fatetur antecedenter prædeſtinatos ad eximiũ meritorum & gloriæ gradum) quam ſenten. ſecutus eſt eius diſcipulus Sixtus, ſed monitus retractat libro ſexto, biblioth. capit. 248. & ſeq.
g de qua inf. cap. vndecimo. [g] Sic Catharin. cum Henric. quodlibeto octauo, ait bonum vſum noſtri arbitrij præuiſum, eſſe in adultis cauſam ſine qua non, ſeu conditionem in omni effectu prædeſtinationis: vt eſt in adulti conuerſione, perſeuerantia & confectione gloriæ: atque ita vocant cauſam ſeu conditionem præuiam in adultis reſpectu prædeſtinationis. de quo inf. cap. 5. §. 6. & c.
h 11. [h] In hunc finem Molina ſcribit totum lib. de concord. ſup. 1. p. q. 14. & 22. per multas diſputat. Et idem in 1. par. quæſt. 14. art. 13. dub. 14. colum. 11. dubio 15. colum. 4. contra Zumel. & dub. 18. membro 2. colum. 8. prædefinitio aut prædeſtinatio ſi includeret auxilia efficacia tolleret libertatem noſtram. membro 4. ad 7. & vlti. etiam in B. Virgine & Chriſto, niſi poſſet peccare, non eſſet liber actus. & quæſtio. 23. articulo quinto, memb. 7. colum. 5. & 8. fauet Suarez 3. par. quæſt. 25. artic. 2. dub. 33. §. 2. pag. 502.
i & quæſt. 27. dub. 4. §. 4. & 5. pag. 66. 72. [i] Quia difficile putant ſaluare quomodo liberum ſit præſcitus vitare peccatum & damnationem, ſi nemo vitat niſi omnis actus bonus prædefiniatur à Deo? At hoc facile ſoluitur, ſi diſtinguamus ſigna rationis: in primo ſigno Deus (in quo vult omnes ſaluos fieri, & præbet ſufficiens auxilium & remedium) præſcit omnes eos adultos qui dãnantur, non benè vti pręparatis auxilijs, cum libere poſſent. At ſi quis his vtens faceret quod poteſt, & peteret quod nõ poteſt (ait Tridentin. ſeſſione ſexta, capit. vndecimo, cum Auguſtin. de natura & gratia, cap. penultimo.) daretur vlterius auxilium, vt vincat tentationem, & impleat præceptum, vitetque peccatum. In ſecũdo ſigno rationis Deus quoſdam prædeſtinat gratis: qui relicti communi prouidentiæ damnarentur. & bene eſt his quod neceſſe ſit ſaluari. infra capitulo decimotertio, §. primo. ſed præſcitos Deus relinquit damnari, quibus non debet gratiam prædeſtinationis. Dionyſ. de diuinis nominib cap. quarto, ad finem. confutat dicentes Deum debuiſſe omnes etiam inuitos ad virtutem im-
k pellere. [k] Scotus ſignum rationis in Deo vocare videtur prioritatem naturæ (quem modum loquendi Gerſon putat erroneum. ſed ſatis eſt dici falſum, cum Palac. primo diſtinctione 38. quæſtione ſecunda.) ſed vocetur prius in ſigno rationis aut originis, vt admittunt etiam Thomiſt. prima part. quæſtione 40. vbi Torres. ſic Cordub. libro primo, quæſtione 55. dubio octauo. opinion. 1.
l explicat Scotum. 1. diſtinctione 39. quæſtione prima. [l] Infra cap. quinto ad finem. litera C. Sic Ariſto. 1. Periher. capit. octauo, & nono. cum Megaricis admittit, propoſitionem de futuro contingenti & libero (ante omnem determinationem cauſæ) non eſſe determinate veram: ſed nec dũ determinate falſam. [vbi D. Thomas, & Peripat. Marſil. primo, quæſtione 40. articulo ſecundo, ad tertium. principale. ſenſit D. Thomas, & Caietan. prima parte, quæſtione 14. artic. 13. vbi Syluest. in conflato. Catherin. de prædeſtinatione pag. 18. & multi Recentiores Thomiſt. Et ex Nominal. Dullart. Aliaco [qui dicitur Cardin. Cameracen.] quæſtione vndecima, articulo primo. Gabriel. primo, diſtinctione 38. quæſt. 1. artic. 1. Faber. & Naueros tractat. de futuris contingent. & poſita diſtinctione fatetur Cordub. lib. 1. quæſt. 55. dub. 2. Molina concordan. quæſt. 14. diſputat. 47. & ſequent. [qui ſine cauſa ait in quodam ſigno rationis ante determinationem diuinæ voluntatis, propoſitionem de futuro eſſe de ſe veram & intelligibilem: ſed nondum intellectam à Deo, ne lædatur diuina libertas.

vt bo-

vt bonum, inquit, eſt de ſe appetibile, ſed non appetitur in priori ſigno antequam cognoſcatur.] Nec eſt abſurdũ in priori ſigno propoſitionem dici neutram, [vt de verbis Euchariſtiæ. ſupra libro de Euchariſtia, cap. 18.] Nam verum vel falſum conſequuntur propoſitionem, quaſi contrariæ paſſiones, ex Ariſtotelis textu Metaphyſ. Vt in

ſtans,(hoc erit, aut non erit) ſit propoſitio vera. m 2. Interdum Sacra ſcriptura euentum, de quibuſdam paucis futuris conditionatis per Prophetas prędixit, (ut Ionæ 3. Niniue ſubuertetur: n quia in eũ euẽtum cauſę erant de ſe præparatæ, & nimis propenſæ, niſi impedirentur. At non oportet ita extendi, ut infallibiliter preſciantur in cauſis creatis omnia futura conditionata. & tamen quo quis meliori intellectu prędiuus eſt, eo certius per coniecturas de futuris diuinare poteſt. o Conditionata cum non habeant realem præſentiam ſui in ęternitate, ſupra §. 5. non præſciuntur ſcientia uiſionis. At ut Deus certo præſciat ſimplici intelligentia (quæ à Theologis in Deo dicitur reſpectu rerum poſſibilium) neceſſe eſt in ſigno rationis ſupponere liberã quandam Dei conditionalem præ definitionem: qua poſita nouit quid eſſet facturus in tali rerum cõcurſu & occaſione. p Nouit enim Deus præparare uoluntatem noſtram, ac munire tot, tantis, talibuſque auxilijs & cauſarum concurſu ac conditionibus, ut infallibilẽ ſit ſcientię diuinę ſecuturum effectum prędefinitum, & liberum noſtrę uoluntatis conſenſum. q Hęc pręſcientia (quę coniuncta eſt prouidentię conditionali) non eſt omnino naturalis Deo; r cum ſupponat quarundam rerum prędeterminationem liberam, & prępuiſionem cauſarum creatarum: Sic Deus ſub conditione prędefiniuit, (quod

priori naturæ concipitur homo ante riſibile. At male Gregor. primo, diſtinct. 38. quæſt. 1. cum Ockam ait, errasse Ariſtot. dum negat in quouis ſigno propoſitionem de futuro eſſe determinate ueram. Cui partim fauent Cor dub. dubio octauo, & decimo cum Io. Medin. & Molina. Hinc ſequitur in ſigno rationis quo Pater dicendo generat verbum, nõdum intelligi futurum contingens: nec Verbũ procedit ex cognitione creaturarum, niſi ut poſſibilium.

tu prophetam, dum videns poſitionem in cauſa pręparatã, pronuntiat & taxat tempus: & id eſſe ſignum quod non ſit inſpiratus à Deo, ſi non impleatur eo tempore, quo prædixit dicunt Orig. ho. 16. in Numer. Aug. 1. contra aduerſ. leg. c. 20. & 2. de mirabili. ſcripturæ. c. 28 Hieron. in Michez. 5. Caie. cum D. Thom. 2. 2 quęſtio. 171. ar. 5. & citat Grego. ho 1. in Ezech. Sed Cano li. 2 de loc. cap. 17. negat id eſſe verũ. & an quod Orige. id non aſſerit perſpicuè in ea ſententia, ſed diſputat.

m Caietan. & Recent. cum D. Tho. prima par. quæſt. 34. m Illud diſiunctum [Petrus peccabit uel non peccabit] eſt propoſitio uera & neceſſaria, ſed ſi fiat diſiunctiua cum duplici propoſitione, neutra eſt determinate vera, in ſigno, in quo nullum eſſe determinatum habet in cauſa prima aut ſecunda, ſaltem ſecundum permiſſionem. ſed affirmatiua ita eſt vera, vt ſorte ſit falſa: & ſimiliter negatiua. Simile eſt in diſiuncto ex contradictorijs de futuro, vbi neutra pars eſt vera, nec vtraque, nec altera determinate, ſed diſiunctim, hæc vel illa pars. alias inquit Ariſtoteles primo Periher. capit. 9 omnia euenirent ex neceſſitate. Idem patet in hoc diſiuncto, Hic vel ille oculus in Petro requiritur ad videndum: & tamen neuter oculus requiritur, nec vterque, nec hic determinate oculus. ſed diſiunctim hic vel ille, vt ergo conditionalis de futuro libero ſit determinate vera, includere debet ſub conditione permiſſionẽ, aut prouidentiam Dei. vide Sotum lib. 3. Summul. c. 8. lect. 3. Frat. Mendoza in ſeptimo quodlibet. Scolaſ. in fine. n Ione. 3. Deus prædixit pœnam quæ pendet ex voluntate Dei, nempe Niniuæ ſubuerſionem: non quidem ut re ipſa futuram poſt 40. dies, ſed vt erat in cauſa de ſe præparata demeritoria. Vbi latet interdum conditio, ſi impij perſeuerent in culpa. Et ſententiam Deus quæ ore prophetæ denuntiatur, mutat: quia ex conſilio ſuæ prouidentiæ Deus dato dono pœnitentiæ, mutat mores & cauſas præparatas. D. Thom. 1. p. q. 19. 7 ad 1. & 2. 2. q. 171. 6. ad 2. Cano lib. 2. de locis ca. 4. ad tertium. Cathar. de prædeſt. Caſtr. verb. prædeſt. hær. 2. Ioan. Arbor. lib. 4. Theoſ. c. 8. Ledeſ. 1. p. ſin q. 23. ar. 1. Concil. Tolet 8. ſub Mart. Papa, c. 2. cum incommutabilis, 22. q. 4. & ita Greg. 16 mor. c. 18 (habetur in glo in Eſa. 38.) Deus mutat ſententiam, ſed non conſilium: ſententia in ore eſt, conſilium in corde. Chryſoſt. homil. 29 in Gene. 7. Ambr. 3. offic. c. 12. Leo ſer. 2. de Natiuit. Domini Aug. 14 ciuit. c. 11. & lib. 1. c. 10. lib. 15. Trin. c. 14. lib. de natura boni. habetur in eaule, de pœnit. d. 1. Hiero in Dan. c. 4. & in Eſa 38. (ubi Cyril. & Leo Caſtr.) dicit, non Deum mutare ſententiam ſuam, intelligit de conſilio & ſententia prouidentiæ, ſed prouocare homines ad notitiam ſui. Hinc ſequitur multum prodeſſe orationes, non ut mutetur conſilium diuinæ prouidentiæ D. Th. 1. p. quæſtio. 23. articu. 8. & B. Greg ſed ut in nobis excitemus diſpoſitionem, ob quam orationem & diſpoſitionem Deus ab æterno diſpoſuit mutare externam ſententiam, cauſaſque iam præparatas, & dare nobis quod petimus. D. Thom. 2. 2. q. 83. 2. ca. & ad 2. & ar. 8. ad quintum. Caiet. to. 1. opuſ. tr. orat. 1. Ledeſ. 2. p. q. 16. artic. 10. ſin Syremus lib. 8. de fato. c. 8. Grego in dialo. c. obtinuari. 23. q. 4. interdum enim Deus ſimul prouidet cauſas quandam cum tali effectu, inf. c. 12. §. 3. ut per modum omnis non uult fieri animam ſine hoc quod adſit corporis diſpoſitum, & è contrario; nec prędeſtinat hunc effectum conuerſionis, niſi quia ſimul præſcit & prædeſtinat hanc cauſam. Ambr. in id 1. Tim. 2. Deus uult omnes ſaluos fieri dicit, latet conditio, ſi & ipſi uelint. & latet Ionæ. 3. in prophetia comminatoria. Diuus Thom. 2. 2. q 171. 6. ad ſecundum, quæſtio. 174. 1. Aliquando Deus exprimit conditionẽ, vt Ierem. 18. ſi pœnitentiam egerit gens, agam & ego. Gene. 20. morieris Abimelec. inf. ſi nolueris. Ioan. 8. moriemini in peccato. inf. ſi non credider & quod Matt. 25. ibunt iuſti in uitam æternã. nempe ſi in gratia decedant, vt explicat Trid. ſeſſ. 6. can. 32. At alij Patres exponunt ſemper impleri ſententiam, quam verus propheta ex parte Dei denuntiat. falſi vero interdum proprio ſpiritu prophetam, dum … Hinc Hierony. in Ezech. 13. putarem ſententiam Dei precationibus ſanctorum potius frangi, & mitigari, quã mutari. & in Ionæ 3. ait non fuiſſe mutatam ſententiam, ſed dilatam executionem, quia Niniue elapſa eſt, & tandem ſubuerſa, ut patet Naum. 1. & Ioſeph. 9. antiq. cap. 11. ſi (vt econtrario ob Patrum orationes accelerauit tempus Incarnationis. D. Thom. 3. p. quæſtio. 1. ar. 11.) Sic mors annunciata Ezechiæ flenti dilata eſt per 15. annos & tandem ſententia mortis impleta eſt, Eſa 38. vbi Leo Caſtr. cum Hiero. Eucher. Iuſtin. contra Trypho. Augu. 2. de mirab. ſcript. ca. 28. Ioſeph. 10. antiq. cap. 3. aiunt, non flebat Ezechias quod uita priuaretur, ſed quod decederet orbatus prole, ex qua promiſſio facta eſt Chriſtum naſciturum, & id oratione obtinuit. Interdum tamen Deus minatam pœnam temporalem ob nullam orationem aut pęnitentiam mutat. vt in id Iob 9. Deus cuius iræ reſiſtere nemo poteſt. dicit Gregor. 9. Moral cap. 30. ſic Deuteron. vlt. Moſes ob diffidentiam etiam remiſſam, non intrauit terram promiſſionis. & Dauid. 2. Reg. 12. non obtinuit oratione, ut paruulus mortem euaderet. Augu. 2. de peccat. merit. c. 19. 33. 34. Taper. artic. 6. bis id probat. o Si futurum liberæ voluntatis noſtræ, etiam conditionatum, nõ conſideretur vt Deo præſens in æternitate, & abſque prouidentia illius relinquantur duo homines omnino æquales in communi cõcurſu, poſſent ita ſe habere ut certo ſciri non poſſit in cauſa, quid hic præ illo ſit libere facturus per cit. ſup. L. & inf. D. Caie. cum D. Thom. 1. p. q. 14. art. 13. Bañes. P. Deza & quidam Recent. Molin diſp. 47. rat. 4. Ferr. 1. cont. gent. c. 67. rat. 3. coniecturali tamen ſcientia aiunt, quod Deus præ cæteris in cauſa diuinare poſſet futurum & Angelus ſuperior ſeu dæmon interdum diuinat verum, & prædicit dato oraculo per idolum: Augu. lib. de diuinat. dæmon. lib 2. Geneſ. ad lit. c. 17. D. Thom. 1. p. q. 57 3. q. 64. 1. ad 5. q. 86. ar. 4. de malo. quæſtio. 16. ar. 7. Marſil. 2. quæſt 40. ar. 2. p. 3. Caſtro. 1 de iuſta hæret. punitione. c. 13. 14 Ferr. 4. cont gen. c. 86 lib. 1. c. 66. 67. Capr. 1. d. 36. q. 1. d. 38. q. vnic. ad arg. Durati. cont. 1. conc. Viguer. cap. 20. §. 20. verſ. 1. Cather. de clauib. p. 36. de prædeſt. ca. 2. p Hoc modo poſita conditionali prouidentia, ſaluatur certa omnium conditionatorum præſcientia. exemplum habetur inſ. S. T. q Aug. 1. ad Simplic. quæſtio. 2. & ſæpe quod electos uocat Deus prout nouit congruum ut conuertantur. quorum uocationem efficacem opportuno tempore & modo factam, quam Auguſt. ait in ſcript. dici, ſecundum propoſitum Dei, diſtinguit à uocatione ſeu auxilio ſufficiente lib. 1. de prædeſ. ſanct ca. 13. & ſeq cap. 16 epiſ. 105. col. 13. lib. 6. hypognoſ. Orige. lib. 7. in id Roma. 9. non eſt uolentis, & citat Exod. in hoc ipſum excitaui te. Dried. de concord. prædeſt. & lib. arb. fo. 21. Taper. ar. 7 p 295. de quo inſ cap. 5. ad fin. r Præter commu. diſtin de ſcientia Dei, in uiſionis, & ſimplicis intelligentiæ, de qua Diuus Thom 1. par. quæſtio. 14. art. 9. ad 1. 2. & 3. p. quæſtio. 10. art. 2. ad 2. & 3. quæſtio. 13. 1. ad 2. & 2. cont gen. c. 66. ratione 7. Hug. tract. 1. ſumm. ca. duodecimo, datur hæc præſcientia in cauſis, quæ etiam eſt conditionalium futurorum, ſed reducitur partim ad utranque ſcientiam. at Aug. negat dici præſcientiam niſi eorum quæ erunt, lib. de præd. ſanct. cap.

cap.14.lib.1.de orig animæ.c.12.Hug ſup.Dam. li.con. Manich. ad ſi.Orig.li.7.in Roma. ideo præſcitꝰ quia futurum eſt. Viues. 5.ciuit.c.9.10.Conc.Valentin.ca.2.& 3.apud Sur.to. 3.concil.p. 465. [f] D.Tho.3.p.q.1.ar.3.c.ad 4. negat Adamo non peccante, Verbum Dei incarnandum: quia ſcript.ſacra non exprimit eam

a ad deliberandum. [a] De quadam libertate noſtri appetitus ſenſi-
b tiui.in ſ.c.9.§.3.B. [b] Videtur D.Tho.de veri.q.24.ar.2. Heruæ. 2.d.25.q.2.Capr.1.d.38.q.1.con 3.Ferr.3.cont.gen.c.11. vbi D. Tho.c.67.ratione 3.in iudicio intellectus cognoſci poſſe an electio cõſequens ſit peccatum? quia nemo peccat ſine prævia ignorantia aut in conſideratione, quæ eſt defectiua cauſa peccati. D.Tho. 1.2.q. 75.4.ad 3.q.77.2. ad argu.ubi Caiet. Fr.Medi. & Recen. At hinc non probatur intentum, ut in eo iudicio cognoſcatur electio, de quo ſtatim. & Cordu.li.2.q.12.

quidam Theologi aſſerunt) ut Adamo non peccante, Filius Dei eſſet aſſumpturus naturam humanam, [f] ſed ſine defectibus paſſionis aut mortis. Alij inquirunt ſi permanſiſſet fęlix innocentiæ ſtatus, & quidam generarentur ex peccatore filio Adami, quid Deus prouidiſſet? [t] Dum uero Sacræ ſcripturæ in rebus ab humano arbitrio pendentibus addunt particulam Forſitan, quę dubitantis eſſe ſolet, non ideo tribuunt Deo dubiam pręſcientiam aut ignorantiã: ſed iudicant noſtri arbitrij libertatem [u] in ipſa executione, qua ita facimus, vt poſſemus non facere. 3. deficit in ratione prouidentiæ, quam per præſcientiam ſolam contendit defendere: & confutabitur. §.6. Nec ulla ratio aut autoritas cogit dicere quod Deus actu libero prædefiniuit omnia futura conditionalia: nempe quis effectus aut qualis operatio humanæ voluntatis ſequeretur, ſi in tali aut alio ſtatu & concurſu circunſtantiarum conſtitueretur? Nam hic actus in Deo uidetur ocioſus, & nihil facit ad rerum productionẽ, conſeruationemque, aut ad decorem uniuerſi: ac ſubinde in infinitis conditionatis nihil Deus poſitiuo actu definiuit in alterutram partẽ: & in quibuſdã ſi relicti eſſent in cõmuni curſu, pędefiniri non poſſent.

3 Aiunt quidam, ſi Angelus cõprehendat omnes cauſas creatas, & iudicium practicum aut imperiũ intellectus, quod tempore aut natura pręcedit electionem uoluntatis alienæ: ſciret an ſequetur electio, & qualis? [x] Quia libertas licet formaliter primum inſit uoluntati, [y] plena tamen libertas & in contraria, prouenit radicaliter ex indifferentia intellectus, [z] qui facta deliberatione, & mediorum collatione, [a] poteſt hoc aut illud iudicare electioni conueniens. Deinde ante omne peccatum præcedit in intellectu defectus aut inconſideratio, [b] vt cauſa defectiua peccati. At reuera Angelus alienã electionem etiam pręſentem ignorat ex ui naturali: nedum electionem futuram, [c] quę dum latet in potentia libera, vt nondum habet determinatum eſſe, ita interdum, [d] nullã adhuc habet determinatam ueritatem, quæ in ipſis cauſis creatis pręciſe ſumptis, poſſit infallibiliter cognoſci etiam à Deo; [e] cum tamen Deus aliis titulis omne futurũ videat, & præſciat in ſeipſo. ſane Mathematici ex aſtrorum aſpectu, & ex ſerie concurſuque cauſarũ creatarum, putabãt uim inferri noſtrę uoluntati, vt ineuitabili fato, [f] & neceſſitate omnes actus faceret. Hos tamen damnãt philoſophi & patres. [g] Sed nec ex prævia cognitione iudicij practici agnoſcetur certo, quæ ſit ſecutura electio? 1. Quia interdum conſiderantur media, eaque uaria, vbi ſine ullo defectu intellectus, aut peccati periculo liceat nullum eligere, aut unum etiam minus aptum, alteri pro libito pręferre. 2. quia ſtante vero aut neceſſario iudicio intellectus, manet uolũtas libera in exercitio actũs, vt habeat peccatum aut meritum. Nã Adam. 1. ad Tim. 2.

Dei prouidentiam conditionalẽ. Suar. q.1.2.4.dub.5.§.2. 4.& 5. probat oppoſitum ex multis Doctis. Et tamen Script.& Patres ſæpe pro cauſa Incarnat. aſſignant remedium peccati: quia in hunc effectũ tã ſufficienter venit, imo & in remediũ vnius hominis (ut Chryſoſt. aduertit in id Gal. 1. qui dilexit me) ac ſi in hunc tantum effectum totus incu-
riæ dicuntur eſſe ab æterno. At Scot. nil aliud intendit quã ueras eſſentias creaturarum eſſe poſſibiles in potentia obiectiua entis, id eſt, in potentia actiua Dei, quod fatetur D. Tho. quomodo Chimera non habet eſſentiam poſſibilem, aut ueritatem ab ęterno, vide Heruæ. quodl. 7. q. 25. quodl. 11. q. 1. [g] Artifex & D. Thom. 1. par. quæſt. 4. ar. 4. & fatetur 1. par. q. 44. 3. c. ad 1. ut eadem ſanitas eſt finis conceptus prior in intentione: & eſt effectus poſterior in executione. [h] Anſel. monol. c. 5. Aug. 5. gẽ. ad lit. c. 16. imo ex Io. 1. quod factum eſt, in ipſo vita erat. colligit Aug. 6. trini. c. 10. & ad Oroſ. q. 26. omnes creaturas habere in Deo vitam D. Thom. veris. q. 4. art. 6. Egid. 1. d. 36. art. 1. quæſtio. 3. ar. 2 q. 2. Rich. 2. a q. 2. Zumel. q. 15. art. 3. dubit. 3. vbi Molina diſp. 2. Capr. q. 1. Caie. ar. 1. Ferrar. 1. con. gẽt. cap. 54. & uidetur Marſ. 1. q. 1. ar. 1. & 3. ſic domus in Idea artificis & verbo, alio modo habet eſſe, nempe intelligibiliter: ſed in re habet eſſe materiale, & uerbum ſeu Idea dicitur eſſe idem cũ re cognita, nẽpe ut pręſcientiatiue quod tantum vult Ariſt. & D. Thom. ſup. G. in quo deficit Sco. [i] Citati ſup. §. 1. X. [k] Heruæ. quodl. 2. q. 3. & in 1. d. 36. q. 1. uidetur Rub. a. c. Palac. q. 1. Zumel. q. 15. 2 dub. 3. quidã recent. & fauet Caie. q. 15. 2. ad 3. Idea ſignificat abſolutum relatiue. Scot. & citati E. ſic Platonici Ideas ponebant eſſe ſubſtantias abſolutas. [l] Quia Idea explicatur extrinſece per reſpectum ut ſcientia, vel intellectus, & relatiuum ſecundum dici. Sic eſſentia ut Patri coniuncta, dicitur potentia generatiua. [m] Eſſentia ut pręciſe concipitur imitabilis ab equo, dicitur Idea equi & non hominis: habet quoq; eſſe intreceptum & infinitos gradus indiuiduales intra hanc ſpeciem. Quare Idea repræſentat & cauſat rem finitam, non quia ſit finita, ſed per voluntatem Dei determinatur ut hęc Idea reprę ſentet & cauſet hanc ſpeciem. Henric. ſum. ar. 68. q. 5. lit. X. damnat erroris dicentes, Ideam in Deo ſumi ſecundum rationem limitationis, vid. D. Tho. 1. p. q. 44. a. 3. [n] Paternitas non dicitur perfectio entis: quia Filius ens eſt non eſt melius habere paternitatem ſibi oppoſitam relatiue: & paternitas non eſt omnis relatio diuina. At ſapientia eſt infinita in genere entis, & formaliter eſt omne ens diuinum. [o] Caiet. plane cum D. Tho. q. 14. 6 ad 3. q. 15. 2. ad 3: Caie ar. 1. col. 2. ad fin. Ferrar. 1. con. gent. c. 54. Sylu. conflat. q. 15. a. ad 1. cum D. Tho. verit. q. 3. ar 1. Capr. d. 36. uid. D. Tho. 1. p. q. 18. 4. ad 3. ar. 3. ad 4. in 1. d 36. q. 2. a. ad 2. & 3. & 1. cont. gen. ca. 54. & prob. quia in Deo diſtinctio actualis non ſit niſi per relationem realem aut rationis ſup. §. 2 ad ſi. Idea includit reſpectum imitabilitatis actu ad ideatum ſeu ad hanc determinatam creaturam: cuius ſubſtantiam & modum ſini ſuo aptum Deus ſtatuit & in lucem profert, cũ libera artificis ipſius applicatione. Et Dionyſ. c. 5. diui. nom. dicit in ſcript. uocari prędeſtinationes & diuinas ac bonas uoluntates. ſic Augu. 9. ciuit. c. 22. lib. 11. c. 22. lib. 18. c. 26. ait beatum conſpicere Ideas, & in eis cognoſcere creaturas plenius, quam in ipſiſmet creaturis. At ſine cauſa Molina. 1. p. q. 15. Ideam putat eſſe potius ipſam cognitionem, quę non eſt exemplar rei: nec requiri ad Ideam ut artifex libere agat: nec ut diſtinguatur realiter ab ipſa re Ideata, ut ſanitas concepta nõ differt a ſanitate quæ ſit in executione. Reſpon. ſemper diſtingui: quia Idea eſt cauſa non ut finis, ſed ut exemplar & efficiẽs. quę ſemper diſtinguitur re à ſuo effectu. [p] Sic ex re & ratione reſultat unum per ſe, quãdo ens rationis includitur in obliquo, ut modus rei: ut ly unum, verum, malum morale ſeu peccatum, & ęgritudo includit rẽ cum negatione ſeu priuatione quadam, ſacramentum includit relationem ſigni: ly creator, & in Chriſto ly perſona humana includit reſpectum rationis. [q] Sic domus dicitur vna in genere rei artificialis, & tamẽ cõſtat ex multis reb⁹, & indiuiduum ſubſtantiæ includit phyſice accidẽtia ĩ obliquo, & ſi Petrus eſt unũ per ſe. [r] D. Tho. 1. q. 15. 3. ad 4. vbi recen. con. Plat. relatum ab Ariſt. 1. meta text. 39. & à Diony. c. 5. di. nom. & à Cai. q. 14. a. 13. Ferr. 1. cont. gen. ca. 24. [ſ] Vt propria paſſio nõ requirit Ideã quia cõproducitur per generationem ſubſtantiæ. Item figura, quæ ſit per artem diſpoſitis partibus, & ſex ultima prædicamẽta, imo & relatio: qui reſpectus conſequuntur poſito aliquo, quod per ſe producitur per Ideam. D. Th. q. 15. ar. 3. ad 4. & Pla. nõ poſuit Ideas rerum artificialiũ quia nõ fiunt per naturã D. Th. in 8. meta. lect. 3. com. 3. ſi. quia uõ ſunt per ſe intenta à natura, nec per ſe producuntur. Itẽ Plat. non poſuit Ideam numerorum ſed unitatis: qualitas ſe habet ut materia. D. Th. verit. q. 3. a. 7. q. 21. ar. 4. & li 1. de anima. tex. 30. lect. 5. lib. 3. meta. lec. 3. Ferr. ſup. [t] Henr. quodl. 1. q. 1. & in ſumma. ar. 68. q. 5. lit. X. D. Th. ueri. q. 3. art. 4. quare malorum non eſt propria Idea, cũ ſat ſit Idea boni oppoſiti, ut cognoſcatur & permittatur malũ, D. Th. 1. p. q. 15. 3. ad 1. q. 14. ar ult. q. 18. 4. ad 4. [u] Vt artifex per unã Ideam facit multas domos. & Palud. d. 36. q. vn. D. Th. 1. q. 15. 3. ad 4. li. 1. cont. gen. c. 24. uerit. q. 3. ar. 7. & ſup. Aug. epi. 15. & Platonici cũ ſuo magiſtro Heruæ. 1. d. 36. q. 1. a. 4. & quodl. 11. q. 9. Henr. ſup. cont. Vdalric. li. 2. [x] Ita cõtr. Plat. intẽdit D. Th. d. ar. 3. ad 4. Ideam Dei extẽdi & ad productionẽ materiæ & ſingulariũ: quia producit omnẽ entitatem rei. quare D. Th. q. 15. 3. ait Idea primũ eſt ſpeciei, ſecundario indiuiduorum. & quodl. 8. art. 2. ait Idea diuina (ſicut & ſpecies impreſſæ angelis) primo reprę ſentans naturã ſpecificam, ſecundario indiuidua. [y] Marſ. 1. q. 1. ar. 1. pro numero indiuiduorũ ponit in Deo numerũ Idearum, & quidã recẽt. Bona. d. 36. probat ex Pſ. 146 ſapientiæ eius nõ eſt numerus, fauet D. Th. veri. q. 3. ar. 2. ad 1. Rich. Egid. & ibi fatetur quod aliqui Magni ponunt Ideas eſſe finitas nẽpe ſpecierum quas Deus de facto creauit. [z] Quia hæc indiuidua ẽt incorruptibilia, materiæ ęque intenduntur à Deo propter bonũ ſpeciei. [a] Cõis. 1. d. 36. ubi D. Th. q. 1. 3. ad 2. in 2. d. 3. q. 3. ad 3. & plane uerit. q. 5. ar. 3. Alb. di. 36. Egid. Richar. Vdalric. li. 2. ſum. quia materia nõ eſt principium rerum increatũ (ut poſuit Plat.) ſed creata eſt per Ideam ut ſit pars ſpeciei. 1. p. q. 44 2. corp. ad 3. q. 14. ar. 11. ad 3. de quo Syl. conflat. q. 15. 3. ad 3. carpit Caie. dicentem quod D. Th. q. 15. a. 3. ad 3. & 4. retractans negat eſſe propriam Ideam materiæ, quia Bergo. inter concordant. 1 a 22. non numerat hãc contradictionẽ ſeu retractationẽ. Et D. Th. q. 15. fatetur quod materia ſm propriam entitatẽ habet in Deo propriã rationem, ſed negat conuenire ei perfectè Ideam: ut explicat alibi, niſi quæ eſt Idea totius. [b] At ſi ſola materia crearetur, unita animæ ſeparatæ præexiſtenti, aut verbo, fieret per propriã Ideam, ſimulq; per Ideam totius cõpoſitũ: quia materia habet eſſe & complementum à toto.

C A P. IX.

Cognitio ſui & rerum naturalium quomodo conducat ad fœlicitatem.

§. 1. *De natura animæ: & propriet. iuxta philoſ.*

2 *A quo producatur? pingitur vt corporea. eſt immortalis, an ſeparata appetat reuniri corpori?*

3 *Homo ratione animæ dicitur ad imaginem Dei factus non ſic bruta, quia carent libertate.*

4 *An vir in parte etiam corporea dicatur imago Dei. & cur fœmina dicitur imago viri, 1. Cor. 11.*

5 *An angelus ſit perfectior imago? & de potentijs animæ.*

6 *Cur Plato poſuit vnionem quandā hominis cum Ideis? & qualis eſſet reſurrectio in ſtatu naturæ?*

7 *In genere de quatuor cauſis, & modus ſalutis humanæ.*

POſt Deum, homo ex ordine caritatis etiam naturalis tenetur ſeipſum & noſſe, & in ſpiritualibus bonis virtutis diligere præ cæteris.[a] Atque ita celebratur è cœlo cecidiſſe illud dictum, noſce te ipſum.[b] Anima quamuis dicatur homo interior,[c] non eſt totus homo:[d] nec eſt completa ſubſtantia, vt auriga corporis,[e] aut angelus: nā eſſentialiter eſt pars, & totius hominis forma:[f] & ſecundū gradū rationalē perficitur informando materiā. Vnica eſt in vnico homine,[g] & numero multiplicantur animæ iuxta numerum hominum,[h] nec tranſmigrant de corpore in aliud humanum, aut pecunium corpus, vt putarunt Pythagoras,[i] & Democritus: quorum ſententia Plato interdum vtitur, ſed non ſenſit eſſe veram:[k] & iuxta Ariſtot. qui libro tertio phyſic. tex. 39. impugnat dari infinitum numerum, non cogimur ponere hanc tranſmigrationem; vt vitetur inconueniens de infinitis animabus immortalibus, ſi mundus fuiſſet ab æterno.[l] Nec animæ ſunt creatæ ante corpus.[m]

C A P. IX.

a Diuini a Tho. 2. 2. q. 26. ar. 4. quare non licet pati detrimentū ſpirituale culpæ, pro bono etiam totius vniuerſi; vt tenet certa catholicorum ſententia. Rom. 3. non ſicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala, vt inde veniant bona. Matth. 16. q. prodeſt homini. b Eraſm. in chiliad. ex oraculo Apollinis. c Rom. 7. & 2. Corinth. 4. Nauar. prælud. 1. n. 7. & tamen per Synedoc. à principali homo dicitur anima D. Tho. 2. 2. q. 175. ar. 6. ad 1. d D. Tho. 1. p. q. 75. art. 4. Doct. cum Mag. 2. d. 17. vbi Richar. Carthu. q. 2. & 3. quare errat Hugo & Mag. dicēs in triduo mortis Chriſtum fuiſſe hominem, dum retinuit animam & corpus. vid. Caiet. cum D. Tho. 3. p. q. 50. art. 4. quia materia eſt eſſentialis pars hominis. Athan. in Symb. ſicut anima rationalis & caro vnum eſt homo. D. Thom. prima part. quæſt. 75. artic. quarto, Soncin. ſeptimo. Met. quæſt. 26. Caie. de ente & eſſen. capit. ſecundo, quæſtio quarta, Ferr. primo, cont. gent. cap. 27. cont. Pla. e Vt ponebat Plato in Alcib. quem refert Ariſtot. ſeptimo, Metaphyſic. tex. 39. & Plat. vocat Socratem iuniorem. Niph. primo, de anima, tex. 16. Naua. prælud. 1. nu. ſeptimo, per Clem. 1. de ſumm. Trinit. f D. Thom. 1. p. q. 76. ar. 1. & opuſ. 24. Ariſt. 2 anim. c. 1. & 12. meta. tex. 16. vbi Soncin. q. 25. Conc. Later. 3. ſeſſ 8. item D. Tho. q. 76. 4 ad 3. Caiet. ar. 1. col. 5. §. ad rationem. q. 118. 2. conc. Vienen dict. clem. 1. direct. inquiſ. 2 p. q. 7. hær. 3. Caſtro & Medices verb. anima hær. 3. Cano. 12. de loc. c. 7. poſt ſupr. 2. vid. c. 13. Nauar. ſup. nu. 4. aiūt eſſe formam etiam vt rationalis eſt: & ex hoc gradu manat potētia cogitatiua, qua homo ratiocinatur in ſingularibus, ex Ariſt. 6. eth. c. 19. lib. 3. de anima, tex. 20. vbi Philoſopo. Auer. tex. 6. Amon. proœm. periherm. Themiſt. paraphr. de anima c. 28. 35. Alber. de hom. q. 1. de æſtimatiua. D. Tho. q. 78. ar. vlt. ad 5. q. 79. 2. ad 2. q. 81. ar. 3. cur autem dicatur anima eſſe in corde, vel ſanguine, Nauar. nu. 8. g D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 3. Nau. ſup. num. 3. Ariſt. 2. de anima. c. 1. Ferrar. cū D. Tho. 2. cont. gen. c. 58. Albert. ſumm. de hom. ar. 5. q. 1. Heruæ. quodlib. 1. q. 2. & 3. Scot. 4. d. 1. q. 5. Durand. 2. d. 16. Alex. 2. p. q. 32. Aug. de eccle. dogm. c. 15. & lib. de fid. & ſymb. libro 9. ſuper gen. ad lit. c. 12. & reijcit. Didymum ponētem duas animas in homine. Manich. ponit vnam animam ſenſitiuam à malo Deo, aliam rationalem à bono. & Philo. lib. de eo q deterius potiori inſidiatur, ſenſitiuam eſſe in ſanguine, intellectiuam vero eſſe ſpiraculum, quod Deus inſpirauit in Adam) videtur definiri in 8. Syn. act. 10. & can. 11. ob quod Sebaſt. epiſcopus in lib. 2. de anima. c. 1. q. 1. ait oppoſitum eſſe erroneum. Tolet. 2. de anim. q. 7. Heruæ quodlib. 2. q. 10. & Auerroiſtæ, Zimara, & Bocaferrea aiū, ſecūdum Auer. eandem eſſe animam veget. ſenſ. & cogit. hominis. Sixt. lib. 5. Bibl. c. 17. 95. vnde errat Plato (apud Ariſt. 1. animæ tex. 90. & Cicer. 1. Tuſcul.) qui poſuit tres animas ſitu ſeparatas, rationalem, concupiſcibilem & traſcibilem. Okam quodlib. 2. q. 3. Fernel. lib. 7. Phiſiolog. c. vlt. Ant. Bern. Mirandul. lib. de euerſione ſingul. certam. ponunt in homine plures animas. h D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 2. & 2. cont. gent. c. 73. Concil. Lateran. ſub Leon. 10. ſeſſ. 8. Auguſt. de eccleſ. dogm. c. 14. Eſt de fide propter communem conſenſum eccleſiæ, contra Auer. & Pythag. idē admittunt Platonici cum Plat. in Philebo. Proclus in Timæum, vbi Marſil. Ficin. & toto lib. 15. de theol. Platon. Plotin. Enead. 4. lib. 3. in princ. Marcellus lib. 6. de anim. cap 20. i Pytha. poſuit animarum remeationem in alios homines & pecudes; atque ita noſtrum ſcire eſſe reminiſci, quem interdum ſequitur Plato in re naturali vtens aliena ſententia, puta quæ à Zoroaſte, aut Mercurio Triſmegiſto & Aegyptijs per Pytha. deriuata eſt ad Platonem: Plutarch. libro quarto, de placit. capitulo ſeptimo, libro de ſera Numinis vindicta ad fin. Ioci. Enead. tertio, libro quarto, capitulo ſecundo, & 15. refert Viues. 10. ciuit. capitulo 30. ex Plat. in Timæo, Phedon. & Phedron. & libro vltim. de Rep. idem tenuiſſe Phariſæos in Talmud. fin. refert Sixt. lib. 2. Bibliothe. verb. traditiones. ex Seratonico in collectan. Triſmegiſt. in Pimandro. Architas, Porphyr. Iamblic. Hærmias, Numenius (de quib. Marſil. Ficin. lib. 17. de Theolog. Plat. cap. 17.) Crinit. lib. 11. de honeſt diſcipl. c. 3. Marcell. lib. 6. de anima. c. 41. Caſtro & Medic. verb. anima hæc. 6. & 8. D. Thom. de potent. quæſt. tertia, artic. tertio. lib. 2. contr. gent. c. 43. ad 6. cap. 71. ad 3. & 4. & citatu inf. §. 7. fi. D. eundem erroré tenuit Philo. lib. de ſomnijs. lib. 2. de plantatione Noe. ſentit Ioſeph. lib. 3. bell. ca. 14. & referunt Patres in Matth. 14. & 16. quod Herodes & alij de Chriſto putabant eſſe Ioannem, aut Heliam. ſentit Orig. in Epheſ. 2. det vobis ſpiritum. At contra iſtos Hierony. in Epheſ. 1. lib. 2. cont. Iouin. apol. 1. contra Rufin. Aug. de hæreſ. c. 46. ſerm. 143. de temp. & 12. ciuit. c. 20. vt Viues. cui errori Athanaſ. lib. 6. de beatitud. filij, dicit anathema. k Plato in Carneade, Marſil ſup. Eugub. 9. perenn. phyſicæ. c. 29 30. dum vero de hoc diſputat introducit aliquem Phythagoricum, vt Timæum. & lib. de legib. non meminit huius. At interdum Plato, vt lib 10. de Repub. vtitur ea ſentent. Pythagoræ, finito motu primi mobilis, & ſtellæ Heliaoorū, poſt ſexcenta millia annorū, redituras animas vi naturæ ad corpus proprium mortale. Idem Democr. Empedocl. Chryſip. & genethliaci, vt ex Varron. refert Aug. 22. ciuit. c. 27. 28. lib. 10. c. 30. lib. 21. c. 27. Viues lib. 13. ciuit. c. 13. inducit multa ex Plat. putante multos de facto reuixiſſe. Cicer. apud Macrob. in ſomnio Scip. Plut. lib. 1. de anima. Idem Ariſtot. tribuunt. lib. 2. de generat. Alex. Aphr. Philop. Niph. & Marſil. q. vl. Auic. lib. 6. natur. cum Laboo. Plin. 7. hiſt. Syneſius Platonic. apud Niceph. 14. hiſto. c. 52. Et ex Virgil. probat Aug. ſerm. 143. de temp. inf. §. 6. A. l Ariſtot. non credidit certò mundū eſſe ab æterno, ſaltem de ſpecie humana; & nunquam incidit in hoc arg. de infinitis animabus (& Græci, vt Simplici. lib. 3. de anima, non meminit tranſmigrationis, cum admittat animas eſſe immortales, contra Themiſt.) vid. D. Thom. 1. p. q. 46. 2. ad 8. Heruæ. tract. de æternit. q. 5. ad 8. Petr. Martin. li. 3. de anima ad fi. p. 55. 5. Alber. Caſtro ſup. Auic. 5. p. de anima c. 4. Eugub. lib. 9. c. 28. 30. 31. Item Ariſt. tacite impugnat remeationem, dum contra Platon. in Menone, negat noſtrum ſcire, eſſe reminiſci. Quidam aiūt Ariſt. ſolum negaſſe 3. phy. dari in infinitum numerum in rebus ſenſibilibus completis: ſecus in animabus quæ ſunt res ſpirituales & incompletæ. Græci in tex. 35. Simplic. Themiſt. Philop. Algazel. Auicen. D. Thom. 2. cont. gent. c. 81. & probabile dicit Capr. Baſſol. Greg. 1. d. 44. q. vlt. m Leo epiſt. 71. ad Turib. ait oppoſitum eſſe contra fidem. Albert. de homin. p. 2. q. 16. D. Tho. 1. p. q. 90. ar. 4. q. 118. ar. 3. Alex. 2. p. q. 61. Bon. Rich. & alij. 2. d. 17. Caſtro, & Medices, anima. hær. 3. Hieron. epiſt. ad Pammach. & in Ierem. 24. & 28. & in Pſal. 98. Cyril. lib. 1. in Ioan. Methodius in Pſal. 65. Epiph. lib. 2. Panarij, Theophilus lib. 1. Paſchal. quos affert Sixt. lib quinto, Biblioth. c. 185. lib. 6. c. 156. in quo errant Orig. Hilar. Franc. Georg. Interdum vero Hieronym. cum aliena ſententia ita pertranſit. Bona. dicit probabile cum Mag. 2. d. 17. quod anima Adæ creata eſt ſimul cum Angelis, & Aug. 6. gen. ad lit. capit. 24. quod tamen pie excuſat D. Thom. prima par. quæſtio. 90. artic. 4. & reuocat Auguſt. primo, retract. capit. 10. & D. Tho. 1. par. quæſt. 91. artic. 4. ad tertium excuſat. Gregor. Nyſſen.

2 Anima non congeneratur ex traducere:[n] non fit ab angelis:[o] Qui nihil creare poſſunt: ſed naturali ordine & pacto creatur à ſolo Deo, & creando infunditur in corpus diſpoſitum.[p] Anima eſt incorporeus ſpiritus:[q] & tamen pingi ſolet quaſi infantulus, vt & B. Trinitas corporali figura depingitur.[r] Immortalitas animę cum communi tantum Dei concurſu, demõſtratur ratione naturali:[ſ] ſeparata enim non eſt ocioſa, cum retineat operationes intellectus & uoluntatis, pro quibus non indiget corpore tanquam inſtrumento.[t] In anima ſeparata appetitus quidã naturalis vt corpori reuniatur à ſolo Deo expletur:[u] vt ſolus Deus illã creat: & quidã Patres bonis coniecturis naturalibus oſtendunt reſurrectionem eſſe poſſibilem.[x]

3 Homo ratione animæ dicitur Gen. 2. factus ad imaginem Dei cuius falſam rationem quidam hęretici aſſignant, eo q anima ſit particula quædam diuinæ ſubſtantiæ deciſa.[y] Alij rationem imaginis cõſtituunt in parte etiam ſenſitiua,[z] hominis liberi, quem leges vetãt puniri nota faciei, eo quod vultum habeat ad imaginem Dei:[a] nam cogitatiua reſidens in capite gubernat appetitum ſenſitiuum libertatis, & uirtutem participem,[b] & membra totius corporis:[c] & anima adeſt tota in ſingulis partibus hominis.[d] Quidam tribuunt bru-

ſen. & ſane Ariſto. aſtute occultauit propriam ſententiam (vt ait Lucian. dial. demortuis) quia lib. 2. de gener. animal. capi. 3. quærit num omnes partes animę fuerint ante corpus? nec reſpondit ſed ait, reſtat, ut ſola mẽs de foris adueniat. & ita ſecundum Ariſt. non produci animam ante totum hominem fatentur Philopo. Alexand. aphrod. Theophra. Auerr. Auicen. de quibus Eugub. li. 9. ca. 7. & 25. Marcell. lib. 6. de anima. capi. vigeſimoquinto, Albert. de orig. animæ, capitu. 6. Iandun. Niphus. & alij in procem. de anima, contra Beſſarion. lib. 2. contra calumniat. Plat. c. 7. dicentem quod Ariſto. ſentit cum Plat. animas productas ante corpus. Item Auic. & multi putant ſecundum Ariſto. animas perfectorum, quæ ſunt indiuiſibiles, fieri immediate à Deo, ſeu ab intelligentia datrice formarum, ut refert Fernel lib. primo, de abditis rerum cauſis, quod etiam tenet Scot. At Auerro. arguit mutari Deum noua uolitione, ſi nũc creat animam. Reſpon. vt Ariſto. 8. Phyſic. fatetur primum motorem hodie producere circulationem cœli, abſque mutatione ſui, quia ab ęterno ita ſtatuit: ſic poſita diſpoſitione embryonis diſpoſuit Deus ab æterno creare animam in tempore. Egid. tractat. de eſſe & eſſent. quęſtio. 2. Sõci. 12. meta. quęſtio. 15. Ferrar. 2. cont. gen. cap. 81. col. 10. Caie. cum Diuus Thom. prima parte, quęſtio. 46. 1. ad 10. [n] Diuus Thom. 1. p. quæſtio. 118. articu. ſecundo damnat hæreſeos quod anima fiat extra duce, & ſecundo contr. gent. cap. 86. uocat errorem, Auguſt. de hæreſ. cap. 86. de eccleſ. dogmat. capitu. 14. 18. Mag. 2. diſtinct. 18. ubi commun. Duran. quæſt. 3. Caſtr. & Medices ver. anima hær. 4. Torrenſ. 2. conſ. cap. 1. §. 9. Tolet. lib. 3. de anima. quæſtio. 17. & in procem. quęſtio. 5. concl. 4. & alij recentiores (At Cord. lib. 1. quæſt. 17. quæſtio 45. ad ſecundum, negat eſſe hæreticum ſed erroneum) Hieronym. epiſto. ad Auguſt. ait eſſe communem & catholicum ſenſum, animas creari à Deo? & tamen ibi & tom. 4. dial. de orig. animę refert quod graues uiri dicant eſſe extra duce (vt Apollonius, Pompeius, Arnob. Apolinari Gãdioſ.) & lib. 2. apol. contra Rufin. citat Tertullian. & Lactan. Idem Cyril. & Apollinar. apud Tripart. lib. 5. cap. 44. & Luciferiani apud D. Thomam de potẽn. quæſtio. 3. ar. 9. propendet Aug. epiſto. ad Hieron. ut ita clarius conſtet traduci peccatum in prolem, & rogat ut ipſum doceat. Alij Patres dubitarunt de hac re, vt idem Auguſt. 1. retract. ca. 1. Pamphil. apol. pro Orig. Rufin. in addit. illius, Eucher. lib. 1. in id gen. 2. ædificauit coſtam. & capitu. 46. iſtæ ſunt animæ, quę egreſſæ ſunt de fœmore Iacob. Greg. lib. Regeſl. Iam uero omnino certum eſt animas creari, & non traduci. [o] Chryſoſt. in gen. 2. hom. 8. Baſil. examer. Theodor. quæſt. 19. Acacius in gen. 1. Dam. lib. 2. cap. 3. Aug. 16. ciuit. cap. 6. D. Thom. 1. par. quæſt. 65. ar. 3. quæſt. 90. ar. 3. Albert. de hom. p. 2. quæſtio. 17. Alexan. 2. par. quæſtio. 55. m. 2. Sixt. li. 5. Bibl. cap. 17. 95. Carthuſ. 2. d. 1. quæſt. 3. Caſtro verb. mundus. hær. 3. director. 2. p. quęſt. 6. nu. 3. cap. Menandriani 24. q. 3. ſed Plato de opificio mundi (quem ſequitur Philo ſimili lib. & Cicer. de uniuerſita.) ait Angelos feciſſe animam ſenſitiuam hominis, Deum uero animam rationalẽ, & ita exponunt Hebræi gen. 2. dici ad Angelos, faciamus hominem, & Diodor. in princ. gen. At re vera intelligitur de myſterio & conſilio Trinitatis, ubi Chryſoſt. Baſil. Rupert. Seuerian. Hilar. 4. Trin. Ambr. lib. de dignit. condit. human. Zeno epiſcopus libro 2. ſermo. 4. [p] Embryoni diſpoſito non eſt gratia ut infundatur anima, quia debetur omnibus ex lege & pacto infallibili Dei eſt natura, vt homini debetur riſibilitas, intellectus, & generalis cõcurſus Dei. At quod huic naturæ Deus dederit exiſtentiam vel huic homini bonum ingenium, integritatem membrorum & ſenſuum, dicitur late gratia Diuus Thom. 1. 2. quæſtio. 111. 2. ad 2. Soto. 1. de nat. & grat. cap. 2. Auguſt. de natu & grat. cap. 44. & ſequen. & epiſt. 95. 105. in Pſal. 144. & Sext. Syn. dicit act. 11. angelos eſſe immortales per gratiam. [q] Cap. firmiter Diuus Thom. 1. par. quæſt. 75. artic. 1. Iſidor. 1. etymol. Auguſt. de hęreſ. c. 86. lib. 6. Trin. c. 6. D. Thom. 2. d. 30. q. 2. 1. Nau. prælud. 1. nu. 1. & 7. Syn. 6. act. 11. Caſtro anima hær. 5. ad fi. uer. Deus hær. 2. contra Tertul. lib. de carne Chriſti dicentem omnia præter Deum eſſe corporea, vt angelos & animas. Item D. Thom. 1. p. quæſt. 50. art. 1. quod angeli ſint incorporei, ex capit. firmiter. de ſum. Trinit. [r] Nauar. prælud. 1. num. 10. & qui agunt de veneratione imaginum. Bellar. lib. de Imag. capit. 5. & 8. [ſ] D. Clem. 2. de ſumm. Trinit. & concil. Lateran. ſub Leon. 10. ſeſ. 8. probari ratione naturali, vt probant D. Thom. prima par. quæſt. 75. ar. 6. & quæſt. 61. artic. ſecundo, ad 3. Caiet. tom. 4. de immort. animæ orat. 4. Caſtro anima hær. 7. Can. lib. 12. de loc. cap. 15. Sot. d. 43. q. 1. ar. 1. Palac. in 3. de anim. vbi Tol. late Bell. 1. de purg. ca. 3. Zum. 1. p. q. 9. ar. 2. cont. Arab. dicentes animam cũ corpore mori. Direct. Inquiſ. ſecunda par. quæſt. ſexta, num. 59. Ant. quarta par. tit. 11. cap. 7. Turrecrem. lib. 4. ſum. eccl. cap. 34. & in cap. fin. 24. quæſt. 3. ver. Arabici. Nauar. prælud. 1. num. 2. At Caiet. in lib. 3. de anima cum Alex. Aphrod. & Auic. falſo dicens, ſecundum Ariſtot. animam eſſe mort. multum nocuit in Italia. [t] Hæc ratio apud Ariſt. lib. 3. de anima, demonſtrat. vbi Tolet. Palac. Sebaſt. Martinez & alij D. Tho. 1. p. q. 75. 6. Caſtr. verb. anima hær. 7. Clem. lib. 6. conſt. apoſt. c. 11. [u] D. Tho. 1. p. q. 76. 1. ad 6. cum Aug. 12. gen. ad lit. c. 35. lib. 6. c. 12. 15. & hunc naturalem appetitũ explicat Apoſt. 2. Cor. 5. nolumus ſpoliari. [x] Quidam aiũt q cũ terminus reſurrectionis, nempe homo ſit res naturalis, cognoſci naturali lumine animam poſſe reuniri corpori (manent enim hæ partes: ignotius autẽ eſt quod brutũ ſuſcitari poſſit poſt corruptam illius animam, aut quod cæcus lumẽ recipiat) de quo inf. §. 6. & c. 21. §. 1. H. & ſeq. Henric. quodlib. 15. q. 14. Doct. 4. d. 43. vbi Dur. q. 1. At reſurrectio ſicut de facto erit in beatis, eſt ſupernaturalis. Sed illam probãt rationibus. Paul. 1. Corinth. 15. Amb. lib. de fide reſurr. Tertul. de reſurr. carn. (quamuis lib. de præſcr. c. 7. dicat Philoſ. putaſſe impoſſibilem) Aug. de temp. ſer. 143. probat ex Virgil. & lib. 22. ciuit. c. 13. Baſil. hom. 8. examer. D. Thom. 4. contra gent. c. 79. Greg. 24. mor. c. 30. Lactant. lib. 7. diui. inſtit. & naturalem ratione termini ſignificat D. Thom. add. q. 75. ar. 3. [y] Concil. Brachar. 1. c. 5. Iren. lib. 2. c. 31. vbi comment. Iuſtin. paræneſi ad gentes Leo epiſt. 71. c. 5. & in id gen. 2. inſpirauit ſpiraculum Chryſoſt. hom. 13. Theodor. Eucher. Auguſt. 7. gen. ad lit. c. 2. & 6. Iſidor. lib. 8. etym. c. 5. D. Thom. 1. par. quæſt. 90. art. 1. Ambroſ. 1. Theoſ. c. 8. Caſtro & Medic. ver. anima hær. 4. Vincẽ. 13. ciuit. c. vlt. Nauar. prælud. 1. num. 3. cont. hæret. Manich & alios, & eam rem ſub dubio reliquit Tertul. 2. cõtra Marcion. & citat Lact. 2. diui. inſti. [z] Sup. Q. Tertul. lib. 2. cont. Marcion. qui etiam ipſum Deus vocat corpus. Melito apud Theodoret. in gen. 1. Abulen. Matth. 17. quæſt. 109. [a] L. ſi quis in metallum C. de pœnis. vbi Bald. l. 7. tit. 31. P. 7. Cuiat. lib. 7. obſeruat. cap. 13. Caſſanæ. catal. p. 12. conſid. 46. col. 2. Nauar. prælud. 3. nu. 16. Couar. 2. Variar. c. 9. nu. 7. fin. Duen. reg. 290. [b] Ita cogitatiua hominis formatur quoddam verbum D. Thom. prima part. quæſt. 85. 2. ad 3. vid. quæſt. 82. 2. ad 3. & in appetitu ſenſitiuo eſt quædam libertas, cum ſit capax virtutum Frat. Medin. Cano & recent. cum Caiet. 1. 2. quæſt. 74. 4. mouetur enim ciuiliter à ratione, Doct. 3. d. 33. Almain. in tract. 1. moral. cap. tertio, & propendet Burid. 1. ethic. quæſt. vltim. Capr. 2. d. 24 quæſt. 1. ad arg. cont. quarta, conc. vbi Palac. quæſt. 2. cont. Scot. & Nominal. 3. d. 33. [c] Vt Deus eſt primus motor microcoſmi, & confert ei omnẽ gradum entis: ſic homo per appetitum mouet omnia membra microcoſmi, & communicat corpori 4. gradus rerum, eſſe, viuere, ſentire & intelligere cum diſcurſu, quod habet cogitatiua. Greg. hom. 29. in Euang. circa id Marc vltim. prædicate euang. omni creaturæ. Nazian. & Damaſc. libro ſecundo, cap. 12. Picus in heptaplo. imo Ariſtot. 2. phyſic. ait nos eſſe finem quodammodo omnium, ſcilicet, corporalium. Cicer. ſecundo, de natura Deorum Cælius libro ſecundo, antiq. cap. 20. lib. 24. cap. 30. [d] Vt Deus adeſt totus in omnibus D. Thom. 1. p. q. 8. ar. 2. ad 3. & 3. p. q. 46. 7. ita anima quia eſt indiuiſibilis adeſt per eſſentiam, præſentiam & po-

tis animabus quandam cum prudentia libertatem,[e] & referre Dei non ſolum veſtigium, ſed imaginẽ quandam. Nam Gen. 3. ſerpens callidior cunctis animantibus, deſcribitur ſecundũ hiſtoriæ veritatem, [f] protuliſſe non ſibilum & ſonitũ, [g] (qualem quidam homines intelligere ſolent, quid bruta illo ſignificent? [h]) Sed humanam vocem, [i] (vt Num. 22. locuta eſt aſina Balaã) cuius rei nouitatem fœmina ſermoni intenta non aduertit, cum non eſſet tanta ſcientia prædita. [k] At reuera per ſerpentem angelus malus locutus eſt,[l] & contra Dæmonem dirigitur Dei maledictio. deinde ſerpenti, vt inſtrumẽtum diaboli ad ſeductionem, indicitur pœna vt ſuper pectus ſuum gradiatur: [m] ſicut fœmina punita eſt vt in dolore pariat, & quæ viro naturaliter ſubiecta eſt, vt habeat deinceps duriorem inuoluntariamque ſubiectionem. [n] Philoſophi non putarunt bruta ratione uti, licet multa diſſerant de quorundam prudentia & libertate; [o] vt quod experimur multam ſagacitatem in cane, equo, ſimia, & vulpe, [p] & maiorem in elephante. [q] Amonius præceptor Origenis fertur habuiſſe aſinum ſuæ doctrinæ auditorem. [r] Pygmæi in puſillo corpore habent vultum & membra homini ſimilia, ſed non ſunt homines: ſi enim haberent vſum rationis, certe haberent imaginem Dei impreſſam. At gigantes licet miniſterio dæmonis [ſ] incubi eſſent alicubi procreati, ſunt homines.[t]

4 Nulla res corporea præter hominem, condita eſt ad imaginem Dei:[a] nec enim habet liberi arbitrij vſum, nec eſt capax meriti, gratiæ & viſionis beatæ. Dum autem à quibuſdam in portione inferiori hominis admittitur quædam diminuta imago Dei:[b] aiunt prouenire ex eo, quod appetitus ſenſitiuus vt coniunctus voluntati, eſt capax virtutis & libertatis cuiuſdam.[c] Ab alijs vero totus homo corporeus dicitur factus ad imaginem Filij Dei incarnati.[d] At ſimpliciter imago Dei non eſt in homine, niſi ſecundum animam, & res illius ſpirituales, potentias, quæ dicũtur vna anima:[e] & quia ſecundũ illas habet ſpiritualem quandam proceſſionẽ verbi & amoris. Exẽplatur enim ut repræſentet[f] aliquo modo myſterium Trinitatis, cum proceſſione Diuina Verbi & amoris. Ex hac rationis & iudicij plena cognitione & indifferentia prouenit, vt homo ſit libero arbitrio præditus, ac ſubinde ſit dominus ſuarum operationum, & rerum corporalium. In quo tanquam imago refert Dei unius vultum,[g] quatenus eſt libera rerum cauſa, primus in Vniuerſo motor, & rerum omnium Dominus. Hinc vir dicitur 1. Cor. 11. imago Dei, expreſſusq; immediate à Deo libere gubernante: quia uir eſt caput, & libero imperio eſt dominus etiam uxoris, [h] & totius familiæ. fœmina uero ab Apoſtolo dicitur imago & gloria uiri: quia proxime in adiutoriũ uiri de illius coſta formata eſt: nec eſt domina ſed ſubdita uiro. Et tamen dicitur imago Dei,[i] quia libera eſt, & capax gratiæ & meriti. Imago fit perfecta per gratiam,[k]

& potentiam, tota in ſingulis partibus D.Tho. 1.p.q.76.art.8.& in 1.d.8.q.5.vbi Dur.q.3. Aug.6.Tri.c.6. Nauar.prælud.1.nu.6. [e] Plutar.in li.cui titul. Vtra animalia plus rationis habeant, terreſtria an aquatica? Molina in concord. 1.p.q.14.diſput.45.ait habere libertatem quandam, vt habent pueri ante plenum rationis vſum. At puer eſt capax peccati & gratiæ etiam ante rationis vſum: & per accidens ratione organi non ſatis diſpoſiti impeditur ab vſu arbitrij, ſup.ca.6. §.1.K. cum Aug. 1.retract.c.9.& 15. & alijs. Et in brutis ac alijs creaturis pꝛter hominem inest ſolum Dei veſtigiũ D.Tho. 1.p.q.45. ar.7.& q.93. Soto lib. 1. de natur. & grat.c.3. [f] In quo errat Caiet. gen.3. cont. commu.conſenſum Patrum, dicens non contigiſſe in hiſtoria ſed ſenſum eſſe paraboli cum cõt: quem Perer. lib.6. in gen.p. 431. [g] Cedren. in hiſtor.nũ 9.& idem plane Baſili. homi. de paradiſo, iuxta liter.græc. & ſignific. Ioſeph. 1. Antiquit.cap.2. vt citat Abulen. gen.13.q. 429. [h] Plato dial. de pulchro (vt refert Euſe.lib.12.ꝑparat.c.9.) quẽ ſic exponit Clem. Alexan.li.1.ſtrom. Philaſter lib.4. de vita Apollonij c.1. [i] Perer.ſup. cum Baſil. Chryſ.lib.26.gen. Theodo.q.32.Bed. in expoſ. & quæſt. ex Aug. Rupert.li. 3.in gen.ſeu de operib.Trinit.c.3. Damaſ.lib.2.c.10. Aug.11.gen.ad lit.c.2.3.27.lib.14. ciu.c.11.Mag. ſent. Abulen ſup.& Cedren. Et huc trahi debet quod ait Ephren apud Moſen Barcepham lib.de paradiſ.cap.27.in biblioth.ſanct. quem citat Perer. [k] Abulen.gen.13. q.504. cum D.Thom.1.p. q.94.4.ad 2. Nam ſolus Adam qui erat recturus vt caput, habuit ſcientias per accidens infuſas. D.Tho.1.p.q.101.nec eſt ſeductus. At addit Abul q.417.quod Eua forte putauit bruta quædam loqui: refert D.Tho. & aſſerit Cyrill.lib.3. contra Iulian. [l] Perer. lib.6.gen.q.4.p.440.cum Auguſt. gen.cont. Manich.c.17.18.lib. 2.cont.aduerſar.leg.c.15.Hier.in gen.vid D.Tho.1.p.q 63.6.ad 2.& 2.2. q.165.2.ad 4. [m] Vatabl.in gen 3. vt cum maiori labore reptaret deinceps: & tremulus lateret in arcto antro. At minus probabile eſt quod Ioſeph.1. antiq.cap.3.ait, quod ſerpens prius erat quadrupes, & in pœnam iubetur reptare. Idem Baſil.ho.de paradiſo. Moſes ſup.cum Chryſo.& Ephren.[n] Aug.11.gen.ad lit. c.37 facit Greg.21.mor.c.11. Bellar.lib.3.de monach.c.7. [o] Plutarc.ſup. Fr. Ludou.de Granada in catechiſ Hiſpa. Aelian.lib.13. hiſt.& ſæpe, vbi multa de varijs ſpeciebus & aſtutijs canis. [p] Fr. Ludouic. Plutarch. Aelian.lib.4.c.39.lib.6 c.14 & 64. Epiph.lib. de phyſiolog.c.19. Hieronym.epiſt.23.ad Deſider. Orig homil. 4.Cant.& lib.1.in id Iob, homo quidam erat.& hom.2.in Ezech. Chryſoſt.hom.4. Matth.1.vid.Martin.lib.7.Hip.ca.3.lib.10.reg. 6.& 47. [q] Aelian.lib.13.ca.22.Philaſt.lib.2.cap.5. Plin.lib.8.cap. 1.& 4. [r] Refert Volater.lib.13. Sixt.lib.4.bibliothec.verb. Amonios, & de aſino Buridani vid. ipſum lib.3. ethic. quæſt.1. & 2. [ſ] Sup.lib.de irregularit.cap.8 §.3. Pygmæi non ſunt rationales. [t] Vid. Auguſt. 15.ciuit.cap.23.& ſequentib. Sixt.lib.5.biblioth.c.

51. [a] Pſalm.31.nolite fieri ſicut equus & Pſalm.48.E.2. Petri.2. vt irrationabilia pecora naturaliter ſenſit Diuus Thomas, 1.p. quæſt.83.& 1.2.quæſt.16.ar.2.quæſt.17.2.& quæſt.1.artic.2.ad tertium, vbi Frater Medin. quæſt 6.2.ad 2. Capreol.primo.diſt. 38.quæſtio.prima, conc.tertia, & in ſecundo. diſtinct.24. ad argum. Durand.contra quartam conc. cum Diuo Thoma de veritat.quæſtio. vigeſimaquarta. 2. commun. cũ Mag. ſecundo diſtinct.uigeſimaquarta. Nauar.prælud.3.num. nono. quia de ſolo homine dicitur eccleſiaſt.15.reliquit eum in manu conſilij ſui Zumel, 1.p. quæſt.14. artic.13. dub.2.in appendic. contr. Molina ſup. [b] [c] Caiet. Z.B. At ſimpliciter negandum eſt in corpore eſſe Dei imaginẽ. commu. Patrum, ſæpe Auguſt. Nauar. prælud.3.num 16. 19.Caſtr.& Medices verb. imago. hær.2.D.Tho.1.p. q.90.2.& q.93.art. 2.& ar.3.c ad 1.& art.6. [d] Eugub. in coſmop. Geneſ.1. Cathar. ibi. Galati.3.de Arca. ſecp. c.23.lib.7.c.2.ſign. Philo de opif. & glo. ordin. in Gen. 1.Clem. Alexand. orat. exhortat. ad gent.Hilar.4.Trin. Cyril.1.contra Iulian. [e] Auguſt. lib. de imag.qui eſt ſer. 27.de ver. Apoſto. ſerm.63. de verb. Domini. & lib.83. quæſtio.q.51.libr. 12.Trinit.c.2. Leo ho.1.de ieiun. Cyril.1.in Ioan.ca.13. Ambr.6.exam.c.8. ſumpſit ex Baſil. homil.10.examer. Philo ſupra. Galatin.lib.2.c.8.Moſes Aegyp.lib.1. Directorij dubiorum. c.4.D.Tho.1.p.q.90.ar.2.& 4.& q.93.ar.3.Doct.2.d.16. Torres 1.p.q.35.ar.2.Sixt.lib.5.biblio.c.32.Hoſi.inſtitu.c.69.Cœlius li. 2.cap.17. Nauar.prælud.3.num.16.At in ſolo lumine naturæ ex hac ratione imaginis, homo uel angelus non agnoſceret myſteriũ Trinitatis, D.Thom.1.p.q.32.vbi Recent. [f] D.Thom.1.p.q.35. ar.2.Torres.q.27.artic.2.p.4. quare vnum ouum non dicitur imago alterius oui ſimilis: quia non eſt factum vt illud repræſentet. [g] Pſal.4.ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. At inferiores creaturæ non referunt vultum, ſed veſtigium Dei.1.p.q.4.art.3. ad 4.q.93.ar.6.Doctor.1.d.3.vid.ſup.§.3.D. [h] Patres in 1. Cor. 11. Ambro. Theodore.in Gen.2.faciamus hominem.Abulen.Geneſ.13.q.115.Auguſt.quæſt.45.vet.teſtam.c.hæc imago.33.q.5. [i] Quod non negant prædicti Patres, & affirmat D.Thom.1.p. q.93.ar.4.ad 1.ar.6.ad 2.& in 1.Corin.11.com.9.Nauar.prælud.3. nu.17 ſic enim refert Deum, vt eſt cauſa libera rerum, ob quod homo dicitur imago. D.Tho.in proœm.1.2.cum Dam.lib.2.cap. 12.Tertul.2.contra Marcio.Auguſt.1.de gen.contra Manich.ca. 16.& q.106.vet.teſtam. Bernar.ſer.4.annunciat. libro de grat.& libero arbit. Theodor.& Ambr. in 1.Corinth.11. vir imago Dei eſt. [k] Auguſtin.lib.83.quæſt.q.67. Ambro. Coloſ.3. Origen.in Gen.3.cum cognouiſſent ſe nudos: explicat imaginem ſecundum dona ſpiritualia gratiæ: quam D.Tho.1.p.q 93.4.1 0 1 d.3. in lit. poten. q.9.ar.9. vocat imaginem recreationis & ſimilitudinis. ac ſubinde Origen.& Auguſt.7.Gen.ad lit.c.27.28. admittunt peccato mort. amitti imaginem Dei. nempe ſecundum quod perfecta

ęta eſt per gratiam. quam tamen propoſit. recte damnat idem Auguſt. 1. retract c. 26. lib. 2. c. 24. Epiphan. epi. ad Ioan. Hieroſolym. Sixt. lib. 5. biblioth. c. 49. Caſtr. & Medices verb. Adam. hær. 2. ſed per peccatum obſcuratur, & fœdatur imago lituris & maculis: manet tamen natura libera & capax gratiæ & Dei. [l] Imago dicitur ſecundum dona naturæ, ſed ſimilitudo ſecundũ dona gratiæ in Gen. 1. Euche. & Grego. Nyſſen. idem Diadochus de perfect. vitæ ſpiritualis. c. 4. Victo. 1. con. Arriũ. Aug. de eccleſ. dog. c. vlt. lib. 7. Trin. ca. 3. Caſtr. ver. Adã. hær. 2. Arbor. 1. Theoſop ca. 11. [m] Colligitur Heb. 1. eum qui paolo minus quã angeli minoratus eſt. & citat Pſal. 8. definitur in 7. ſyn. general. vbi cit. Patres. Later. c. firmiter. Athanaſ. diſpu. cont. Arrian. apud Vigil. mart. Carthuſ. 2. d. 1. q. 10. Arbor. 1. Theoſoph. c. 2. D. Tho. 2. cont. gent. c. 46. 48. 91. & id agoouit Ariſt. 12. Metaph. Plato & alij philoſophi. Eugub. lib. 4. de peren. philoſ. à c. 1. lib. 5. c. 12. 14. li. 5. c. 2. Caſtro & Medices ver. humanũ. Direct. inquiſ. 2 p. q. 9. ar. 33. [n] Greg. hom. 34. in Euang. D. Tho. 1. p. q 93. 2. 3. & in 2. d. 16. ar. 3. vbi Dur. q. 2. & cõmu. [o] D. Tho. d. q. 93. ar. 3. arg. 1. cum Aug. tom propter d. §. 4. G. & ſeq. tũ ob ea quæ ſtatim ſubiiciuntur. [p] D. Tho. 1. p. q. 35. art. 2. ad 1. Orig. Gen. 1. Viues 12. ciu. ca. 23. [q] Recent. cum Caie. 3. p. q. 1. art. 2. quod ſi Chriſtus & angelis meruit gratiam & gloriam, vt quidam aiunt. ſup. lib. 3. de pœnit. c. 2. §. 2. G. nihil in hoc minus habent quã homines. [r] Athana. in ſymb. ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. vid. D. Tho. 3. p. q. 2. art. 4. vbi Recen. ſup. lib. de miſſa c. 32. §. 8. lit. S. [ſ] Ex Ariſtoph. refert D Th. 1. 2. q. 28. ar. 1. ad 2. Eraſ. in Chilia. vna anima in duobus corporibus. [t] Vid. D. Tho. 1. p. q. 78. ar. 3. & 4. cum Ariſtot. 2. de anima. [u] D. Tho. 1. p. quæſt. 80. [x] Plato in Timæo & Phædone: quem ſui ſequuntur Plotin. Apuleius, Macrob. Porphyr. & ex Peripat. Theophraſt. Themiſt. Auicen. Auer. & Arabes philoſophi, quos refert Carthuſ. 1. d. 1. q. 3. & D. Tho. 4. d. 49. q. 2. ar. 1. laudat Alex. Aphrodiſ. (quem ſequitur Auer. 3. de anima) quod confiteatur eam Dei viſionem. [y] D. Tho. 1. par. q. 12. ar. 1. & 1. 2. q. 3. ar. 8. & magis impoſſibile eſt per naturam in hac vita. 1. 2. q. 5. artic. 3. in quibus locis Recen. [z] Vt olim falſo putarunt Auguſt. 18. ciuit. c. 3. lib. 8. c. 11. lib. 2. doctrin. c. 28. ſed reuocat lib. 2. retract. cap. 4. & probat Euſebius. & alij in

& Geneſ. 2. uocatur ad ſimilitudinem Dei: [l] & per mort. peccatum homo eam ſimilitudinem gratiæ perdit, non tamen liberum arbitrium, & rationem imaginis.

5 Angelus in natura perfectior, [m] eſt perfectior imago Dei. [n] ſed ſecundum aliquid homo dicitur perfectior, [o] magiſq; ſimilis Chriſto, (qui eſt imago Patris, [p] & caput homogeneum hominũ) & vt membrum Chriſti habet ex ſimilitudine expreſſiorem cauſam amicitiæ cum Deo: & huic membro vt cõiungitur Chriſto, debetur hereditas gloriæ de rigore iuſtitiæ: [q] & homini Deus communicat non ſolum vt amicus & ſponſus omnia bona ſua, ſed ſuum eſſe, vt ex homine & Verbo Dei reſultet vnus Chriſtus: [r] ſic amici optant ex ambobus fieri vnum, [ſ] quaſi in duobus ſit idem eſſe. Ex anima fluunt, niſi vitium naturę impediat, ſenſus quinque exteriores, & alii interiores, in organa humani corporis determinata: [t] & ſinguli ſenſuum in homine perfectiores ſunt quam in brutis, vt oculo diſcernit plures obiecti differentias. Deinde ex anima diffluunt duæ partes appetitus ſenſitiui iraſcibilis & concupiſcibilis. [u] Corpus ordinatur propter animam immortalem, & cognitio ſenſuum propter intellectionem, & amorem Dei ſpiritualem: in quibus naturalis fœlicitas conſiſteret, ſup. cap. 2.

6 Plato & quidam in vita mortali admittunt concedi probatis viris vnionem quãdam Idearum ſeu diuinæ ſubſtantiæ cũ humano intellectu, ex qua videatur Dei ſubſtantia. [x] At iſti Philoſophi ex ratione naturali id inuenire non potuerunt: Nã reſpectu naturalis virtutis & luminis Deus. 1. Timot. 6. lucem habitat inacceſſibilẽ, quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt. [y] ſed Plato didicit ab Hebræis, nõ autem à Ieremia Propheta, [z] cum fuerit multo poſterior illo. Si in ſtatu nudæ naturæ foret reſurrectio, vt totus homo perpetuaretur (quam Plato interdum cõcedit, interdum negat, [a]) conſentanea eſſet appetitui immortalitatis, quem experimur in præſenti vita non expeleri, teſte. D. Auguſt. [b] & in eo ſtatu ſine dotibus gloriæ, [c] corpus humanum à Deo redderetur immortale, infatigabile, & ſine indigentia cibi, potus, aut ſomni: & peculiari cuſtodia præſeruatum ne læderetur ab iniurijs temporũ, à feris & venenoſis animalibus: ne ab alio prauo homine & dæmone malum & deceptionem pateretur: & homini ſtudioſo ſuſcitato cõcederetur pura Dei & rerũ naturalium contemplatio. Cæterum vt de potentia Dei dubitare non licet: ita quid volũtas Dei poſito eo ſtatu inſtitueret, nihil certi affirmant Patres. Probabilius eſt, non fore totum hominem in eo ſtatu plene beatum, ſed animam ſeparatam contentam eſſe fœlicitate naturæ: nec actu appeteret reuniri corpori, [d] ſciens impoſſibilem ſibi eſſe naturalem viam redeundi ad corpus, & reſurrectionem, quæ ſecundum modum eſt ſupra vim & meritum naturæ. quod vero Plato de reſurrectione, & alijs fidei myſterijs dixit, didicit peregrinatus in Aegypto: & illum cum fide implicata Chriſti & pœnitentia ſaluatũ referunt graues autores. [e] Hactenus de medijs quibus homo in nudo naturæ talento relictus fœlicitatem ſuam conſequeretur.

7 Nunc de fine intrinſeco ſupernaturali dicendum eſt, [f] & de cauſis ſalutis noſtræ & beatitudinis formalis. Concil. Triden. explicat in viatore. 1. cauſam iuſtitię intrinſecã ſeu formalem, qua homo fit formaliter iuſtus, eſſe gratiam cum donis & uirtutibus concomitantibus. [g] Hæc non dicitur medium ad ſalutem, cum ſit ipſa ſalus, [h] quæ conſummatur in gloria. Secundo in adultis cauſa diſpoſitiua, quæ ad materialem reducitur, habetur per liberos actus fidei, ſpei, timoris, & pœnitentiæ procedentis ex quadam dilectione & auxilio Dei: [i] aut quia digna receptione ſacramenti aſſimilatur Chri-

Chron. Ieremias cœpit prophetare anno 13. Ioſiæ (vt ipſe dicit c. 1.) qui incidit in Olympia. 36. ſed Plato ortus eſt Olympiad. 84. Viues. 8 ciuit. c. 11. Genebrard. chron. [a] Sup. §. 2. X. §. 1. K. an reſurrectio ſit aliquomodo naturalis? At interdum Plato & Porphyr. Philolaus, putant corpus à malo Deo factum eſſe, in carcerem animæ. & Orige. 2. Periarch. animam eſſe Angelum corpori alligatum ob peccatum, ac ſubinde non fore beatam niſi extra corpus. contra quos Auguſtin. 12. ciui. c. 26 lib. 22. c. 1. & 26. D. Tho. 1. 2. q. 4. ar. 5. At Sco. 4. diſt. 43. q. 2. ad argu. cum Auice. ait, quod cum informatio animæ fit vt p ſenſus acquirat ſciẽtias, eam ſeparatã in ſtatu naturali nõ appetere corpus: quia haberet ſcientiam infuſam, qua finem ſuum conſequeretur. [b] Augu. 13. Trinit. c. 8. quẽ locum Soto inſ. falſo citat lib. 3. Trin. c. 9. [c] Vt per ſtatũ donumque iuſtit. origin. homo præſeruaretur à morte & deceptione. [d] Quia via reſurrectionis à priuatione in habitum, eſt ſupra totam vim & debitũ naturæ (præſertim reditus ad corpus immortale) quare Ariſtot. 2. de genera. ad finẽ, ait, quorum ſubſtantia perijt, non poſſunt eadem numero reparari. & primo de anima tex. 41. impugnat Pythagoricos de remeatione animarum. eſt communis Theolog. 4. diſtin. 43. Scotus q. 4. Capreol. Soto q. 1. Palac. quæſtio. 1. & Diuus Thomas 3. par. quæſt. 53. Dionyſ. cap. 9. de diuin. nominibus. Sixt. li. 6. biblioth. ca. 151. Auguſtin. ſupra, & eam remeationem impugnat Origen. tract. 3. in Matth. ſupra §. 1. lit. I. [e] De ſaluatione Plato. vid. citat. libro de ſacrament. c. 5. §. 4. X. Et Doctor. citati ſupra. A. & cap. 7. §. 4. & à Platone acceperunt poſteriores Peripat. & Arabes. [f] Infra cap. 14. §. 1. Concil. Triden. ſeſſ. 6. cap. 7. Roman. 6. finem vero vitam æternam: nam gratia conſummata cum actibus viſionis & dilectionis beatæ eſt conſecutio Dei, & terminus meritorum, quem homo per ſpem in via concupiſcit, & in his formaliter conſiſtit ſumma perfectio, bonomque hominis beati. de quo infra cap. 10. [g] Tridentin. & dicetur infra cap. 14. § 2. [h] Soto diſtinct. 17. q. 2. artic. 6. col. 2. [i] Inſ. cap. 15. 16. Trid. Soto lib. 2. de natura & gratia. c. 18. 19. 20. cum D. Tho. 1. 2. q. 112. 4. quod late explicat tota q. 113. Vega lib. 7. in Trident. c. 5. & ſeq. 7. 11. 19. 20. 24. lib. 5. c. 5. vſque 10. præcipua tamen cauſa graduum gratiæ non eſt cooperatio & diſpoſitio noſtri arbitrij,

biτij,ſed Dei voluntas & motio, D.Tho.ſup & 3.p.q.89.2. Soto diſt.16 q.2. Ledeſ.2.p.q.30.ar.2. & paſſim Auguſtin. & Torren.
k lib.2.confeſſ.c.3.§.5.& 15. & c.5.§.4.& 5. [k] Puer regeneratione baptiſmi aſſimilatur Chriſto, vt Iacob veſte primogeniti indu-
l tus obtinuit benedictionem patris. [l] Trident. ſeſſ.6 cap.7. D.Th. 1.p.q.44.4.q.65.2. q.103.2.& 1.2.q.1.art.8. vbi Frat. Medin. Ferra.3.cō tra gent.c.64.Soto diſt.49.q.1.1. Cælius lib.3.antiq.c.9. Ariſtot.1.Ethic.ca.4.& 7. Auguſt.13. Trinit.c.3.& 4.lib.
m 83.q.45. [m] Trid. & colligitur Ioan.5. probat Vega lib.4.c.3.& ſequen.creſcitque extrinſecus honor Dei & Chriſti. dum homines agnoſcunt & proteſtantur excellentiā illius, & huic tanquam autori ſalutis ſe ſubijciunt. vid. Suar.3.p.q.1.2. 3.dub.5. §.2.col.5.
n [n] Quia nihil eſt in Deo quod non ſit Deus, nec tamen ſine his actibus liberis Deus eſſet minus perfectus: & oportet finem diſtingui re ab eo quod ordinatur in finem, ſic D.Tho.1.par.q.22.1. negat prouidentiam Dei eſſe propter finem: nec enim Deus his actibus liberis fit in ſe perfectior intenſiue, vt homo fit per additas ſibi opera-
o tiones. [o] Trident. ſeſ.6.c.7.ad Epheſ. ca.2. D.Tho.1.2.q.112.1.& 3.p.q.64.
p art.1. [p] Roman.8. Deus qui iuſtificat. 2.Timot.1. Tit.2. dicitur ſaluator, & in 6.art.fidei. Vega
q lib.7.c.4. [q] Roma.c.8.& 9.Epheſ.1.& probant Recent.cū D.Tho.1.p.q.23. 1. Trident.ſeſſ.6.c.2.can.7. Arauſic.2.canon.vlt. Valent. can.3.Caſtro verb. gratia.hær.2. Ioan. Nider. in conſolatorio timoratæ conſcientiæ.cap.6.& 7. Cordub.lib.3.q.14. §.6. Torren. lib.2. conſ.ca.5.§.20.22. ex Auguſt.de correct.& grat.c.13.&2.lib.2.ad Simplic.c.8. & ad
r artic.ſibi impoſit.artic.12. & paſſim Patres cit.inf c.11. [r] Vt pro-
ſ uidentia eſt intellectu, ſupra c 4.§.5.Q.& cap.10.§.5.Q. [ſ] Com mu.1.diſt.40.vbi D.Thom.q.1.2.(& verit.q.6.1.) Capre.q.vnic. conc.2. Duran.q.1.nu.6. Marſil.1.q.41.ar.1. Soto in Rom.cap.9. Camerar.dialog de prædeſtin.ca.1.§ 4. Molina concord.q.23.1.
t diſput.2. Cartagen. de prædeſt. diſcurſ.2. [t] Roma.8. quos præſciuit & prædeſt.cap.11.& 2.Theſſal.2.nouit Dominus qui ſunt eius. Aug de prædeſt. Sanct.c.11.de bono perſeuer.c.14.17. Fulgent.lib.1.ad Monimum, prædeſtinationem definit, eſt præſcien-

k ſto, [k] & homini per ſacramentū
communicantur merita Chriſti, vt
iuſtificetur. 3. extrinſeca cauſa fina
lis eſt gloria Dei & Chriſti: nam
dum creaturæ Deo & Chriſto aſſi
milantur, redundat in gloriam &
l honorem Dei, [l] & grana gloriaq;
membrorum refertur in gloriam
m Chriſti capitis. [m] actus vero Dei
liberi (vt dilectio, prouidentia &
prædeſtinatio, aut creatio actiua)
nō dicuntur propter finē ordinati:
n cū potius ſint finis, [n] & per illos
Deus ordinat creaturas in gloriam
ſui ipſius. 4. Extrinſeca cauſa effe-
ctiua principalis eſt Deus miſeri-
o cors, [o] qui ſolus per autoritatem
confert gratiam, & remiſſionē pec
catorum nulli creaturæ naturaliter
debitā: ſolus enim Deus eſt Salua-
p tor, qui libere iuſtificat, [p] & præ-
deſtinat quoſdam, vt certa fides do
q cet. [q] Ea prædeſtinatio reſidet in
r intellectu Dei, [r] cum ſit ſubiectiua
ſ pars ſeu ſpecie prouidentiæ: [ſ] nam
in ſcriptura prædeſtinatio coniun-
t gitur cum præſcientia [t] approba-
tionis, & prædeſtinati dicūtur ſcri
u pti in libro vitæ. [u] Deinde princi-
pale & vniuerſale inſtrumentum
Deo coniunctū, eſt Chriſti huma-
x nitas per poteſtatem excellentiæ, [x]
ſimulque eſt cauſa meritoria ſalu-
tis noſtræ, dum Chriſtus per opera
& paſſionē ſuam nobis meruit iu-
ſtificationem, & pro nobis Deo Pa
y tri ſatisfecit. [y] Tandem inſtrumēta
lis cauſa eſt baptiſmus, & reliqua ſa
z cramēta. [z] & trium ſacramētorum
baptiſmi, pœnitentię, & euchariſtię
receptio dicitur mediū ſalutis neceſ
ſarium. inf.c.16. Chriſto inſtituēte
ne ſine his in re aut in voto ſuſce-
ptis applicentur merita ſuæ paſſio-
nis, ad habendā primā gratiam, aut
ad illā conſeruādā. Multa alia ſunt
adultis ſola neceſſitate præcepti ne
ceſſaria, dum occurrunt circunſtā-
tię temporis, loci ac indulgentiæ.

CAP. X.

De cauſa formali in qua conſiſtit beatitudo ſupernaturalis.

§.1. Includit actum viſionis, & dilectionis Dei.

2 Non poteſt videri Deus vt finis tantum naturalis, cont. Pelag.

3 Vnus eſt alio eſſentialiter beatior.

4 Perfectior eſt beatus qui cognoſcit in Deo perfectiores creaturas. ſed nec anima Chriſti Domini videre poteſt omnes poſſibiles: licet videat infinita quadam.

5 Quid ſit infinitum ſyncategorematice, quod in Deo cognoſcitur?

6 De excellenti beatitudine animæ Chriſti.

7 Pie creditur de B.Virgine, quod in beatitudine excedat omnes beatos.

8. & ſeq. De ingenti gratia, quam recepit ex opere operato, & per meritorias operationes: ſubtire & pie loquendum eſſe cum Patribus.

11 De certitudine qua ſunt credenda quadam priuileg. B.Virg.

15 De cauſa effectiua beatitudinis. declaratur vox & definitio Prædeſtinationis.

O Mnipotenti Deo difficile nō
a fuit [a] homines & angelos ſua
gratia & donis illuſtratos euehere
ad ſupernaturalem finem: nempe
ad claram & vitalem Diuinę ſub-
ſtantiæ infinitę viſionem, & frui-
tionem. Intellectui enim creato
per lumen habitualem glorię diſpoſi-
b to, [b] vnitur mirabiliter Dei ſub-
ſtantia in ratione ſpeciei intelligi-
bilis, & homo factus diuini ordi-
nis, poteſt cum ſpecialiſſimo Dei
concurſu, infinitum & purum a-
ctum Deum videre totum ſicuti
eſt: non tamen videt in totum ſeu
totaliter, quod eſſet cōprehendere
Deum. Formalis beatitudo non eſt
potentia aut habitus, ſed operatio
c creata, [c] (ſicut & de fœlicitate na-
turali definiunt Peripatetici. ſup.
cap.2.§.3.) & menſuratur æterni-
d tate participata, [d] cum ſit immuta-
bilis etiam accidentaliter, & ſecu-
e ra poſſeſſio inamiſſibilis: [e] nihil
enim de nouo beatus in Verbo vi-
det, quod à principio ſuę beatitudi-
f nis, ſemperque non viderit. [f] Viſio
g eſt præcipua pars beatitudinis, [g]
ſed ea pręciſe non explicat totam
rationem formalem illius: quia bea
titudo requirit rectitudinem uo-
luntatis antecedentem, & conco-
mitantem. & eſſentialiter ad illam
pertinet perfectio caritatis, quantū

tia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſime liberantur quicunque liberantur. ſic definit Magiſt.1.diſt.35.& 40. ſeu eſt præſcientia & præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in fu-
u turo. [u] Glo.in id Pſal.68.deleantur de libro viuentium, ſed prius ratione eſt dilectio & prædeſtinatio Dei, quam ſcientia viſionis, qua videt res in ſeipſis, aut ſcriptas in Verbo vitæ. vid. Zumel 1.p.q.22.ar.4. diſputat. vnic. con.
4 Reſpond. ad B. Dam. & alios, quod tantum negat, uoluntatẽ noſtram ex prædefinitione Dei determinari ad unum, cũ neceſſitate:[b] ut inſtrumentum inanime, & brutum animal mouetur neceſſario ad unum, nec poteſt libere ceſſare, aut mouere ſe in oppoſitum. Aut 2. intendunt præſcire quidem Deũ omnia tam bona, quàm mala: ſed non ita prędefinire omnia, quia nõ prouidet peccata fieri, ſed bona tantũ:[c] atque ita negant aliquos homines prædeſtinatos eſſe ad malum.[d] Ad ſecũdum reſp. Anſel. negat manere uſum libertatis in exercitio: data hypotheſi, q Deus ex neceſſitate naturę ageret, & vi tota ſua infinita impelleret, ac moueret nos:[e] ſed quia mouet libere, & ſuauiter, fit effectus à Deo prędeſtinatus, ſalua hominis libertate, ita vt homo de ſe poſſet libere nõ facere illud opus.[f] Ad 3. reſpond. Petrum Apoſt. apud B. Clement. contra Simonem magum loqui, ſi daretur hominis uoluntas, quę per naturam ſuam eſſet naturę inconuertibilis, hęc careret libertate:[g] ut plane carent res inanimes & bruta, quæ per naturam ad unum bonũ neceſſario mouentur. Ad confir. ex hypotheſi, ſi homo per naturam non poſſet omittere pręceptum impoſitum, & uirtus ita eſſet legibus aſtricta, ut homo à natura haberet, ne poſſet excedere, periret libertas.[h] At per gratiam unionis humana Chriſti voluntas, & per copiã gratię, B. Virgo habuit ut peccare non poſſet etiam ab in-

trinſeco, & tamen libere implebat
i præceptū. [i] Et per auxilium gratiæ
potuit Christus emollire cor etiam
iniquiſſimi Iudæ, ne peccaret,

5 Ad quartum. Ad bonū poteſt
author totius boni Deus prædeſti-
nare, & efficaciter hominem mo-
uere, ſalua ſuauiter libertate, quia
homo naturæ, aut gratiæ pondere
k inclinatur ad bonū. [k] At ſi homo
per cauſam finitam extrinſecam,
(vt poſuit Manich. aut per ſyderum
conſtellationem, & fatum) moue-
retur efficaciter in malum, cogere-
tur contra naturam ſuam bene pro
l penſam in bonum: [l] ſolus vero
Deus, quia eſt omnipotens, & infi-
nitè ſapiēs, poteſt & nouit mouere
ſuauiter uoluntates, ſalua liberta-
m te. [m] Ad vlt. Plane B. Tho. & qui
illius eximiam ſanamq; doctrinam
n ab eccleſia approbatā [n] ſequuntur,
ita ſerio negant dari ullam ex parte
hominis præuiſam totius prædeſti
nationis infallibilis cauſam, aut li-
o beram conditionem, [o] vt oppoſitū
merito reiiciēdum aſſerant tanquā
in Theologia omnino improbabi-
lem, & parum tutam ac temeritatis
p nota dignam ſententiam. [p]

CAP. XIII.

An detur cauſa reprò-bationis?

§. 2. *Reprobos nō habet iuſtam conque-rendi, aut deſperandi occaſionem.*
3 *Reprobatio in ſuis effectibus differt à prædeſtin. quia ex parte reprobi ſupponitur ſemper aliquid.*
4 *Completa reprobatio nō eſt ante præuiſum peccatum finale.*
5 & 6. *Soluuntur obiectiones, quid faciet ſi cui fieret reuelatio ſuæ reprobationis?*

BEne eſt prædeſtinatis ita ęterna
Dei dilectione præuentos eſſe,
vt cum omnes in maſſa infecta re-
periantur ęquè digni Dei odio re-
probatione, & damnatione: illos
Deus dignatus ſit eligere præ cæte
ris: eiſque in tempore elargitus ſit
dona, quibus Pſal. 20. præuenerit,
vt à peccato mundeotur: & vt in
miſericordiam relapſi, iterū atque
iterū ea auxilio diſpoſiti liberè gra
tiam Dei recipiant: grati vero ope-
ribus liberis, quæ ſunt dona Dei,
a promereantur vitam ęternam: [a] &
eam, perſeuerantes in gratia conſe-
b quatur. [b] Iuſtum enim Sapient.
cap. 10. deducit Dominus per vias
rectas, vt Pſal. 36. Si ceciderit, non
collidetur: & prædeſtinatus. 1. Io. 3.
non poteſt peccare, ideſt, nō poteſt
c finaliter decedere ī peccato: [c] quia
ſemen Dei cuſtodit illum, hinc ha-
bet non vt de ſe præſumat, ſed vt
cōfidat in Dei gratia, & gratias agat
pro eo ſingulari beneficio.

2 Quoſdā Deus reprobauit. In-
fans decedēs in originali, quam ha
bet querelam aduerſus Deū? Adul
tus etiam, qui reprobus eſt, ſuæ li-
bertati cum communi quadam pro
uidentia gratiæ relictus, non habet
d iuſtam conquerendi cauſam, [d] ſi
ſponte manens ac decedens in pec
cato damnetur, & totius ſuæ uitæ
diſcurſus ſit à Deo præuiſus: inde
enim dicitur pręſcitus (cum tamen
alia ſcientia Dei ſignificet approba
e tionem: [e]) nam nihil eorum, quę
neceſſaria ſunt ad hominis ſalutem
f aufert Deus, [f] aut negat reprobo
uiatori: qui. 1. Timoth. 3. vult om-
nes ſaluos fieri, id eſt offert omnib.
auxilia ſufficiētia. etiam dum puer
g primū peruenit ad uſum rationis, [g]
& parata omnibus habet ſacramen
ta ex merito Chriſti. Et ea condi-
tionalis vera eſt, ſi hic (qui prædeſti
natus non eſt) vteretur in tempore
præparatis auxiliis, & ſacramentis,
& in gratia (quā reprobus ſæpe ha
bet, nemo enim eſt pręedeſtinatus
h ad malum, [h]) perſeueret uſque ad
finem, ſicut cū Dei auxilio ſpeciali
poteſt, reuera hic ſaluabitur. At ex
eo, quod Deus pręſcit hunc oblatis
auxiliis non eſſe bene uſurum, ni-
hil neceſſarium aufert homini re-
i probo: [i] cum tamen iuſte poſſet
auferre tanquam Dominus abſo-
lutus rerum, aut tanquam iudex in
k pœnam peccati. [k]

3 Differt pręedeſtinatio à repro-
batione (nec enim opponuntur di-
recte) quod in omni effectu pręde-

eſſet legibus aſtricta, vt homo excidere non poſſet (nempe per
i naturam) periret libertas. [i] Sup. cap. 6. §. 9. D. M. [k] Diony. c. 4.
k diuin. nomin. Dei prouidentia non uiolat naturam, ſed conſeruat
& mouet unamquanque rem, ſecundum modum & exigentiam
propriæ naturæ, nempe naturam liberam mouet ſuauiter, vt li-
bere tendat in bonum, & proprium finem ſup. c. 6. § 4.
l V. Y. [l] Id ſignificat Chryſoſt. ſup. vt la pis à cauſa extrinſeca mouetur impetu uiolento ſurſum contra ſuæ naturæ
m pondus. [m] Sup. c. 6.
n §. 1. K & § 1. [n] Vt dictum eſt lib. de ſacram. c 1 §. 1. lit. C. & cōſtat ex D. Th. 1. par. q. 22. 4. & ar. 13. ſcit futura non ſolum, quia habet rationes rerū apud ſe. vbi Bañes con. 3. & 4. Zumel diſp. 7. con. 4. & q. 19. 8. q. 22. 1 & q. 23. 5. Itē D. Th. 1 par. q. 25. 5. ad 1. & 1. 2. q 10. 4. q. 112. 3. ſe refert ad q 9. artic. 6. ad 3. vbi F. Med. Et 3. p. q. 86. 1 arti. 2. ad 3. vide Bergom. concor. §. 203. Nec obſtant loca cit. ſupra §. 2 X. vide Pereyra lib. 8. Phyſ. c. 9. voluntas ſe determinat, & Deus eam
o determinat. [o] Non ſolum Thomiſt. ſed Sco. cum ſuis id ſerio negant. cit. ſup. cap. 3 § 6. X. cap 4. §. 1. B. ſed alios theolog. licebit interpretari, ſicut & Patres, de uno, aut altero prædeſtinationis effectu ſupra §. 2 N. Deferēdi aūt ſunt, ſi cōtra Patres am-
p plius intendant. [p] Vt latè probatum eſt cap. 11. & ſupra §. 1. B.

CAP. XIII.

a TRid. [a] ſeſſ. 6. can. 32. Ro. 6. vita ęterna dicitur gratia Dei, c. 8. non ſunt cōdignę. 2. Corint. cap. 4. momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ęternum gloriæ pondus operatur. Pſal. 102. Coronat te in miſericordia. Quia præcedit gloria, & quia Deus præmiat ultra condignum, & quia ſpeciali concurſu onit ſe intellectu beatorum in ratione ſpeciei, & confert lumen gloriæ, & cōcurrit ſpecialiſſime
b cum beato ad uitalem uiſionem Dei. [b] Sup. cap. 11. §. 3. X. quia merita etiam mortificata habent ea gratia finali, & perſeuerātia, efficaciam vt homo conſequatur gloriam. Triden. ſeſſ. 6. cano. 32. cap 16. in med. Conſtantien. ſeſſ. 15. Act. 3. & 5. D. Th. 1. 2. q. 114. uti. 7. ad 1. vbi Caiet. Medin. & Recent. Taper. art. 8. Picet. Miran. apol. 2. ſub ea conditione, ſi perſeueret, deberi conſtitutionem glo
c riæ. [c] Ita exponit Bern. ſerm. de Septuag & ſerm. 32. in Cant. Auguſt. 2. de pecc. mor. c. 7. & 8. Proſp. lib. 3. de vit. contemp. c. 3. Canon. lib. 4 de loc. c. vlt. ad 8. alij explicant formaliter in ſenſu compoſito, iuſtus vt ſic non poteſt cum peccato mort. manere iuſtus ſup. lib. de bapt. c. 16 §. 3. V. addit Bern. de Septuag. iuſtus non poteſt in animū induere, vt peccet. Sic Gen. 39. ait Ioſeph. quo modo poſſum peccare in Dñm meū, [come podre acabarlo cōmigo] Alij non licet peccare. Oroſ. de arb. lib. poſt med. Aug de natu. &
d gra. c. 14. Cauon. [d] Aug. de pdeſt. ſanct. c. 14. de bo. perſeu. c. 8. 11. quia in Adā eſt tota natura peccauit. Ro 5. & generationis, quæ eſt actio naturæ, contraxit in ſe verū peccatū. nec Deus debebat ei gratiam, auxilium efficax, aut ſacramenti receptionem, nec donū perſeuerantiæ, & pdeſtinationem. Decet quoſdā reprobari, prob. inſ. M. & dicenti id Ro. 9. quid me feciſti ſic? Reſpond. Matt 20. Amice nō facio tibi iniuriam. Sat eſt Deum tibi dediſſe auxilium generale, & ſufficiēs, quod decet cauſam
e uniuerſalē. [e] Ro. 8. quare præſciuit, & prædeſt. 2. Timo. 2. nouit Dominus q ſunt eius. Matth. 7. 25. neſcio vos. Ro. 11. nō repulit Deus plebem ſuā, quam præſciuit. At reprobus dr̄ pręſcit⁹, vt nomē generis tribu. ſpeciei imperfectæ, & brutum dr̄
f animal. [f] Quare hæc propoſitio præſcitus poteſt ſaluari, eſt uera in ſenſu diuiſo. D. Tho. 1. p. q. 23. 3. Act 3. ſi. vbi Bañes, & Recentio. Caſtro Ver prædeſtinatio, hær. 2. quæ potētia phyſica ſundatur ī infinita Dei miſericordia, meritis Chriſti, ſacramētis, & auxiliiſque, quæ omnibus offeruntur: & ſimul in libertate arbitrij, cu qua homo pōt uti his remediis, ſi vult & peccator adultus pōt ſemp conuerti. D. Th. 3. p. q. 86. 2.
g & 1. 2. q. 79. 3. [g] I.
h Th. 1. 2. q. 89. ar. 6. [h]
i Trid. ſeſſ. 6. can. 17. Arauſic. [i] D. Th. 1. par. q. 23. 3. ad 3. ſi. quare prædeſtinatio non numeratur inter res neceſſarias, vt ſaluari poſſit. Nec auxilium efficax, ſeu donū perſeuerantiæ. Quod ſi Deus ex neceſſitate naturæ, aut immutabili uoluntate omnibus pręberet de ſe ęquale auxilium, & concurſum, fierent ab hoīe actus, & effectus liberi, vt fatetur Caiet. Ferrar. Nec ut cū Scot. & iſti non eſſent antecedente prouidentia prædeſtinati hi effectus: & ita de facto putat Cathari. fieri multa. Ex perfecta iſt Dei prouidētia prouenit, vt nullus actus, aut effectus bonus fiat etiam per cauſas liberas, quin ſit ſpecialiter prouiſus à Deo. Vt quia Deus habet perfectā ſcientiam, neceſſe eſt vt prænoſcat omnia quæ ſunt, aut
k fient: etiam peccata, quorū Deus author non eſt. [k] Sed quidam Patres ſignificant quoſdam obduratos priuari auxilijs in pœnam,

ſtinationis ſemper præcedit gratia Dei, & aliquid boni, qđ Deus uult & prouidet: vt motio auxilij ad diſpoſitionē gratię, actio infuſiua gratiæ iuſtificantis, motio ut perſeueret: infuſio luminis ad viſionē beatam. Quod ſi forte mertia eius ad tempus peccato mortificantur, poſtea per pęnitentiam ex prædeſtinatione reuiuiſcunt ad efficacē conſecutionem gloriæ, & prædeſtinatio pro fine per ſe intento reſpicit manifeſtationem diuinæ gloriæ, & nominis. At effectus reprobationis non habent unam primam efficacē
l omnium effectuum cauſam: [l] ſed ſemper ex parte hominis præcedit aliquid mali, tanquam ratio motiua, ſeu conditio ſine qua non, ob quam effectus quem Deus in eo cauſat, prouenit, non tātum à communi prouidentia, ſed ex iuſtitia uindicatiua: quam præuiſo peccato uult Deus oſtendere in gloriam ſuam, atque ita decēter Deus quoſ
m dam ex hominibus reprobauit, [m] & id cedit in perfectionem quandam uniuerſi. Differt tamen, quia ad prædeſtinādum mouetur Deus ex propria bonitate, & miſericordia: ſed effectus iuſtitiæ circa reprobos non eſt ſine cauſa, & culpa ho
n minis. [n] Vt peccatum originale eſt quo ad effectum cauſa motiua de ſe ſufficiens, & demeritoria odij, reprobationiſque, ob quam hic excludatur à regno in ęternū, & permittatur in cōmuni quadam prouidentia cum communibus auxilijs: præſciente Deo nec impediente ſic relictos, caſuros, & deceſſuros in
o peccato. [o] Et id pertinet ad cauſam uniuerſalē, vt ſæpe ęqualiter ſe habeat circa homines libero arbitrio relictos ſecundum ſuauem diſpoſitionem. Reprobationis dicuntur
p tres effectus. [p] Primus, vt hunc hominē, dū tuitus eſt, relinquat Deus in communi prouidētia, & permittat cadere in peccatum. Secundus, iacentem in peccato derelinquit, vt homo ſponte ſua decedat in eo ſine pęnitentia. Tertius, Deus decedentem in peccato punit iuſte. Permiſſio aut derelictio nō aufert homini auxilium ſufficiens, quo ſi bene utatur, poſſet uitare peccatū, aut poſt peccatum agere dignā pœnitentiam: aut Deus prius deſerit peccatorem, quam ab eo deſera-
q tur. [q] Permiſſio pręter hoc, quod relinquatur in communi prouidētia, includit uoluntariam negationem auxilij efficacis, & interdum nullam priuationem doni prius habiti: nec tamē Deus hac permiſſio-

de quibus Frater Medina 1.2. quæſt. 79. artic. 3. & iuxta Auguſt. Deus reprobat ob præuiſum peccatum originale, & tanquam iudex potuit Abrahæ præcipere occiſionem filij innocentis, quia
l contraxit peccatum originale. [l] D.Tho. prima par. q. 23. 3. ad 3.
m & opuſc. de prædeſt. cap. 1. Recent. [m] Rom. 9. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, (quod ſumpſit ex Malach. 1. & ſubdit volens Deus oſtendere iram, & addit ibi, & 2. Timoth. 2. fecit vaſa quadam in contumeliam, & Rom. 11. viſa in interitum. Et Hebr. 12. Eſau dicitur reprobus. 1. Corin. 9. Caſtigo, ne reprobus efficiar. & illos dicitur Deus neſcire. Matth. 7. & 25. quia non approbāt. Decet uniuerſalem Dei prouidentiam, vt in rebus quæ deficere poſſunt, permittat defectus, & peccata, in quibus quidam decedunt, vt probat D. Tho. 1. quæſt. 23. artic. 3. & ſic decedentibus parauit iuſte. Matt. 25. ignem ęternū. Et horum defectuū permiſſio, & inæqualitas ac diuerſitas graduum, non ſolum in natura, ſed in operationib⁹ redūdat in pulchritudinem uniuerſi. prima par. q. 22. 2. ad 2. q. 48. 2. q. 103. 7. vbi Caiet. art. 8. corp. & ad 1. & q. 114. 1. & Deus qui eſt cauſa ordinis, & graduum uniuerſi, ut prouidet quædam mala naturalia, (quæ, vt ait Dionyſ. cap. 4. diuin. nom. ſunt bona quædam imperfecta) & priuationem, & cæcitatem: ita illum decet permittere quædam mala moralia, & peccata: quæ tamen non pertinent ad perfectionem, & ordinem uniuerſi, niſi per accidens ratione boni adiuncti. D.Tho. prima parte, q. 19. artic. 9 ad 2. q. 48. 1. ad 5. ar. 2.
n diſtin. 46. q. 3. [n] Caute & cum explicatione peccatum originale (etiam in ijs reprobis, quibus poſtea in tempore remittitur per baptiſmum) dicitur fuiſſe cauſa reprobationis. Nempe in peccatum ab ęterno præuiſum eſt in illo (antequam prouideatur remiſſio illius) fuit in fieri cauſa quædam, nempe cauſa per accidens, & partialiter motiua, vt Deus, iuxta punitiuam iuſtitiam, (de qua D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 2. ad tertium.) iſtum odio habeat, & reprobet. At quia cauſa reprobationis videtur eſſe cauſa omnium effectuum, ac ſubinde damnationis, ſeu punitionis ęternæ, quæ eſt ultimus effectus: difficile eſt explicare quo modo peccatum originale plenè remiſſum huic reprobo per baptiſmū, (ſicut & remittitur prædeſtinato; vt de utrinque ęque probat Concil. Trident. ſeſſ. 5. & Rom. 7. nihil damnationis eſt, &c.) dicatur cauſa pœnæ, & tam ę pœnæ ęternæ. Reſpondetur, peccatū originale ſic remiſſum non eſt cauſa pœnæ illius in executione: at id peccatum, vt ab ęterno præuiſum ante remiſſionē, fuit motiua quædam cauſa ordinationis ad pœnam in intentione Dei: & ſic dicitur reprobationis cauſa, ſeu præſcientiæ, qua Deus nouit iſtum (originali iuſtitia priuatum, relictumq; in communi prouidētia, & auxilijs tantum ſufficientibus) deceſſurum in peccato, & puniendum. Quo modo autem id peccatum dicatur aliquo modo cauſa etiam ultimi effectus, & ſit cauſa permiſſionis cadendi in
o peccatum ?inf. O. [o] In reprobo (licet ei per baptiſmum ſit remiſſum peccatum quo ad culpam, & reatum damnationis ęternæ ex Apoſt. & Concil. Trid. ſup.) id tn̄ peccatū, qđ fuit, & quod ſm quendam effectū manet, dr̄ aliquo modo cauſa cadēdi in peccatū, & damnationis, immo & motiua cauſa permiſſionis, vt bene explicat Molina cōcor q. 19. art 6. dub. 1. & 2. ſi. Permiſſio includit aliquid ex parte hoīs, aliquid ex parte Dei. Primo ex parte hominis peccatū, vt cauſa quæ remouet prohibens, hominem iuſti-

tia originali priuatum relinquit debilem, & cum fomite, qui dicitur ab Apoſt. & Trid. peccatum, quia eſt cauſa incitans in peccatum. Hæc pœnæ, quæ in reprobo cōſeruatur ex odio Dei, & uindicta; & hic effectus peccati non magis tollitur per baptiſmum, quàm fames, laſſitudo, & mors, quæ ſunt pœna illius peccati, & manet poſt baptiſmum. Immo pœna tēporalis, quæ manet in prædeſtinato, eſt medicina, & relinquitur ad luctam, vt ſit occaſio maioris coronę, q. 2. Rom. 7. hic non ſecundum carnē ambulat. 2. Permiſſio cadendi, decedendiq; in peccato ſupponit ex parte Dei præſciētiam, quod hic in communi auxilio relictus ſit caſurus; ſimulque uoluntatem Dei, qua huic non uult dare efficacia auxilia, in quo Deus non eſt iniuſtus, quia non debet illa homini, qua ſi dediſſet, impediret peccatum. Sic ſoluunt difficultas, quod peccatū originale ab Auguſt. dicitur cauſa reprobationis, & omniū effectuum: quia eſt cauſa permiſſionis, & cadendi, permanendique in peccato: ac ſubinde aliquo modo cauſa, vt hic dānetur & puniatur in uindictā. Cadit enim, derelinquitur ac punitur ob illud peccatū, non quod nunc eſt in iſto, ſed quod fuit, & quod in iſto nunc manet ſecundum aliquid, puta ſecundum debilitatem, & fomitem, qui in iſto
p eſt cauſa peccati, &c. [p] Quidam putant reprobationem conſiſtere in ſola negatione actus (quia Deus non approbat, & prædeſtinat illum) ſic *Lyran.* in id Sap. 9. Noli me reprobare à pueris tuis. Sirenios lib. 2. de prædeſt. c. 2. 8. quia in executione interdum eſt ſola negatio auxilij, non priuatio. At reuera in Deo eſt actus poſitiuus circa reprobos, volo non dare: & aliquando, volo ſubtrahere datam pęnam. D. Th 1 par. q. 23. 3. ad 3. (Sot. in Ro. 9.) vbi Recent. Vict. Soto maior. Bañes dub. 1. ad 3. Zum. dub. 1. conc. 4.
q & Cai. ar. 5. [q] Trid. ſeſſ 6. c. 11. 12. optime Aug. de correp. & gra. c. 13. in Pſ. 30. Proſper. ad obiecta Vincentiana, reſponſ. 14. Cypr. orat. Dominic. Et ne nos inducas. Hiero. & Cyril. Eſa. 1. derelinquatur filia Sion. & c. 49. dixit Sion, dereliquit me Dn̄s. Aug. epi. 105. probat ex Heb. c. 13. non te deſerā, nec derelinquam, & optime de nat. & gra. c. 16. D. Tho. in Ioan. c. 6. lec. 5. lib. 3. cont. Gent. c. 59. Taper. ar. 7. Hoſi. inſt. c. 67. Quidam aiunt permiſſionem cadendi in peccatū, aut decedendi in illo, præ requiri quidem ad reprobationē, vt & præſcientiam peccati, quæ intelligitur poſt permiſſionē; non tn̄ eſſe effectū reprobationis, ſed vt quid naturale prouenire ex cōi prouidentia: nec D. Th q. 23. ar. 3. dicit eſſe effectum reprobationis, ſed pertinere ad illam. Sic eſſe naturale Petri, & voluntas eius ſupponitur ad prædeſt. nec eſt effectus illius, tenet Cartag. diſcept. 5. Molina cōcor. q. 23. 3. dicit, permiſſio non eſt à Deo, vt à cauſa effectiua, ſed finalis. idem Gab. Greg. Marſil. inſ. §. 4. A. At cū reprobatio pertineat ad prouidentiam cū uoluntate manifeſtādi iuſtitiam Dei, habet effectus negatiuos, permiſſionē hanc, & derelictionē, vt ait D. Th. ar. 3. ad 3. vbi Cai. Bañes, Zumel, Valentia de ꝓdeſt. c. 8. Dur. q. 2. nu. 8. Egid. q. vlt. & cōm. Recent. Thomiſt. Permiſſio vero in executione, id eſt, non dare auxilium efficax, quo peccatū impediatur, vel quo reſurgat à peccato, prouenit ex poſitiua uoluntate Dei, nolo dare: & ex decreto reprobationis. In his enim non ſe habet Deus mere negatiue. Errant vero Vuiclef. & Luther. qui Deum faciunt authorem peccati & ita dicunt peccatum eſſe effectum per ſe reprobationis, contra quos D. Tho. 1. 2. q. 79. Cano. 1. de loc. c. 4. ad 7. Caſtr. ver.

Deus

ne eſt moralis cauſa cōcomitantis peccati: [r] (quod Deus ſi non impedit, certe prohibet fieri, & factum odio habet ac punit) quia Deus nō tenetur huic dare auxilia vberrima, & efficacia ſimul cum magno illo perſeuerantiæ dono, eo fine vt impediat omne peccatum. Deinde decedenti in peccato, non defecit Deus in auxiliis neceſſariis ad veram pęnitentiam: [s] ſed ſibi imputet homo, ſi non bene vtatur pręparatis auxiliis, & ſacramentis. Aut ſi in pœnam negentur auxilia efficacia. [t] Tandem dum Deus damnat reprobum conſtat hominē per peccata, in quibus ſponte deceſſit, dediſſe pœnæ cauſam. In quo iuſtitię effectu admiſcet miſericordiam Deus mitis, qui punit citra condignum. Ad iuſtum uero iudicem, integrumque pertinet, ne remiſſior appareat circa malefactores, & ſupremus non debet omnibus omnia vt poteſt, impune condonare: ne occaſio malorum detur, & contemnendi iudicem. [u]

4 At non intelligitur completa ratio reprobationis infallibilis ante præuiſum peccatum finale, [x] cuius author Deus non eſt, ſed punitor: quia uſque ad iſtud ſignū non intelligitur id peccatum (ſine quo nō eſſet reprobatus) certo & determinate exiſtere in ſe, uel in cauſa certa. & tamen ex odio efficaci propter originale, uel ex negatione dilectionis, & prædeſtinationis, quæ intelligitur ante omniū opera præuiſa, prænouit infallibiliter Deus iſtos eſſe damnandos, [y] Porro cōparationis illius diſiunctiuæ, cur hos præ illis elegerit? cur iſtos præ aliis reprobauerit, cum ſint in natura, & peccato originali ęquales? tota ratio refertur in uoluntatem Dei: vt Apoſt. Rom. 9. plane docet. [z] Eſt ergo in iſto cauſa, cur non prædeſtinetur? ſed nō eſt inter ęquales ratio, cur hic potius nō pdeſtinetur, quā alius? Hæc reprobatio, ſeu pſcientia reſidet in intellectu, [a] non

Deus her.2.Taper.ar.7. Roſen.art.36. Vuald.1.doctrin.c.21.22. Veg.lib.2.in Trid ca.15. Soto.1.de natur.& gra.c.17. Stapleton.lib.11.de iuſtit. Valentia, de prædeſt.c.8. An uero actus peccati, quo ad materiale, Deus ſit prouiſor cum prædeterminatione, (quod pertinet ad cauſam moralem circa opera per ſe ordinata) ſup.ca.5.§.3. Quæris, ſi reprobationē Petri, permiſſionēque cauendi in peccatum, Deus uult, & curat tanquā bonum obiectum, cur Petro nō licebit ſic amare reprobationem ſuam, & eam permiſſionem, ſeu negationem efficacis auxilij? vid. Cartage. diſcur.3. Reſpon. illud obiectū nihil nocet ſini uniuerſali quem Deus intendit. & dū uult actionem, permiſſionemque ſuam, [id eſt, prouidere nunc omnibus, & huic reprobo ſecundum communē iam ſuam prouidentiam] non tribuitur Deo defectus, ſeu peccatū conſequens, nec dicitur uelle peccatū etiam indirecte, quippe qui illud vitare non tenetur. At Petro ſua reprobatio, aut permiſſio peccati confert, vt in illo ſit malum contra proprium finem, & vt ſponte ſit peccaturus. Sic è duobus malis culpæ poſſum alteri conſulere, vt eligat minus? ſed tamen non licet mihi ita conſulere; nam dum minus etiam facio, pecco, teneorque utrunque uitare, dū poſſum. Sic martyr permittit peccatum tyranni, & paratum irridet, & incitat, vt opere externo torqueat, cum tamen martyr doleat de illo, & de omni peccato interno, vt eſt offenſa Dei. [r] Sic qui omittit ſubuenire indigenti, aut impedire malum, quando non tenetur, non dicitur cauſa moralis. D.Thom.1.2.quęſt.6.artic.3. Ariſtot.2.Phyſic.& Rex dum per leges impune permittit meretrices, quas poſſet impedire, non eſt moralis cauſa peccatorum; & qui paratu facere conſulit minus malum, aut indigens, qui mutuum petit ſub uſuris, & utitur iure proprij remedij, non eſt cauſa alieni peccati. Ita Deus non eſt cauſa peccati, quia non impedit ea, in quo pro iure cauſæ uniuerſalis præſtat officium, aut ob culpas priuat efficaci auxilio. Bañes, & Recent.cum D.Tho. 1.par.q.19.art.9.vbi Zumel.fin. [s] Sup.lib.1.de pœnitentia, c.13. §.4.& 6. & D.Thom.1.2.q.79.3. & oppoſitum damnat erroris. 3.par.quæſt.86.1. Adria.de pœnitentia, q.1.art.3. Med.C.de pęnitentia, q.11. Veg.lib.13.cap.1.13.23. Soto.1.de natur.& grat. cap.18.diſt.25.quæſt.1.1. Molina concord q.14.diſp.10. Valentia de prædeſt.cap 4. Led.1.par.quæſtio.27.1. Fr. Med.1.2.q.79.3.q. 109.art.10.dub.2.con.3.& ad 1.& 2. Cartagen.de prædeſt.q.8.in prin & pag.218. tandem Taper.art.7.& ſane Armach.lib.9.tandem cap.27.ſi. vide Sixt.lib.6 Biblioth.cap.28.56. [contra Greg. infra de paganis quibuſdam, & Roſen.artic.36. poſt med. Dried. de capti.tract.3.cap.3.con.4. Philar.de prædeſt.cap.15.qui etiam citant Aug.& alios Patres.] Quare etiam Pharao obduratus, habuit auxilium ſufficiens quo poſſet cōuerti, ſi bene uteretur præparatis, vt Orig.3.Periarch.cap.1.probat Aug.de prædeſt.& gra. cap.15.cor. Nabuchod.23.q.4.ex Sap.12. Item ſi peteret oratione inſtanti id quod ſibi deeſt, iuxta Trid.ſeſſ.6.cap.11.can.2. cum Aug.de natu.& grat.cap.penul.& probatur, quia hic tenetur conuerti, ergo poteſt: nā Deus non obligat ad impoſſibile. At puer intra matris vterum, vel qui poſt peccatum mort.incidit in perpet.amentiam, caret per accidens remedio ſalutis, contra Caiet. 3.par.quæſt.68.11.vt dixi ſup.lib.de baptiſm.cap.22. Soto, diſt.5. art.11.lib.2.de nat.& grat.cap.10. Taper.art.7. Gregor.1.diſt.46. quæſt.vnica, ad tertium. Valentia, de prædeſt.cap.4.ſat eſt Deum de ſe prouidiſſe baptiſmum in remedium ſufficiens: & naturali prouidentia præparaſſe cauſas, vt in lucem ederetur. quod ſi impediantur, non tenetur Deus miraculo ſupplere, & mutare naturalem curſum, euentumque. [t] Derelictio, id eſt priuatio auxilij efficacis in reprobo, tempore mortis, videtur ſemper pœna pro

culpa, in qua ſponte iacet. Aug.lib.83.Quæſt.q.65.de nat.& gra. cap.22. Cartagin.quæſt.5.& 12 pag 100 437. Fr.Medin.ſup.probat ex Concil.& tamen dicto art.10.dubit.1.ad 3.dub.2.poſt concluſ.3.imponit Auguſ.oppoſitum, quod peccatū derelinquatur, abſque ulla hominis culpa. [u] D.Thom.2.2.quæſt.108.artic.1. ad tertium. iuſtitia publica vindicatiua verſatur inter duo extrema. Primo, ne iudex ſit crudelis (quia ſummum ius iniuria eſt.) Secundo, ne remiſſior appareat. iuxta id Lucani, exeat aula qui vult eſſe pius: pietas, & ſumma poteſtas non coeunt. [x] Sic plane Auguſ. de prędeſtinat.ſanctor.capit.8.finem. de bono perſeuerā. cap.8.(vbi ſecus ait eſſe de paruulis.) late lib.6.hypogn. & clarius de prædeſtinatione, & grat. cap.15.& 16.epiſtol.105.ad Sixtū. pro qua ſenten. Sixtus lib.6. Bibliot. cap.252.citat Proſperum Regien. & Hilarium Arelatē. in epiſtol. ad Aug. Fauſtus epiſcopus, libro ſecundo de gratia Dei, & liber.arbitr.cap.6. Et Turrian.lib. de elect.diuina, probat eam eſſe ſententiam Auguſt. & Hierony. in Malach.primo, in Threnor.tertio. Fulgent. de duplici prædeſtinatione. Proſper.ad obiecta Gallorum, reſponſ.15. Soto bene in fin.totius.4.Sententiarum, & ſuper Roman.capit.nono. citans D.Thomam in Roman.9.lect.ſecunda fin.& 3. Molina concord. quæſt.vigeſimatertia, articulo tertio. Valentia de prædeſtinatio. capit.octauo. Soto maior, & quidam Recentior. quibus fauet Diuus Thomas, prima parte, quæſtione vigeſimatertia, artic.tertio, ad ſecundum, libro tertio, contra Gentiles.cap.159.in Ioan.6.lectio.quinta. Heruæ.primo, diſtinct.40.quæſtione prima, articulo ſecundo. Caietan in Roman.9. Viguer.titulo vigeſimo.§.octauo, verſic.ſecundo. Palac.primo, diſtinctione 41.quæſtione vnica, columna tertia, diſtinctione 45.quæſtione vnica, pagina 224. Cartagen.quæſtione 12 pagina 452. Catharin.libro ſecundo de prædeſtinatio.& in Roman.cap.9.& præter Thomiſt.idem tenet Henric.quodlib.quarto, quæſt.18. Scot.primo, diſtinct.41.quæſtio.1. Argentin. Occam. quare actus intellectus, vt in ſigno rationis præcedit præuiſum peccatum finale, & voluntatem puniendi in ęternum, nondum intelligitur reprobatio. [y] Quia Deus præſcit futura, non tantum ea ratione, quia ſunt eius perſpicaci oculo præſentia in ęternitate, ſed alia ſimul ratione, nempe poſito cauſarum omnium concurſu, ſimul cum Dei immutabili prædeterminatione, aut permiſſione. D.Thomas prima parte, quęſtio.14. art.13.& Doctor.ſup.cap.3.§.4.& 5.cap.4.§.1. [z] Id tantum vult Auguſt.de prædeſtinatio.& gratia, cap.13.lib.1.ad Simplic.quæſtio.2.& 3.Soliloquiorum, cap.28.lib.de bono perſeuerant.cap.8. 12.& epiſt.105.& id eſſe conformius Aug.dum in Ioan.tract.26. ait, quare hunc trahat, illum non trahat, noli uelle iudicare, ſi non vis errare. & ex Patribus. probat Taper.art.7.idem ſentit D.Th. prima parte, quæſt.23.artic.5.ad tertium. vbi Recent. Fr.Medin. 1.2.quæſt.109.artic.10.dub.1.ad tertium. Ferrar.3.contra Gent. cap.161. Magiſt.primo, diſt.41.vbi Greg.Arim. Valentia de prædeſtin.cap.5.ad fin. cap.8. [a] Sic prouidentia eſt in intellectu, & prædeſtinatione, ſupra cap.4.§.3.Q.cap.10.§.12.litera S.nam approbare, uel reprobare, (licet interdum ſumitur pro electione voluntatis) pertinet ad intellectum, vt error eſt falſi pro uero approbatio, vt ait Auguſt.1.Academic.cap.4. Enchirid.capit.17. quod agnoſcit D.Thom.Verit.quæſtio.6.artic.1.ad vltimum. Durand. primo, diſtinct.40.quæſt.2.diſtinct.41.quæſt.1. Molina concord. quæſt.23.artic.3.in princ.& infert Molina reprobationem (poſita præſcientia peccati) eſſe iudicium quo Deus iſtum iudicat ineptum, & indignum vita ęterna, dignumq; pęna ęterna: & inſuper includit actū voluntatis de punitione illius. Magiſt.1.di.41.c.5.eſt præſcientia iniquitatis, cū præparatione ęternæ pœnæ. idem Ri-

b in uoſantate, vt quidam putant. [b]

§ Obiiciat quis primo, melius fuiſſe reprobis, ſi omnes homines communi prouidétię gratiæ eſſent relicti, cum auxilijs ſufficientibus & ſacramentis, ſine ullius hominis immutabili prædeſtinatione, aut reprobatione: ſic enim fortaſſe contingeret aliquos, quamuis ratos ex its qui dãnaretur, ſaluari de facto. Reſpondemus, iuxta Prouerb. 16. Stulto iuxta ſtultitiam ſuam: ea hypotheſis eſt impoſsibilis, ſupra §. 2. quia derogat perfectæ prouidentię & infallibili ſcientiæ Dei. Ea tamẽ admiſſa, ac ſi Deus ęqualiter ad modum naturę ageret, cum omnibus: nemo illorum nunc de facto dam-

c nabitur, qui tunc ſaluaretur: [c] & inſuper his nunc ex bonitate Dei additur certa prędeſtinatio, & plus gratiæ, & meritorum, ut certo habeant maiorem gloriæ gradum, & præter hos, plurimis qui communi prouidentiæ relicti damnarentur, confert Deus gratis ex prædeſtinatione eximios gradus gratiæ, & gloriæ, iuxta ad Matt. 20. An non licet mihi, qđ volo facere? Obiiciat 2. fruſtra hominem cõſilium capere, aut orare, ſi Deus ante pręuiſum ullum noſtri arbitrii uſum bonũ, aut malum, immutabili uoluntate, & ſententia iam decreuit illos tantũ prę-

deſtinare & ſaluare, illos vero tanquam reprobos odio habere? Reſpond. Dum nemo ſcit, an amore illo ęterno, uel odio dignus ſit, præſumit de ſe, quod melius eſt: & libere cooperetur, & oret non qui-

d dem, ut prædeſtinetur, [d] ſed ut bene exequatur effectus quoſdã prædeſtinationis: prædeſtinatio enim in ipſa executione nõ excludit cauſas ſecundas, & cooperationem no-

e ſtram, [e] ſed potius eſt cauſa rei cũ ſuo modo: nempe ut prædeſtinatus & infallibiliter faciat, & libere

f ac ſuauiter faciat. [f] Deus enim, cum ſit ſapiens, & potens, munit prædeſtinatum tot, ac tantis auxilijs ex parte obiecti, & potentiæ, opportune inſpirans, & tollens impediméta occaſionum, ut quamuis interdum uoluntas noſtra reſiſtat, & una hęc, aut altera cauſa nõ eſſet efficax, ſuppleatur tamen per aliam cauſam, & tandem homo ſponte

g cooperetur, & conſentiat Deo: [g] voluntati enim eius quis reſiſtet: & tamen ex hypotheſi incompoſſibili, ſi prædeſtinatus nõ apponeret media, quæ Deus tanquam neceſſaria inſtituit, (vt ſi non cooperetur libere ad diſpoſitionem gratiæ, impletionem præceptorum, & perſe-

h uerantiam) nõ ſaluabitur. [h] in manu enim, & libertate hominis eſt

char. q. 1. Capre. & Hiſpal. d. 40. q. vni. con. 5. Alex. 1. p. q. 29 m. 2. Nec differt Dur. di. 41 q. 1. niſi quod ponat actum reprobationis in priori ſigno quam prædeſtinationis circa media. 1. Deus vult ſe aliquibus communicare. 2. eſt conſilium quo dicit, expedit his, & non iſtis me communicare: approbatque intellectu hos, & reprobat illos: volũtatq; eligit hos, & refutat illos. hic completur reprobatio, quæ non eſt cauſa quorundã effectuũ, vt peccati. 3 eſt iudiciũ pract. de medijs, quibus electus ſaluetur: hæc eſt prædeſtinatio. Alij præter pſcientiam peccati, nihil poſitiuũ ponũt in intellectu: ſed negationẽ prædeſtinationis. 1. non præordinare iſtos ad uitam ęternam. citati §. 3. P. vt Syrẽt. lib. 2. de prædeſtin. cap. 3. & 8. Palac. 1. d 40. q vnica. deinde cõpletur per poſitiuũ actum uoluntatis, vt aiunt Magiſt. & alij ſup. Alij Recent. aiunt præcedere in ſigno rationis actum uoluntatis non admittendi ad regnum: aut repellendi à vita ęterna, poſita peccati præſcientia: deinde ſequitur actus intellectus, qui eſt ordinatio ad pœnã. Bañes. q. 23. artr. 3. Zumel. diſp. 2. dub. vlt. con. 3. & arti. 1. poſt diſput. 1. Alij vt reprobationem aſſimilent prædeſtinationi aiunt includere iudicium de medijs neceſſarijs ad punitionẽ ęternam, vt Gregor. Valentia, contro. de prædeſtin. cap. 8. eſt iudicium quo Deus firmiter ſtatuit permittere peccatum, & decedere in illo: & propter illud excludere à regnu, & punire in ęternom. Cartag. de prędeſtin. diſcur. 5. pag 84. 87. 99. negat dari in præſenti vita vllum effectum reprobationis (nam peccatum, aut derelictio in illo non eſt effectus, nec pœna. ſed communis Prouidentia ſinit eam negationem auxilij efficacis, quæ non eſt priuatio ullius auxilij debiti) habet vero effectum in futuro, pœnam damni, aut ſenſus: nam carcer limbi pro decedentibus cum ſolo originali, & ignis pro adultis reprobis, eſt effectus reprobationis. cum ſit medium inſtrumentale à Deo prouiſum ad punitionẽ iſtorum. idem de effectu unico reprobationis, tenet Gabriel. infra artic. 2. ſentit Gregor artic. 1 & Marſil. q. 41. art. 1. not. 1. Quid in his uidetur

b probabilius? inf. B ad fin. [b] Quod probabile cenſet D. Tho. Durand. ſup. & quidam Thomiſt. Recent. ob eam rationem, qua reprobatio diſtinguitur à prædeſtinatione, vt agnoſcit Cartage. diſcur. 5. pag. 96. reprobatio enim, vt §. 3. dictum eſt, non eſt ex intentione, cauſa effectuum in præſenti vita: & ante præuiſa opera non dicit Deus, volo permittere peccatum, vt efficaciter oſtendam iuſtitiam in punitione; ſed permittit ob bonum libertatis, & officium cauſæ uniuerſalis, ut bene Caiet. q. 23. artic. 5. ſed ſub conditione, ſi ille cadat, & permaneat in culpa; & licet intendat manifeſtationem iuſtitiæ, non tamen intendit directe damnationem Petri. Rem. Syren. & Palac. ſup. putant id poſitiuum, quod includit reprobatio pertinere ad actum uoluntatis. idem Altiſiodor. lib. 1 ſum. cap. 10. quæſt. 2. eſt uoluntas permittendi lapſum, cum finali impenitentia, & puniendi. Item qui prędeſtinationem ponunt in uoluntate. ſup. cap. 10. §. 5. Q ponunt & reprobationẽ, quæ Roman. 9. & 11. dicitur odium. & Eſa. 7. ſciat reprobare malum. tenet Dried de concord. prædeſt. cap. 1. eſt uoluntas permittens peccatum, & præparans pœnam. idem Nominal. Gabriel. diſtinct. 41. quæſt. vnica, artic. 1 not. 3. vbi Gregor. artic. 1. Marſil. 1. quæſtio. 41. artic. primo. idem colligitur ex Scot. & Bonauent. licet non explicent in particulari. Nam Scot. diſtinct. 41. quæſt. 1.

in uno ſimplici Dei actu conſiderat quatuor ſigna rationis, quæ tamen nos ita apertis diſtinguimus. primo ſtatuit condere naturam hominum, cum dono iuſtitiæ, &c. quo poſſet ſeruare omne præceptum, & ſaluare. ſecundo poſt lapſum naturæ, de ſe uult. 1. Timo. 2. omnes ſaluos fieri, quia dat auxilia gratiæ de ſe ſufficientia, dat externã legem, & prædicatores, qui doceant uiã ſalutis. In quo ſigno nondũ intelligitur prædeſtinaſſe ſed negatiue ſe habet circa homines. tertio uult, & ſtatuit intellectu, ita negatiue ſe habere cum communi tantum prouidẽtia circa plurimos: & præſcit certo iſtos communi prouidentiæ relictos eſſe dãnandos. ſed neminem ſtatuit punire, & damnare, niſi pręuiſo peccato. quarto quoſdam de maſſa perditionis eligit, & eos gratis prædeſtinat, qui tamen ſi relicti eſſent in cõmuni prouidentia, damnarentur. & ait Matth. c. 20 an non licet mihi, quod uolo facere? Sic in tertio ſigno per decretũ intellectus completur reprobatio: & nihil debitũ, aut neceſſarium aufert Deus reprobis, quo poſſint ſaluari: nec tamen illis dat gratiam prædeſtinationis aut immunitatem ab omni peccato, quia eis non debetur. Hæc reprobatio includit permiſſionem Dei (id eſt, negationem auxiliorum efficacium) cum præſcientia mediorum, per quæ damna-

c bitur. [c] Ita plane Scotus 1. diſt. 41. dum proponit quatuor ſigna in actu diuini intellectus circa prædeſtinatos. Quod ſi Henricus & Catharinus nihil amplius intenderent, excuſari poſſent. ſed in pueris, qui decedunt in peccato aut gratia, difficilis eſt hæc conſi-

d deratio, cur unus prædeſtinetur, & nõ alius. [d] D. Th. 1. par. q. 23. 8. vbi Bañes, & Zumel cum Greg. 2. dial. & Aug. Nullibi vero extat apud Aug. illud uulgatum, ſi non es prædeſtinatus, fac vt prædeſtineris: ſed ſuper Io. 6. ait, ſi non es tractus, fac vt traharis. & lib. 6. hypogn ſin. nemini deſperationem demus, ſed promiſcuem oremus; ad Dei poteſtatem pertinet iudicium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prędeſtinationis indebitam prærogare. At reſpondendus eſt de effectu aliquo prædeſtinationis.

e [e] Diuus. Thom. 1. par. quæſtio. vigeſimatertia. ar 8. probat ex 2. Petr. 1. Satagite vt per bona opera certam ueſtram uocationem, & electionem faciatis. Iacob. 5. Orate promiſcuem vt ſaluemini. Quia ſalus, id eſt gratia, & conſecutio gloriæ pendet ex libera hominis adulti cooperatione cum auxilio Dei. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Spiritus ſanctus diuidit ſingulis prout uult: & ſecundum cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. D. Tho. 1. 2. q. 112.

f art. 4. [f] D. Thom. 1. par. q. 19 art. 8. corp. & ad argum. q 22. ar. 4.

g ad primum, & ſecundum. Auguſt. [g] D. Thom. Verit. quæſt. 6. artic. 3. Capreol. primo, diſtinct. 39. quæſt. 2. concluſ. 6. ibi Hiſpal. citati ſupra cap. 6. §. 1. quia vt vir prudens, amicus & diues nouit perſuadere, vt alter ſponte faciat, quæ decreuerat non facere: ita

h multo magis Deus omnipotens, & ſapientiſſimus. [h] Sic Apoſtolus (licet haberet de ſua prædeſtinatione reuelationem) ait ſub conditione, caſtigo corpus meum, ne alias reprobus efficiar. Auguſt. primo confeſſ. cap. primo, qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. D. Thom. 1. 2. quæſtio. 113. artic. tertio. Tridentin. ſeſſione ſexta, capit. quinto, cano. quarto, & nono. & Chriſtus, qui mentiri non poteſt ait de ſe. Ioann. 8. Si dixero quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Item ſi Deus ad Patres Limbi, qui in gratia deceſſerunt, per impoſſibile non ueniſſet liberandos, (id eſt,

facere aliquid, quod ſi reipſa fece-
rit: infertur in bona cõſequẽtia, vt
Deus nũquam illius rei oppoſitũ
prædeſtinauerit aut præſcierit. at
prædeſtinatus nunquam re ipſa fa-
ciet oppoſitum: quia iuxta. 1. Ioan.
3. ſemen Dei cuſtodit illum, & nõ
poteſt peccare, peccato finalis im-
i pœnitentiæ: [i] & poſita Dei præde-
ſtinantis cura, neceſſe eſt in ſenſu
k cõpoſito prædeſtinatum ſaluari. [k]
6 Si cui forte fieret reuelatio ſe
eſſe præſcitum & damnandum, hic
(quamuis facta probatione ſpiritus
credat eſſe à Deo) reputet ꝓphetiã
l eſſe cõminatoriã: [l] & debet melius
ſperare de Dei bonitate: reproba-
tio enim non completur niſi præui
ſo peccato, in quod homo ſponte
cadit, & poſt caſum libere perſeue-
rat, (cum poſſit ſemper reſipiſcere
per veram pœnitentiam) quare vt
tenetur vitare peccatum (ac ſubin-
de poteſt, nemo enim obligatur ad
impoſſibilem) ita poſſet de ſe vitaré
m damnationem, [m] ſi velit vti præ-
paratis auxiliis & remediis; & vt
Roman. 4. Abraham cõtra ſpem in
ſpem credidit. ſciens vt dicitur He
bræor. 11. quia & à mortuis poſſet
Deum filium ſuſcitare immolatũ,
vt impleret promiſſionẽ Meſſiæ de
illius ſemine. Ita ſperet in Deũ: nã
& ipſũ, ſi forte in peccato decedat,
poſſet Deus ſuſcitare ad pœniten-
tiam: vt Apoſtoli quoſdam genti-
lium ad vitam & pœnitentiã reuo
carunt, & quidam aiunt de anima
Traiani: de quo lib. de Euchariſtia
capit. 16. ſic Petrus à Chriſto mont
tus de trina negatione, potuit vita-
re peccatum, debuitque ſperare, &
oratione petere auxilium, vt vita-
ret periculum: & in dubio ſeu per-
plexitate poſitus inter extrema (vt
Iob. c. 9. non eſt qui vtrunq; poſſit
arguere) teneat quod erat fide cre-
dit, ſe obligare præceptis ſpei, cari-
tatis, & decalogi, & potius, credat
quod primum reuelatum eſt ſibi
& Eccleſiæ, iuxta id Galat. 1. ſi nos
vel Angelus de cœlo euãgelizaue-
rit vobis, præter id quod euangeli-
zatum eſt, anathema ſit. & incum-
bat bonis operibus in praxi, coope-
retur diuinæ gratiæ, ſumat deuote
ſacramenta! ſic enim ſi faciat quod
poteſt, & petat quod non poteſt,
n Deus adiuuabit, vt poſſit [n] habere
media quibus ſaluetur. Deinde ſi
ſcrupuloſum vexet tentatio: dicat
ſe velle implere præcepta, vt pla-
ceat diuinæ bonitati propter ſeip-
ſam (hanc enim gratitudinem &
reuerentiam debet creatori, & pa-
tri, vt Deum bonis operibus hono
rificet) & ſeruiẽdum ſibi eſſe Deo,
vt impleat officium & obligatio-
nem ſuam: quamuis nulla ſibi re-
ſponderet retributio. Item dicat id
1. Reg. 4. & lib. 2. c. 10. & 15. Deus,
Dominus eſt: quod bonum eſt in
oculis ſuis faciat. Iuſtus es Domi-
ne, & nihil facere potes, niſi quod
bonum & iuſtum decet. Deinde
conformans ſe iuſtæ Dei voluntati
in volito formali, dicat: ſi me dam-
nauerit, iuſte & ſine iniuria mea fa
ciet: habet ius vt creaturis vtatur
o prout expedit in gloriam ipſius. [o]
interim dum viuo, volo ſeruire
Deo, in quo conſiſtit beatitudo
huius vitæ, vt dum poſſum con-
ſeruem gratiã & dilectionem Dei
cum ſpe gloriæ, & ſim vtilis pro-
ximis in Dei gloriam (ſic enim de-
cet honeſtum virum, vt regatur iu
dicio rationis & fidei) nam ſi da-
retur optio, quidam qui cum ori-
ginali in limbum damnandi eſſent,
forte eligerent ad tempus vitæ, de-
gere in hoc mundo, & frui illius
bonis in ſuaui hominum cõuictu,
& ad tempus inter iuſtos cõmora-
ri cum gratia Dei: nam dãnatus op
p tat vel ad punctum ſubleuari: [p] &
ob bona opera & orationes etiam
aliorum quibus iſte vtiliter bonis
operibus prodeſt, differtur inter-
dum ad tempus executio damna-
q tionis. [q] Tandem, demus hunc in-
fallibiliter eſſe damnandum: certe
interim dum valet, expedit repro-
bo implere præcepta, vt vitet no-
ua peccata, & decedens mitius pu-
r niatur. [r]

(id eſt, ſi non eſſet incarnatus, & paſſus, nec deſcendiſſet ad infe-
ros) non conſequerentur gloriam. At incompoſſibile eſt eam cõ
i ditionẽ poni in re, poſita in infallibili Dei ꝓdeſtinatione. [i] Quod
intelligitur ſenſu compoſito, vt poſita Dei præſeruantis cura &
k prædeſtinatione, non eſt hunc decedere in peccato. [k] D. Thomas
1. p. q. 23 ar. 3. ad 3. & art. 8. ad 3 q. 19. art. 7. Ioan. 10 nemo poteſt rapere de manu mea: quæ ꝓpoſitio habet maiorem cauſam neceſſitatis (nẽpe voluntatem Dei, in actu poſitã, quę eſt cauſa efficax, nec impedir aut mutari poteſt,) quàm illa præſcitum neceſſe eſt damnari, nã præſcientia Dei, nõ eſt cauſa per ſe peccati & dãnationis.
l [l] D. Thomas verit. q. 23. art. 8. & in 1. diſt. 48 Bañes, Aragon. 2. 2. q. 22. ar. 1. vt Ionæ 3. Niniue ſubuertitur. ſic Dauid 2. Regum 12. facta reuelatione de morte infantis, orabat ꝓ vita ei'. Deuteronom. 3. Moſes orabat pro introitu in terrã promiſſionis: & tamen dictũ ei fuerat non ingreſſurum. 1. Regũ 16. Samuel orabat pro Saul. Ioan. 8. in peccato veſtro moriemini. Et mox explicat conditionem, ſi nõ credideritis. Caiet. 2. 2. q. 174. ar. 6. ad 3. Cord. lib. 1. q. 17. li. 3. q. 13. & ſeq. Iob 13. etiam ſi occidat me, in ipſo ſperabo. Nempe propter bonitaté Dei, & infinita Chriſti merita, quæ nullis peccatis exhauriuntur. 2. Paralipom. vltimo, indignum ſaluabis me. Quid ſi euidenter agnoſcat reuelationẽ eſſe abſolutã? Carthuſia. tractatu de iudicio animæ, cap. 8 negat poſſibilem, cũ Bonauent. 1 diſt. 48. in lit. par. 1 Guillel. & Alexand. quia ea poſita (ſi iudicium impedire aut ſuſpendere non poteſt in praxi) non poſſet ſeparare ſalutem. D. Tho. 1. diſt. 48. q. 1. 4. ad ſecundum, dicit reuelatio eſt quaſi impoſſibilis. Grego. q. vlt. dobitat de poſſibile illius. At ea admiſſa de damnatione (vt circa pœnas temporales aliquando ſit abſoluta & infallibilis cõminatio. ſup. lib. 1. de pœnitent. c. 13. § 6. Y. vt datur in bonis prophetia prædeſtinationis. D. Tho. 2. 2. q. 174. 1.) poſſet hic & expedit ſperare. Ita aſſerunt quidam Recen. Victor. Mantius. Ludou. Legion. 2. 2. q. 25. 1. & alij inf. M. Palac. 3. d. 27. q. 2. Ledeſ. 2. p. q. 26. ar. 13. fol. 167. Syluell. conſl. 1. p. q. 23. ar. 5. Cordub. lib. 1. q. 51. Bañes. addit. Marſil. 1. q. 47. ar. 2. poſt 6. concl. ſi mihi ſiat reuelatio abſoluta de alterius damnatione, licebit pro illo orare, & ſalutem illius procurare: vt Chriſtus orauit & mortuus eſt pro om
m nibus: nec obſt. Auguſt. lib. 21. ciuit. c. 24. [m] Sic dicat, Deus vult me libere non peccare atque ita cum Dei auxilio, nolo peccare: quia liber ſum: & volo poſt peccatum pœnitere. ſic multi aſſerũt, quod facta etiam reuelatione abſoluta reprobationis & damnationis propriæ, poteſt (licet non teneatur) ſperare ſe cum Dei auxilio vitaturum: quia id pendens ex præuiſo peccato (quod poteſt & tenetur vitare) eſt ſibi abſolute poſſibile: & poteſt diligere Deum cum propoſito cauendi omne peccatum in futurum. ſic D. Thom. veri. q. 23. artic. 8. (quamuis ád 2. primi ord. dicat quod ea reuelatio induceret in deſperationem.) Her[illegible] d. 48. q. 1. & Nominal. Adã in 3. q. 8. Holcot. q. 21. Almaĩ. Gabr. diſt in [illegible] vbi Almain (quamuis tract. 2. Moral. c. 7. negat ſtãte judicio certo illius reuelationis, poſſe ſeparare. idẽque Maior. 3. diſt. 26. q 3. conclu. vid Gabr. lect. 68. & videtur Altiſiod. lib. 3. ſum tract. 5. c. 6. q. 5 ad fin. Carthuſ. ſup. cũ Bonau. & Alex. Aragon.) ſic anima Chriſti, cui cõſtabat nõ euituram mortem, timuit cum ſpe euadendi, & orauit concipiens quod Patri oĩa poſſibilia ſunt de potentia abſoluta. hic ergo præſcitus dũ concipit glóriam vt ſibi poſſibilé, non credit cõtra reuelationem Dei: reuelatio enim & præſcientia non tollit libertatem arbitrij noſtri, vt nec tollitur quia ego videam te libere loquentem, vt ait Athan. ſer. de Paſſio-
n ne Domini. [n] Trid. ſeſſione 6 capit. 11. cum Auguſt. in Io. ſexto. eum qui venit ad me, non eijciam foras. 1. Tim. primo fidelis eſt, negare ſeipſum non poteſt. bene Gerſon 3. par. alphabe. 70. Q alphabe. 76. Cordub. lib. 3. q. 14. in ſcrupulo. 5. & 6.
o [o] Roman. cap. 9. vt figulus pro voluntate facit vas in honorem, aut in contumeliam: & excitauit Pharaonem reprobum: Cano libro ſecundo, de locis cap. 4. affert Auguſt. lib. 6. contra Iulian. c. 8. Deus non tantum permiſſiue ſed poteſtate dicitur indurare quoſdam: dum eis negat auxilium efficax, quo emollirentur.
p [p] Vt Lucæ ca. 16. diues epulo optabat, gutta refrigerari ſibi ſitim
q linguæ ardentis. [q] Sic Ionæ 3. Niniuitis dilata eſt ſubuerſio comminata, propter pœnitentiam: cum tamen ob relapſum ſubuerſi
r tandem ſint. Nau. c. 1. vt ibi notat Hieronym. [r] D. Thom. 3. p. q. 89. 6. ad tertium. ſup. lib. de miſſa. capit. 16. ex Auguſtin. ſic 2. Regum. 24. peſtis per triduom comminata Dauidi, ob orationem & humilitatem eius durauit vno die, vſque ad veſperam: & orationes Patrum & Beatæ Virginis impetrarunt accelerationẽ incarnationis. 3. p. q. 2. ar. 11. & oratio B. Virgin. ſecundum Chryſolog. impetrauit accelerationem Reſur. Chriſti. inf. c. 21.

CAP.

C A P. X I I I I.

a PRædeſtinatio[a] hoc ordine procedit ad executionem effectuũ. 1. Deus adultum immediate mouet & diſponit: diſpoſito infundit gratiam iuſtificantem. ſecundo iuſtum cuſtodit cum dono perſeuerantiæ. tertio iuſto decedẽti & plene purgato confert beatitudinem. D. Tho. 1. p. q. 23. ar. 2. ad primũ, & Deum vt gratiæ autorẽ vocat principium extrinſecũ humanorũ actuũ. 1. 2. q. 109. princip. Creatio uero naturæ, & gubernatio Dei ptinet ad executionem prouidẽtiæ naturalis. Hi ſunt tres artic. fidei, quod Deus ſit immediatus creator, ſaluator, & glorificator.
b [b] Pelag. fatebatur neceſſariam gloriam, ſed naturam gratis creatam, cũ libero arbitrio, vocat eam gratiã. vid. 1. 2. q. 111. art. 1. ad primum & ſecũdũ, ſic uocari poſſe fatetur, Aug. epiſt. 95. & in Pſalm. 114. vt Sap. 16. dicitur gratia Dei nutriri omnia, & ſynod 6. act. 12. angelos ait eſſe immortales Dei gratia id eſt natura gratis creata, ſup. c. 24.
c N. [c] Pelag. ait, ſufficere vt bonum oſtendatur per legẽ datam.
d [d] D. Tho. 2. 2. q. 106. quæ eſt actus aut habitus
e poſſet. [e] Greg. ho. 17. in Ezech. D. Tho. 1. 2. q. 111. ar. 1. & in ar. 4. numerat nouem gratias gratis datas, de quibus 1. Corin. 12. & D. Tho. 2. 2. q. 171. 176. & ſeq. Alex. 3. p. q. 73. m. 2. addit eſ Greg. aliquãdo dari in bonum & ornamentum habentis, ut animæ Chriſti, & B. Virginis.
f [f] D. Tho. 1. 2. q. 111. art. 5. at gratia prophetiæ reperitur in Balaam peccatore Num. 22. & Matth. 7. nonne in nomine tuo prophetauimus. & de Sybillis ſup. c. 7. §. 3. ſi.
g [g] Quædam dona dici ſupra totã naturam ſubſtantiæ creabilis probatum eſt c. 1. N. & ſeq. quia nec ſola vi naturali creaturæ, haberi poteſt: nec creaturæ deberi, vt homini naturaliter debetur riſibilitas. ſic finis (id eſt, viſio Dei, & amicabilis dilectio cum communicatione bonorum propriorum Dei) eſt vtraque ratione res ſupernaturalis. At Molina 1. p. q. 12. ar. 4. col. 3. & late ar. 5. diſputatione 2. diſputat poſſe dari ſubſtantiam creabilem, cui lumen gloriæ & viſio Dei ſit naturalis: imo quæ nudo naturali intellectu ſine alio lumine Deum videat, ſi modo Deus ſe ſponte uniat intellectui illius in ratione ſpeciei: Et quæ creatura ſit per naturam impeccabilis. & ad finem ſoluit argum. & ait ſe demonſtraſſe: optatque vt procedente tempore acceptetur ea ſententia, quam tamen fatetur eſſe contra Theologorum Doct. Hinc artic. 6. diſputatione 2. tenet cum Caiet. quod acutior intellectus cum æquali lumine plus uidet Deum. De Philoſophis qui admittunt Deum videri. ſupra capitulo nono, §. ſexto, nec ualet illatio, datur accidens ſupernaturale, ergo dari poteſt ſubſtantia creata ordinis ſupernaturalis, cui id accidens ſit connaturale. Reſp. nihil dicitur ſibi ſuæque naturæ eſſe ſupernaturale (Deus enim ſibi ipſi habet naturaliter oẽ bonum) ſed reſpectu alienę naturæ aliquod accidẽs eſt pręter aut ſupra naturã, cuius operatio (ut uiſio & amicitia Dei) eſt ſoli Deo naturalis. quare implicat q ſubſtãtia creata ſit ſibi ipſi res ſupernaturalis, perſona autem aut ſubſtantia Dei eſt ei cui extrinſece vnitur res
h ſupnaturalis. [h] Prędeſtinatus dum iacet in peccato, dicitur denominatione extrinſeca ſecundũ quid gratioſus, dilectus & carus Deo, D. Th. 1. p. q. 20. ſi. & q. 23. art. 2. Aug. de prædeſt. ſanct. c. 15. Suar. 3. p. q. 23. ar. 3. ſi. ſed Gabr. 3. d. 10. falſo negat pſcitum dum iuſtus eſt. dici filium Dei adoptiuum, contra Conciliũ Conſtantienſ. ſeſſ. 8. & 15.
i [i] Prima Dei motio ad diſpoſitionẽ gratiæ in executione non ſupponit in potentija hominis aliam proximã cauſam noſtri actus ſupnaturalis alias eſſet proceſſus in infinitũ, de quo primo effectu D. Th. 1. p. q. 23. ar. 1. & 1. 2. q. 110. a. 2. ita Deus de ſe mouet oẽs paruos dũ veniunt ad vſũ rationis. 1. 2. q. 89. a. 6.
